Universidad de Deusto
Biblioteca

D. THOMAE
COMMENTARIA
IN ARISTOTELEM
T. 1.

VOL. II
I. PHYSICORUM AUDITU
DE COELO
DE GENERATIONE

Universidad de Deusto
Biblioteca

482772
368335
1(45)"12"
T 62



Universidad de Deusto
Biblioteca

Tomus Secundus

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

COMPLECTENS EXPOSITIONEM,


In Octo libros de Physico auditu.
In Quatuor libros de Cęlo & Mundo, et
In Libros de Generatione, et Corruptione,
ARISTOTELIS.

Qui autem sint integrè expositi, qui uero mortis culpa, imperfecti relicti, propriis manifestum est locis.



ROMAE M. D. LXX.

Universidad de Deusto
Biblioteca



DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

IN OCTO LIBROS PHYSICORVM ARISTOTELIS EXPOSITIO

LECTIO PRIMA.

VIa liber Physicorum, cuius expositioni intendimus, est primus liber Scientiæ Naturalis, in eiusdē principio oportet assignare, quid sit materia & subiectum scientiæ Naturalis. Sciendum est igitur, quòd cum omnis scientia sit in intellectu: per hoc autem aliquid sit intelligibile in actu, quòd aliqualiter abstrahitur a materia, secundum quod aliqua diuersimode se habent ad materiā, ad diuersas scientias pertinent. Rursus, cum omnis scientia per demonstrationē habeatur, demonstrationis autem mediū sit definitio, necesse est secundum diuersum definitionis modum scientias diuersificari. Sciēdum igitur, quòd quædam sunt, quorum esse dependet a materia, nec sine materia definiri possunt: quædam vero sunt, quæ licet esse non possint, nisi in materia sensibili, in eorum tamen definitione materia sensibilis non cadit. Et hæc differunt adinuicem, vt curuum & simum. nam simum ē in materia sensibili, & necesse est quòd in eius definitione cadat materia sensibilis: est enim simum nasus curuus, & talia sunt omnia naturalia, vt homo, lapis. Curuum vero, licet esse non possit nisi in materia sensibili, tamen in eius definitione materia sensibilis nō cadit. Et talia sunt omnia mathematica, vt numeri, magnitudines, & figuræ. Quædam vero sunt, quæ non dependent a materia, nec secundum esse, nec secundum rationem, vel quia nunquam sunt in materia, vt Deus, & aliæ substantiæ separatæ, vel quia non vniuersaliter sunt in materia, vt substantia, potentia, & actus, & ipsum ens. De his igitur, est Metaphysica. De his vero, quæ dependent a materia sensibili secundum esse, sed non secundum rationem, est Methematica. De his vero, quæ dependent a materia, non solum secundum esse, sed etiam secundum rationem, est naturalis, quæ Physica dicitur. Et quia omne, quod habet materiam, mobile est, consequens est, quòd ens mobile sit subiectum naturalis philosophiæ. Naturalis autem philosophia de naturalibus est. naturalia autem sunt, quorū principium est natura. Natura autem est principium motus, & quietis in eo in quo est. De his igitur, quæ habent in se principium motus, est scientia naturalis. Sed quia ea, quæ consequuntur aliquod commune, prius & seorsum determinanda sunt, ne oporteat ea multoties pertractando omnes partes illius repetere, necessarium fuit, quòd præmitteretur vnus liber in in Scientia naturali, in quo tractaretur de iis, quæ consequuntur ens mobile in communi, sicut omnibus scientiis præmittitur Philosophia prima, in qua determinatur de ijs, quæ sunt communia cuti, inquantum est ens. Hic autem est liber Physicorum, qui etiam dicitur de Physico, siue de naturali auditu: quia per modum doctrinę ad audientes traditus fuit. Cuius subiectum est ens mobile simpliciter. Non dico autem corpus mobile, qa omne mobile esse corpus, probatur in isto libro: nulla autem scientia probat suum subiectum, & ideo statim in principio de Cælo, qui sequitur ad istum, incipitur a notificatione corporis. Sequuntur autē ad hunc librum alii libri Scientiæ naturalis, in quibus tractatur de speciebus mobilium, puta, in libro de Cælo, de mobili secundum motū localem, qui est prima species motus. In libro autē de Generatione, de motu ad formā & primis mobilibus, scilicet, elementis, quantum ad transmutationes eorum in cōmuni; quātum vero ad speciales eorum transmutationes, in libro Meteororum. De mobilibus vero mistis inanimatis, in libro de Mineralibus: de animatis vero, in lib. de Anima, & consequē tibus ad ipsum. Huic autem libro præmittit Philosophꝰ prooemium, in quo ostēdit ordinem procedendi in Scia naturali. Vnde duo facit. Primo ostendit, qꝑ oportet incipere a consideratione principiorū. Secundo, qꝑ inter principia oportet incipere a principiis vniuersalioribus ibi. ¶ Innata autem. ¶ Primo, ponit talem rationē. In omnibus scientiis, quarū sunt principia, aut causæ, aut elementa, intellectus & sciētia procedit ex cognitione principiorū, causarum, & elementorum: sed scientia, quæ est de natura, habet principia, elementa, & causas, ergo in ea oportet incipere a determinatione principiorum. Quod autem dicit intelligere, refertur ad definitiones, quod vero dicit scire, ad demonstrationem. Nam sicut demonstrationes sunt ex causis, ita & definitiones, cum completa definitio sit demōstratio, sola positione differens, vt dicitur in Primo Posteriorum. Per hoc autē, quod dicit principia, autē causas, aut elementa, non intēdit ibi idem significare. Nam causa est in plus q̄ elementum, nam elementum est ex quo componitur res primo, & est in eo, vt dicitur. Quinto Metaphysicæ, sicut literę sunt elementa locutionis, non autem syllabæ. Causæ autem dicuntur, ex quibus res dependet secundum esse suum vel fieri. vnde & etiam quæ sunt extra, vel etiā quæ sunt in re, causæ dici possunt, ex quibus non componitur res primo, non tamen elementa. Principium vero importat quendam ordinem alicuius processus. Vnde aliquid potest esse principium, quod non est causa, sicut id, vnde incipit motus, non tamen est causa: & punctus est principium lineæ, non tamen causa. Sic igitur per principia, videtur intelligere causas mouentes, & agentes, in quibus attenditur ordo processus cuiusdam. Per causas autem, intelligere

Lib. 6. le. 5. Tex. cō. 32. Lect. 2. Tex. cō. 2.

Tex. cō. 1. Met. te. c. 2.

d. 1031.

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE PHYSICO AVDITV LIBER PRIMVS.

ANTIQVA TRANSLATIO.

VOniam quidem intelligere & scire contingit circa omnes scientias, quarū sunt principia aut causæ, aut elementa, ex horum cognitione. Tunc enim cognoscere arbitramur vnūquodq;, cū causas primas, & prima principia cognoscimus, & vsque ad elementa: manifestū quidē, qꝑ quæ sunt circa principia sciæ, quę de Natura est, prius determinare tentandum,

IOAN. ARGIROPOLI TRANSLATIO.

VM circa omnes doctrinas, quarum sunt principia uel causæ uel elementa, ex horum perceptione cognitio fiat, atque scientia. Tunc enim unamquanque rem scire putamus, cum causas primas, principiaque prima, & usque ad elementa cognoscimus: patet & ea, quæ ad principia Naturalis scientiæ pertinent, emendum esse prius determinare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligere videtur causas formales & finales, ex quibus maxime dependent res, secundum suum esse & fieri. Per elementa vero, propriè proprias causas materiales. Vtitur autem disiunctione non copulatione, ad designandum quòd non omnis scientia p omnes causas demonstrat. Nam Mathematica non demonstrat nisi p causam formalem, Metaphysica de monstrat per causam formalem & finalem præcipue, & eriã agẽtem. Naturalis autẽ, per omnes causas.

Tex.cõ. 2.

Primam autem propositionem rationis inducẽs, pbat ex cõmuni opinione, sicut Primo lib. Posteriorũ dicitur: quia Tũc quilibet expetitur scognoscere aliquid cum scit omnes causas eius a primis vsq; ad vltimas. Nec oportet vt aliter accipiamus hic causas & elementa & principia q̃ supra, vt Commentator vult, sed eodem modo. Dicit autem ¶ vsq; ad elementa ¶ quia id quod est vltimum in cognitione, est materia. Nam materia est propter formam, forma autem est ab agẽte propter finem, nisi ipsa sit finis. Vtputa dicimus, quòd propter secare serra habet dẽres: & ferreos oportet eos esse, vt sint apti ad secandum. Secundo ibi.

Tex.cõ.3. Lect. 4. Tex.cõ. 5.

Tex.cõ.4.

Tex.cõ.5.

b ¶ Ostendit quòd inter principia oportet prædeterminare de vniuersalioribus. Et primo per rationem, Secundo, per quæ dam signa, ibi. ¶ Totum. ¶ Circa primum ponit talem rationem. Innata est nobis via vt procedamus incipiẽdo ab iis, quæ sunt nobis magis nota, in ea quæ sunt magis nota naturæ: sed ea, quæ sunt nobis magis nota, sunt confusa, qualia sunt vniuersalia, ergo oportet nos ab vniuersalibus ad singularia procedere. Ad manifestationem autem primæ propositionis, inducit quòd non sunt eadem magis nota nobis & secundum naturam, sed illa, quæ sunt magis nota secundum naturam sunt minus nota secundum nos. Et quia iste est naturalis modus, siue ordo addiscendi, vt veniatur a nobis notis ad ignota nobis, inde est, quòd oportet nos deuenire ex notioribus nobis ad notiora naturæ. Notandum autem est, quòd non eadẽ dicit nota esse nobis & nota simpliciter. Simpliciter autem notiora sunt, quæ secundum se sunt notiora. Sunt autem secundum se notiora, quæ plus habent de entitate: quia Vnumquodque cognoscibile est inquantum est ens. Magis autem entia sunt quæ sunt magis in actu, vnde ista maxime sunt cognoscibilia naturæ. Nobis autem econuerso accidit, eo quòd nos procedimus intelligendo de potentia in actum, & principium cognitionis nostræ est a sensibilibus, quæ sunt materialia & intelligibilia in potentia. Vnde illa sunt prius nobis nota, quam substantiæ separatæ, quę sunt magis notæ secundum naturam, vtpatet Secundo Metaphysices. Non ergo dicit nota naturæ, quia natura cognoscatur ea, sed quia sunt nota secundum se & secundum propriam naturam. Dicit autem ¶ notiora & certiora ¶ quia in scientiis non requiritur qualiscunque cognitio, sed cognitionis certitudo. Ad intellectum autem secundæ propositionis, sciendum est q confusa hic dicuntur, quæ continent in se aliqua in potentia & indistincte. Et quia cognoscere aliquod indistincte medium est inter puram potentiam & actum perfectum, ideo, dum intellectus noster procedit de potentia in actum, primo occurrit sibi confusum quàm distinctum, sed tunc est scientia completa in actu, quando peruenitur per resolutionem ad distinctam cognitionem principiorum & elementorum. Et hæc est ratio, quare confusa sunt primo nobis nota quàm distincta. Quòd autẽ vniuersalia sint confusa manifestum est, quia vniuersalia continent in se suas species in potentia, & qui scit aliquid in vniuersali scit illud indistincte: tunc autem distinguitur eius cognitio, quando vnumquodque eorum, quæ continentur potentia in vniuersali, actu cognoscitur, qui enim scit animal non scit irrationale nisi in potentia. Prius autem est scire aliquid in potentia quàm in actu. Secundum igitur hunc ordinem addiscendi, quo procedimus de potentia in actum, prius quoad nos est scire animal quam hominem. Contrarium autem huic videtur esse, quod dicit Philosophus in primo Posteriorum, quòd Singularia sunt magis nota quoad nos: vniuersalia vero naturæ sive simpliciter. Sed intelligendum est q ubi accipit singularia ipsa indiuidua sensibilia, quæ sunt magis nota quò ad nos, quia sensus cognitio, quę est singularium, præcedit cognitionem intellectus, quæ est vniuersalium. Sed quia cognitio intellectualis est perfectior, vniuersalia autem sunt intelligibilia in actu, non autem singularia, cum sint materialia, simpliciter, & secundum naturam vniuersalia sunt notiora. Hic autem singularia dicit non ipsa indiuidua, sed species, quæ sunt notiores secundum naturam, vtpote perfectiores existentes, & distinctam cognitionẽ habentes genera vero sunt prius nota quoad nos, vtpote habentia cognitionẽ in potentia & cõfusam. Sciendum autem, quòd Commentator aliter exponit. Dicit enim quòd ibi ¶ Innata est. ¶ Vult ostendere Philosophus modum demonstrationis huius scientiæ, quia scilicet, demonstrat p er effectus & posteriora secundum naturam, vt sic quod ibi dicitur intelligatur de processu in demonstrando & non in determinando. Deinde cum dicit. ¶ Sunt autem primum. ¶ Intendit manifestare (secundum eum) quæ sunt magis nota quo ad nos & minus secundum naturam, scilicet composita simplicibus, intelligens composita per confusa. Vltimo autem concludit, quòd procedendum est ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia, quasi quoddam corollarium. Vnde patet, quòd eius expositio non est conueniens, quia non coniungit totum ad vnam intentionem, & quia hic non intendit Philosophus ostendere modum demonstrationis huius scientiæ, hoc enim faciet in Secundo libro secundum ordinem determinandi, iterum, quia confusa non debent exponi composita, sed indistincta, non enim posset concludi aliquid ex vniuersalibus, cum genera non componantur ex speciebus. Secundo ibi.

Lect. 4. Tex.cõ. 5.

Hæc autem insita natura nobis est via, ut e notioribus nobis magisq; manifestis ad notiora naturæ, magisque manifesta proficiscamur. Non.n. sunt eadẽ nobis, atq; simpliciter nota. Quapropter hoc modo, ex hisce, quæ naturæ quidẽ minus sunt manifesta, nobis aũt notiora, ad ea, q̃ dilucidiora sunt, magisq; nota naturæ proficiscamur, necesse est. At confusa primo notæ nobis sunt magis, ac manifesta. Elementa uero principiaque, posterius ex hisce nota per ipsorum diuisionem fieri solent. Idcirco ex uniuersalibus ad singularia profisciscamur oportet.

Ipsum namque totum, sensu notius est, Vniuersale uero totum est quoddam: quippe cum multa complectatur, ut partes.

Sic etiam & nomina quod modo sese habent ad definitionem. totum enim quoddam indistinctumque significant, ceu circulus.

c ¶ Totum enim, secundum sensum notius est. Vniuersale aũt totũ quoddã est: multa.n.comprehẽdit vt partes vniuersale.

d Sustinent autem idem hoc quodãmodo & nomina ad rationem.totum.n. quodãmodo & indistincte significat, utputa circulus. Definitio autẽ ipsius diuidit in singularia.

e Et pueri primum appellant omnes viros patres, & fœminas matres: posterius autem determinant horum vnumquodque.

LECTIO II.

Necesse autem est aut vnum esse principium, aut plura. Et si vnum, aut immobile, sicut dicunt Parmenides & Melissus: aut mobile, sicut Physici. hi quidem aerem dicentes esse, alii vero aquam primum principium. Si autem plura, aut finita, aut infinita, & si finita, plura autem vno, aut duo. aut tria, aut quatuor, aut secundum alium aliquem numerum. Et si infinita, aut sic, sicut dixit Democritus genus vnum, figura autem & specie differentia, aut etiam contraria.

Tex.cõ. 6.

b Similiter autem quærunt, & quæ sunt quærentes quot sunt. Ex quibus.n. sunt quæ sunt, quę runt primum, vtrum hæc vnũ aut plura sint: & si multa, aut finita aut infinita. Quare principiũ & elementũ quærunt, vtrũ vnum aut multa.

Tex.cõ. 7.

LECTIO II.

Posito proœmio, inquo ostensum est quòd Scientia Naturalis debet incipere a principiis vniuersalioribus, hic secundum prædictum ordinem incipit psequi ea, quæ pertinẽt ad scientiam Naturalem. Et diuiditur in duas partes. In quarum prima determinat de principiis vniuersalibus scientiæ Naturalis. In secunda determinat de ente mobili in communi, de quo intendit in hoc libro. Et hoc in Tertio lib. ibi. ¶ Quoniam autẽ natura est principiũ. ¶ Prima in duas. In prima determinat de principiis subiecti huius scientiæ, ideſt de principiis entis mobilis inquantum huiusmodi. In secunda de principiis doctrinæ. In secundo libro ibi. ¶ Eorum quæ sunt. ¶ Prima autem in duas. In prima prosequitur opiniones aliorum de principiis communibus entis mobilis. In secunda inquirit veritatem de eis ibi. ¶ Omnes igitur contraria principia. ¶ Circa primum tria facit. Primo ponit diuersas opiniones antiquorum Philosophorum de principiis communibus. Secundo, ostendit, quòd aliqui earum prosequi non pertinet ad naturalem ibi. ¶ Id quidem igitur. ¶ Tertio prosequitur opiniones improbando eorum falsitatẽ ibi. ¶ Principium autem. ¶ Circa primum duo facit. Primo ponit diuersas opiniones Philosophorum de principiis naturæ. Secundo ostendit eandem diuersitatem esse circa opiniones Philosophorum de entibus ibi. ¶ Similiter autem quærunt. ¶ Dicit ergo primo, quòd necesse est esse vnum principium aut multa, & vtraque pars habuit Philosophos opinantes. Quidam enim eorum posuerunt vnum principium, quidam multa. Eorum, qui posuerunt vnum, quidam posuerunt illud esse immobile, sicut Parmenides & Melissus, de quorum opinione infra patebit: quidam vero posuerunt illud esse mobile, scilicet Antiqui Naturales. Quorum quidam posuerunt aerem esse principiũ naturalium, vt Diogenes: quidam vero aquam, vt Thales: quidam vero ignem, vt Heraclitus, alii vero aliud medium inter aerem, & aquam, vt vaporem. Nullus vero eorum, qui posuerunt principium vnum tantum, dixit illud esse terram, propter eius grossitiem. Huiusmodi autem principia mobilia dicebant, quia per horum alicuius rarefactionem & condensationẽ, alia fieri dicebant. Eorum vero, qui posuerunt plura principia, quidam posuerunt ea finita, quidam posuerunt infinita. Horum autem qui posuerũt ea finita: (licet plura vno) quidam posuerunt ea esse duo, scilicet ignem & terram, vt ira dicet Parmenides: quidam vero tria scilicet igné, aerem, & aquam. nam terram quasi cõpositam existimabãt propter eius grossitiem. Alii vero posuerunt ea esse quatuor, scilicet Emp. vel etiam secundum aliquem alium numerum, quia & ipse Empedo. cum quatuor elementis posuit duo alia, scilicet amicitiam & litem. Qui vero posuerũt plura infinita, diuersificati sunt. Democritus enim posuit indiuisibilia corpora q̃ dicuntur atomi, esse principia omnium rerum. Sed huiusmodi corpora posuit esse omnia vnius generis secundum naturam, sed tamen differebãt secũdum figuram & formam. Et non solum differebant, sed contrarietatem adinuicem habebant. Potebãt enim ties contrarietates, vnam secundum figuram, q est inter curuum, & rectum: aliam secundum ordinem, quæ est prioris, & posterioris, aliam secundum positionem, scilicet ante & retro, sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum. Et sic ex illis corporibus vnius naturæ existentibus, diuersa fieri ponebant secundum diuersitatem figuræ positionis, & ordinis atomorum. Ex hac autem opinione dat intelligere oppositam opinionem, scilicet Anaxagoræ, qui posuit infinita principia, sed non vnius generis secundum naturam. Posuit enim principia esse infinitas partes carnis, & ossis minimas & aliorũ huiusmodi, vt manifestum erit inferius. Aduertendum autẽ quòd non diuisit plura principia per mobilia & immobilia, quia nullus ponens primã principia plura, potuit ponere ea immobilia. Cum enim omnes ponerent contrarietatẽ in principiis, contraria autem nata sunt se alterare, cum pluralitate principiorum immobilitas stare non poterat. Secundo ibi.

Lect. 8. Tex.cõ. 32.

At ipsius definito in partes singulas diuidit.

Pueri quoque primum quidem uiros omnes patres & quasuis mulieres matres appellant: posterius autẽ horum unumq; discernere distinguere que uidentur.

LECTIO II.

Necesse est aut; aut unũ esse principiũ, aut plura. Et si sit unum, aut immobile, ut Parmenides Melissusq; dicit: aut mobile esse oportet, ut Naturales censere uidentur, quidã aerẽ, quidã aquam primũ principium esse dicentes. Si plura sint, aut finita, aut infinita esse necesse est, Et si finita sint, pluraque uno, duo uel tria, uel quatuor, uel in alio quodam numero esse oportet. Si infinita, aut genere quidem unum: figura uero uel forma diuersa, perinde atque Demo. asserebat, aut contraria etiam necesse est esse.

Pari modo quærere uidẽtur, & hi qui quærunt quot na sint ea quæ sunt. Nam ea primũ quærũt, ex quibus cõstant ea quæ sunt, utrũ unum an plura sint, & si sint plura, utrũ sint finita an infinita. Quare principium quærunt ac elementum, utrum sit unum an plura.

b ¶ Ostendit quòd eadem diuersitas opinionum est circa entia, & dicit, quod similiter Physici, inquirentes de iis quæ sunt ideſt de entibus, quærunt quot sunt, vtrum scilicet vnum aut plura, & si sint multa, vtrum sint finita vel infinita. Et ratio est, quia antiqui Physici non cognouerunt nisi causam materialem, de aliis autem parum tetigerunt. Ponebant autem formas naturales esse accidentia, sicut & artificiales. Sicut ergo ota substantia artificialium est eorum materia, ita sequebatur secundum eos, quòd tota substantia naturalium esset eorum materia. Vnde, qui ponebant tantum vnum principium, puta aerem, putabant quòd alia entia essent aer secundum suam substantiam, & simile est de aliis opinionibus. Et hoc est quod dicit, quòd ¶ Physici quærunt ex quibus sunt quæ sunt ¶ ideſt inquirendo de principiis, inquirunt causas materiales, ex quibus entia esse dicuntur. Vnde patet quòd quando inquirunt de entibus, vtrum sint vnum aut plura, eorum inquisitio est de principiis materialibus, quæ elementa dicuntur. Deinde cũ dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex.cō.12. c ¶ Ostendit, quòd aliquam istarum opinionum improbare non pertinet ad naturalem. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit, quòd improbare opinionem Parmenidis & Melissi non pertinet ad Scientiam Naturalem. Secundo assignat rationem, quare ad præsens est vtile eam reprobare ibi. {Sed quoniam de natura.} Circa primum duo facit.

Tex.cō.8. Primo ostēdit, quòd nō pertinet ad Scientiā Naturalem improbare prædictam opinionem. Secundo, quòd non pertinet ad eam soluere rationes, quę ad probādum ipsam inducūtur ibi. {Aut soluere rationem.}

Tex.cō.10. Tex.cō.9. Primum ostēdit duabus rationibus, quarum secunda incipit, ibi. {Simile igitur.} Dicit ergo primo, q̄ non pertinet ad Scientiam Naturalem intendere ad perscrutandum de hac opinione, si ens est vnū & immobile. Iam enim ostensum est, quòd non differt secundum intentionē Antiquorum Philosophorum ponere vnum principium immobile, & ponere vnū ens immobile.

Tex.cō.10. Et quòd improbare hanc opinionem ad Naturalem non pertineat sic ostendit. Ad Geometriam nō pertinet inducere rationem contra destruentem sua principia: sed hoc vel pertinet ad aliquam aliā Tex.cō.11. Scientiam particularem, (si tamen Geometria sic sit subalternata alicui particulari scientiæ) sicut Musica Arithmeticæ subalternat, ad quā pertinet disputare cōtra negantem principia musicæ, vel hoc pertinet ad Scientiā communem, scilicet Logicam, vel Metaphysicam. Sed prædicta positio destruit principia naturæ, qa {si sit solum vnum ens, & sic vnum} scilicet immobile, vt sic ex eo fieri alia non possint, sic tolleretur ratio principii: quia omne principium aut est principium alicuius, aut aliquorum. Ad positionem igitur principii sequitur multitudo: quia aliud est principium, aliud cuius est principium. Qui igitur negat multitudinē, tollit principium: non igitur debet contra hanc positionem disputare Naturalis. Secundo ibi.

d ¶ Ostendit idem, alia ratione. Non enim requiritur ad aliquam scientiam vt inducat rationem contra opiniones manifeste falsas & improbabiles. Nam quolibet proferente contraria opinionibus Sapientis solicitum esse, stultum est, vt dicitur Primo Topicorum. Hoc est ergo quod dicit, quòd {intendere ad perquirendum si ens est sic vnum} scilicet immobile, simile est ac si disputaretur contra quamlibet aliam positionem improbabilem, veluti contra positionem Heraclii, qui dixit omnia semper moueri. & nihil esse verum: vel cōtra positionem alicuius qui diceret, quòd totum ens est vnus homo, quæ quidem positio, esset omnino improbabilis. Et tamē qui ponit esse ens vnū tātum immobile, cogitur ponere totum ens esse aliquod vnū.

c Id quidē igitur, si vnum & īmobile sit quod est, intendere, non de natura est intendere. Sicut.n. Geometræ non amplius ratio est ad destruentem principia: sed est aut alterius scientię, aut omnibus communis: sic neque alicui de principiis. Nō enim amplius principium est si G vnum solum. & sic vnū: principium enim cuiusdam aut quorundam est.

d Simile igitur intendere est si sic vnum est, & ad aliā positionem quamlibet disputare sermonis gratia dictam, vt Heraclitum: aut si aliquis dicat hominem vnum, quod est, esse.

e Aut soluere rationē litigiosam, quod sane vtræque quidē H habent rationes & Melissi, & Parmenidis, etenim falsa recipiunt, & non syllogizantes sūt. Magis autem Melissi onerosa ē ratio, & non habens defectum. Sed vno incōueniēti dato alia contingunt, hoc autem videre nihil difficile.

f Nobis autem subiiciantur, quę sunt natura aut omnia, aut quædam moueri. Est autē manifestum hoc ex inductione. Si militer autem neq; soluere omnia conuenit: sed aut quæcunque ex principiis aliquisdemō strans mentitur. Quodcunque vero non, minime: vt terragonismum, eum quidem, qui per decisiones, Geometrici est dissoluere: illum autem, qui Antiphontis, non Geometrici est.

Sic igitur patet, quòd non est huius scientiæ contra hanc positionem disputare. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit quòd non est Naturalis etiam soluere prædictorum Philosophorum rationes. Et hoc propter duas rationes, quarum secunda incipit ibi. {Nobis autem subiicianrur.} Tex.cō.1

Pro bat ergo primo propositum per hoc, q̄ non exigitur in aliqua scientia vt soluā tur rationes sophisticæ, quæ manifestum defectum habent vel formæ vel materiæ. Et hoc ē quod dicit, q̄ simule est intendere ad improbabiles rationes {aut etiam soluere litigiosam rationem} ideſt sophisticam. Hoc autem q̄ sint sophisticæ {habent vtræque rationes & Melissi, & Parmenidis. {Peccāt.n. in materia, vnde dicit, q̄ falsa recipiūt:} ideſt falsas propositiones assumunt. Et peccant in forma, vnde dicit, quòd non syllogizantes sunt. Sed positio Melissi {est magis onerosa} ideſt vana & falsa {& non habens defectū} ideſt non inducens dubitationē, & hoc infra ostendetur. Nō est autem inconueniens q̄ vno inconuenienti dato alia sequantur. Sic igitur cōcludi potest, quòd non requirit ad Philosophum Naturalē quòd soluat huius rationes. Secundam rationem ponit ibi.

f ¶ Quę talis est. In Scientia Naturali supponitur quòd naturalia moueatur vel omnia vel quędam {quędam} dicit, quia de quibusdam est dubiū si mouentur, & qualiter mouentur, puta de anima, de centro terræ, de polo Cœli, & formis naturalibus & aliis huiusmodi. Et quòd naturalia moueantur potest manifestū esse ex inductione, quia ad sensum apparet quòd res naturales mouentur. Est etiam necessarium motum suppoI ni in Scientia Naturali, sicut necessarium est supponi naturam, Lib. 2. Tex.cō.3. in cuius definitione ponitur motus. Est enim natura principiū motus, vt infra dicetur hoc autem habito q̄ motus supponatur in Scientia Naturali, vlterius procedit ad propositum ostendēdum per hoc, q̄ nō omnes rationes sunt soluendæ in aliqua scientia, sed solum quæ concludunt aliquod fallum ex principiis illius scientiæ: quæcunq; vero non cōcludunt ex principiis scientiæ, sed ex contrariis principiorum, non soluuntur in illa scientia. Et hoc probat per exemplum in geometricis dicens, vt tetragonismum, ideſt quadraturā circuli: hunc quidē, qui est per decisiones circumferentiæ, dissoluere pertinet ad Geometrā, quia nihil supponit contrariū principiis scientiæ. Voluit.n. quidā Brisso, inuenire quadratū æquale circulo diuidēdo circūferētiā circuli in multas partes, & singulis partibus supponere lineas rectas, & sic inueniēdo aliquas figuras, sicut rectilineas æquales alicui illarū figurarū, q̄ continet a decisione circūferētiæ & corda, vt pluribus aut oībus æstimabat se inuenisse figurā rectilineā æqualem

Considerare igitur, si id quod est unum sit atque immobile non ad Naturalem Physicum pertinet. Nam ut Geometræ non est ad eum ratio, qui geometriæ principia tollit: sed aut ad aliam scientiam attinet, aut ad communem omnium facultatem, sic & illi nulla est ad eum ratio, qui principia tollit, non est enim principium si unum est tantum, atque unum hoc modo. Principium enim, alicuius aut aliquorum principium esse constat.

Simile est itaque si hoc modo sit unum considerare, & de alia quauis positione dißerere, quæ sermonis causa dicitur, qualis est Heraclitii: uel qui spiam, id quod est, unum hominem esse dixerit.

Aut contentiosam soluere rationē, quod quidem ambæ rationes habent, & Parmenidis, & Melissi. Nam falsa sumunt, & forma sunt uitiosæ. Inepta autem magis est ratio ipsius Melissi, nec dubitationem habet, Sed uno absurdo dato, cætera accidunt. Hoc uero nullam habet difficultatem.

*At nobis ea, quæ natura constant, aut omnia, aut aliqua moueri subiicia*I *tur, quod quidē patet inductiōe. Et in super nec omnia sunt soluenda, sed ea tantum, quæ quispiam ex principiis ostendit falsa. Quæ uero hanc conditionem egrediuntur, non sunt soluenda. Veluti quadrationem eam quidem quæ per partes extruitur, ad Geometram dissoluere pertinet: Antiphontis autem, non ad Geometram redarguere spectat.*

æqualem toti circulo, cui facile erat inuenire quadratū æquale A per principia geometrię, & sic putabat se inuenire posse, quadratum æquale circulo. Sed non sufficienter argumentabatur: quia licet decisiones illæ consumerent totam circunferentiam circularem, non tamen figuræ contentæ a decisione circunferētiæ & lineis rectis, comprehendebant totam superficiem circularem. Sed dissoluere quadratum Antiphontis, non pertinet ad Geometram: quia vtebatur contrariis principiorum geometrię. Describebat enim in circulo aliquam figuram rectilineam, puta quadratum, & sub diuidebat arcus, quibus sustentabantur latera quadrati, singulos in duo media, & a punctis decisionum deducebat lineam rectam ad omnes angulos quadrati, & sic resultabat in circulo figura viij. angulorum, quæ plus accedebat ad æqualitatem circuli, quàm quadratum. Iterum, diuidebat arcus quibus sustentabantur latera figuræ viij. angulorū, singulos in duo media, & sic ducendo lineas rectas a punctis decisionum ad angulos prædictæ figuræ, resultabat figura xvi. angulorum, quæ adhuc plus accedebat ad æqualitatem circuli. Semper ergo diuidendo arcus, & ducendo lineas rectas ad angulos figuræ præexistentis, consurgit figura propinquius se habēs ad æqualitatem circuli. Dicebat autem, quòd non est procedere in infinitum, in decisione arcuum. Erat ergo deuenire ad aliquam figuram rectilineam æqualem circulo, cui poterit quadratum æquari.





Quia igitur supponebat, quòd arcus semper diuiduntur in duo media: quod est contra principia geometriæ, huiusmodi rationem dissoluere non pertinet ad Geometram. Quia igitur rationes Parmenidis & Melissi supponunt ens esse immobile, vt infra patebit: hoc autem est contra principia supposita Tex.cō.12. in Scientia Naturali, sequitur quòd soluere huiusmodi rationes, non pertinet ad Philosophum Naturalem. Deinde cum dicit.

g ¶ Assignat rationem quare disputet contra prędictam positionem. Et dicit, q̄ quia prędicti Philosophi loquebantur Tex.cō.13. a de rebus naturalibus, licet non inducerent {defectus} ideſt dubitationes naturales, vtile est ad propositum disputare de huiusmodi opinionib⁹; quia & si non sit Scientiæ Naturalis disputare contra huiusmodi positiones, pertinet tamen ad Philosophiam primam.

LECTIO III.

a Tex. cō.14. Ostquàm posuit opiniones Philosophorū de principiis, hic disputat contra eos. Et primo contra illos, qui non naturaliter de natura sūt locuti. Secundo cōtra illos, qui naturaliter de natura sunt Tex. cō.32. Secūda pars. 22. locuti ibi. {Sicut autem Physici.} Circa primum duo facit. Primo, disputat contra positionem Melissi & Parmenidis. Secundo, contra rationes eorum ibi. {Ex quibus demonstrant.} Circa primum duo facit. Primo, disputat contra positionem hanc,

g Sed quoniam de natura quidem non autem naturales defectus contingit dicere ipsos, fortassis bene se habet aliquantulum disputare de ipsis: habet .n. philosophiā, hic respectus.

LECTIO III.

D

Verum cum non de natura quidē: naturales autem dubitationes ipsos accidat dicere: bene res sese habebit fortaße, si parū de ipsis dißeruerimus, hæc enim consideratio Philosophiam nimirum habet.

LECTIO III.

Rincipium autem maxime est omnium prorium, quoniam multipliciter dicitur. quod est, quo dicunt dicentes vnum esse omnia, vtrum substātiam vnā oia, aut quātitatem, aut qualitatē? Et iterum, vtrum substantiam vnā, omnia, vt hominem vnū, aut equum vnum, aut animam vnam: aut qualitatem vnā erūt hæc, vt albū. aut calidū, aut aliquid aliorum talium? hęc.n. oīa differunt multū, & sunt impossibilia dicta. Siquidem.n. erūt & substantia & quale & quātū, & hæc siue resoluta adinuicem siue non, multa sunt quæ sunt. Si vero oīa, aut quale, aut quantum sunt. siue cum sit substātia, siue cum non sit, inconueniens est, si oportet inconueniens dimul in vno, vt vnum vel diuersa: quia licet sint simul in vno, non tamen sunt simpliciter vnum, sed vnum subiecto. Si vero dicatur, q̄ sit accidens tantū, & non substantia: hoc est omnino impossibile, nā accidēs sine substātia omnino esse nō pōt: omnia

Ens est vnum, per rationem sumptam ex parte entis, quod est subiectum in propositione. Secundo, per rationem sumptam ex Tex.cō.16. parte vnius, quod est prædicatum, ibi. {Amplius quoniam.} Dicit ergo primo, quòd id, quod maxime accipiendum est pro principio ad disputandum contra positionem prædictam, est, quòd id {quod est} ideſt ens, dicit multipliciter. Quærēdū enim est ab eis, qui dicunt ens esse vnū: quomodo accipiant ens: vtrum scilicet q̄ substātia, vel pro qua litate, vel pro aliquo aliorum generum. Et quia substātia diuiditur in vniuersalem, & particularem, ideſt substantiam primam, & secundam, & iterum in multas species, quærendum est, vtrum dicāt ens esse vnum, vt hominem {vnum}, aut vt equum vnū, aut animam vnam: aut vt qualitatem vnā, aut album, aut calidum, aut vt aliquod huiusmodi, multum enim differt quodcunque istorum dicatur. Oportet igitur, q̄ si ens est vnum, quòd vel sit substantia, & accidens simul, vel accidens tantum, vel substantia tantum: si autem sit substātia & accidens simul, nō erit vnum eus tantum, sed duo. Nec differt quantum ad hoc, vtrum substantia & accidens sint si

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ac cidentia de substantia dicuntur, sicut de subiecto: & in hoc ratio eorum consistit. Si vero dicatur, quòd sit substantia tantum sine accidente, sequitur quòd non sit quantitas, nam quantitas accidens est. Et hoc est contra positionem Melissi: posuit enim ens esse infinitum, vnde sequitur quòd sit quantum, quia infinitum per se loquendo, non est nisi in quantitate. Sed substantia & qualitas & huiusmodi, non dicuntur infinita nisi per accidens, inquantū scilicet, sunt simul in quantitate. Cùm ergo Melissus ponat ens infinitum non potest ponere substantiam sine quātitate. Si ergo est substantiam & quantitas simul, sequitur, quòd non sit tantum vnum ens, sed duo. Si vero sit solum substantia, non est infinitum: qui non habebit magnitudinē neque quantitatem. Nullo igitur modo potest esse verum qđ Melissus dicit, ens esse vnum. Secundo ibi.

Tex.cō.16. b ¶ Ponit secundā rationem acceptam ex parte vnius. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit rationem, Secundo, ostendit quomodo quidā errauerunt in solutione ipsius ibi. {Cō turbati.} Dicit ergo primo, quòd sicut eus dicitur multipliciter, ita & vnum: & ideo considerandum est, quomodo dicantur omnia esse vnū. Dicitur enim vnum tripliciter: vel sicut continuum est vnū, vt linea & corpus: vel sicut indiuisibile est vnum, vt punctum: vel sicut vnum dicūtur illa, quorum ratio est vna, seu definitio, sicut vappa & vinum dicuntur vnum. Primo ergo ostendit, quòd non possunt dicere, quòd omnia sunt vnum cō tinuatione, quia cōtinuum est quodam modo multa omne enim continuum est in infinitum diuisibile, & sic continet in se multas partes, & qui ponit ens continuum, necesse est quòd ponat quodāmodo multa, & non solum propter multitudinem partium, sed etiam propter diuersitatem, quæ videtur esse inter totū & partes: est enim dubitatio, vtrum totū, & partes sint vnum aut plura. Et licet forsitan hæc dubitatio ad propositum non pertineat, tamen per seipsam vtilis est ad cognoscendum, & non solum de totis continuis, sed etiam de totis contiguis, quorum partes non sunt continuę, sicut partes domus, quæ sunt vnum contactu & compositione. Et intelligendum est, qp totum secūdum qd, est idem parti, & nō simpliciter: si autem simpliciter totum esset idem vni partiū, eadem ratione esset idem alteri partium. Quæ autem vni & eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem. Et sic sequitur quòd ambæ partes, si ponantur simpliciter esse idem toti, quòd sint idem ad inuicem, & sic queretur quòd sit indiuisibile habens diuersitatem partium. Secundo ibi.

Tex.cō.20. * Ad merū. Tex.cō.17. Tex.cō.18. Tex.cō.19.

cere impossibile, nullum autē aliorū separabile est, extra substantiam. Omnia nanq; de subiecta dicuntur, ipsa substātia. Melissus autem, quod est, infinitum dicit esse. Quātum itaque aliquid est quod est: infinitum enim in quantitate est. Substātiam autem infinitā, aut qualitatem, aut passionem esse, non contingit nisi secundū accidēs, si simul & aliq̄ quātitates sunt. Infiniti autem ratio quantitati congruit, sed nō substātię neq; qualilati. Siquidem igitur substantia est & quātum, & duo & non vnum est, quod est: si vero substantia solum, non infinitū est, neq; magnitudinē habebit vllā: quantum.n. quoddā erit.

b Amplius, quoniam & ipsum vnū multipliciter dicitur, quēadmodū & quod est, intendendū quomodo dicunt vnum esse omne. Dicitur.n. vnū, aut continuū, aut indiuisibile, aut quorum ratio vna & eadē, quæ aliquid erat esse, quemadmodum * vappa & vinū. Siquidem igit continuū, multa sunt quod est, in infinitum.n. diuisibile est cōtinuum. Habet autem dubitationem de toto & parte, fortasis autem non ad hanc rationē, sed ad ipsam secundū seipsam. Vtrum vnū aut plura pars & totum, & qūo vnū aut plura, & si plura qūo plura: & de partibus non cōtinuis, & si toti vnū vtrū que est sicut indiuisibile, quoniam & eadem eisdem erunt.

c At vero, si ē indiuisibile, nullū erit quantū neq; quale, neq; iam infinitū quod est, sicut Melissus dicit, neq; finitū, sicut & Parmenides. Terminus.n. indiuisibilis finitus non est.

d At vero, si ratione vnū sunt omnia quę sunt, sicut est tunica & indumentū, Heracliti rationē cōtingit dicere: idē.n. erit & bono & malo, & nō bono esse & bono. Quare idem erit bonū & non bonū: & hō & equus. Et non solum de eo, quod vnū sunt quæ sunt, ratio erit, sed de eo quod nihil. Et tali igitur esse & tanto idem.

Nihil enim cæterorum præter substātiam separatum per se esse potest: uniuersa enim hæc de subiecto dicuntur, de substantia quidem ipsa. Atqui Melissus id, quod est, infinitū asserit esse. Id ergo quod est, quantitas est quædam. Infinitum enim in quantitate nimirum est. Substantia aut infinita, aut qualitas, aut affectus infinitus esse nō potest, nisi per accidens: si simul & quanta sit quædam. Infiniti nanq; ratio, quantitate utitur, nō substantia, nō qualitate. Si igitur & substantia sit & quantitas, id, quod est, non unum sed duo esse uidentur. Si uero sit solū substantia, infinitum sane non est; neque magnitudinem ullam habebit, erit ... quantitas quædam.

Præterea cum multipliciter & ipsum unum, sicut & quod est, dici soleat, considerandum est quomodo ipsum, uniuersum, unum asserunt esse. Atque unum dicitur, partim cōtinuum ipsum, partim indiuisibile, partim ea, quorum eadem atque una est ratio, ut temetum ac uinum. Si igitur est cōtinuum ipsum unum, multa profecto est: cōtinuum enim in infinitum est diuisibile. Exiſtit autem dubitatio de parte ac toto non ad sermonem fortasis accommodata, sed per ipsam cōsiderāda, utrum unum an plura sint pars atque totum, & quo pacto sint unum uel plura, & si sint plura, quonam modo sint plura. Et de partibus non continuis eadem sunt quærenda, & si utraque pars & ipsum totū sint unum perinde atque indiuisibile: ipsæ profecto partes unum idēidem erunt.

Atqui, si unum est ut indiuisibile, nulla sane quantitas, nulla qualitas erit. Neque igitur infinitum est id, quod est, ut dicit Melissus, neq; finitū, ut Parmenides asserit. Ipse namq; finis est, ut patet indiuisibile, non ipsum finitum.

At uero, si omnia, quæ sunt, ratione sunt unum, ut uestimentum ac tunica, sit ut Heraclīti sentētiam dicāt: eadem enim erit boni malique ratio, & non boni ac boni. Quare idem erit bonum atque non bonum, & homo ac equus idem, & homo atque nō homo. At sermo ipsorum, non unum ea, quæ sunt, sed nihil asseret esse. Et eadē insuper ratio qualitatis, ac quantitatis erit.

a tex.10.& infra

d ¶ Ostendit quomodo non potest dici, omnia esse vnum per rationem: quia si hoc esset, sequerētur tria inconuenientia. Et primo, quòd contraria essent vnū secūdum rationem, scilicet quòd eadem ratio esset boni, & mali, sicut Heraclitus ponebat eandem esse rationem contrariorum, vt patet in Quarto Meta. Secūdum inconueniens est, quòd eadem esset ratio boni & non boni, quia ad malum sequitur non bonū, & sic sequeretur, quòd esset eadem ratio entis & non entis, & sic sequeretur qp omnia entia non solum essent vnum ens, vt ipsi ponunt, sed

sed etiam non ens vel nihil, quia quæcunque sunt vnū secundū rationem, ita se habent, quòd de quocunque prædicatur vnū, & aliud: vnde, si ens & nihil sunt vnum secundum rationem, sequitur, si omnia sunt vnum ens, quòd omnia sunt nihil. Tertium inconueniens est, quòd diuersa genera, vt qualitas, quantitas, sint eadem secūdum rationē. Et hoc inconueniens ponit cum dicit. {Et tali & tanto.} Aduertendum vero, quòd sicut Philosophus dicit in Quarto Meta. Contra negātes principia, non potest adduci demonstratio simpliciter, quæ procedit ex magis notis simpliciter, sed demonstratio ad contradicendum, quæ procedit ex iis, quæ supponuntur ab aduersario, quæ sunt interdum minus nota simpliciter. Et sic Philosophus in hac disputatione vtitur pluribus, quæ sunt minus nota, quam hoc, qđ est, entia esse multa & non vnum tātum, & ad quod rationes adducit.

Tex.cō.20. Lect. 6. Tex.cō.69. circa fin. Tex.cō.21.

LECTIO IIII.

a * Tex.c.22. ὑπόθεσις

Postquām Philosophus improbauit positionem Parmenidis & Melissi ponentium ens esse vnum, hic ostendit, quòd ex eadem radice, quidā Posteriores Philosophi in dubitationem inciderunt quandā. Errauerūt enim Parmenides & Melissus, eo quòd nescierunt distinguere vnum. Vñ, quæ aliquo modo sunt vnum, simpliciter esse vnum enunciabant. Posteriores autem Philosophi nescientes distinguere vnum, pro inconuenienti reputabant, quòd idem aliquo modo sit vnum & multa: quod tamē conuicti rationibus confiteri cogebantur. Et ideo dicit, quòd {posteriores Philosophi turbati sunt}, i. in dubitationem inciderunt, quemadmodum & antiqui, scilicet Parmenides & Melissus, ne forte cogerentur hoc dicere, qp idem sit vnum & multa, quod inconueniens videbatur vtrisq;. Et ideo primi, ponentes omnia vnum, totaliter multitudinē auferebant. Posteriores vero multitudinem auferre conabantur a quibuscunque, quæ ponerent esse vnum. Et ideo quidam in propositionibus {vt Lycophron} auferebāt hoc verbum, est: dicebant enim quòd non est dicendum, homo est albus, sed homo albus. Considerabant enim quòd homo & albus sunt quodammodo vnum · alioquin album de homine non prædicaretur, sed videbatur eis, quòd hæc dictio, est, cum sit copula verbalis, inter duo copularet, & ideo totaliter abiecto, quod est vnū multitudinem auferre volentes, dicebant non esse apponendū hoc verbum, est. Sed quia imperfecta oratio videbatur, & imperfectum sensum generari in animo auditoris, si ponantur nomina absque additione alicuius verbi, hoc volentes corrigere, alii mutabant modum loquendi, & non dicebant homo albus propter imperfectionem orationis, nec homo est albus, ne daretur intelligi multitudo, sed homo albatur, quia per hoc, qp est albari, non intelligitur res aliqua, vt eis videbatur, sed quędam subiecti transmutatio. Et similiter dicebant non esse dicendum homo est ambulans, sed homo ambulat, ne per additionē huius copulæ verbalis, est, id quod reputabant vnum, scilicet hominem album, facerent esse multa, ac si vnum & eus dicerētur {singulariter} ideſt vno mō, & non multiplicitertsed hoc est falsum, quia id, quod est vnum vno mō, potest esse multa alio: sicut quod est vnum subiecto, pōt esse multa ratione, sicut album & musicum idem sunt subiecto, sed ratione multa: talia enim est ratio musici, & alia albi: vnde cōcludi potest quòd vnum sit multa. Alio etiam modo cōtingit qp id, quod est vnū toto & actu, sit multa secundum partium diuisionē. Vnde totum est vnū in sua totalitate, sed habet partium multitudinem. Et quāmuis ad id, quod est vnum subiecto & multa ratione aliquod rē medīū adinuenirēt, auferentes hoc verbū est, vel continuātes, vt supra dictum est, tamē in hoc, scilicet toto & partibus omnino deficiebant, respondere nescientes: & confitebantur tanquam aliquod inconueniens vnum esse multa. Sed hoc non est inconueniens, qñ vnum & multa non accipiuntur vt opposita. Vnum enim in actu, & multa i actu opponuntur, sed vnum in actu, & multa in potentia non sunt opposita. Et propter hoc subdit, quòd vnum dicitur multipliciter, scilicet vnum in potentia, & vnum in actu. & sic idem nihil prohibet esse vnum in actu, & multa in potentia, sicut patet de toto, & partibus. Vltimo autem inducit conclusionem principaliter intentam, scilicet quòd ex prædictis rationibus patet, quòd impossibile est omnia entia esse vnum.

B C

LECTIO IIII.

Onturbati sunt autem, & Posteriores, quemadmodum & Antiqui ne forte contingat simul idem vnum esse & multa. Vnde alii quidem, est, auferebant, quemadmodum Lycophron. Alij autem dictione mutabant, vt qm̄ homo nō albus est sed albatur, neque ambulans est, sed ambulat: vt non, est, adiicientes, multa faciant esse vnum. Tanquam singulariter dicto vno, aut ēte. Sed multa sunt quæ sunt, aut ratione, vt aliud albo esse & musico: Si idem vero vtraque multa itaq; vnum: aut diuisione, quēadmodum totū & partes. Hic autem iam deficiebant, & confitebantur vnum multa esse, tāquam non conueniret idē vnū, & multa esse: non opposita autē sunt. Etenim vnū & potētia, & endelechia. * Hoc igitur modo facientibus impossibile videtur quæ sunt, vnum esse.

LECTIO V.

a Ex quibus autem demonstrant soluere nō difficile est: vtriq;. n. sophistice syllogizāt & Parmenides & Melissus & nanq; falsa recipiunt. & non syllogizantes sunt. Est aūt magis Melissi onerosa ratio & non habens defectum, Sed vno incōuenienti assignato, alia contingūt: hoc autem nihil graue est.

Et enim Posteri quoque per inde atque Veteres turbabantur ne ipsu eueniat, ut res eædem simul sint unum & plura. Quapropter alij, ē ipsum, auferebāt, uti Licophron. Alij dictionē transformabant, hominem non album esse dicentes, sed albere, neque ambulantē esse, sed ambulare, ne ipsum est, adiungentes, id, quod est unum, aut id, quod est, unice diceretur. Multa uero sunt ea quæ sunt, aut ratione: nam aliud est album, aliud musicum ratione: idem autem est utrumque, ipsum igitur unum plura nimirum est: Aut diuisione, ut totum ac partes. Sed hoc loco iam hæsitabant, atque ipsum unū multa esse iā fatebantur: proinde qua si non posset unum ac plura esse: non tamen ea, quæ opponuntur. Est enim ipsum unum & potentia & etiā actu. Hoc igitur modo nobis aduersus hanc sententiam proferētibus, ea, quæ sunt, non posse unum esse uidentur.

LECTIO V.

Atque ne ij difficile est ea soluere, quibus illi horēs hāc suā sententiā ostendebant: uterq; enim cōtendendo ratiocinatur, & Parmenides, & Melissus, nam falsa sumunt & rationes forma uitiosa efficiunt. Melissi tamen ratio magis ē inepta, neq; ullā dubitationem habet profecto. Sed uno absurdo dato, cætera accidunt, quod quidem nullam habet difficultatem.

LECTIO V.

Postquàm Philosophus improbauit positionē Parmenidis & Melissi, hic incipit soluere eorum rationes. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quo modo rationes eorum sunt soluendæ. Secundo, soluit rationes Melissi ibi. {Quòd quidem igitur.} Tertio, soluit rationem Parmenidis ibi. {Et ad Parmenidem.} Dicit ergo primo, quòd non est difficile soluere rationes, ex quibus syllogizant Parmenides & Melissus, quia vtrique sophistice syllogizant, & in eo quòd assumunt falsas propositiones, & in eo quòd non seruant debitam formam syllogismi. Sed ratio Melissi {est magis onerosa} ideſt vana & furiosa {& non habens defectum} ideſt non inducens dubitationem. Assumit enim, quod contrariatur notis naturalibus principiis, & manifestę falsum, scilicet quòd eos non generetur. Vnde non est graue, si vno inconuenienti dato, alia sequantur. Secundo ibi.

Tex.cō.23. Tex.cō.25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

b ¶ Soluit rationem Meliſſi, quæ talis erat. Quod factum eſt habet principium, ergo quod non eſt factum non habet principium: ſed ens non eſt factum, ergo non habet principium, & per conſequens non habet finem, ſed quod non habet principium & finem eſt infinitum. ergo ens eſt infinitum. Quod autem eſt infinitum eſt

Tex.cō.23. immobile, non enim haberet extra ſe quo moueretur. Iterum quod eſt infinitum ē vnum: quia, ſi eſſet multa, oporteret eſſe aliquid extra infinitum, ergo ens eſt vnum, & infinitum, & immobile. Ad oſtendendum autem quòd ens non generatur, inducebat quādam rationem, qua etiam vtebantur qui dam Philoſophi naturales, vnde ponit eam infra circa finē huius primi libri.

Tex.cō.24. Lect. 15. Hanc autem rationē improbat quantum ad quatuor. Primo quantum ad hoc, qđ dicit, Quod factum eſt habet principiū, ergo quod non eſt factum non habet principium. Hoc autem non ſequitur, ſed eſt fallacia conſequētis. Arguit enim a deſtructione antecedentis, ad deſtructionem cōſequentis, cum recta forma argumentandi ſit econuerſo arguere. Vnde non ſe-

Tex.cō.25. quitur, Si eſt factum habet principium, ergo ſi non eſt factū nō habet principiū. ſed ſequeretur, ergo ſi non habet principium, non eſt factū. Secundo ibi.

c ¶ Improbat prædictam rationē quātum ad illam illationem, Nō habet principium, ergo ergo eſt infinitum. Principium enim dicitur dupliciter: vno modo dicitur principium temporis & generationis, & ſic accipitur principium cum dicitur, Quod factum eſt habet principium, vel qđ non eſt factum non habet principium. Alio modo eſt principium rei vel magnitudinis, & ſic ſequeretur, Si non habet principij, ac ſi eſſet vno modo dictum. Et hoc eſt quod dicit, quòd inconueniens eſt dicere {quòd principium omnis} id eſt cuiuſcunque habentis principium {ſit principium rei} ideſt magnitudinis, & quòd non ſit alio modo dictum principium temporis & generationis: non tamen ita quòd ſimpliciter generatio & momentanea, quæ eſt inductio formæ materiam habeat principium, quia ſimplicis generationis non eſt accipere principium, ſed totius alterationis, cuius terminus eſt generatio, eſt accipere principium, cum non ſit momentanea mutatio, & aliquādo generatio dicatur propter ſuum terminū. Tertio ibi.

d ¶ Improbat prædictam poſitionem quantum ad tertiam illationem, qua infertur, Eſt infinitum, ergo eſt immobile, & oſtendit, quòd hoc non ſequitur dupliciter. Primo quidem in motu locali, quia aliqua pars aquæ poteſt moueri in ſeipſa, ita quòd non moueatur ad locum extrinſecum, ſed ſecundum cōgregationem & diſgregationem partium: ſicut ſi totum corpus infinitum eſſet aqua, eſſet poſſibile, quòd partes eius moueren tur infra totum, & non procederent extra totum locum. Ité improbat quantum ad motum alterationis, quia nihil prohibe ret infinitum alterari, vel in toto vel in partibus. Non enim propter hoc oporteret ponere aliquid extra infinitum. Quarto ibi.

e ¶ Improbat prædictam rationem, quo ad quartam illationem, qua concludebatur, quòd ſi ens eſt infinitum, quòd ſit vnum. Non enim ſequebatur quòd ſit vnum ſecundum ſpecié, ſed forte ſecundum materiam, ſicut quidam Philoſophorū Naturalium poſuerunt omnia eſſe vnū ſecūdum materiam, non autem ſecundū ſpeciem. Manifeſtū e enim, quòd homo & equus differunt ſecundum ſpeciem, & ſimiliter cōtraria ſūt differentia abinuicē ſecundum ſpeciem.

LECTIO VI.

T ad Parmenidē autē, idem modus rationū eſt, etſi aliqui alii proprii ſunt. Et ſolutio, partim quidem quia falſa eſt, partim autē quia non concluditur.

b Falſa quidē: quoniā ſimplici ter accipit quod eſt, dicit, cum dicatur multipliciter.

Patet itaq; uitioſe Meliſſum argumentari. Putat enim ſumpſiſſe, Si omne quod factum eſt, principium habet, id quod factum non eſt, principium non habere.

Deinde hoc etiam eſt abſurdum cuiuslibet eſſe principium rei, & non temporis & generationis (non ſimplicis) ſed etiam alterationis, quaſi non fieret ulla mutatio ſimul.

Præterea, cur ſi eſt unum, immobile eſt? Cur enim & uniuerſum non perinde atque pars quæ quidem eſt unum? hæc nquam aqua in eodē loco mouetur. Deinde cur alteratio non erit?

At uero neq; ſpecie unū eſſe pōt, niſi eo, ex quo ſit ortus. hoc aũ pacto nonnulli ēt Naturales unum eſſe oĩa dicunt. Sed illo modo eſſe non pōt: homo nanq; ſpecie differt ab equo, & cōtraria inter ſeſe ſimili modo.

LECTIO VI.

Dem & ad Parmenidem modus eſt rationum, & ſi quidā proprij ſunt. Atque ſoluuo eſt, partim ex eo, quia falſa ſumit: partim ex eo, quia non concludit.

Nam falſa quidem ſumit, quia id quod eſt, pluribus modis dicitur, ipſe uero ſimpliciter illud accipit dici.

Secūda par te. tex. 30. Lect. 9.

Secūda par te. 25. tex. Tex.c. in ſi. ſen imme diate ante. Tex. cō. 1.

ter vnum eſt nihil. ergo eſt tantum vnum ens. Et ex hoc concludebat, quòd eſſet immobile, quia non haberet à quo moueretur, nec haberet extra ſe, quo moueretur. Ex ipſis autem eorum rationibus, patet quòd Parmenides conſiderabat ens, ſecundum rationem entis, & ideo ponebat ens eſſe vnum & finitum. Meliſſus autem conſiderabat ens ex parte materiæ, cō ſiderabat enim ens ſecundum quod eſt factum, vel non factum, & ideo ponebat ens eſſe vnum & infinitum. Dicit ergo, quòd idem modus eſt procedendi contra rationem Parmenidis, & contra rationem Meliſſi. Nam ſicut ratio Meliſſi ſoluebatur ex eo, quòd aſſumebat propoſitiones falſas, & ex eo quòd non recte concludebat ſecundum rectam formam ſyllogiſticam, ſic & ratio Parmenidis ſoluitur, partim quia falſa aſſumit, & partim quia non recte concludit. Dicit autem & eſſe alios modos proprios diſputandi contra Parmenidem, quia contra eum diſputari poteſt ex propoſitionibus ab eo ſumptis, quæ ſunt aliquo modo verę, & probabiles. Sed Meliſſus procedebat ex eo, quod eſt falſum & improbabile, ſcilicet quòd ens non generatur, vnde non diſputauit contra eum per propoſitiones ab eo ſumptas. Secundo ibi.

b ¶ Proſequitur prædictos modos. Et primo primum, Secundo, ſecundū ibi. {Non concluditur autem.} Dicit ergo primo, quòd Parmenides aſſumit propoſitiones falſas, {quia accepit quod eſt ens dici ſimpliciter} ideſt vno modo, cum tamen ſit ens multipliciter. Dicitur enim ens vno modo ſubſtantia, alio modo accidens: & hoc multipliciter ſecundum diuerſa genera.

genera. Poteſt etiā accipi ens, prout eſt commune ſubſtantiæ, & accidēti. Patet autem, qp propoſitiones ab eo ſumptę in vno ſenſu ſunt veræ, & in alio ſenſu ſunt falſæ. Nam, cum dicitur, Quicquid eſt præter ens, eſt nō ens: verum eſt ſi ens ſumatur, prout eſt commune ſubſtantiæ, & accidēti: ſi autem ſumatur pro accidēte, uel pro ſubſtantia tantū, falſum eſt, ut infra oſtēdetur. Similiter, & cum dicit, qp ens eſt unum: uerum eſt ſi accipiatur pro aliqua vna ſubſtantia, vel p aliquo uno accidēte: non tamen uerū erit in illo ſenſu, qp quicquid eſt præter illud ens, ſit non ens, Secundo ibi.

c ¶ Proſequitur ſecundum modum ſolutionis, quòd ſ. ratio Parmenidis non recte cōcludebat. Et

Tex.cō.26. primo oſtendit in ſimili. Secundo, adaptat ad propoſitum

Tex.cō.26. ibi. {Neceſſe igitur.} Dicit ergo primo, qp ex hoc ſciri poteſt, qp ratio Parmenidis nō concludit recte, quia forma argumentandi non eſt efficax in omni materia, quod oporteret ſi eſſet debita forma argumentandi. Si. n. accipiam⁹ album locum entis: & dicamus: qp album ſignificat vnum tantum, & non dicatur æquiuoce: & dicam⁹ ſic, Quicquid eſt præter album eſt non album: & quicquid eſt non album eſt nihil. non ſequitur qp albū ſit vnum tantum. Primo quidem, quia nō erit neceſſarium, ut omnia alba ſit vnum continuū. vel aliter. {Non enim erit vnū album continuatione} .i. ex hoc ipſo qđ eſt continuum, non erit vnum ſimpliciter, quia continuum eſt quodāmodo multa, vt ſupradictū eſt.

Lect. 3. Et ſimiliter non erit vnum ratione. Alia enim eſt ratio albi, & ſuſceptibilis: & tamē non erit aliquid præter albū quaſi ab eo diuiſum. non eſt. n. aliud album a ſuſceptibili, quia albū ſit ſeparabile a ſuſcepti bili, ſed quia alia eſt ratio albi, & ſuſceptibilis. Sed hoc nondum erat conſideratum tempore Parmenidis. ſ. qp aliquid eſſet vnū ſubiecto, & multa ratione: & ideo credidit, qp ſi nihil ſit extra aliquod ſubiectum, quòd ſequatur id eſſe vnum. Sed hoc falſum eſt, tum propter multitudinem partium, tum propter diuerſam rationem ſubiecti & accidentis. Secundo ibi.

d ¶ Adaptat ſimilitudinem ad propoſitum, & quid dictum eſt de albo, oſtendit ſimiliter ſe habere circa ens. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, qp non ſequitur ens eſſe vnum ſimpliciter, propter hoc, qp ſubiectum & accidens ſunt diuerſa ſm rationē.

Tex.cō. 28. Secundo, propter multitudinem partium ibi. {Neque igitur magnitudo.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd cum dicitur, Quicquid eſt præter ens, eſt non ens, hoc, quod eſt ens, non poteſt accipi pro accidente tantum. Secundo, qp non poteſt accipi pro ſubſtantia tantum, ibi. {Si igitur quod vere.} Dicit ergo primo, qp cum dicitur, qp quicquid eſt præter ens

Tex.cō.27. eſt non ens, ſi ens dicatur vnum ſignifica re, oportebit quòd ſi gnificet non quodcū que ens, uel de quocunque prædicatur, ſed ſignificet {quod vere eſt} .i. ſubſtātiā, & ſignificet {quod ve re eſt vnum} .i. indiuiſibile. Si enim ens ſignificet accidens, cum accidens prędicet de ſubiecto, opor tet quòd ſubiectum non ſit, cui accidit ac cidēs, quod ponitur ens. ſ. n. quicquid eſt præter ens eſt nō ens .i. præter accidens, & ſubiectum eſt alterū ab accidente, quod ſi gnificat hoc, quod di co ens, ſequitur, qp ens prædicetur de nō ente. Et hoc eſt, quod concludit. {Erit itaq; aliquid, cum nō ſit.} Ac ſi dicat, ergo ſequitur quòd nō ens, ſit ens. Hoc autē eſt impoſsibile, quia hoc eſt primum ſupponē dum in ſcientiis, qp contradictoria non prędicentur de ſe inuicem, vt in Quarto Meta. dicitur. Vnde

Tex.cō.27. concludit, quòd ſi aliquid ſit vere ens, ſupposita hac propoſitione, quicquid eſt præter ens, eſt non ens, ſequitur qp illud non ſit accidens inhærens alij, quia tūc non contingeret ipſi ſubiecto ſic eſſe aliquod ens, ideſt, quòd ipſum ſubiectum haberet rationem entis; niſi ens multa ſignificaret. ita quòd vnumquodque illorum multorum eſſ. t aliquod ens. Sed ſup ponitur a Parmenide, qp ens ſignificat vnū tantū. Sed oſtendit ibi.

e ¶ Poſtquam concluſit, quòd cum dicitur Quicquid eſt præter ens, eſt non ens, per ens nō poteſt intelligi accidens, oſtēdit, qp nec etiam ſubſtantia. Vnde dicit. Si igitur quod vere eſt, non ſit accidens alicui, ſed illi aliquid accidit, oportet, quòd in hac propoſitione, Quicquid eſt præter ens, eſt nō ens {magis ſignificetur quod vere eſt} .i. ſubſtantia per ens, q per non ens. Sed non poteſt hoc ſtare. Ponatur enim, quòd id, quod vere eſt ens, ideſt illa ſubſtantia ſit album: album autem non eſt quod vere eſt. Iam enim dictum eſt, quòd id, quod vere eſt, non eſt poſsibile accidere alicui. Et hoc ideo quia {quod non vere eſt} .i. quod non eſt ſubſtantia {non eſt quod eſt} .i. non eſt ens. Sed quicquid eſt præter ens. i. præter ſubſtantiam eſt non ens. Sic ergo ſequitur, quòd album non ſit ens. Et non ſolum ita qp non ſit hoc ens, ſi cut

Non concluditur autem, quia, ſi ſola alba ſumantur, ipſo albo unum ſignificante, non minus alba plura erūt & non unum. Nam album ipſum, nec continuatione erit unum, nec ratione. alia namque ratio erit albi, alia eius, quod album ſuſcepit. Atque non erit præter album ipſum, ſeparabile quicquam. Non enim hoc, rationem propriam habet, quo ſeparabile eſt: ſed albi ratio & eius, in quo eſt, non eſt eadem, ſed diuerſa. At Parmenides nondum id ipſum uidebat.

Neceſſe eſt igitur eos ſumere, qui id quod eſt, unum inquiunt eſſe, non ſolum unum ſignificare id quod eſt, de quo prædicabitur: ſed etiam quod proprie eſt ens, & quod proprie unū eſt. Accidens enim de ſubiecto aliquo dicitur. Quare illud cui id, quod eſt accidit, non erit: eſt enim aliud ab eo quod eſt. Erit ergo quippiam quod non eſt. Non ergo id, quod proprie eſt ens, alii inerit. Non enim rationē entis ſubibit, niſi id quod eſt plura ſignificet, hoc pacto, ut quodque quippiam ſit. At id quod eſt, unum ſignificare ſupponitur.

Si igitur id, quod proprie eſt ens, non accidit cuiquam, ſed aliquid illi aliud accidit, cur id, quod eſt ens proprie ens ſignificat potius, quàm non ens? nam, ſi id erit, quod proprie eſt ens, erit etiam album. Album autem non eſt proprie ens. Neque. n. id quod eſt, ipſi accidere poteſt. nihil eſt. n. ens quod non eſt proprie ens. Album ergo non eſt ens. Atq; non hoc quidē pacto, ut quippiam non ſit, ſed ut omnino non ſit. Si igitur uti diximus id, quod eſt proprie ens, erit etiam album, ſit ut id non ſit ens, quod eſt proprie ens, uere enim dicemus, ſi illud album eſſe dixerimus. At hoc non ens, uti ſupponebatur, ſignificabat. Quare, ſi albū etiā proprie ens ſignificat, non unū id, quod eſt, ſed plura ſane ſignificat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eut homo non est hoc ens, quod est asinus, sed quòd omnino nō F sit, quia ipse dicit, quòd quicquid est præter ens, est non ens, & quod est non ens, est nihil. Ex hoc ergo sequitur, quòd non ens prædicetur de eo, quod vere est, quia album prædicatur de substantia, quę vere est: & tamen album non significat ens, vt dictum est. Vnde sequi-

Tex.cō.28. tur, quòd ens, sit non ens. Et hoc est impossibile, quia vnum contradictoriorū nō prædicatur de altero. Vnde, si ad euitā dum hoc inconueniens dicamus, quòd vere ens non solum significat subiectum, sed etiam ipsum album, sequitur vt ens multa significet. Et ita nō erit tantū vnū ens, quia subiectum, & accides plura sunt secundum rationem. Deinde cum dicit.

Parte secun da.28. f ¶ Ostendit, quòd non sequitur ex ra-

Tex.cō.29. & 30. tione Parmenidis, ꝙ sit tantum vnum pro pter multitudinem partium: & primo, quantum ad partes quantitatiuas. Secundo, quantum ad partes ratiōis ibi. { Quod autem diuiditur. } Dicit ergo primo, ꝙ si ens tantum vnum significet, non solum non poterit esse accidens cum subiecto, sed neque etiam ens erit aliqua magnitudo, quia omnis magnitudo est diuisibilis in partes: vtrius{q; autem partis non est eadem ratio, sed altera. Vnde sequitur, ꝙ illud ens vnum, non sit substantia corporea. Secundo ibi.

Tex.cō.29. g ¶ Ostendit, quòd non possit esse ens substantia definibilis. Manifestum est

Tex.cō.30. enim ex definitione { quòd id, quod vere est } ideſt substantia, diuiditur in plura, quorum vnumquod que est quod vere é, ideſt substantia, & aliud secundum rationem. Vt ponamus, quòd id vnum, quod vere est, sit homo: cum sit animal bipes, necesse est, quòd animal sit, & bipes sit: & sic vtrunque eorum erit { quod vere est, } K ideſt substantia. quòd si non sint substantiæ, erunt accidentia, aut igitur homini, aut alteri alicui: sed impossibile est, quòd sint accidentia homini. Et ad hoc ostendendum duo supponit. Primum est, quòd accidens dicitur dupliciter. Vno modo accidens separabile, quod contingit inesse, & non inesse, vt sedere. Alio modo accidens inseparabile & per se: & hoc est accidens, in cuius definitione ponitur subiectum, cui accidit, sicut simum est per se accidens nasi, quia in definitione simi ponitur nasus: est enim simum nasus curuus. Secundum, quod supponit est, quòd, si aliqua ponuntur in definitione alicuius definiti, aut in definitione alicuius eorum, ex quibus constat definitio, impossibile est, quòd in definitione alicuius horum ponatur definitio totius definiti. sicut bipes ponitur in definitione hominis, & quædam alia, quæ ponuntur in definitione bipedis, vel animalis, ex quibus definitur homo, impossibile est, quòd ponatur homo in definitione bipedis, aut in definitione alicuius eorum, quæ cadunt in definitione bipedis, vel animalis.

f Neq; igitur magnitudo erit quod est, siquidem quod vere est, est quod est. Vtrique enim alterum est esse partium.

g Quòd autē diuiditur quod vere est, id quod vere aliquid aliud ratione, manifestum est, vt homo, si est quod vere est ali G quid, necesse est & animal qđ vere est aliquid esse, & bipes. Si enim non quod vere est, aliquid est, accidentia erunt: aut igitur homini, aut alij alicui subiecto, sed impossibile est. accidens enim dicitur hoc, aut quod contingit esse & non esse, aut cuius est in ratione hoc, cui accidit, vt sedere quidem sicut separabile: in simo autem est ratio naris, cui dicimus accidere simum. Amplius quæ- H cunque in definitiua ratione in sunt. aut ex quibus sunt, in ratione horum non est ratio totius, ut in bipede ratio hominis, aut in albo, quæ est albi ho minis. Si igitur hæc hunc habent modum, & homini accidit bipes, necesse est separabile esse ipsum. quare continget vtique non bipedem esse homi nem, aut in ratione bipedis ine rit hominis ratio, sed impossibile est. illud enim in illius rationem inest. Si autem alii accidunt bipes, & animal, & non est vtrunque quod vere est aliquid, & homo vtique erit accidentium alteri. Sed quod vere aliquid est sit accidens nulli. & de quo ambo & vtrunque & quod est, ex his dicatur. Ex in diuisibilibus itaque est omne.

Neque igitur magnitudinem habebit id quod est, si id sit, quod est proprie ens. Ratio nanque partis utriusque diuersa nimirum est.

Diuidi autem id quod est proprie ens, in aliquid aliud proprie ens, ex ratione etiam patet. Veluti si homo ens proprie quippiam est, & animal necesse est proprie quid esse, & utidem bipes: nam, si ita non sit, accidentia erunt profectò. Aut igitur homini, aut alii subiecto cuipiam accidunt. At neutrum esse potest. Accidens enim aut dicitur quod inesse potest, ac non inesse, aut id in cuius ratione id cui accidit sumitur. ceu sessio quidem est il lud quod separatur: simitas autem id, in cuius ratione sumitur nasus, cui simitatem dicimus accidisse. Præterea in eorum ratione, quæ in definitiua ratione cuiuspiam insunt, aut eorum ex quibus quippiam constat, nunquam ipsius totius ratio inest, ceu in bipede ratio hominis, aut in albo ratio hominis albi. Si hæc igitur ita sunt, atq; boī bipes accidit separabile ipsum esse necesse est, quare fieri pōt, utbō bipes nō sit. Vel in ratione bipedis merit ipsius hominis ratio. at fieri nequit. illud enim in ratione hominis inest. Quòd, si bipes ac animal alii cuipiam accidunt, & neutrum est quod proprie ens, homo quoque ex his erit profectò quæ alii accidunt. At quod proprie est, nulli sit accidens, & de quo ambo dicuntur, atque utrunque dicatur, & id quod ex illis componitur. Ipsum igitur uniuersum, ex indi uisibilibus constat. I

alioquin esset definitio circularis, & esset idem prius, & posterius, & notius, & minus notum. Omnis enim definitio fit ex prioribus, & notioribus, vt in Sexto Top. dicitur. & eadem ratione, cum in definitione hominis albi ponatur album, non est possibile, quod in definitione albi ponatur homo albus. His igitur positis, sic argumentatur. Si bipes est accidens homini, necesse est, vel quòd sit accidens separabile, & sic contingit hominem non esse bipedem, quod est impossibile, vel erit inseparabile, & sic oportebit, quòd homo ponatur in ratione bipedis, quod est etiam impossibile, quia bipes ponitur in ratione eius. impossibile, est igitur, quòd bipes sit accidens homini, & eadem ratione neque animal. Sed si dicatur, quòd ambo sūt accidētia alicui alij, sequeret, quòd etiam homo accidat alicui alteri: sed hoc est impossibile: iam enim supra dictum est, ꝙ illud, quod vere est, nulli accidit: homo autem supponitur esse illud, quod vere est, vt ex superioribus patet. Quòd autem sequatur, hominem accidere alteri, si animal, & bipes alteri accidunt, sic manifestat, quia de quocunque dicuntur ambo seorsum, scilicet animal, & bipes, de eodem dicitur vtrumque simul, scilicet animal, & bipes: & de quocunq; dicitur animal & bipes, dicitur quod est ex eis, scilicet homo, quia nihil est aliud homo q̄ animal bipes. Sic igitur patet, quòd si ponatur vnum tātum ens, nō possunt poni partes quantitatiuæ, neque partes magnitudinis, neque partes rationis: sic igitur sequitur, quòd omne ens sit de numero indiuisibilium, ne ponentes vnum ens cogamur ponere multa propter partes. Commentator autem dicit, quòd ibi. { Sed quod vere est. } ponit secundam rationem Parmenidis, ad ostendendum quòd ens sit vnū, quæ talis est. Ens quod est vnum, est substantia, & non accidēs & per substantiam intelligit corpus, si autem corpus illud diuidatur in duas medietates, sequitur, quòd ens dicatur de vtraque medietate, & de congregato ex eis. Et hoc vel procedit in infinitum, quod est impossibile secundum ipsum, aut erit diuidere vsque ad puncta, quòd etiam est impossibile. vnde oportet, quòd ens sit vnum indiuisibile. Sed hæc expositio est extorta, & contra intentionem Aristotelis, sicut satis apparet literam inspicienti.

Cap.4.

LECTIO

LECTIO VII.

a Postquam Philosophus improbauit rationem Parmenidis, ducendo ad quædam inconuenientia, hic improbat positionem quorundam, qui prædicta inconueniētia concedebant. Et circa hoc duo facit. Primo ponit positionē eorum. Secundo, improbat eam ibi. { Manifestum autem. } Cōsiderādum primo, ꝙ

Tex.cō.31. supra Philosophꝰ cōtra rationem Parmenidis duabus rationibus vsus est. Vna ad ostendendum, quòd

Lect.6. ex ratione Parmenidis nō requiritur oīa esse vnum propter diuersitatē subiecti, & accidentis. quæ quidē ratio ducebat ad hoc inconueniens, ꝙ non ens est ens, vt ex superioribus patet. Alia vero ratio procedebat ad ostendendum, ꝙ non sequitur omnia esse vnum, ꝙpter hoc, ꝙ si esset magnitudo, sequeretur magnitudinē esse indiuisibilem, quia si sit diuisibilis, erunt quodammodo multa. Platonici vero vtrique rationi acquieuerūt cōcedēdo impossibilia, ad quæ deducunt. Acquieuerunt ergo primæ rationi, quæ ducebat ad hoc, ꝙ non ens est ens, si aliquis dicet, ꝙ ens significet vnum, vel substantiā tantum, vel accidens tantū: & per hoc vellet dicere, ꝙ oīa sunt vnum. Huic rationi dico, acquieuerūt, ꝙ non ens esset ens. Dicebat enim Plato, ꝙ accidens est non ens. & propter hoc dicit in Sexto Meta. ꝙ Plato posuit sophisticā circa nō ens, quia versatur maxime circa ea, quæ per accidens dicuntur. Sic ergo Plato intelligens per ens substantiam, concedebat primam propositionem Parmenidis dicentis, ꝙ quicquid est præter, ens est nō ens, quia ponebat accidens, quod est præter substantiam, esse nō ens. non tamen concedebat propositionem hanc, scilicet, quicquid est non ens, est nihil. Licet enim diceret accidens esse non ens: non tamen dicebat accidens esse nihil, sed aliquid. Et ꝓpter hoc secundum ipsum non sequebatur, ꝙ sit vnum tantum. Sed alteri rationi, quę ducebat ad hoc, ꝙ magnitudo esset indiuisibilis, assentiebant, faciendo magnitudines esse indiuisibiles ex decisione, ideſt dicendo, ꝙ magnitudinum diuisio ad indiuisibilia terminatur. Ponebat enim corpora resolui in superficies, & superficies in lineas, & lineæ in indiuisibilia, vt patet in Tertio de Cœlo, & mundo. Secundo ibi.

Tex. cō. 5. b ¶ Improbat prædictam positionem quantum ad hoc, quod concedebat, ꝙ non ens est aliquid. Nam quantum ad illud quod concedebat, indiuiduas esse magnitudines, improbat suo loco in sequentibus scientiæ naturalis. Improbat autem primum, duplicīter. Primo, ostendendo, ꝙ non sequitur ex ratione Platonis, ꝙ non ens sit aliquid. Secundo, quantum ad hoc, quod dicebat, ꝙ nisi hoc ponatur, scilicet, ꝙ si non ens, quod est accidens, non sit aliquid, sequitur omnia esse vnum ibi. { Dicere igitur. }

3.li. Cæ. & Mun. & 6. huic.

LECTIO VII.

Videm autem rationibus vtrisque acquieuerunt. Huic quidē, quoniam omnia vnum sunt, si quod est: vnū significat: quoniam est, & quod non est. Ei autem, quæ decisione indiuiduas facientes, magnitudines.

b Manifestum aūt est; & qm̄ nō verū est, ꝙ si vnū significat qđ est. & non posibile est simul cō tradictionē esse, non erit nihil, qđ nō est. Nihil. n. prohibet qđ nō est, non simpliciter esse: sed non ens aliquid esse, qđ nō est.

c Dicere igit extra ipsum qđ est, nisi aliquid erit aliud, vnum oīa esse, inconueniens est. Quis .n. addiscit ipsum quod est, nisi quod vere est. aliquid sit? Si autem hoc, nihil tn̄ prohibet multa quę sunt esse, sicut dictū est. Quòd quidem igitur sic vnum esse quod ē impossibile sit, manifestum est.

LECTIO VIII.

Sicut autem Physici dicunt, duo modi sunt. Hi quidem enim vnū facientes, qđ est corpus subiectū, aut triū aliquod, aut aliud, quod est igne densius, aere autem subtilius: alia autem generant densitate, & raritate multa facientes; hæc autem sunt cōtraria. Vniuersaliter autē excellentia, & defectus, sicut magnū

A Dicit ergo primo, manifestum esse, quòd non est verum, ꝙ ista ratio Platonis sequatur, qua sic deducebat. Ens vnum significat. ponebat enim ens esse genus, & vnīoce dictum de omnibus se cundum participationem primi entis. Et iterum ponebat, ꝙ cō tradictoria non sunt simul vera. Ex his duobus arbitrabatur sequi, non ens non esse nihil, sed aliquid. Si enim ens significat vnum, quod est substantia, oportebit, ꝙ quicquid est non substantia sit non ens, quia si esset ens, cum ens non significet ni si substantiam, sequetur, ꝙ esset substantia, & tūc esset simul substantia, & nō substantia, quod est contradictoria simul vera esse. Si igitur impossibile est contradictoria simul vera esse, & ens significat vnum, quod est substantia, sequetur, ꝙ quicquid est non substantia est, non ens: sed aliquid est non substantia, scilicet accidens: igitur aliquid est non ens: & sic nō est verum, ꝙ non ens sit nihil. Ostendit autem Arist. ꝙ hoc non sequitur, quia si ens significat principaliter vnum, quod est substantia, nihil prohibet dicere, ꝙ accidens, quod non est substantia, nō sit sim pliciter ens, sed tamē nō propter hoc oportet, ꝙ illud quod nō est aliquid, ideſt substantia, dicatur absolute non ens. Licet ergo accidens non sit ens simpliciter, non tamen potest dici absolute non ens. Secundo ibi.

c ¶ Concludit vlterius, ꝙ non sequitur, si non ens, quod est accidens, non sit aliquid, ꝙ omnia sint vnum. Et hoc est qđ dicit, ꝙ non inconueniens est dicere, ꝙ sequatur omnia esse vnum, nisi aliquid sit extra ens, quia per ens non potest intelligi nisi substantia, quæ vere est: sed si substantia sit, nihil prohibet esse multa, sicut iam dictum est, etiam remota magnitudine, & accidente, quia definitio substantiæ diuiditur in multa, quæ sunt de genere substantiæ, scilicet, homo, animal, & bipes. Et vlterius sequitur, ꝙ secundum diuersas differentias generis sint multæ substantiæ in actu. Et vltimo infert conclusionem intentam, ꝙ non omnia sunt vnum, sicut dicebat Parmenides, & Melissus.

LECTIO VIII.

Videm autem utrisque rationibus concesserunt. Ei quidem, quæ omnia unum esse concludit, si id, quod est, unum significat: id, quod haud est, esse dicentes. Ei uero, quæ ex partitione procedit indiuiduas magnitudines faciētes.

Patet autem & uerum non esse, si id, quod est, unum significat, & fieri non potest, ut simul sit contradictio, non fore quicquam non ens. Nihil enim obstat, ut id, quod non est, non sit absolute non ens: sed non ens quippiam sit.

Dicere quoque si nō quippiā aliud erit præter id ipsum, quod est, unum omnia fore, perabsurdū est sane. Quis enim ipsum quod est aliud quicquam esse intelligit quām id, quod est proprie ens? Quod & si ita est, nihil tamen prohibet multa esse ea, quæ sunt, ut diximus. Patet igitur, impossibile esse, ut id, quod est, hoc modo sit unū.

LECTIO VIII.

T Naturales autem dicunt duo sunt modi. Quidam. n. id quod est, unum subiectū corpus fecerunt, aut trium unum, aut aliud, quod igne quidem spissius, aere uero subtilius est. Cætera autem generari dicunt densitate, raritateque multa facientes. hæc autem sunt cōtraria. & uniuersaliter excessus, atque defectus, quemadmodum Plato magnum dicit, & paruum. Verum hic quidem

Tex.cō.33.

Oſtquam Philosophus improbauit opinionem de principiis eorum, qui de natura non naturaliter sūt locuti, hic prosequitur opiniones eorum, qui de principiis naturaliter sunt locuti, non remouentes motum: & ideo vocat eos Physicos, ideſt Naturales. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit diuersitatem opinionū. Secundo, prosequitur vnam earum ibi. { Videtur autem. } Dicit ergo primo, ꝙ ſm opinionē Naturalium Philosophorum duo sunt modi, ſm quos generantur res ex principiis, quorum vnū tangebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

tangebant Philosophi naturales, ponentes vnum tantum principium materiale, siue esset vnum de tribus elementis, ſ. igne, & aere, & aqua: quia terram solam nullus posuit principium, vt supra dictum est, siue aliquod medium inter ea, vt puta, ꝙ esset dē sua igne, & subtilius aere. Ab illo autem vno principio, dicebāt omnia alia generari, ſm raritatem, & densitatem, vtputa, qui ponebāt uerem principium, dicebant, ꝙ ex eo rarefacto, generatur ignis: ex eo aūt condensato, generaf aqua: rarum aūt, & densum sunt contraria: & reducuntur ad excellentiam, & defectum, vt ad quædam vniuersaliora. nā densum est, quod habet multum de materia. rarum autem, quod parum. & sic quodāmodo concordabant cum Platone, qui ponebāt magnū, & paruum principia, quæ etiam pertinent ad excellentiam, & defectum. Sed in hoc differebant a Platone, quia Plato posuit magnum, & paruum ex parte materiæ, quia ponebat vnum principiū formale, quod est quędam idea participata a diuersis ſm diuersitatē materię. Antiqui vero naturales ponebāt contrarietatē ex parte formæ, quia ponebant primum principium vnam materiā, ex qua multa constituuntur ſm diuersas formas. Alii vero Antiqui Naturales ponebāt res fieri ex principijs, ex hoc, ꝙ ipsa cōtraria, & diuersa extrahebantur ab vno, in quo erāt quasi cōmista, & cōfusa. sed in hoc differebant, quia Anaximander ponebat illud vnum cōfusum esse principium: non autem illa multa, quæ in eo erant commista. vnde ponebat vnum tantum principium. Empe. vero, & Anaxa. ponebant magis esse principia illa, quæ in eo permiscebantur: & ideo ponebāt multa principia, licet & illud vnū confusum quodammodo principium ponerētur. Sed Anaxa. & Emped. differebant in duobus. Primo quidem, quia Emped. ponebat circulationem quandam commissionis, & segregationis. ponebat enim Mundum multoties esse factum, & multoties corruptum: ita ꝙ, cū mundus corruptus fuit, amicitia oīa confundente in vnum, iterum mundus generaretur lite seſe parante, & distinguente. & sic confusioni succedit distinctio, & econuerſo. Sed Anax. ponebat semel tantum Mundum factum esse: ita ꝙ a principio omnia essent commista in vnum: sed intellectus, qui incœpit extrahere, & distinguere, nūquā cessabit hoc facere, ita ꝙ, nunquam erunt oja cōmista in vnū. Alio mō differāt in hoc, ꝙ Anax. posuit principia esse infinitas ptes similes, & cōtrarias, sicut infinitas partes carnis, quę sunt similes inuicem: & infinitas partes ossis, & aliorum, quæ habent partes similes: cum tamen quarundam sit ad alias contrarietas, sicut partium ossis ad partes sanguinis, est cōtrarietas ſm humidum, & siccum: sed Emped. posuit principia illa solum quatuor, quæ communiter dicuntur elementa, scilicet, ignem, aerem, aquam, & terram.

LECTIO IX.

Tex.cō.33. Idetur autem Anaxa. sic infinita opinari, vt accipiat communem opinionem Physicorum esse verā, tanquam non fiat nullum eorum, ex eo quod non est. Propter hoc enim dicunt, ꝙ erant simul omnia, & fieri huiusmodi statuerunt alterari. Alii autem congregationem, & segregationem.

Tex.cō.34. b Amplius ex eo, quòd fiunt ex alterutris: contraria inerant ergo.

c Si enim omne quod est fit, necesse est fieri aut ex iis, quæ dicit Plato, & paruum, nisi ꝙ hic quidem hęc facit materiā, vnum autem speciem. Alii vero vnum quidem subiectū materiam, contraria autem differentias, & species. Quidam aūt ex vno inhærentes contrarietates segregant, quemadmodum Anaximander dixit. & quicunque vnum, & multa dicūt esse, sicut Empe. & Anax. ex commistione nāque segregāt alia. Differunt autem abinuicem, eo ꝙ hic circulationē facit horum: hic autē semel. Et hic quidem infinitas similes partes, & contrarias: ille vero, vocata elemēta solum.

LECTIO IX.

Ponitis diuersis opinionibus naturalium Philosophorum de principiis, hic prosequitur vnam earum, scilicet opinionem Anaxagoræ, quia hæc opinio videbatur assignare causam communem omniū specierum motus. Et diuiditur in duas partes. In prima, ponit rationē ipsius. In secunda, obiicit contra eam, ibi. {Si igitur infinitum.} Circa primum tria facit. Primo, prēmittit ea, quæ Anax. supponebat, & ex quibus argumentabatur. Secundo, ponit suæ rationis processum ibi. {Si enim omne, qđ est fit.} Tertio, ponit eius reſponsionē ad quādam tacitā obiectionem. Ibi {Apparet aūt.} duo autem ponebat Anax. ex quibus procedebat, quorum primū est, quod etiam ab omnibus Naturalibus Philosophis supponebatur, ꝙ scilicet, Ex nihilo, nihil fiat. Et hoc est, quod dicit, quòd Anax. ex hoc videbatur opinari esse principia infinita, quia accipiebat communem opinionem omniū Philosophorum Naturalium esse veram hanc scilicet, quòd id, quod simpliciter non est, nullo modo fieret, quia enim hoc supponebant tanquam principiū, ad diuersas opiniones processerunt. Vt enim cogerent ponere aliquid de nouo fieri, quod prius omnino non esset, posuerunt aliqui omnia prius simul extitisse, vel in aliquo vno confuso, sicut Anax. & Emped. vel in aliquo principio materiali, scilicet, aqua, igne, & aere, vel in aliquo medio illorum. Et secundum hoc, duos modos factionis ponebant. Quidam enim posuerunt omnia simul præexistere, sicut in vno principio materiali, & dixerunt, quòd fieri nihil aliud est, quàm alterari. ex illo enim vno principio materiali omnia fieri dicebat per condensationem & rarefactionem eiusdem. Alij vero, qui ponebant omnia præexistere simul, sicut in aliquo confuso, & commisto ex multis, dixerunt, quod fieri rerum non est aliud, quàm congregatio, & segregatio. Et omnes hi decepti fuerūt, quia nesciuerunt distinguere inter potentiam, & actum. Ens enim in potentia, est quasi medium inter purum non ens, & ens in actu. Quæ igitur naturaliter fiunt, non fiunt ex simplici ter non ente, sed ex ente in potenti ai non autē ex ente in actu. vt ipsi opinabantur. Vnde quæ fiunt non oportet præexistere actu, vt ipsi dicebant, sed potentia tantum. Deinde cū dicit.

Idetur autem Anaxa. sic infinita esse putasse, quia communem illam opinionem Naturalium ueram esse existimabat, nihil inquam ex eo, quod non est, fieri, atque oriri. Quapropter hoc dicunt, modo erant omnia simul. & generationem alterationem inquiunt esse. quidam uero congregationem, ac segregationem.

Insuper ex eo, quia contraria ex sese mutuo fiunt, inerant ergo.

Nam si omne quidem quod fit, aut ex entibus, aut ex non entibus fieri

b ¶ Ponit secundum, quod supponebat. Dicebat enim, quòd contraria fiunt ex alterutris. videtur enim ex calido fieri frigidum, & econuerſo. Et ex hoc concludebant, quòd cum ex nihilo nihil fiat, quòd vnum contrariorum præexistit in altero. Quod quidem est verum, sed potentia: nam frigidum, est potentia in calido, non autem actu, vt Anaxagoras æstimabat, propter hoc, quòd nesciebat accipere esse in potentia, qđ est esse medium inter purū non esse, & esse actu. Sed o ibi.

c ¶ Ponit deductionem rationis ipsius, & procedebat sic. Si aliquid est, necesse est, quòd fiat aut ex ente, aut ex non ente. Sed horum alterum excludebat. ſ. ꝙ aliquid fieret ex non ente, propter communem opinionem Philosophorum supra positam. Vnde concludebat reliquum membrum. ſ. ꝙ aliquid fiat ex ente: puta si aer fit ex aqua, ꝙ aer prius existit. Non autem diceretur, ꝙ aer fiat ex aqua, nisi in aqua præexisteret aer. vnde volebat accipere, ꝙ omne qđ fit ex aliquo, præexisteret i eo ex quo fiebat. Sed quia hoc videbatur contra id, quod apparet sensui: non enim apparet ad sensum, ꝙ illud, qđ generatur ex aliquo præexistat in eo, ideo hanc obiectionē excludebat per hoc, qđ ponebat, ꝙ id quod fit ex aliquo præexisteret in eo ſm quasdā partes minimas, quæ sunt nobis insensibiles propter suam paruitatem: puta si aer fit ex aqua, partes aliquæ minimæ aeris sunt in aqua, nō autem in illa quantitate, in qua generatur: & ideo per congregationem illarū partium aeris adinuicem, & segregationē ex partibus aquæ, dicebat fieri aerem. Habito igitur hoc, quòd omne, quod fit ex aliquo præexistat in eo, assumebat vlteriꝰ oē ex omni fieri: vnde cōcludebat, ꝙ quodlibet esset in quolibet permistum, secundum partes minimas & insensibiles. Et, qa infinities vnum ex alio fieri pōt, ifinitas partes minimas in vnoquoq; eē dicebat. Deindecum dicit.

d ¶ Excludit quandam tacitā obiectionem. Posset enim aliquis obiicere, si infinitæ partes cuiuslibet rei sunt in quolibet, sequetur, ꝙ non abinuicem res differant, nec abinuicem differre videantur. Ad hoc ergo quasi respondēs dicit, ꝙ res videntur differre abinuicem, & nominantur etiā diuersa ex eo, quòd maxime superabundat in eis: cum tamē infinita sit multitudo partium minimarū, quæ continētur in aliquo misto, & sic nihil est pure, & totaliter album, aut nigrum, aut os, sed id, quod plus, est in unoquoque, hoc videtur esse natura rei. Deinde cum dicit.

e ¶ Improbat positionem prædictam. Et circa hoc duo facit. Primo, improbat eam absolute. Secundo, comparat eam ad opinionem Emp. ibi. {Melius autem,} Circa primum, duo facit. Primo, ponit rationes ad improbandum opinionem Anax. Secundo, improbat modum positionis. ibi. {Nequaquam.} Circa primum, ponit quinque rationes, quarum prima, talis est. Omne infinitum, est ignotum, secundum qđ infinitum est. Et exponit quare dicit, secundum qđ infinitum, quia si est infinitum secundum multitudinem, vel magnitudinem, erit ignotum secundum quantitatem; si autem est infinitum secundum speciem, puta, ꝙ constituatur ex infinitis secundum speciem diuersis, tunc erit ignotum secundum qualitatem. & huius ratio est, quia id quod

A est notum apud intellectum, comprehenditur ab ipso, quantum ad omnia, quæ ipsius sunt, quod non potest cōtingere in aliquo infinito. Si igitur alicuius rei principia sunt infinita, oportet ea esse ignota, vel ſ. secundum quantitatem, vel secundum speciem: sed si principia sunt ignota, oportet esse ignota ea, quę sunt ex principijs. Quod ꝙ patet ex hoc, quia tunc arbitramur nos cognoscere vnumquod que compositum {cū scimus ex quibus, & quantis sit} ideſt quā do cognoscim⁹ & species, & quantitates principiorum. Sequitur igitur de primo ad vltimū, ꝙ si principia rerum naturaliū sunt infinita, ꝙ naturales res erunt ignotæ, secundum quantitatem, vel secundū speciem. Secundam rationem ponit ibi. ¶ Quæ talis est. Si alicuius totius partes non habent aliquam determinatam quantitatem, siue magnitudinem, vel paruitatem, sed contingit eas quantaſcunque esse vel secundum magnitudinem, vel paruitatem, necesse est, quòd totum nō habeat determinatam magnitudinem, vel paruitatem, sed contingat esse cuiuscunque magnitudinis, vel paruitatis: & hoc ideo, qa quantitas totius consurgit ex partibus: sed hoc intelligendū est de partibus existētibus actu in toto, sicut caro, neruus, & os existūt in animali. Et hoc est quod dicit. {Dico autem talium aliquā partiū, in quam cum insit.} scilicet actu {diuiditur aliquod totum.} & per hoc excludun tur partes totius continui, quæ sunt potētia in ipso. Sed impossibile est, quòd animal, vel planta, vel aliquod huiusmodi habeat se indeterminate ad quantamcūque magnitudinem, vel paruitatem. est enim aliqua quantitas magna, vltra quam nullum animal extenditur, & aliqua parua, infra quam nullum animal inuenitur. Et similiter dicendum est de planta: ergo sequitur ad destructionem consequentis, quòd neque aliqua partium sit indeterminatæ quantitatis, quia simile est de toto & partibus. Sed caro, & os, & huiusmodi sunt partes animalis, & fructus, partes plantarum: impossibile est igitur, quòd caro, & os, & huiusmodi habeant indeterminatam quantitatem vel secundum maius, vel secundum minus. Non ergo est possibile, quòd sint aliquæ partes carnis, aut ossis, quæ sint insensibiles propter paruitatem. Videtur autem hoc, quod dicitur, contrarium esse diuisioni continui in infinitum. Si enim continuum in infinitum diuisibile est: caro autem continuum quod dam est: videtur, quòd sit in infinitum diuisibilis. Omnem igitur paruitatem determinatā transcender pars carnis, secundum diuisionem infinitam. Sed iccndum, quòd licet corpus, mathematice acceptum, sit diuisibile

horum alterum excludebat. ſ. ꝙ aliquid fieret ex non ente, propter communem opinionem Philosophorum supra positam. Vnde concludebat reliquum membrum. ſ. ꝙ aliquid fiat ex ente: puta si aer fit ex aqua, ꝙ aer prius existit. Non autem diceretur, ꝙ aer fiat ex aqua, nisi in aqua præexisteret aer. vnde volebat accipere, ꝙ omne

non sunt: horum autem illud, quod est ex iis quæ non sunt. aliquid fieri, impossibile est. (de hac enim cōueniunt opiniones, omnes, qui de Natura sunt) reliquum iam contingere ex necessitate putauerunt ex iis, quę sunt, & insunt fieri: sed propter paruitatem magnitudinum, ex insensibilibus nobis. Vnde dicunt, omne in omni misceri, ꝓpter id quod omne ex omni videbant fieri.

B

d Apparere autem differentia & appellari altera abinuicem ex magis superabundanti, propter multitudinem in mistura infinitorum. Sincere quidem enim totum album, aut nigrū, aut carnem, aut os non esse, sed quod plus vnumquodque habet, hoc videtur esse natura rei.

C

Tex.cō.35.

e Si igitur infinitum, secundū, ꝙ infinitum ignotum est, secundum multitudinem quidem, & magnitudinem infinitum ignotum quantum est quoddam: sēcūdum speciem autem infinitū ignotum, quale quoddam est. Principiis autem infinitis existentibus, & secundum multitudinem, & secundum speciē, impossibile est quæ sunt ex his cognoscere. Sic enim cognoscere compositum arbitramur, cum scimus ex quibus, & quātis sit.

D

Tex.cō.36.

f Amplius autem, si necesse est cuius pars contingit quantacū que esse secundum magnitudinem, & paruitatem, & ipsum totum contingere. (dicō autē talium aliquam partium, in quā, cum insit, diuiditur totum.) si autem impossibile est animal,

E

Videri uero, atque dici diuersa ex eo plane quòd in mistione infinitorū maxime ob multitudinem suam excedut. Nam totum album, aut nigrum, aut dulce, aut os, aut carnem sincere non esse quicquam, sed cuius plurimū habet quodque, id ipsius rei uideri naturam esse dicebant.

Si infinitum igitur quo infinitum est, eo est ignotum. Infinitum quidē multitudine, aut magnitudine, quantum quoddam ignotum erit, infinitum autem forma, quale quoddam ignotum. Cum igitur principia rerum tā multitudine, quām specie sint infinita, fieri profectō nequit, ut ea, quæ ex hisce cōstāt, sciantur. Nondum enim compositum scire putamus, cum ex quibus, & quot ipsum constat haud cognoscimus.

Præterea, si necesse est ipsum molle quantumuis esse posse, cuius pars magnitudine, paruitateque quantauis esse potest. (dico autem aliquam talium partium quæ insunt, & in quas totum ipsum diuiditur.) Esse uero potest planta, uel animal, dicto modo quantumuis mole patet, neque par-

Eo. te. primi cō. & primo Poster.

Universidad de Deusto Biblioteca

sibile in infinitum. corpus tamen naturale non est diuisibile in infinitum. In corpore enim mathematico nō cōsideratur nisi quantitas, in qua nihil inuenitur diuisioni repugnans, sed in corpore naturali inuenitur forma naturalis, quæ requirit determinatam quantitatem, sicut & alia accidentia. Vnde non potest inueniri quantitas in specie carnis, nisi infra aliquos terminos determinata. Verba ista ponit ibi g ¶ Circa quā duo. s. Primo, præmittit quādam ex quibus argumentatur. Secundo, ponit deductionem rationis ibi. ¶ Remota enim } Circa primum, tria proponit. Primū est, q omnia simul sunt secundū positionem Anax. vt dictū est. ex quo vult reducere ad inconueniens. Dicebat enim Anax. vt dictum est, quòd omnia huiusmodi, quæ sunt similium partium, vt caro, & os, & similia, infunt inuicem, & non fiunt de nouo, sed segregantur ex aliquo, in quo præextiterūt. sed vnūquodque denominatur { a pluri mo} i. a pluribus partibus in re existentibus. Secundum est, q quodlibet fit ex quolibet, s. ut ex carne fit aqua per segregationem, & similiter caro ex aqua. Tertiū est, quòd omne corpus finitum resecatur a corpore finito, hoc est, si a corpore finito quantumcūq; magno, auferat multoties finitum, quantumcunque paruum, toties poterit auferri minus a maiori, q̄ totum maius consumet a minori per diuisionem. Ex his autē tribus concludit quod principaliter intendit, scilicet, q nō fit vnūquodque in vnoquoque, quod est cōtrarium primo istorū positorum trium. Sic enim contingit in rationibus ducentibus ad impossibile, q̄ cōcludatur finaliter destructio alicuius præmissorū. Secundo ibi. h ¶ Deducit argumentationem, & assumit quod in præcedēti argumentatione conclusum est. Dicit. n. q̄ si ex aqua remoueatur caro (dum. s. ex aqua generatur caro) & si iterum ex residua aqua fiat alia segregatio carnis, quauis semper remaneat aliqua minor quantitas carnis in aqua, tamen magnitudo carnis non excedit aliquā paruitatem. i. contingit dare aliquam paruam mensūram carnis, qua nō erit minor aliqua caro, vt ex superiori ratione apparet. Hoc ergo habito, q̄ in aqua sit parua caro, qua nulla sit minor, sic procedit. Si ex aqua segregatur caro, & iterum alia caro, aut stabit ista segregatio, aut non si stabit, ergo in residua aqua non

2. de anima cap. 41.

Tex.cō.37.

aut plantam quantacūque esse secundū magnitudinē, & paruitatē manifestum est, q̄m neque partium quamlibet. erit. n. totū partibus simile. caro aūt. & os, & huiusmodi partes sunt aīalis, & fructus plantarum. Manifestum igitur, q̄m impossibile est carnē, aut os, aut aliquod aliud quantūcunq; esse magnitudine aut in maius, aut in minus.

g Amplius. si omnia insunt quidem huiusmodi inuicem, & nō fiunt, sed segregantur cum insint; dicuntur autem & a plurimo: fit autē ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua segregatur, & caro ex aqua; omne autē corpus finitum resecatur a corpore finito. manifestum est, q̄ non contingit in vnoquoque vnumquodque esse.

h Remota. n. ex aqua carne, & iterum alia facta, ea reliqua segregabitur: quāuis semper minor erit segregata: sed tn nō ex cellit magnitudo parnitatem. Quare, siquidem stabit segregatio, nō omne in omni inerit: in reliqua n. aqua nō inerit caro. Si vero non stabit, sed habebit semper remotionem, in finita magnitudine, equalia finita inerunt infinita sīn multitudinē. hoc autem impossibile est.

Tex.cō.38.

i Adhæc aūt, si oē quidem corpus remoto quodam minus necesse est fieri, carnis aūt determinata est quantitas, & magnitudine. & paruitate: manifestum est, quòd ex minima carne nullum segregabitur corp⁹. erit enim minus minima.

k Amplius autem in infinitis corporibus ineſt vtique iam caro infinita, & sanguis, & cerebrum, separata tamē abinuicē, nihil aūt minus entia sunt, quæ sunt: & infinitū vnumquodq;. hoc autem irrationabile est.

erit caro: & sic non erit quodlibet in quolibet. si autem nō stabit, ergo in aqua semper remanebit aliqua pars carnis: ita tn, q̄ in secunda segregatione sit minor, q̄ in prima, & in tertia minor q̄ in secunda. Et cum non sit descendere in paruitatem partiū in infinitum, vt dictū est, illæ minimæ partes carnis erūt æquales, & infinitæ numero in aliqua aqua finita: alioquin nō p̄cederet in infinitum segregatio. Sequitur igitur, q̄ si segregatio non stat. sed semper in infinitum remouet caro ex aqua, q̄ in aliqua magnitudine finita. s. aqua, sunt quędā finita fm quātitatē, & æqualia adinuicē, & infinita, fm numerū. s. infinita minimæ ptes carnis: & hoc est impossibile, & contrarium ei, quod supra positū est. s. q̄ omne corpus finitum resecatur ab aliquo corpore finito: ergo & primū fuit impossibile. s. q̄ quodlibet esset i quolibet, vt Anaxagoras posuit. Considerandum est autem, q̄ non sine causa Philosoph⁹ posuit æqualia i hoc vltimo inconuenienti, ad quod ducit. Nō enim est inconueniēs, q̄ aliquo finito sint infinita inæqualia. si attendatur ratio quātitatis, quia si diuidatur continuum secūdum eandem proportionem, erit procedere in infinitum, v. gr. tus si accipiatur tertium totius, & tertiū tertij, & sic deinceps, sed tn parte, acceptæ nō erunt equales, fm quantitatē. Sed si fiat diuisio p partes equales nō proceditur in infinitū, etiam si sola ratio quantitatis in corpore mathematico cōsideret. Quare tā rōnem ponit ibi. i ¶ Quæ talis est. omne corpus remoto aliquo sit minus, cum omne totum sit maius sua parte: eorum autem quantitas carnis sit determinata secundū magnitudinē, & paruitatem, vt ex dictis patet: necesse est esse aliquam minimam carnem. ergo ab eo non potest aliquid segregari, quia sic esset aliquod minus minimo. Non igitur ex quolibet potest fieri quodlibet per segregationem. Quintam rationē ponit ibi. k ¶ Quę talis est. Si infinitæ partes vniuscuiusque sunt in vnoquoque, & quodlibet est in quolibet, sequetur, quòd in infinitis corporibus sint infinitæ partes carnis, & infinitæ partes sanguinis, vel cerebri: & quantumcunque inde separentur adhuc remanent ibi. Sequeretur ergo, quòd infinita sunt in infinitis infinities, quod est irrationabile. Deinde cum dicit.

Ablata enim ex aqua carne, rursus; ex aqua, reliqua segregata; et si semper minor ea, quæ secernatur erit, non tamen omni magnitudine minor euadet. Quare, si segregatio stabit, non in quolibet quoduis erit: in reliqua enim aqua nihil inerit carnis. Si uero nullus segregationis exitus erit, sed semper sequestratio fiet finita in magnitudine, sane æqualia finita erūt multitudine infinita. quod quidem est impossibile.

Præterea, si corpus omne parte aliqua ab eo sublata fieri se minus necesse est, carnis autem quantitas definita est ad molem utranque: patet minima ex carne nullum omnino corpus secerni posse; alioquin minima minor erit.

Insuper in infinitis corporibus caro iam infinita, sanguis cerebrumque ineſſet. Vnumquodque tamen esset ab aliis separatum, & nihilominus infinitum. hoc autem metas egreditur rationis.

l ¶ Improbat

l ¶ Improbat positionem Anax. quantum ad ponendi modū: & hoc dupliciter. Primo, quia non intelligebat propriam positionem. Secundo quia non habebat sufficiens motiuum ad ponendum eam. ibi. ¶ Non recte autem. } Dicit ergo primo, q̄ in hoc quod dicit, q̄ segregatio nunquam finietur, nescivit quid diceret, quamuis aliquo modo verum dixerit, quia accidentia nunquam possunt separari a substantijs. & tamen ponebat p̄mistionem, non solū corporum, sed etiam accidentium. Cum. n. aliquid sit album, dicebat, q̄ hoc fiebat per abstractionem albedinis prius cōmistæ. Si igitur colores, & alia huiusmodi accidentia ponantur esse commista, vt ipse dicebat, si aliquis hoc supposito dicat, q̄ omnia commista possunt segregari, sequeretur, q̄ sit album, & sanum, & non sit aliquod subiectum, de quo dicantur, & in quo sint, quod est impossibile. Relinquitur igitur hoc verum esse, q̄ non omnia cōmista possunt segregari, si accidētia eriā commisceantur. Sed ex hoc sequitur inconueniens. ponebat. n. Anax. q̄ omnia a principio erant commista, sed intellectus incēpit segregare. Quicunque autem intellectus quærit facere, quod impossibile est fieri, est indecens intellectus: quare inconueniens erit intellectus ille impossibilia intendens { si vere velit} .s. totaliter velit segregare, quod est impossibile, & secundum quantitatē, quia non est minima magnitudo, vt Anax. ponebat, sed ex quolibet minimo potest aliquid auferri, & secundum qualitatem, quia accidentia non sunt separabilia a subiectis. Secundo ibi. m ¶ Improbat prædictā positionem quātum ad hoc, q̄ non habebat sufficiēs motiuum. Quia enim videbat Anax. q̄ aliquid fit magnum ex congregatione multarum partium similiū paruarum, sicut torrens ex multis guttis, credidit ita esse in omnibus. Et ideo dicit Aristo. quòd { non recte accepit generationem similium specierum} i. q̄ semper oporteret aliquid generari ex similibus fm speciem. Quædam enim ex similibus generantur, & in similia resoluuntur, sicut lutum diuiditur in luta. in quibusdam autem non est sic, sed quędam generantur ex dissimilibus. Et in his etiam non est vnus modus, quia quædā fiūt ex dissimilibus per alterationem, sicut lateres non ex lateribus, sed ex luto: quædam vero per compositionem, sicut domus non ex domibus, sed ex lateribus. Et per hunc modum aer, & aqua fiunt { Ex alterutris} .i. sicut ex dissimilibus. Alia litera habet { sicut lateres ex domo} & sic ponit duplicem modum, quo aliquid fit ex dissimilibus. s. per compositionem, sicut domus fit ex lateribus, & p resolutionē, sicut lateres fiūt ex domo. Secdo ibi. n ¶ Improbat positionem Anax. per comparationem ad opinionem Empedo. & dicit, quòd melius est, quòd fiant principia pauciora, & finita, quòd fecit Empedo. quam plura, & infinita, quod fecit Anaxagoras.

Tex.cō.39.

l Nunquam autem segregatū esse, nesciētis dicitur. recte aūt dicitur. Passiones. n. inseparabiles sunt. Si igitur misti sunt colores. & habitus, si segregetur, erit aliquid album, & sanū, non alterum aliquid cum sit, neque de subiecto. Quare inconueniēs est, impossibilia quærens intellectus, si vere velit quidem segregare. Hoc aūt facere est impossibile, & sīn quātitatē, & sīn qualitatem. Secundū quantitatē quidē. q̄m nō est minima magnitudo: sīm qualitatē autē, q̄m inseparabiles sunt passiones.

Tex.cō.40.

m Non recte autem generationem accipit similiū specierū. Est enim vt lutum in luta diuiditur, est autem vt non, & non idem modus est, vt lateres ex limo & domus ex lateribus. Sic autē aqua, & aer ex alterutris, & sunt, & fiunt.

Tex.cō.41.

n Melius autem est minora, & finita recipere, quod vere facit Empedocles.

LECTIO X.

Mnes igitur contraria principia faciunt, & dicentes, q̄ vnum sit omne, & immobile (etenim Parmenides calidum, & frigidum principia facit: hæc autem appellat ignem, & terram). et qui dam rarum, & densum. Et Demo. firmum, & inane: quorum aliud quidem sicut qd est, aliud autem sicut quod non est, esse dicitur. Adhuc positione, figura, & ordine. Hæc autem genera contrariorum sunt. Positione, sursum & deorsum, ante & retro: Figura, angulus, rectum,

LECTIO X.

Mnes igitur contraria principia faciunt, & qui uniuersum unum esse, atque immobile dicunt. Parmenides enim calidum, frigidumque principia facit, atque hæc ignem, terramque appellat. & qui rarum, & densum principia inquiunt esse. Democritus quoque plenum ipsa, atque uacuum asserit esse, quorum alterum, ut ens, alterum, ut non ens esse dicit. Insuper & hasce differentias affert, positionem, in quam, figuram, ac ordinem: hæc autē contrariorum genera sunt. Positiones enim supra, & infra, ante, & retro. Figura uero, angulis constans, atque

Sc̄da parte. Tex.cō.37.

Sc̄da parte. Tex.cō.50.

Sc̄da parte. Tex.cō.42.

Tex.cō.48.

Lect.4. Tex.cō.8.

re, & circulare: & similiter cõtraria, quæ sunt in genere ordinis, scilicet, prius, & posterius, de quibus non fit mentio in litera, qa manifesta sunt. Et sic concludit quasi inducendo, q̃ omnes Philosophi posuerunt principia esse contraria secundum aliquem modum. De opinione autem Anaxagoræ, & Empedoclis mentionem non fecit, qa eius superius magis explicauit. Et tamen hi ponebant etiam quodammodo contrarietatem in principijs: dicentes, omnia fieri congregatione, & segregatione, quæ conueniunt in genere cũ raro, & denso. Secundo ibi.

Lect. 8.
Tex.cõ.43.
Tex.cõ.42.

circulatum. Quòd quidem igitur contraria quodãmodo omnes faciunt principia, manifestum est.

b Et hoc rõnabiliter. Oportet .n. principia, neq; ex alterutris esse, neque ex alijs, & ex his oĩa: cõtrarijs aũt primis ĩsunt hęc. Propter id q̃ prima quidem, non sunt ex alijs: ob id vero, q̃ sunt contraria, non sunt ex alterutris. Sed oportet hoc in rõne considerare, qualiter cõtingat. Accipiendum igitur est primũ, quòd oĩum quę sunt, nihil neq; facere aptum natum est neque pati contingens a contingenti, neq; fit quodlibet ex quolibet, nisi aliqs accipiat sm̃ accidẽs: qualiter n. fiet albũ ex musico, nisi accidens sit albo, aut nigro musicum: sed album quidem sit ex non albo: & hoc non ex omni, sed nigro, aut mediis. Et musicum ex non musico, sed nõ ex omni, sed ex immusico, aut si aliquid ipsis est medium. Neq; igitur corrumpitur in contingens primum, vt album non in musicum, nisi forte sm̃ accidẽs, sed in non album, & non incontingens, sed in nigrum aut medium. similiter aũt musicum in non musicũ: & hoc non in contingens, sed in immusicũ: aut si ipsis aliquid mediũ est. Similiter aũt hoc est. & in aliis, qm̃ nõ solum simplicia eorũ, quæ sunt, sed & composita sm̃ eandem se habent rationẽ. Sed pp hoc, q̃ oppositæ dispositiones non denominatæ sunt, latet hoc contingens. necesse. n. omne consonans ex inconsonanti fieri: & in consonans ex consonãti, & corrumpi consonans in inconsonãtiam, & hanc non in contingentem, sed in oppositam. Differt autem nihil inconsonantia dicere aut ordine. aut compositione: manifestum. n. est, quòd eadẽ sit ratio. At vero domus, & statua, & quodlibet aliud fit similiter, domus quidem .n. fit nõ ex eo, q̃ composita sunt, sed ex eo, q̃ diuisa sunt hæc: Sic & statua, & figuratorũ aliquod ex non figurato: & vnumquodque horum alia quidem ordo, alia vero compositio quędam

Tex.cõ.44.
Tex.cõ.45.
Tex.cõ.51.
Tex.cõ.46.

b ¶ Ponit probabilem rationem ad ostẽdendum, quòd prima principia sunt contraria, quæ talis est. Tria videntur de ratione principiorum esse. Primum, quòd non sint ex aliis. Secundum, quòd non sint ex alterutris. Tertiũ, quòd omnia alia sint ex eis; Sed hæc tria conueniunt primis contrariis: ergo prima cõtraria sunt principia. Ad intelligendum autẽ, quid vocet prima contraria: considerandum, quòd quædam contraria sunt, quæ ex aliis contrarijs causantur, sicut dulce, & amarũ causantur ex humido, & sicco, & calido, & frigido. sic autem non est procedere in infinitum, sed est deuenire ad aliqua cõtraria, quæ nõ causantur ex aliis cõtrariis, & hæc vocat prima contraria. His igitur primis contrarijs, tres prædictæ cõditiones conueniunt principiorum. Ex eo, ergo, q̃ prima sunt, manifestum est, quòd non sunt ex aliis: ex eo vero, quòd cõtraria sunt, manifestum est, quòd non sunt ex alterutris. quauis .n. frigidum fiat ex calido, inquantum id qđ prius est calidum, fit frigidum: tamen ipsa frigiditas nunquam fit ex caliditate, vt postea dicetur. Tertium vero, qualiter omnia fiant ex contrarijs, oportet diligentius inuestigare. Ad hoc igitur ostendendum, præmittit primo, q̃ neque actio, neq; passio potest accidere inter {contingentia} id est inter ea, quæ contingũt simul esse, vel inter {contingentia} id est inter quæcunq;

indeterminata. Neque quodlibet fit ex quolibet, sicut Anaxagoras dixit, nisi forte secundum accidens. & hoc manifestatur primo in simplicibus. album enim non fit ex musico, nisi secundum accidens, forte, inquantum musico accidit album: vel nigrum: sed album fit per se ex non albo, quod est nigrum, vel medius color. & similiter musicus ex non musico. & nõ ex quocunque non musico, sed ex opposito, qđ dicitur immusicum, id est quod est natum habere musicam, & nõ habet, vel ex quocunque medio interea. Et eadem ratione non corrumpitur aliquid primo, & per se in quodcunque contingens, sicut album non corrumpitur, in musicum, nisi per accidens, sed per se corrumpitur in non album; & nõ in quodcunque non album, sed in nigrum, aut in medium colorem. & idem dicit de corruptione musici, & de aliis similibus. Et huius ratio est, quia oẽ, quod fit, & corrumpitur, non est antequã fiat, nec est postquã corrumpitur: vnde oportet, q̃ id quod p se aliquid fit. & in qđ per se aliquid corrũpitur, tale sit, quòd in sua ratione includat non esse eius, qđ fit, vel corrumpitur. & similiter manifestat hoc in compositis. & dicit, q̃ similiter se habet in cõpositis, sicut in simplicibus, sed magis latet in compositis, quia oppositorum compositorum non sunt nominata, sicut oppositæ simplicium: oppositũ enim domus non est nominatum, sicut oppositum albi. vnde, si reducantur ad aliqua nominata, erit manifestum. Nam oẽ compositum consistit in aliqua consonantia. consonans autem fit ex inconsonanti: & in cõsonãs ex cõsonãti. similiter cõsonãs corrũpitur in inconsonãtiam, non in quãcunque, sed in oppositã. Inconsonantia autẽ potest dici, vel secundum ordinem tantũ, vel secundum compositionem. Aliquod enim totum cõsistit in consonantia ordinis, sicut exercitus: aliquod vero in consonantia compositionis, sicut domꝰ. & exdẽ rõ est de vtroque. Et manifestum est, q̃ omnia

non constans. rectum, & circunflexum species sunt. Patet igitur, omnes contraria quodammodo principia facere rerum.

Idque non sine ratione. Principia namque neque ex sese mutuo, neque ex aliis, et ex ipsis omnia esse oportet. contrariis autem primis hæc ĩsunt. Quia namque sunt prima, ideo non ex aliis sunt, quia uero contraria sunt, ideo non ex sese mutuo fiunt. Verum idipsum quo pacto sit, & ratione, consideremus oportet. Sumendum est igitur primum, non quiduis eorum, quæ sunt, in quoduis agere, neque quoduis pati a quouis aptum esse, neque ex quibuscunque quiduis fieri, nisi quis per accidens sumpserit. Qua namque pacto fiet album, uel nigrum ex musico, nisi albo, uel nigro sit accidens musicum? sed album quidem fit e non albo: atque ex hoc non quouis, sed e nigro, uel aliquo mediorum: musicum autem e non musico: atque ex hoc non quouis, sed ex immusico, uel e medio, si aliquid inter ipsa medium est. Neque rursus in quoduis primum unumquodque corrumpitur, uel ut album, in non musicum, nisi idipsum nonnunquam accidat, sed in non album corrumpitur, atque in hoc non quoduis, sed in nigrum, aut in medium. Eodem modo musicum, etiam in nõ musicum: atque in hoc non quoduis, sed in musicum, uel in medium, si quid inter ipsa medium sit, corrumpitur. similiter fit, & in cæteris. nam & ea, quæ non simplicia, sed composita sunt, eandem subeunt rationem, sed latet ipsum ex eo, quia dispositiones oppositæ nominibus carent. Etenim omne constructum ex inconstructo: atque inconstructum e constructo fiat, necesse est. Constructum etiam in in constructum, & in ipsum non quoduis, sed in oppositum necesse est corrumpatur. Nihil autem interest, siue in constructione, siue in ordine, siue in compositione hæc ipsa dicantur. patet enim, eandem rationem in cunctis esse, atque domum, statuam, & quoduis aliud similiter fieri. domus enim ex non compositis, sed hoc modo diuisis: & statua, figuratorumque quoduis e non sic figurato, confici fierique uidetur. Atque hæc partim ordine, partim compositione constant. Si igitur hæc uera sunt, omne

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia compoſita fiunt ſimiliter ex incompoſitis, ſicut domus ſit ex incompoſitis, & figuratum ex infiguratis, & in omnibus his, nihil attenditur niſi ordo, & compoſitio. Sic igitur quaſi per inductionem manifeſtum eſt, quòd omnia, quæ fiunt vel corrumpuntur, fiunt ex contrarijs, vel mediis: vel corrumpuntur in ea, media autem fiunt ex contrarijs, ſicut colores medij ex albo & nigro. Vnde concludit, ꝙ omnia, quæ fiunt ſecũdum naturam, vel ipſa ſunt contraria, ſicut albũ & nigrũ, vel fiunt ex contrarijs, ſicut media. Et hoc eſt principale intentum, quod intendit concludere, ſcilicet quòd omnia fiãt ex contrarijs: quod erat tertia conditio principiorum. Tertio ibi.

Tex.cõ.47.

Tex.cõ.48.

c ¶ Oſtendit hic Philoſophus, quomodo ſe habuerunt philoſophi ponendo principia eſſe cõtraria. Et primo, quomodo ſe habuerunt quantum ad motiuũ poſitionis, ſecundo, quomodo ſe habuerunt quantum ad ipſam poſitionem, ibi {Differunt autem ad inuicem.} Dicit ergo primo, quòd ſicut ſupra dictum eſt, multi philoſophorũ ſecuti ſunt veritatẽ, vſque ad hoc, quòd ponerent principia eſſe contraria: quod quidẽ licet bene ponerent, non tamen quaſi ab aliqua ratione moti hoc ponebant, ſed ſicut ab ipſa veritate coacti. Verum enim eſt bonum intellectus, ad quod naturaliter ordinatur: vnde, ſicut res cognitione carentes mouẽtur ad ſuos fines abſque ratiõe, ita interdum intellectus hominis quadã naturali inclinatione tendit in veritatem, licet rationem veritatis non percipiat. Secundo ibi.

Secũda pars tex.48.

Tex.cõ.49.

d ¶ Oſtendit quomodo prædicti Philoſophi ſe habebant in prædicta poſitione: & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quomodo differebant in ponendo principia eſſe contraria, Secundo, quomodo ſimul differebãt, & conueniebant, ibi. {Quare eſt eadem dicere.} Dicit ergo primo, ꝙ Philoſophi, ponentes principia eſſe contraria, dupliciter differebant. primo quidem, quia aliqui eorum rationabiliter ponentes, accipiebant pro principijs priora contraria: alii vero minus prouide conſiderantes, accipiebant poſteriora contraria, vt principia. Et eorum, qui accipiebant priora contraria, quidam attendebant ad ea, quę erant notiora ſecundum rationem: quidam vero ad ea, quæ ſunt notiora ſecundum ſenſum. Vel poteſt dici, quòd per hanc ſecundam differentiam aſſignatur ratio primæ differentiæ. nam ea quæ ſunt. Si ergo hoc verũ eſt, ꝙ oẽ quod fit, fiat, & corrũpatur qđ corrumpitur, aut ex contrarijs aut in cõtraria, & in horum media. Media autem ex contrarijs ſunt, vt colores ex albo, & nigro. Quare omnia erũt, quæ natura fiunt, aut contraria, aut ex contrarijs.

c Vſq; quidẽ igitur hoc fere ſecuti ſunt, & aliorũ plurimi. quẽ admodum diximus prius: omnes enim elemẽta, & ab ipſis vocata principia & vere ſine rõne ponentes, tũ contraria dicunt, tanquã ab ipſa veritate coacti.

d Differunt autẽ abinuicem, in eo ꝙ alii quidẽ priora, alii poſteriora accipiunt, & ꝙ hi quidẽ notiora ſm rationem, illi aũt ſm ſenſum. Hi quidẽ.n. calidum & frigidum, illi aũt humidum, & ſiccum: alii autem imparem, & parem: quidam aurem concordiam, & diſcordiam, cauſam ponunt generationis: hæc autem abinuicem differunt ſecundum dictum modum.

e Quare eſt eadẽ dicere quodã modo, & altera abinuicẽ: altera quidem quemadmodũ videbit plurib⁹: eadẽ vero ſm analogiã: accipiunt.n. ex eadẽ coordinatione. Hęc quidẽ.n. cõtinẽt, alia aũt continent contrariorũ. Sic igitur ſimiliter dicũt, & aliter, & peius, & meli⁹. Et hi quidẽ notiora ſecundum rationem, ſicut dictum eſt prius: illi autẽ ſecundum ſenſum. Vniuerſale quidẽ .n. ſm rõnem notũ eſt, ſingulare aũt ſecundũ ſenſum: rõ quidem .n. vniuerſalis eſt, ſenſus aũt particularis, vt magnũ & paruũ ſecũdũ rõnem eſt: rarũ aũt & denſum, ſecũdũ ſenſum. Quòd quidem igitur cõtraria oportet eſſe principia, manifeſtum eſt.

A

B

C

D

E

notiora ſecundum rationem, ſunt priora ſimpliciter; quæ vero ſunt priora ſecundum ſenſum ſunt poſteriora ſimpliciter, & priora quo ad nos manifeſtum eſt autem, quòd oportet principia eſſe prima. Vnde illi, qui iudicabant prius ſecundum id, qđ eſt notius rationi, ponebant principia contraria, & priora ſimpliciter: qui vero iudicabant prius ſecundum id, quod eſt notius ſenſui, ponebãt principia poſteriora ſimpliciter. Vñ quidam ponebant prima principia calidũ, & frigidum: alii vero humidum, & ſiccum, & vtraque ſunt ſecũdum ſenſum notiora. Tamẽ calidum & frigidum, quę ſunt actiuæ qualitates, ſunt priora humido & ſicco, quę ſunt qualitates paſſiuæ: quia actiuum naturaliter eſt prio⁹ paſſiuo. Alii vero poſuerunt principia notiora ſecundum rationem: quorum aliqui poſuerũt principia parem, & imparem, ſcilicet Pythagorici exiſtimantes ſubſtantiam omnium eſſe numeros, & quòd omnia componuntur ex pari & impari, ſicut ex forma & materia: nam pari attribuebant infinitatem & alteritatem propter eius diuiſibilitatem, impari vero tribuebant finitatem, & identitatem propter ſuam in diuiſionem. Quidã vero poſuerunt cauſas generationis, & corruptionis concordiam, & diſcordiam, ſcilicet, ſequaces Empedoclis, quæ ſunt etiam ſecundum rationem notiora. vnde patet ꝙ in iſtis poſitionibus apparet prædicta diuerſitas. Secundo ibi.

e Oſtendit quomodo in differentia prædictarum opinionũ eſt etiam quædã conuenientia, concludens ex prædictis, ꝙ quodammodo antiqui Philoſophi dixerunt eadem principia, & quodammodo altera; altera quidem ſecundum quod

quod fit, e contrario profecto, aut e medio fit: & omne, quod corrumpitur, in contrarium corrumpitur, nel in medium. Media uero ſunt ex contrarijs, ceu colores ex albo, & nigro. Quare omnia, quæ natura fiunt, aut contraria aut ex contrarijs ſunt.

Plurimi igitur, & cæterorum hucuſque profecti pene conſentiunt, quemadmodum diximus antea. Nam omnes elementa, & ea, quæ ab ipſis principia nuncupantur (quamquam ſine ratione) tamen contraria ponunt, quaſi ab ipſa ueritate compulſi.

Differunt tamen, quia quidam priora, quidam poſteriora, & alia ratione, alia ſenſu notiora accipiunt: quidam enim calidum frigidumque, quidam humidum atque ſiccum: alii par, & impar: nonnulli concordiam diſcordiamue cauſas generationis eſſe dixerunt: hæc autem inter ſeſe dicto differunt modo.

Quare eadem quodammodo, diuerſa quoque dicunt: diuerſa quidem, ſicut, & plurimis uidetur: eadem autem, ſimilitudine rationis: ex eadem nanque ſerie ſumunt: contrariorum enim alia continent, alia continentur. Hoc igitur pacto, eodem modo diuerſoque, & deterius, ac melius dicunt. Et quidem ratione, quidam ſenſu notiora ſumunt, ut antea diximus. Etenim uniuerſale quidem notius eſt ratione, ſingulare autem ſenſu. Ratio nanque ipſius eſt uniuerſalis, ſenſus uero particularis. Veluti magnum quidem, & paruum ratione: rarum autem, & denſum ſenſu ſunt notiora. Patet igitur oportere contraria principia rerum eſſe.

diuerſi diuerſa contraria aſſumpſerunt, ſicut dictum eſt: eadem vero ſecundum analogiam, ideſt proportionem: quia principia accepta ab omnibus habent eandem proportionem. Et hoc tripliciter. Primo quidem, quia quæcunque principia accipiuntur ab eis ſe habent adinuicem, vt contraria, & hoc eſt quod dicit, quòd omnes accipiunt principia ex eadem coordinatione, ſcilicet contrariorum. omnes enim accipiunt cõtraria pro principiis, ſed tamen diuerſa. Nec eſt mirum, ſi ex coordinatione cõtrariorum diuerſa accipiantur principia, quia inter contraria quædam ſunt continentia, vt priora & cõtora, & quædã contenta, vt poſteriora, & minus cõmunia. Iſte eſt igitur vnus modus, quo ſimiliter dicunt, inquantum omnes accipiunt principia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex ordine contrariorum. Alius modus in quo conueniunt, secundum analogiam est, quòd quæcunque principia accipiuntur ab eis vnum eorum se habet vt melius, & aliud vt peius, sicut concordia, vel plenum, vel calidum, vt melius: discordia vero, vel vacuum, vel frigidum vt peius: & sic est considerare in alijs. Et hoc ideo est, quia semper alterum contrariorum habet priuationem admistam. Principium enim contrarietatis est oppositio priuationis & habitus, vt dicitur in 10. Meta. Tertio modo conueniunt, secundum analogiam in hoc, quòd omnes accipiunt principia noziora: sed quædam notiora secundum rationem, quædam vero secundum sensum. Cum enim ratio sit vniuersalis, sēsus vero particularis, vniuersaliora sūt notiora secundum rationem, vt magnum & paruum: singularia vero secundum sensum, vt rarum & densum, quę sunt minus communia. Et sic vltimo, quasi epilogando concludit, quòd principaliter intendit, scilicet q̄ principia sunt contraria.

Lectio. 7. Tex.cō. 15.

LECTIO XII.

Tex.cō. 51. a

POstquàm inquisiuit Philosophus d̄ contrarietate principiorum, hic incipit inquirere de numero eorum: & circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionem, Secundo excludit quæ non cadunt sub quæstione. ibi ¶ Vnum quidem. ¶ Tertio prosequitur quæstionē. ibi ¶ Quoniam autem finita. ¶ Dicit ergo primo, q̄ post inquisitionem de contrarietate principiorum, consequens est inquirere de numero eorum, vtrum scilicet sint duo, aut tria, aut plura. Secundo ibi.

b ¶ Excludit ea quæ non cadunt sub quæstione. Et primo q̄ non sit tantum vnum principium. Secundo quòd non sint infinita. ibi ¶ Infinita autem non. ¶ Dicit ergo primo, quòd impossibile est esse vnum principium tantum. Ostensum est enim quòd principia sunt contraria: sed contraria non sunt vnum tantum, quia nihil est sibiipsi contrarium: ergo principia non sunt vnum tantum. Secundo ibi.

c ¶ Ostendit quòd non sunt infinita principia, quatuor rationibus. quarum prima talis est. Infinitum inquantum huius est ignotum: si igitur principia sunt infinita, oportet ea esse ignota. Sed ignoratis principiis, ignorātur ea quæ sunt ex eis: ergo sequitur, quòd nihil in mundo possit sciri. Secundam rationem ponit ibi.

Lectio. 10. per totum.

d ¶ Quæ talis est. Principia oportet esse prima contraria, vt supra ostensum est: prima autem contraria sunt primi generis, quod est substantia: substantia autem, cum sit vnum genus, habet vnam primam contrarietatem: prima enim contrarietas cuiuslibet generis est primarū differētiarū, per quas diuiditur genus. ergo nō sunt infinita principia. Tertiā rationē ponit ibi.

e ¶ Quæ talis est. Quod potest fieri per finita, magis est ponendum per finita fieri, quàm per infinita, sed ratio omnium, quæ fiunt, secundum naturam, assignatur secundum Empedoclem per principia finita: sicut per Anaxagoram, per principia infinita. ergo non est ponendum principia esse infinita. Quar tā rationē ponit ibi.

f ¶ Quæ talis est. Principia sunt contraria: si ergo principia sunt infinita, oportet omnia contraria esse principia. Sed non omnia cōtraria sunt principia: quod patet ex duobus. Primo quidem, quia principia oportet esse prima contraria: nō autem omnia contraria sunt prima, cum quædā sint alijs priora. Secundo, quia principia nō dicuntur esse ex alterutris, vt supra dictum est: contraria autē quædam fiunt ex alterutris, vt dulce & amarū, & album & nigrum, non ergo principia sunt infinita. Et sic vltimo concludit, quòd principia non sunt vnum tantum, neq; infinita. Considerandum est autē, quòd Philosophus hic disputatiue procedit ex probabilibus: vnde assumit ea, quæ videntur pluribus, quæ nō possunt esse falsa, secundum totum, sed sunt secundum partem vera. Verum est igitur quodāmodo, quòd contraria fiunt ex inuicem, vt supra dictum est, si sumatur subiectum contrarijs: quia id, quod est album, postea fit nigrum: sed tamen ipsa albedo non conuertitur in nigredinem. Sed quidā antiquorum ponebant quòd nec etiam coassumendo subiectum, prima contraria fiunt ex inuicem. Vnde Empedocles negabat elementa fieri ex inuicem. Et ideo Aristoteles hic, signanter non dicit calidum fieri ex frigido, sed dulce ex amaro, & albū ex nigro. Deinde cum dicit.

g ¶ Prosequitur illud, quod erat in quæstione, scilicet in quo numero sint principia. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd non sunt duo tantum principia, sed tria. Secundo ostendit, quòd non sunt plura. ibi ¶ Plura autem tribus. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit per rationes non esse tantum duo principia, sed oportet addi tertium. Secundo, ostendit, q̄ in hoc etiam Antiqui philosophi conuenerunt. ibi ¶ Vnde & aliquis priorem. ¶ Circa primum ponit tres rationes. Dicit ergo primo, quòd cum ostensum sit, quòd principia sunt contraria, & ita non possunt esse tantum vnum principium, sed duo ad minus: nec iterum sint infinita principia, restat considerandum, vtrum sint duo tantum, vel plura duobus. Quantum.n. ad hoc quod supra ostensum est, quòd contraria sunt principia videtur quòd sint duo tantum principia: quia contrarietas est inter duo extrema. ¶ Sed in hoc deficiet aliquis ¶ ideſt dubitabit. Oportet enim quòd ex principijs fiant alia, vt supra dictū est: si autem sint tantum duo contraria principia, non videtur quomodo ex illis duobus possint omnia fieri. Non enim potest dici, quòd vnum eorum faciat aliquid ex reliquo: non enim densitas

LECTIO XII.

EIneeps uero considerandum est, utrum duo, an tria, an plura principia sint.

Vnum enim principium esse non potest, quia non sunt ipsa contraria unum.

Nec etiam infinita, quia id, quod est, sub scientiam sane non cadet.

Vna quoque cōtrarietas est in omni genere uno: substantia uero genus est quoddam unum.

Et quia generatio ex finitis fieri potest: atq; præstabilius est ex finitis, ut opinatur Empedocles, q̄ ex infinitis fieri generationem existimare. Cuncta enim quæ ad generandas res pertinent, ex finitis perinde atque Anaxagoras ex infinitis reddere putat.

Præterea aliis alia priora cōtraria sunt, & ex aliis alia fiunt, ceu dulce & amarum, & album, & nigrum. Principia uero manere semper oportet. Ex his igitur neque unum, neque infinita principia esse conflat.

Cum aūt sint finita non facere duo solum, rationem aliquā habet. Dubitauerit enim nō incōgrue quispiā: quonam pacto defitas apta est facere raritatem, aut raritas densitatem, et alia quæuis contrarietas simili modo. Nō enim concordia discordiam: neque econtra discordia concordiam congregat, & aliquid facit ex ipsa: Tex.cō.

Lectio. Tex.cō.

Tex.cō. 19.

Tex.cō. 53.

Tex.cō. 54.

Tex.cō. 55.

Secūda pte. 56. ti.

Tex.cō.

Lect. 2.

Lect. 2.

densitas nata est conuertere ipsam raritatem in aliquid, neque raritas densitatem: & similiter est de qualibet alia contrarietate, non enim concordia mouet discordiam, & facit aliquid ex ipsa, neque econuerso, sed vtrumque contrariorum transmutat aliquod tertium, quod est subiectum vtriusque. Caldum enim non facit esse calidam ipsam frigiditatem, sed subiectum frigiditatis: nec econtra. Videtur ergo, quòd oporteat poni aliquod tertiū, quod sit subiectum cōtrariorum ad hoc, quòd ex contrarijs alia possint fieri. Nec refert quantum ad præsens pertinet, vtrum illud subiectū sit vnum, vel plura: quidam enim posuerunt plura principia materialia, ex quibus præparant naturam entium: non.n. dicebant esse naturā rerum materiam, vt infra in Secundo dicetur. Secundam rationem ponit ibi.

h ¶ Et dicit, quòd nisi contrarijs, quæ ponuntur esse principia, supponatur aliquid aliud, surget maior dubitatio, quàm præmissa. Primum enim principium nō potest esse accidens aliquod de subiecto dictum: cum enim subiectum sit principium accidentis, qđ de eo prædicatur, & sit eo prius naturaliter, sequeretur si primum principium esset accidens, & de subiecto prædicatum, quòd principii esset principium, & quòd primo esset aliquid prius. Sed si ponamus sola contraria esse principia, oportet principium esse aliquod accidens de subiecto dictum: quia nullius rei substantia est contraria alteri, sed solum contrarietas est inter accidentia. Relinquitur igitur, quòd non possunt sola cōtraria esse principia. Considerandum autem, q̄ in hac ratione vcitur prædicato pro accidente, quia prædicatū designat formam subiecti. Antiqui autem credebant omnes formas, esse accidentia. Hic autem procedit disputatiue ex propositionibus probabilibus, quæ erant apud Antiquos famosæ. Tertiam rationem ponit ibi.

i ¶ Quæ talis est. Omne quod non est principium, oportet esse ex principijs: si igitur sola contraria sint principia, sequetur, cum substantia non sit contraria substantiæ, quòd substantia sit ex non-substantijs: & sic, quod non est substantia sit prius quàm substantia: quia quod est ex aliquibus est posterius eis: hoc autem est impossibile: nam primum genus entis est substantia, quæ est ens per se. Non igitur potest esse q̄ sola contraria sint principia: sed oportet & tertiū poni. Deinde cū dicit.

K ¶ Ostendit quomodo ad hoc etiam concordat positio Philosophorum. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat, quomodo ponebant vnum materiale principium. Secundo, quomodo ponebant etiam cum vno materiali principio, præter hæc duo principia contraria, ibi {Sed omnes vnum hoc. } Considerandum est autem circa primum, quòd Philosophus in præcedentibus more disputantium visus est opponere ad vtranque partem oppositam. Nā primo probauit, q̄ principia sunt contraria: & nunc induxit rationes ad probandum quòd contraria non sufficiunt ad hoc, quòd ex eis res generentur. Et quia rationes disputatiuæ verum cōcludūt, tantū secundū aliquid, sed non secundum totum, ex vtrisque rationibus veritatem concludit & dicit, quòd si aliqs putet veram priorē rationem, quæ probabat principia esse contraria: & hanc immediate positā, quę probabat contraria principia non posse sufficere ad saluandā vtranque, est necesse dicere, quòd quoddā tertium subsit contrarijs, sicut dixerūt ponētes totum Vniuersum esse naturam quandam vnam: intelligentes per naturam, materiam, sicut aquam, aut ignem, aut aerem, aut mediū horum, vt vaporem, aut aliud huiusmodi. Et magis videtur do medio. Hoc enim tertium accipitur vt subiectum cōtrarijs: & quodammodo vt distinctum ab eis. Vnde illud, quod minus habet de contrarietate, conuenientius ponitur tertium principium præter contraria. Ignis.n. & terra, & aer, & aqua habent contrarietatem annexam, scilicet calidi & humidi, & frigidi & sici. Vnde nō irrationabiliter faciunt, subiectū aliquid alterū ab his, quo minus est excellentia cōtrariorū. Post hos autem melius dixerunt, qui posuerunt aerem principium: quia in aere inueniuntur qualitates contrariæ minus sensibiles. Post hos qui posuerunt aquam. Qui vero posuerunt ignem, pessime dixerūt quantum ad hoc, quia ignis habet qualitatem contrariam maxime sensibilem, & magis actiuam: quia in ipso est excellentia calidi. Quāmuis, si comparentur elementa, secundum subtilitatem, melius videtur dixisse, qui posuerunt ignē principiū: vt alibi dicitur. Qđ enim est subtilius, videtur esse simplicius & prius. Vnde terram nullus posuit principium, propter sui grossitiem. Secundo ibi.

l ¶ Ostendit quomodo cum vno materiali principio posuerunt principia contraria: & dicit, quòd omnes ponentes vnum materiale principium dicebant illud figurari vel formari contrariis quibusdam, vt raritate & densitate, quæ reducuntur ad magnum & paruum, & excellentiā & defectum. Et sic, hoc qđ Plato posuit quòd vnum, & magnum & paruum sint principia

Tex.cō. 55. Notandū. Lect. 10.

sed aliud quid tertium ambæ. Atqui sunt qui plura etiam sumunt, ex quibus eorum, quæ sunt naturam conficiunt.

Insuper & id quispiam dubitauerit, nisi quispiam aliam quandam contrarijs naturam subiecerit. Nullius enim eorum, quæ sunt, substantiam contrariam esse uidemus: principium autem de nullo subiecto dicatur oportet, alioquin principij principium erit: subiectum enim principium, & prius prædicato esse uidetur.

Præterea, substantiam non esse contrariam substātiæ dicimus. Quonamigitur pacto, substantia ex non substantijs? aut non substantia substantia prius erit?

Quamobrem necesse est eum, qui priorem atque hanc rationem ueram esse existimauerit, si ambas seruare uoluerit, tertium aliquod contrariis ipsis subiecere. Quemadmodum dicunt hi, qui solam unam quandam naturam uniuersum asserunt esse. ut aquam, aut ignem, aut medium, quod inter hæc collocarunt. atque uidetur ipsum medium magis: nam ignis, terra, aer, & aqua, cum contrarietatibus sunt annexa. Iccirco non non sine ratione agunt, qui subiectum ipsum aliud ab his faciunt. Cæterorum autem quidam aerem ponunt: aer enim minime respectu cæterorum differentias sensibiles habet, atque hunc sequitur aqua.

Verum enim omnes hoc unum in figuras contrarias uertunt, densitate inquam raritateq;, & intensione, remissioneue: quæ quidē excessus oīno, defectusque sunt, ut antea diximus.

ex ipsa, neq; discordia ex illa: sed vtraque alterum quiddam tertium. Quidam autem & plura recipiunt, ex quibus parant eorum quæ sunt naturam.

h Adhuc autem amplius, & de hoc aliquis dubitabit, nisi aliquis alteram supposuerit contrarijs naturam. Nullius enim videmus eorum, quæ sunt, substantia cōtraria. Principiū aūt nō de subiecto oportet dici aliquo: erit enim principium principij. Subiectum enim principiū, & prius vī esse prædicato.

i Amplius nō esse dicimus substantiam contrariam substantię. Qualiter igitur ex nō substantijs substantia vtique erit? Aut quomodo prius non substantia substantia erit?

k Vnde, si aliquis priorem veram putabit esse rationem. & hanc, necessarium est, si debet saluare vtrasque rationes, subesse quoddam tertium. Quemadmodum dicūt vnam quādam naturam dicentes omne: aut aquam, aut ignem, aut medium horū. Videtur autem medium magis. Ignis enim & terra, & aer, & aqua cū contrarietatibus complexa sunt. Vnde non irrationabiliter faciūt, subiectum alterum ab his facientes. Aliorum autem, quidam aerem: aer enim minime habet aliorum differentias sensibiles. Cōsequenter aūt aqua.

l Sed omnes vnū hoc contrariis figurant, vt densitate & raritate: & eo quod maius & minus: hęc aūt omnino sūt, excellētia videlicet, & defect', sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum, fuit etiam opinio antiquorum naturalium, sed differenter. Nam antiqui considerantes quòd vna materia variatur per diuersas formas, posuerunt duo ex parte formæ, quæ est principium agendi: & vnum ex parte materiæ, quę est principium patiendi. Sed Platonici, considerantes quomodo in vna specie distinguũtur multa individua secundum diuisionẽ materiæ, posuerunt vnum ex parte formæ, quæ est principium actiuũ, & duo ex parte materiæ, q̃ est principium passiuum. Et sic concludit principale intentum, quòd præmissa & similia considerantibus, rationabile videbitur, quòd sint tria naturæ principia. Et hoc dicit, de signans ex probabilibus processisse. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.56.

m ¶ Ostendit quomodo non sunt plura principia tribus, duabus rationibus, quarum prima talis est. Quod potest fieri per pauciora, superfluum est, si fiat per plura: sed tota generatio rerum potest compleri ponendo vnum principiũ materiale, & duo formalia, quia ad patiẽdum sufficit vnum materiale principiũ. Sed si essent quatuor principia contraria, & duæ primæ contrarietates, oporteret q̃ vtraque contrarietas haberet aliud & aliud subiectum: quia vnum subiectũ videtur esse primo vnius contrarietatis. Et sic, si duobus contrariis positis, & vno subiecto possunt res fieri adinuicem, superfluum videtur, q̃ ponatur alia contrarietas. Non igitur ponenda sunt plura, quam tria principia. Secundam rationem ponit ibi.

*Semper. ni. i vno genere ẽ vna cõtrarietas. idem supra. tex. cõ. 50. & 10. Meta. te. cõ. 15.

Tex.cõ.57.

n ¶ Quæ talis est. Si plura sunt principia quàm tria, oportet esse plures primas contrarietates: sed hoc est impossibile, quia prima contrarietas videt esse primi generis, quod est vnum, scilicet substantia: vnde omnia contraria, quæ sunt in genere substantiæ non differunt genere, sed se habẽt, sicut prius, & posterius: quia in vno genere est tantum vna contrarietas, scilicet prima: eo quòd omnes aliæ contrarietates videtur reduci ad vnam primam. Sunt autem aliquæ primæ differentiæ contrariæ, quibus diuiditur genus, ergo videtur quòd non sint plura principia, quam tria. Considerandum est autẽ,

Tex.cõ.58.

P quòd vtrumque probabiliter dictum est, scilicet & quòd in substantiis non sit contrarietas: & quòd in substantiis sit vna contrarietas prima. Si enim accipiatur ipsum quod est substantia, nihil est ei contrarium: si vero accipiantur formales differentiæ in genere substantię, contrarietas in eis inuenitur. Vltimo autem quasi epilogãdo concludit, quòd neque sit vnum tantum principium, neque plura duobus vt tribus. Sed vtrum horum sit verum, habet multam dubitationem, sicut ex præmissis patet, scilicet vtrum sint duo tantum, vel tria.

dictum est prius. Et videtur antiqua esse opinio, quòd vnum, & superabundantia, & defectꝰ principia rerum sint: sed nõ eo dẽ modo: sed Antiqui duo quidem facere: vnum autem pati. Posteriorum autem quidã contrarium, vnum quidem facere, duo vero pati magis dicunt. Tria quidem igitur dicere elementa esse, & ex his, & ex huiusmodi aliis intendentibus, videbitur vtiq; habere quandam rationem, sicut diximus.

Hæc etiam opinio uetus quædam esse uidetur. Vnum inquam, & excessum atque defectum principia rerum esse. Attamen non eodem modo. Sed Prisci duo quidem agere, unum autem pati dicebant. At Posteriorum quidam e cõtra, unum quidem agere, duo uero pati potius asserunt. Tria G *igitur elementa rerum esse putare ex his, & iisiusmodi aliis animadnersis, uidebitur aliquam rationem habere, sicut antea diximus.*

m Plura autem tribus non amplius: ad patiendum quidem. n. sufficiens est vnum. Si autem quatuor existentibus duæ erũt contrarietates: oportebit seorsum vtrisque esse alteram quandam naturam. Si aũt ex se inuicem poterint generare, otiosa vtiq; altera cõtrarietatũ erit.

Sed tribus ponere plura nullam. Ad patiendũ enim, sufficiens est unũ ipsum. Si uero quatuor contrariis sumptis, duæ contrarietates ponantur: utrisque seorsum alia quædam natura media subiiciatur oportet. Quòd si H *ex sese uicissim generare possunt, superuacanea nimirum altera contrarietas erit.*

n Simul autem & impossibile est plures esse contrarietates primas. Substantia enim, vnum quoddam genus est entis. Quare in eo qd prius, & posterius sunt, differunt abinuicem principia tantum: sed non genere.* Semper enim in vno genere cõtrarietas est vna: omnes enim contrarietates reduci videntur in vnam. Quod quidem igi I tur neque vnum sit elementum neque plura duobus, vel tribꝰ, manifestum est. Horum autem vtrum sit verum, quemadmodum diximus, dubitationem habet multam.

Et insuper fieri nequit, ut primæ contrarietates sint plures. Substantia namque unum quoddam est genus eius quod est, ut patet. Quare non genere, sed antecedendo sequendoue duntaxat, inter sese principia differrent. Semper enim una est contrarietas in genere uno: atque omnes contrarietates ad unam reduci uidentur. Patet igitur, neque unum elementum, neque plura duobus, uel tribus esse: horum autem utrum sit asserendum, magnam dubitationem nimirum habet.

LECTIO XIII.

Sic igitur nos dicamus, primum de omni generatione aggredientes: est enim secundum naturã communia prius dicere, & sic circa vnumquodque propria speculari.

LECTIO XIII.

Hoc igitur modo nos dicimus, primo de omni generatione simpliciter pertractantes. Est enim naturæ accommodatum primum communia dicere, deinde ea, K *que circa unum quodque sunt priora contemplari.*

b Dicimus enim fieri ex eo aliud, & ex altero alterũ, aut simplicia dicentes, aut composita. Dico autem sic hoc, est enim hoc fieri hominem musicũ: est autẽ non musicũ, aliquod fieri

Nam quippiam e quopiam: ac aliud ex alio fieri dicimus, aut simplicia dicentes, aut composita. Dico autem hoc pacto: fit enim homo musicus, & non musicus, musicus aut nõ musicus homo, musicus homo.

Tex.cõ.60. Secũda pars tex. 58.

autem his. ¶ Circa primum duo facit. Primo præmittit quandam diuisionem, Secundo ostendit differentiam inter partes diuisionis. ibi {Horum autem. ¶ Dicit ergo primo quòd, cum in quolibet fieri aliud dicatur fieri ex alio, quantum ad fieri secundum esse subsistantiale: vel alterum ex altero, quantum ad fieri secundum esse accidentale, propter hoc, quòd omnis mutatio habet duos terminos, dupliciter cõtingit hoc dicere, eo quòd terminꝰ alicuius factionis, vel mutationis possunt accipi, vt simplices, vel compositi. Et hoc sic exponitur, aliquando enim dicimus homo fit musicus, & tũc duo termini factionis sunt simplices, & similiter quando dicimus, quòd non musicum fit musicum, sed quando dicimus non musicus homo fit musicus homo, tunc vterque terminorum est compositus. Quia cum fieri attribuitur homini, vel non musico vtrique est simplex, & sic id quod fit, idest cui attribuitur fieri, significat fieri vt simplex. Id vero in qd terminatur ipsum fieri, quod significatur fieri vt simplex, est musicum, vt cum dico, homo fit musicꝰ, vel non musicus fit musicus, sed tunc vtrunque significatur fieri vt compositum scilicet {Et quod fit} idest, id cui attribuitur fieri {& quod factum est} idest id, ad quod terminatur fieri: cum dicimus, nõ musicus homo, fit musicus, tunc enim est cõpositio ex parte subiecti tantum, & simplicitas ex parte predicati. Sed cũ dico, non musicus homo fit musicus homo, tunc est compositio ex parte vtriusque. Secundo ibi.

Tex.cõ.59.

Tex.cõ.60.

Tex.cõ.

Tex.cõ.

Tex.cõ.61.

c ¶ Ostendit duas differẽtias inter prędicta, quarum prima est, quòd in quibusdam præmissorũ vtimur duplici modo loquendi, scilicet, quòd hoc fit hoc, & ex hoc fit hoc: dicimus enim quòd non musicus fit musicus, & ex non musico fit musicus. Sed non in omnibus sic dicitur, non enim dicitur, ex homine fit musicum, sed homo fit musicus. Secundã differentiam ponit ibi.

d ¶ Et dicit, quòd cum duobus simplicibus attribuitur fieri, scilicet subiecto & opposito, alterum istorum est permanens, & alterum non permanens, quia cum aliquis iam factus est musicus permanet homo, sed non permanet oppositum: siue sit negatiue oppositum, vt non musicum, siue priuatiue, aut contrarie, vt immusicum. Neque etiam compositum ex subiecto & opposito permanet: non enim permanet homo non musicus, postquam homo factus est musicus. Et tamen istis tribus attribuebatur fieri, dicebatur enim, quòd homo fit musicus, & non musicus fit musicus, & homo non musicus fit musicus: quorum trium solum primum manet, completa factione, alia vero duo nõ manent. Deinde, cum dicit.

muſicum hominem: aut nõ musicum hominem musicum. Simpliciter quidem igitur dico. q̃ fit homo, & non musicũ, & q̃ simpliciter fit musicum: compositum autem, & quod fit, & quod factum est, cum non musicum hominem dicamus fieri, aut musicum, aut musicum hominem.

Simplex itaque dico ipsum fiens hominem inquam, & non musicum: & id etiam quod fit, idest musicum. Compositum uero, & id quod fit, & ipsum fiens, etiam cum non musicum hominem, musicum hominem fieri dicimus.

B

c Horum autem quidem non solũ dicitur hoc aliquid fieri, sed etiam ex hoc, vt ex non musico musicus. Hoc autem non dicitur in omnibus, vt ex homine factus sit musicus, sed homo factus sit musicus.

Horum autem alterum non solum hoc aliquid. sed etiam ex hoc fieri dicitur: ceu e non musico musicus. alterum non hoc in omnibus dicitur modo. nom enim ex homine musicus, sed homo fit musicus, dicitur.

d Eorum autem, quæ fiunt sicut simplicia dicimus fieri, aliquid quidẽ permanẽs fit, aliud vero nõ permanens. homo quidem permanet musicus factus, & homo est: sed non musicum & immusicum, neque simplicitꝰ, neq; compositũ permanet.

C

At uero eorum, quæ ut simplicia fieri dicimus. alterum permanens fit, alterum non permanens. nam homo quidem permanet, cum fit musicus homo; non musicum autem & immusicum, neque simplex, neque compositum permanet.

e Determinatis igitur his, ex omnibus, quæ fiunt, hoc est accipere, si aliquis intenderit, sicut diximus: quoniam oportet aliquid semper subiici, quod fit. & hoc, si numero est vnum, sed specie non vnum est, specie enim dico & ratione idem, nõ enim idem est homini, & immusico esse.

D

Quæ cum ita sint, hoc est ex omnibus quæ fiunt accipiendum, siquis inspexerit uti diximus, aliquid semper subiici oportere: ipsum inquam fiens, quod etsi numero unum est, nõ tamen est specie unum, atque pro eo dem accipio, specie rationeque differre. non est enim eadem hominis & immusici ratio.

f Et hoc quidem permanet, illud vero non permanet. Non oppositum quidem permanet. homo enim permanet, musicũ autem & immusicum non permanet: neque ex ambobus cõpositum, ut nõ musicus homo.

Atque alterum permanet. id enim quod non opponitur permanet: homo nanque permanet, non musicum autem & immusicum non permanet: neque id, quod ex utrisque componitur, uelut immusicus homo.

E

g Sed ex aliquo fieri aliquid, & non hoc fieri aliquid, magis quidem dicitur in non permanentibus, vt ex immusico musicum fieri, ex homine autẽ nõ.

At uero quippiã e quopiã, & non hoc fieri in hisce magis dicitur quæ nõ permanent, ceu ex immusico fieri musicũ dicitur, ex homine uero non dicitur. Verũ & in hisce, quæ permanẽt,

Tex.cõ.60.

Simplex itaque dico ipsum fiens hominem inquam, & non musicum; & id etiam quod fit, idest musicum. Compositum uero, & id quod fit, & ipsum fiens, etiam cum non musicum hominem, musicum hominem fieri dicimus.

e ¶ Ex suppositione præmissorum ostendit propositum, scilicet quòd in qualibet factione naturali inueniãtur tria. Et circa hoc tria facit. Primo enumerat duo, quæ inueniuntur in qualibet factione naturali. Secundo probat, qd̃ supposuerat. ibi {Et hoc quidem permanet. ¶ Tertio concludit propositum. ibi {Quare ostensum est. ¶ Dicit ergo primo quòd suppositis præmissis, siquis voluerit considerare in omnibus, quæ fiunt secundum naturam, hoc accipiet, quòd semper oportet subiici aliquid, cui attribuitur fieri. Et illud, licet sit vnum numero, vel subiecto, tamen specie vel ratione, non est idem. cum enim attribuitur homini q̃ fiat musicus: homo quidem est vnum subiecto, sed duo ratione, non enim est idem homo, secundum rationem, & non musicus. Tertium autem non ponit, scilicet quòd in generatione necesse est aliquid generari: quoniam illud manifestum est. Secundo ibi.

Tex.cõ.60.

f ¶ Probat duo, quæ supposuerat. Primo quòd subiectum cui attribuitur fieri sit duo ratione: secundo quòd oportet in quolibet fieri supponi subiectũ. ibi {Multipliciter autem. ¶ Primum ostendit dupliciter. Primo quidem per hoc quòd subiecto, cui attribuitur fieri, est aliquid, quod permanet, & aliquid, quod non permanet: quia id, quod non est oppositum termino factionis, permanet: homo enim permanet, quando fit musicus, sed non musicum non permanet, neque compositum, vt homo non musicus. Et ex hoc apparet, quòd homo & non musicus, non sunt idem ratione, cum vnum permaneat, & aliud non. Secundo ibi.

Tex.cõ.62.

g ¶ Ostendit idem alio modo, quia in non permanentibus magis dicitur ex hoc fit hoc, quàm hoc fit hoc: licet tamen & hoc possit dici, sed non ita proprie: dicimus enim quòd ex nõ musico fit musicus. Dicimus etiam, quòd non musicus fit musicus, sed hoc per accidens, inquantũ scilicet id, cui accidit esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

non musicum sit mu
sicus. Sed in perma
nentibus non sic di
citur: non enim di
cimus, quòd ex ho
mine fit musicus, sed
quòd homo fit mu
sicus. Quandoque
tamen in permanen
tibus dicimus, ex
hoc fit hoc, sicut di
cimus quòd ex ære
fit statua, sed hoc cõ
tingit, quia nomine
æris intelligimus in
figuratum, & ita di
Tex.cõ.62. citur hoc ratione pri
nationis intellectæ.
Et licet ex hoc fieri
hoc dicamus in per
manentibus, magis
tamen vtrumque cõ
tingit in non perma
nentibus dici, & hoc
fit hoc, & ex hoc fit
hoc: siue non perma
nens accipiatur op
positum, siue compo
situm ex opposito &
subiecto. Ex hoc er
go ipso, quòd diuer
so modo vtitur lo
quendi circa subie
ctum & oppositum,
manifestũ est, quòd
subiectum & oppo
situm, vt homo &
non musicus, & si
sint idem subiecto,
sunt duo tamen ra
tione. Deinde cum
dicit.

Tex.cõ.63. h ¶ Ostendit alte
rum, quod supposue
rat, scilicet quòd in
omni factione natu
rali oporteat esse su
biectum, & hoc qui
dem per rationem q̃
bare pertinet ad Me
taphysicum, vnde q̃
Tex.cõ. 22. batur in 7. Meta. sed
hic probat tantum
per inductionem, &
primo ex parte eo
rum, quæ fiunt, se
cundo, ex parte mo
dorum fiendi. ibi
Secũda par te huius te. Tex.cõ.64. {Fiunt autem quæ fiunt. } Dicit ergo primo, quòd cum fie ri dicatur multiplici ter, fieri simpliciter est solum fieri substã tiarum, sed alia di cuntur fieri secundũ quid. Et hoc ideo, quia fieri importat initium essendi, ad hoc ergo quòd ali quid fiat simpliciter requiritur, q̃ prius non fuerit simplici ter, quod accidit in ijs, quæ substantiali ter fiunt, quod enim fit homo non solum prius nõ fuit homo, sed simpliciter verum est dicere ipsum non fuisse: cum autem homo fit albus, non est verum dicere quòd prius non fuit, sed quòd prius non fuerit talis. In ijs igitur, quæ fiunt secundum quid, manifestum est quòd indigent subiecto. namquantitas,

At vero & in permanentibus F aliquando dicitur similiter. ex
ære enim statuã dicimus fieri, non q̃s statuam. Hoc autem ex
opposito, & nõ permanẽti vtro
libet dicit̃, ex hoc hoc, & hoc
hoc. & nanque ex musico & im
musicus fit musicus. Vnde & in
composito similiter est. etenim
ex immusico homine, & immu
sicus hõ dicitur fieri musicus.

h Multipliciter autẽ cum dica G
tur fieri. & horum quidem non
simpliciter fieri, sed hoc aliqd
fieri, simpliciter autẽ fieri sub
stantiarum solum est, secundũ
quid aliorum, manifestum, q̃
necesse est subiici aliquid, qđ
fit. Etenim quantum, & quale,
& ad alterum, & quando, & vbi
fiunt in subiecto aliquo, pro
pter id, quòd sola substãtia de
nullo alio dicitur subiecto, sed
alia omnia de substãtia. Quòd
autem & substantiæ, & quęcun H
que alia simpliciter entia, ex
quodam subiecto fiant, consi
deranti fiet vtiq; manifestum:
semper enim est aliquid, quod
subiicitur, ex quo fit, quod fit,
vt plãte, & animalia ex semine.

i Fiunt autem quę fiunt simpli
citer, alia quidem transfigura
tione, vt statua: alia appositio
ne, vt quæ augmentantur: alia
vero abstractione. vt ex lapide
Mercurius: compositione aũt, I
vt domus: alteratione vero. vt
quæ conuertuntur secundũ ma
teriam. Omnia autem, quæ sic
fiunt. manifestum est quoniam
ex subiectis fiunt.

k Quare ostẽsum ex dictis est, K
quoniam quod fit, semper cõ
positum est. Et est quidem ali
quid quod fit, est autẽ aliquid,
quod hoc fit, & hoc dupliciter.
Aut enim subiectum. aut oppo
situm. dico autem opponi qui
dem non musicum: subiici au
tem hominem, & infiguratio
nem, & inordinationem, & in
formationem oppositum: æs
autem & lapidem & aurum, di
co subiectum.

*interdum eodem dicitur modo: ex
ære nanque statuam, non æs statuam
fieri dicimus, in eo tamen quod oppo
nitur, & non permanet, utroque dic
citur mõ, & ex hoc fieri hoc, ut ex im
musico musicus: & hoc fieri hoc, ue
lut immusicus musicus. Iccirco &
in composito similiter dicitur: ex im
musico nanque homine, atque immu
sicus homo musicus homo fieri dici
tur.*

*Cum autem fieri multis modis dica
tur, & quædam non absolute fieri,
sed hoc aliquid fieri: quædam simpli
citer fieri dicantur, quod quidem so
lis substantijs competit. In cæteris
quidem patet aliquid ipsum inquam
fiens necessario subiici. nam & quan
tum, & quale, & ad aliquid, & quã
do, & ubi, sit aliqua re subiecta.
Propterea quòd substãtia sola de nul
lo subiecto dicitur alio: cætera autem
uniuersa de substantia ipsa dicuntur.
At substantiam etiam & quæcunque
alia simpliciter sunt, ex subiecto fieri
aliquo, patefiet sane diligenter con
sideranti. semper enim est aliquid,
quod subiicitur, ex quo generatur id,
quod fit: plantæ nanque & animalia
ex semine fiunt.*

*Eorum autem, quæ fiunt simplici
ter, quædam transfiguratione fiunt,
ut statua: quædam addutione, ut ea,
quæ incrementa suscipiunt: quædam
ablatione, ut e lapide Mercurius:
quædam compositione, ut domus:
quædam alteratione, ut ea quæ uer
tuntur materia. Atque patet ex su
biectis omnia fieri, quæ hoc pacto
fiunt.*

*Quare patet ex dictis, omne quod
fit, semper compositum esse. Atque
est quidem aliquid quod fit, est au
tem aliquid quod istud fit, & hoc est
duplex. Est enim aut subiectum, aut
oppositum, atque opponi quidem im
musicum, subiici autem hominem di
co. Et nacuitatem quidem figuræ &
informitatem, uel inordinationem op
positum: æs autem lapidem aurum
que subiectum.*

& qualitas, & alia ac
cidentia, quorum est
fieri secundum quid,
non possunt esse sine
subiecto. Solius enĩ
substantię est, nõ in
esse subiecto. Sed
etiam in substantiis,
siquis consideret, ma
nifestũ fit quòd fiunt
ex subiecto: videmus
enim quòd plantæ,
& animalia fiunt ex
semine. Secũdo ibi,
i ¶ Ostendit idem
inducendo per mo
dos fiendi, & dicit q̃
eorum quæ fiũt, quæ
dam fiunt transfigu
ratione, sicut statua
fit ex ære: quædam
fiũt ex appositione,
vt patet in omnibus
augmentatis, sicut
fluuius fit ex multis
riuis: alia vero fiunt
abstractione, sicut ex
lapide fit per sculptu
ram imago Mercu
rii. Quædam vero
fiunt compositione,
sicus domus: quæda
vero fiunt alteratio
ne, sicut ea, quorum
materia alteratur, si
ue fiant secundum
naturam, siue secun
dum artem, & in om
nibus his apparet q̃
fiunt ex aliquo subie
cto. Vnde manifestũ
fit, quòd omne quod
fit, fit ex subiecto.

Sed aduertendum
est, quòd artificialia
connumerauit inter
ea, quæ fiunt simpli
citer (quamuis for
mæ artificiales sint
accidentia) quia ar
tificialia quodammo
do sunt ĩ genere sub
stantiæ per suam ma
teriam, vel propter
opinionem antiquo Tex.cõ.
rum, qui similiter
æstimabant naturã
lia vt artificialia, vt
in Secundo dicetur.
Deinde cum dicit.

K ¶ Concludit pro
positum, & dicit ostẽ
sum esse ex dictis q̃
id, cui attribuitur he
ri semper est compo
situm. Et cum in Lect. 2.
qualibet factione sit
id, ad quod termina
tur fieri, & id cui at
tribuitur fieri: quod
est duplex, scilicet
subiectum & oppo
situm, manifestum ẽ
quòd in quolibet fie
ri sũt tria, scilicet sũ
biectum, & termi
nus factionis, & op
positum eius. Sicut,
cum homo fit musicus, oppositum est non musicum, & subie
ctum est homo, & musicus est terminus factionis. Et similiter
infiguratio & informitas & inordinatio sunt opposita, sed æs
& aurum & lapides sunt subiecta in artificialibus.

LECTIO

LECTIO XIII.

2 Postquam Philosophus ostendit, quòd in quolibet
fieri naturali, tria inueniuntur, hic ex præmissis in
tendit ostendere, quot sunt principia naturæ. Et cir
ca hoc duo facit. Primo, ostendit propositum, Se
cũdo, recapitulãdo
ostendit quæ dicta
Secũda par te tex. 70. sint, & quæ restant
dicenda. ibi {Primũ
quidẽ igitur dictũ. }
Circa primum duo
Tex.cõ.65. facit. Primo, ostendit
tria naturæ principia
Secũdo, notificat ea
Tex.cõ.69. ibi {Subiecta autem
naturæ. } Circa pri
mum tria facit. Pri
mo ostendit, verita
tem de principijs na
turæ, Secundo, ex ve
ritate ostensa soluit
præmissas de princi
Tex.cõ.66. pijs dubitationes. ibi
{Vnde est quòd sicut
Tex.cõ.67. duo. } Tertio, quia ab
antiquis dictum est
quòd principia sunt
contraria, ostendit:
vtrum semper requi
rantur contraria, vel
Tex.cõ.68. non. ibi {Quòd qui
dem igitur. } Circa
primum duo facit.
Primo, ostendit duo
esse principia naturę
per se, Secundo, oste
dit tertium esse prin
cipium naturæ per
accidens, ibi {Est au
tem subiectũ. } Circa
primum vtitur ta
li ratione. Illa dicũ
tur esse principia &
Tex.cõ.67. causæ rerum natura
lium, ex quibus sũt
& fiunt per se, & non
secundum accidens:
sed omne quod fit,
est & fit ex subiecto
& forma, ergo subie
ctum & forma sunt
per se causæ & prin
cipia omnis eius, qđ
fit secundum natu
ram. Quòd autẽ id,
quod fit secundũ na
turam, sit ex subie
cto & forma, probat
hoc modo. Ea, in q̃
resoluitur definitio
alicuius rei, sunt com
ponentia rem illam,
quia vnumquodque
resoluitur in ea, ex
quibus componitur:
sed ratio eius, quod
fit secundum natu
ram, resoluitur in subiectum & formam, nam ratio hominis
musici resoluitur in rationem hominis, & in rationem musici.
siquis enim velit definire hominem musicum, oportet quòd
assignet definitionem hominis & musici, ergo id quod fit secũ
dum naturam, est & fit ex subiectõ & forma. Et notandum est
quòd hic intendit inquirere principia non solum fiendi, sed
etiam essendi, vnde siguanter dicit. {Ex quibus primis sunt &
fiunt. } Et dicit. {Ex quibus primis } ideſt, per se & non secun
dum accidens. Per se ergo principia omnia, quæ fiunt secundũ
naturam, sunt subiectum & forma. Secundo.

b ¶ Addit tertium principium per accidens, & dicit quòd li
cet subiectum sit vnum numero, tamen specie & ratione duo
(vt supra dictum est:) quia homo & aurum, & omnis materia
numerum quendam habet, est enim ibi considerare ipsum su
biectum, quod est aliquid positiue, ex quo fit aliquid per se, &

LECTIO XIII.

Manifestum igitur q̃ si
quidem sunt causæ &
principia eorum, quæ
natura sunt, ex quibus primis
sunt & fiunt, non secundũ acci
dens, sed vnum quodque quidẽ
dicitur secundum substantiam
quod fit ex subiecto & forma,
componitur enim musicus ho
mo ex homine & musico quo
dãmodo: resolues enim ratio
nem in rationes eorum. Mani
festum igitur est, quòd fiãt, quæ
fiunt, ex his.

b Est autem subiectum nume
ro quidem vnum, specie vero
duo. homo quidem enim & au
rum, & omnino materia nume
rabilis est. Hoc enim aliquid
magis, & non secundum acci
dens ex ipso fit, quod fit. Priua
tio autem & contrarietes acci
dens. Vnum autem species, vt
ordinatio, aut musica, aut alio
rum aliquid sic predicantium.

c Vnde est q̃ sicut duo dicen
da sunt esse principia, est autẽ
sicut tria. Et est quidem sicut
cõtraria, vt si aliquis dicat mu
sicum & immusicum, aut cali
dum & frigidum, aut consonãs
& inconsonans: est autem sicut
non, ab alterutris enim pati cõ
traria impossibile est, soluitur
autem propterea, q̃ aliud est su
biectum, hoc enim non est con
trarium. Quare neq; plura cõ
trariorum sunt principia quo
dãmodo, sed duo: vt est dice
re numero. Neque iterum peni
tus duo propter id, quod alte
rum est esse ipsis, sed tria; alte
rum enim est esse homini, & nõ
musico esse, & infigurato & cri

A non per accidens, vt hoc quod est homo & aurum; & est ibi
considerare id, quod accidit ei, scilicet contrarietatem & pri
nationem, vt immusicum & infiguratum. Tertium autem est
species vel forma, sicut ordinatio est forma domus: vel musica
hominis musici, vel aliquod aliorum, quæ hoc modo ponun
tur. Sic igitur forma & subiectum sũt
principia per se eius,
quod fit secundum
naturam, sed priua
tio vel contrarium
est principium per
accidens, inquantũ
accidit subiecto, si
cut dicimus quòd æ
dificator ẽ causa acti
ua domus per se, sed
musicũ est causa acti
ua domus per acci
dens, inquantum ac
cidit ædificatori esse
musicum. Et sic ho
mo est causa per se,
vt subiectum homi
nis musici, sed non
musicum est causa &
principium eius per
accidens. Potest ali
quis obiicere, quòd
priuatio non accidit
subiecto, quando est
sub forma, & sic pri
uatio non est princi
pium essendi per ac
cidens. Et ideo di
cendum, quòd ma
teria nunquam est si
ne priuatione: quia,
quando habet vnam
formam, est cum pri
uatione alterius for
mæ, & ideo, dum est
in fieri aliquid quod
fit, vt homo musicus
in subiecto, quando
nondum habet for
mam, est priuatio ip
sius musicæ: & ideo
principium per se
accidens hominis mu
sici in fieri est nõ mu
sicum, hoc enim ac
cidit homini dum fit
musicus. Sed quan
do id aduenit ei hæc
forma, adiungitur ei
priuatio alterius for
mæ, & sic priuatio
formæ oppositæ, est
principium per acci
dens in essendo. Pa
tet ergo, secundum
intentionem Arist.
quòd priuatio, quæ
ponitur principium
naturæ per accidens,
non est aliqua apetitu
do ad formam, vel inchoatio formæ, vel aliquod principium
imperfectum actiuum (vt quidam dicunt) sed ipsa carentia
formæ, vel contrarium formæ, quod subiecto accidit. De
inde cum dicit.

LECTIO XIII.

*Si igitur eorum, quæ natu
tura constant, causæ, atq;
principia sunt, ex quibus
primis constant, ac facta sunt, non
per accidens, sed vnumquodque id,
quod per substantiam dicitur, patet
omnia fieri ex subiecto ac forma: mu
sicus enim homo ex homine quodam
modo, musicoue componitur, ratio
nes enim in illorũ rationes dissolues.
Vniuersa igitur quæ fiũt, ex hisce por
rò fieri patet.*

*Atqui subiectum ipsum, numero
quidem est unum, ratione autem duo.
Homo nanque & aurum, ac omnino
materia numerabile est. est enim hoc
aliquid magis, atque id quod fit: non
per accidens est & ipso gignitur. At
priuatio ipsum inquam oppositum, ac
cidens, forma autem est unum, ut or
do, uel musica, uel eorum aliquid,
quæ simili modo dicuntur.*

*Quapropter ipsa principia, tum
duo, tum tria dicenda sunt, & tum
contraria. Veluti si quispiam dicat
musicum & immusicum: aut calidum
& frigidum, aut constructum & in
constructum. Tum non contraria,
fieri enim non potest ut mutuo contra
ria patiantur. Soluitur autem & hoc
quia aliud est ipsum subiectum, hoc
enim non est, ut patet, contrarium.
Quare principia neque plura contra
rius quodammodo sunt, sed duo (ut
ita dicam) numero. Neque rursus
penitus duo, quia ipsorum ratio est di
uersa, sed tria: diuersa enim est ho
minis ratio, & immusici, & uacan
tis figura, & æris.*

B

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sunt plura contrariorum, ideſt contrariis, hoc eſt, quàm F
contraria, ſed ſunt duo tantum per ſe. Sed nec totaliter duo,
quia vnum eorum ſecundum eſſe eſt alterum: ſubiectum enim
ſecundum rationem eſt duo, ſicut dictum eſt, & ſic ſunt tria
principia: quia homo, & nõ muſicus, & æs, & infiguratum, dif-
ferunt ſecundum ra-
Tex.cõ.68. tionem. Sic igitur
patet, quòd priores
ſermones diſputati
ad veranque partem,
fuerunt ſecundũ ali-
quid veri, ſed nõ to-
taliter. Deinde cum
dicit.

d ¶ Oſtendit quo
modo ſunt duo con
traria neceſſaria, &
quomodo non, & di
cit, manifeſtum eſſe
ex dictis, quot ſunt
Tex.cõ.69. principia circa gene-
rationem naturaliũ,
& quomodo ſint tot.
Oſtẽſum eſt enim q̃
oportet duo eſſe con
traria, quorum vnũ
eſt principium per ſe
& alterum per acci-
dẽs, & quòd aliquid
ſubiiciatur cõtrariis,
quod eſt etiam prin-
cipium per ſe, ſed ali
quo modo alterum
contrariorum, non ẽ
neceſſarium ad gene
rationem: ſufficit. n.
alterum contrariorũ
quandoq; facere mu
Tex.cõ.70. tationem abſentia
ſua & præſentia. Ad
cuius euidentiã ſciẽ-
dum eſt, quòd ſicut
in Quinto huius di-
citur, tres ſunt ſpe-
cies mutationis, ſci-
licet generatio, &
corruptio, & motus.
Quorum hæc eſt dif
ferentia, quia motus
eſt de vno affirmato
in aliud affirmatum,
ſicut de albo in ni-
grum. Generatio au
tem eſt de negato in
affirmatum, ſicut de
non albo in album:
vel de non homine
in hominem. Cor-
ruptio autem eſt de
affirmato in negatũ,
Tex.cõ.71. ſicut de albo in non
album, vel de homi-
ne in nõ hominem.
Sic igiſ patet, quòd
in motu requiruntur duo contraria, & vnum ſubiectum. Sed in generatione &
corruptione requiritur præſentia vnius contrarii & abſentia
eius, quæ eſt priuatio. Generatio autem & corruptio ſaluan-
tur in motu. nam quod mouetur de albo in nigrum, corrum-
pitur album & fit nigrum. Sic igitur in omni mutatione natu
rali requiritur ſubiectum, & forma, & priuatio. Non autem
ratio motus ſaluatur in omni generatione & corruptione, ſicut
patet in generatione & corruptione ſubſtantiarum. Vnde ſu-
biectum, & forma, & priuatio, ſaluãtur in omni mutatione, nõ
autem ſubiectum, & duo contraria. Hæc etiam oppoſitio in-
10. me. Tex.cõ.15. 24. uenitur in ſubſtantiis, quæ eſt primum genus, non autem op-
poſitio contrarietatis. nam formæ ſubſtantiales non ſunt con
trariæ, licet differentiæ in genere ſubſtantiæ contrariæ ſint, ſe-
cundum quòd vna accipitur cum priuatione alterius, ſicut pa-
tet de animato & inanimato. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat præmiſſa principia, & dicit, quòd natura, quæ
primo ſubiicitur mutationi, ideſt, materia prima, non poteſt
ſciri per ſeipſam, cum omne quod cognoſcitur, cognoſcatur
per ſuam formam, materia autem prima conſideratur ſubiec-
ta omni formæ, ſed ſcitur ſ ſecundum analogiam ſ ideſt, ſe-
cundum proportionem. Sic enim cognoſcimus quòd lignum
eſt aliquid præter formam ſcamni & lecti, quia quandoque eſt
ſub vna forma, quan
doque ſub alia. Cũ
igitur videamus hoc
quod eſt aer, quan-
doque fieri aquam,
oportet dicere, quòd
aliquid exiſtens ſub
forma aeris, quando
que ſit ſub forma aq̃,
& ſic illud quod eſt
aliquid præter for-
mam aquæ, & præter
formam aeris, ſe ha-
bet ad ipſas ſubſtan-
tias naturales, ſicut
ſe habet æs ad ſtatuã
& lignum ad lectũ,
& quodlibet mate-
riale & informe ad
formam, & hoc dici
mus eſſe materiam
primam. Hoc eſt igi
tur vnum principiũ
naturæ, quod non ſic
vnum eſt, ſicut hoc
aliquid, hoc eſt, ſi-
cut aliquod indiui-
duum demonſtratũ,
ita quòd habeat for-
mam & vnitatem in
actu, ſed dicitur ens
& vnum, inquãtum
eſt in potẽtia ad for-
mam. Aliud princi
pium autem eſt ra-
tio vel forma. Ter-
tium autem eſt pri-
uatio, quæ contra-
riatur formæ. Et quo
modo iſta principia
ſint duo, & quo-
modo tria, dictũ eſt
prius. Deinde cum
dicit.

f ¶ Reſumit quę di
cta ſunt, & oſtendit
quæ reſtant dicenda.
Dicit ergo, q̃ prius
dictum eſt, quòd cõ
traria ſunt principia,
& poſtea, quòd eis
aliquid ſubiicitur, &
ſic faciunt tria prin-
cipia. Et ex his quę
nunc dicta ſunt, ma-
niſeſtum eſt, quæ dif
ferentia ſit inter cõ-
traria: quia vnum ẽ
principium per ſe, &
aliud per accidens.

Quot igitur principia ſunt naturalium rerum, quibus generatio compe tit, & quonammodo ſunt tot, ſatis iam explicauimus. Atque patet aliquid ipſis contrariis ſubiici oportere, & cõtraria duo eſſe, modo autem quodam alio non neceſſarium eſſe. Erit enim ſufficiens contrariorum alterum ad faciẽdum abſentia, præſentiaque ſui mutationem.

Natura autem ea, quæ ſubiicitur, ſimilitudine rationis ſub ſcięti a cadit. Nam ut ad ſtatuam æs, aut ad lectica lignum, aut ad aliquid aliud eorum, quæ formam habent, materia æs atq; informe ſeſe habet antequam ſuſcipiat formam, ſic ad ſubſtantiam & hoc aliquid atque id, quod eſt hæc ſeſe habere uidetur. Vnum igitur hæc principium eſt. Non tamen eſt unum neq; ens, perinde atque hoc aliquid. Vnum etiam principium eſt ratio, & inſuper id, quod eſt contrarium huic ipſa inquam priuatio. Hæc autem quonam pacto duo ſunt atque plura, paulo antea diximus.

Primum igitur dictum eſt: contraria ſolum principia eſſe. Deinde neceſſarium eſt quoddam etiam aliud ſubiici. triaq; eſſe. Ex hiſce uero, quæ nunc diximus, patet, quænam eſt differentia contrariorum: & quo modo principia ſe habent: & quid eſt ipſum ſubiectum. Sed, utrum forma ſubſtantia ſit, an ſubiectum, nõdum emerſit. Patet tamẽ tria principia rerum eſſe: & quonam pacto atque quis ipſorum ſit modus. Quot igitur & quæ ſint principia rerũ, ex hiſce quæ diximus ſit perſpectum.

Et iterum dictum eſt, quomodo principia ſe habeant adinuicem: quia ſubiectum & cõtrarium ſunt vnum numero, & duo ratione. Et iterum dictum eſt, quid eſt ſubiectum, ſecundum quòd manifeſtari potuit. Sed non dictum adhuc eſt, quid ſit magis ſubſtantia, vtrum forma vel materia, hoc enim dicetur in principio Secundi. Sed dictum eſt, quòd principia ſunt tria, & quomodo, & quis eſt modus ipſorum. Et vltimo concludit principale intentum, ſcilicet, quòd manifeſtum eſt, quot ſunt principia, & quæ ſint.

Tex.cõ.72.

Tex.cõ.73.

LECTIO

LECTIO XIIII.

Poſtquam Philoſophus determinauit veritatem de principiis naturę, hic excludit Antiquorum dubitationes per ea, quæ determinata ſunt de principiis.

LECTIO XIIII.

Et primo dubitationes, ſeu errores, qui prouenerunt ex ignorantia materiæ. Secũdo, dubitationes, ſeu errores, qui prouenerunt ex ignorantia priuationis. ibi. ſ Tangentes igitur quidam. ſ Tertio, reſeruat alteri ſcientię dubitationes, quæ accidunt circa formam. ibi. ſ De principio autem ſecundum ſpeciem. ſ Circa primum, duo facit. Primo, ponit dubitationem, & erroꝛ, in quẽ Antiqui inciderunt ex ignorantia materiæ. Secũdo, ſoluit eorum dubitationem per ea, q̃ ſũt determinata. ibi. ſ Nos autẽ dicimus. ſ Dicit ergo primo, q̃ poſt determinatã veritatẽ de principijs, dicendum eſt, q̃ ſolum iſta via, omnis defectus, ideſt dubitatio Antiquorum, ſoluitur. Et hoc eſt ſignum eſſe verum, qđ de principijs dictum eſt. Nam veritas excludit omnem falſitatem, & dubitationem, ſed poſito quocunq; falſo, oportet aliquam difficultatẽ remanere. Dubitatio autem, & error Antiquorum Philoſophorum hic fuit. Primi, qui ſecundum Philoſophiam inquieuerunt veritatem, & naturam rerum, diuerterunt in quandam aliam viam a via veritatis, & a via naturali, quod accidit eis propter infirmitatẽ intellectus eorũ. Dixerũt enim, q̃ nihil neque generatur, neque corrumpitur. qđ eſt & contra veritatẽ & contra naturã. Et ad hoc ponendũ, eos infirmitas intellectꝰ coegit; quia neſcierũt hanc rationem ſolue re, per quam videbatur probari, q̃ ens nõ generatur. Quia, ſi ens fit, aut fit ex ente, aut ex non ente: & vtrunq; horum videbatur eſſe impoſsibile, ſcilicet, q̃ ens fiat ex ente, & q̃ fiat ex non ente. Quod enim ex ente aliquid fieri ſit impoſſibile, ex hoc manifeſtum eſt, quia id quod eſt, non fit; nihil enim eſt antequam fiat, & ens iam eſt: ergo non fit. Quod etiam ex non ente aliquid fieri ſit impoſſibile, ex hoc manifeſtum eſt, quia oportet aliquid ſubiici ei quod fit, vt ſupra oſtenſum eſt. & ex nihilo, nihil fit: & ex hoc concludebatur, q̃ entis non erat generatio, neque corruptio. Et vlterius, in hoc argumẽtantes augebant ſuam poſitionem, vt dicerent, q̃ nõ eſſent multa entia, ſed vnum ens tantum. & hoc dicebant propter rationẽ prædictam. cum enim poneret vnum eſſe materiale principiũ: & ex illo nihil dicerent cauſari ſecundum generationem, & corruptionem, ſed ſolũ ſecundum alterationem, ſequebatur, q̃ id remaneret ſemper vnum ſecundum ſubſtantia. Secundo ibi, b ¶ Soluit prędicta obiectionem. Et circa hoc duo facit. Primo, ſoluit dupliciter prædictam obiectionem. Secundo, concludit principale ꝓpoſitum. ibi. ſ Quare ſecundũ q̃ vere. ſ Prima diuiditur in duas ſecundum duas ſolutiones, quas ponit. Secunda ibi. ſ Alius aũt quoniam. ſ Dicit ergo primo, q̃ quantũ ad modum loquendi non differt dicere, q̃ aliquid ſit ex ente, vel non ente, vel q̃ ens, aut non ens faciat aliquid, aut patiatur. ſic de quocunq; alio. & dicere huiuſmodi propoſitiones de medico, ſcilicet, q̃ Medicus faciat aliquid, aut patiatur, vel q̃ ex medico fiat aliquid, duplicem habet intellectum; ergo dicere, q̃ ex ente, aut ex nõ ente fiat aliquid, aut q̃ ens, aut non ens faciat aliquid, aut patiatur, duplicem habet intellectum. Et ſic eſt in quibuſcũq; aliis terminis ponatur, puta ſi dicatur, q̃ ex albo fiat aliquid, aut q̃ album faciat aliquid, aut patiatur. Quod autem duplicem habeat intellectum, cum dicitur, q̃ Medicus aliquid facit, aut patiatur, aut q̃ ex medico fit aliquid, ſic manifeſtat. dicimus enim, q̃ Medicꝰ ædificat, ſed hoc non facit inquantũ eſt Medicus, ſed inquantum ædificator eſt. Et ſimiliter dicimus, q̃ Medicus fit albus, ſed non inquantum eſt Medicus, ſed inquãtum eſt niger. Alio modo dicimus, quòd Medicus medicatur inquantum eſt Medicus. Et ſimiliter, quòd Medicus fit non Medicus inquantum eſt Medicus. ſed rũc dicimus proprie & per ſe Medicum aliquid facere, vel pati, Vel ex Medico aliquid fieri, quando hoc attribuitur Medico inquãtum Medicus. Per accidens autem quando attribuitur ei, non inquantum eſt Medicus, ſed inquantum eſt aliquid aliud. Sic igitur patet, q̃, cum dicitur Medicũ facere aliquid, aut pati, vel ex me-

Tex.cõ.74.

Lect.12.

Poſt hæc autem & dubitationem Veterum unice hoc pacto ſolui dicamus. Primi nanque Philoſophi ueritatem, atq; naturam eorum, quæ ſunt quæ remes, exorbitarunt, quaſi ad aliam uiam quandam, a ruditate depulſi. Atque aſſerunt neque fieri quicquam eorum quæ ſunt, neque corrumpi: propterea quod neceſſe eſt quidem, omne quod fit aut ex ente, aut ex non ente fieri, generarique: neutrum autem eſſe poteſt. Neque enim fit id quod eſt; iam enim eſt. Et ex non ente nihil fieri poteſt: aliquid enim ſubiiciatur oportet. Atque hoc pacto id quod deinceps accidit augentes, neque multa inquiunt eſſe, ſed ſolum ipſum quod eſt. Illi igitur ob ea, quæ dicta ſunt, hanc habuerunt opinionem.

Nos autem uno quidem modo nihil inter hæc dicimus intereſſe, ex ente, inquam aut e non ente fieri; et id quod non eſt aut quod eſt agere quippiam, aut pati, aut quoduis hoc fieri, & medicum agere quippiam aut pati, aut e medico aliquid eſſe, aut oriri. Quare cum id dicatur dupliciter. patet & ex ente fieri, aut id quod eſt agere, aut pati, duobus modis idemidem dici, ædificat igitur medicus, non ut eſt medicus, ſed ut ædificator: & albus fit, nõ hoc ſane, quo medicus eſt, ſed quo niger. Medetur autem & medicinam amittit, quo medicus eſt. Atque cum maxime ipſum medicum agere quippiam, aut pati dicamus, uel e medico fieri, ſi illud agat, uel patiatur ut medicus, patet, & hoc, e non ente inquam fieri, id ſignificare, ut non ens eſt. Quod quidem, cum non diſtinxiſſent illi, longe a ueritate ſemoti ſunt, & ob ignorationem hãc, adeo inſuper ignorarunt, ut nihil fieri prorſus, neq; cæterorum quicquam eſſe arbitrarentur, ſed omnem tollerent generationem. Nos autem & ipſi dicimus nihil quidem fieri ſimpliciter ex non ente: tamen ex non ente per accidens fieri,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex medico fieri aliquid, dupliciter intelligitur, scilicet per se, & per accidens. Vnde manifestum est, cp cum dicitur aliquid fieri ex non ente proprie & per se, intelligitur hoc, si fiat aliquid ex non ente, inquantum est non ens. & similis ratio est de ente. Et hanc distinctionem antiqui non percipientes intantum peccauerũt, cp nihil sunt opinati fieri, nec opinati sunt, cp aliquod aliorũ præter id qđ ponebãt primũ principium materiale, haberet esse substantiale, puta, dicentes aerem esse primum materiale principiũ, dicebant omnia alia significare quoddã esse accidentale. Et sic excludebãt omnẽ generationem substantialem, solam alterationem relinquentes, ex eo scilicet, quòd quia non fit aliquid ex non ente per se, vel ente, opinabantur, cp nihil possit fieri ex ente, vel nõ ente. Sed nos etiã ipsi dicimus, cp ex nõ ente nihil fit simpliciter & per se, sed solum secundum accidens: qa quod est, idest ens p se quidem, nõ est ex priuatione, & hoc iõ, quia priuatio non intrat essentiam rei factę. Ex hoc autem aliquid sit per se, quod ineſt rei postquam iã facta est. sicut figuratum fit ex infigurato non per se, sed per accidens: quia postquã iam est figuratum, in figuratum non ineſt ei. Sed iste est mirabilis modus fiẽdi aliquid ex non ente, & qui videbatur impossibilis antiquis Philosophis. Sic igitur patet, cp ex non ente fit aliquid, non per se, sed per accidens. Similiter si quęratur, vtrum ex ente fiat aliquid, dicẽdum est, cp ex ente fit aliquid p accidens, sed non per se. Et hoc manifestat per tale exemplum. ponamus enim cp ex equo generetur aliquis canis, quo posito, manifestum est, cp ex quodam animali fiat quoddã animal: & sic ex animali fiet animal, non tamen fiet animal ex animali per se, sed per accidens: non enim fit inquantum est animal, sed inquantũ est hoc animal, quia animal iam est actu antequam fiat canis, quia est equus, sed non est hoc animal, quòd est canis: vnde per se hoc animal, quod est canis, fit ex nõ hoc animali, ideſt ex non cane. Sed si fieret animal per se, & non per accidens, oporteret, cp fieret ex non animali. Sic etiam est de ente. fit enim ens aliquod ex non ente hoc, sed accidit ei, cp non est hoc, quod fit ens. vnde non fit aliquid per se ex ente, neque per se ex non ente. hoc. n. per se significat aliquid fieri ex non ente, si fiat ex non ente inquantum est non ens, vt dictum est. Et sicut cum hoc animal fit ex hoc animali, vel hoc corpus ex hoc corpore non remouetur omne corpus, nec omne non corpus, nec omne animal, vel non animal ab eo ex quo aliquid fit, sic non remouetur ab eo ex quo fit hoc ens, neque omne esse, neque omne non esse: quia id qđ fit hoc ens, quod est ignis, habet aliquod esse, quia est aer, & aliquod non esse, quia non est ignis. Iste igitur est vnus modus solvendi prædictam dubitationem. Sed iste modꝰ soluẽdi insufficiens est. si enim sit ens per accidens ex ente, & ex non ente, oportet ponere aliquid ex quo fiat ens per se, quia omne qđ est per accid ens, reducitur ad id quod est per se. Ad ostendendũ igitur ex quo fit aliquid per se, subiungit secundum modum ibi.

Tex.cõ.75. Tex.cõ.76. Tex.cõ.77. Scda parte. 78.tex. Tex.cõ.78. Tex.cõ.79.

sed auferebant oẽm generationẽ. Nos aũt, & ipsi dicimus fieri quidẽ nihil simpliciter ex eo quod non est, sed tñ fieri ex eo, quod nõ est, vt sin accidens: ex priuatione. n. quod est quidẽ p se non ens, non in existente fit. Mirabile aũt videtur, & impossibile sic fieri aliquid ex eo qđ non est. Similiter aũt nec ex eo, quod est, neque quod est fieri, nisi sin accidens, sic autem & ex hoc fieri eodem modo, vt si ex animali animal vtique fiat, & ex quodam animali quoddam aial, vt si canis ex equo fiat. fiet quidẽ. n. vtique nõ solũ ex quodam aiali canis. sed etiã ex aiali, sed non inquantũ est aial: est. n. iam hoc. Si aũt aliquid debet fieri aial, non sin accidens, nõ ex aiali erit. Et si aliquid qđ est, nõ ex eo quod est, neque ex eo quod nõ est. Quod. n. est ex eo quod non est, dictum est nobis quid significet, qm̃ inquantum non est. Amplius aũt, & esse oẽ, aut non esse non remouetur. vnus qdẽ igit modꝰ hic est.

c Alius aũt qm̃ contingit eadẽ dicere sin potentiam, & actum: hoc aũt determinatũ est ī aliis per certitudinem magis.

d Quare, sm̃ qđ vere dicimus, defectus soluunt, pp quos coacti remouent prædictorũ quædam. pp hoc. n. in tantum destiterunt priores a via in generationem, & corruptionẽ, & omnino mutationem. hæc enim vtique visa natura, omnem soluit hãc ipsorum ignorantiam.

Ex priuatione enim, quæ est per se nõ ens, & quæ non mest, fieri dicimus. Afficiunt itaque id admiratione, ac impossibile esse uidetur ex non ente fieri. Similiter autem neque ex eo quod est, neque id quod est fieri n si per accidens, sic autem, & hoc fieri dicimus eodem modo, ceu si animal ex animali fieret, & aliquod animal ex quopiam animali, ut si canis ex equo fieret. etenim canis non solum ex animali quodam, sed ex animali etiam fiet, sed non ut est animal, iam enim id ipsum est. Si uero quippiam emerſurum est animal non per accidens, non erit ex animali. Et si quid ens oritur, non ex ente, neque e non ente fiet. dictum est enim quid significat e non ente fieri: eo nanque pacto quo est non ens. Insuper neque hoc esse inquam omne, aut non esse tollimus. Is igitur unus est modus solutionis.

Alius autem est per potentiam, atque actum. dici autem hæc possunt potentia, atque actu. hoc autem alias in locis exacte magis determinauimus.

Quare ut dicebamus dubitationes illæ soluuntur, ob quas quædam eorũ, quæ dicta sunt, compulsi tollunt Antiqui. ob hoc enim tantum exorbitarũt ab ea uia, qua ad generationem corruptionemue, atque omnino mutationem accedetur. Hæc enim natura, si uisa fuisset, omnem hanc ipsorum ignorationem utique dissoluisset.

LECTIO XV.

Angentes quidẽ igitur & alteri quidã sunt ipsam, sed non sufficienter. Primum quidem. n consi-

LECTIO XV.

Psam igitur, & alii quidam, sed non sufficienter utique tetigere. Primum enim ex non ente simpliciter aliquid

LECTIO XV.

Postquam Philosophus excluſit dubitationes, & errores antiquorum Philosophorum, prouenientes ex ignorantia materiæ, hic excludit errores prouenientes ex ignorãtia priuationis. Et circa hoc tria facit: primo, proponit errantium errores. Secundo, ostendit differentiam huius positionis ad veritatem supra ab ipso determinatã ibi. {Sed hoc differt.} Tertio probat suam opinionem veram esse ibi. {Subiecta quidem natura.} Dicit ergo primo, cp quidam Philosophi

Philosophi tetigerunt materiam, sed non sufficienter, quia non distinguebant inter priuationem, & materiam: vnde quod est priuationis attribuebant materiæ. Et quia priuatio secundum se est non ens, dicebant cp materia secundum se est non ens. Et sic, sicut aliquid per se simpliciter fit ex materia, sic confitebantur, cp simpliciter, & per se aliquid fit ex non ente. & ad hoc ponendũ, duabus rationibus inducebantur. Primo quidem, ratione Parmenidis dicentis, cp quicquid est præter ens est non ens: vnde, cum materia sit præter ens, quia nõ est ens actu, dicebant eam simpliciter esse non ens. Secundo vero, quia videbatur eis, quòd id quod est numero vnum, vel subiecto, sit etiam ratione vnum, quod hic appellat esse potentia vnum, quia ea, quæ sunt ratione vnum, eadẽ est virtus vtriusque. Ea vero, quæ sunt subiecto vnum, sed non ratione, non habent eandem potentiam, seu virtutem, vt patet in albo, & musico. Subiectum autem & priuatio sunt vnum numero, vt ꝙ, & infiguratum, vnde videbatur eis, quòd essent idem ratione, vel virture. sic igitur hic accipit vnitatem potentiæ. Sed nequis hic dubiter occasione horum verborum quid sit potentia materię, & vtrum sit vna, vel plures: dicendum est, cp actus, & potentia diuidunt quodlibet genus entium, vt patet in nono Metaphy. & in tertio huius. Vnde sicut potentia ad qualitatem nõ est aliquid extra genus qualitatis, ita potentia ad esse substantiale, non est aliquid extra genus substantiæ. Non igitur potentia materiæ est aliqua proprietas addita super essentiam eius: sed materia secundum suam substantiam est potentia ad esse substantiale. & tñ potentia materiæ subiecto est vna respectu multarum formarum, sed ratione sunt multæ potentiæ secundum habitudinem ad diuersas formas. Vnde in Tertio huius dicetur, quòd posse sanari, & posse infirmari differt secundum rationem. Secundo ibi.

tentur simpliciter fieri aliquid ex eo, quod non est, inquantum Parmenidem recte est dicere. Postea videtur ipsis si vere est numero vna, & potentia tantum vnam esse.

b Sed hoc differt plurimum. nos quidem enim materiam, & priuationem alteram dicimus. Sed horum, hanc quidem non esse secundum accidens materiam: priuationem autem per se non esse. & hanc quidem prope rem & substantiam aliqualiter materiam, & priuationem autem nequaquam.

c Quidam autem quod non est magnum, & paruum similiter aut simul vtrunque, aut seorsum vtrunque. Quare penitus alter modus est hic trinitatis, & ille. Vsque quidem enim ad hoc perueniunt, quòd oportet quandam supponi naturã, hanc tamen vnam faciunt. etenim si aliquis dualitatem facit dicens magnum, & paruum ipsam, nihilominus idem facit alteram enim despexit.

d Subiecta quidem* materia cum forma causa est eorũ, quæ fiunt, sicut mater: altera vero pars contrarietatis multoties imaginabitur ad maleficium ipsi' protendenti intellectum, neque esse penitus, & esse extra omne. Existente enim quodam diuino, & optimo, & appetibili, aliud quidem contrarium esse ipsi dicimus.

Hoc autem plurimum sane differt. nos enim materiam priuationemue, diuersa dicimus esse, atque materiam quidem, nõ ens esse per accidens: priuationem uero per se censemus. Et illam quidem prope, atque quodammodo substantiam: priuationem uero substãtiam nullo modo esse asserimus.

At illi id quod non est, magnum, paruumque similiter inquit esse: aut utrunque simul, aut utrunque seorsum. Quare modus hic trinitatis, diuersus ab illo penitus est. Hucusque nanque progressi sunt, ut aliquam naturam oportere subiici dicant: hanc tamen unam faciunt. nam etsi quidam dualitatem facit, magnum, & paruum ipsam appellans, nihilominus tamen idem facit. alteram enim despexit.

Etenim materies quidem permanens una, cum forma causa est eorum quæ fiunt, perinde ac mater. Aut contrarietatis altera pars, nec esse omnino perspæpe ei uidebitur, qui mente ipsius maleficium intuetur. nam cum sit quoddam diuinum, & bonum, ac appetibile, alterum ipsi contrarium esse dicimus.

*alias natura

Tex.cõ.80. Tex.cõ.81. D.51. D.367. 1037. Tex.cõ.80. Tex.cõ.12. Tex.cõ.60.

e ¶ Manifestat intellectum opinionis platonicæ, & dicit quòd Platonici ponebant quidem duo ex parte materię, scilicet, magnum, & paruum: sed tamen aliter quàm Aristoteles, quia Aristoteles ponit ista duo esse materiam, & priuationem, quæ sunt vnum subiecto, & differunt ratione, sed isti non ponebant, cp alterum istorum esset priuatio, & alterũ materia, sed priuationẽ assumebãt vtrique, scilicet, paruo, & magno, siue acciperent ista duo simul, vtpote cum loquebantur non distinguentes eã per magnum, & paruum, siue acciperent vtrunq; seorsum. Vnde patet, cp omnino aliter ponebant tria principia Platonici ponentes formã, & magnum, & paruum: & Arist. qui ponit materiã, & priuationẽ, & formam. Platonici vero, vsque ad hoc peuenerũt præ aliis Philosophis antiquioribus, cp oportet vnam quandam naturã supponi omnibꝰ formis naturalibus, quæ est materia prima. sed hanc faciunt vnam tantũ, sicut subiecto ita & ratione, non distinguentes inter ipsam, & priuationem. quia, etsi ponant duas litatem ex parte materiæ, scilicet magnũ, & paruum, nihilominus non faciunt differentiam inter materiam, & priuationẽ, sed faciunt mentionẽ tantum de materia, sub qua comprehenditur magnũ, & parvum, & priuationem despexerũt: de ea mẽtionem non faciẽtes. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat, cp sua opinio habet veritatem, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit propositum, scilicet, cp oporteat priuationem distingui a materia. Secundo, ostendit quomodo materia corrumpatur, vel generetur ibi. {Corrumpitur autem.} Primum autem ostendit duplici. Primo quidem ostensiue. Secundo, ducendo ad impossibile ibi. {Aliud autem aptum natum.} Dicit ergo primo, cp ista natura, quæ subiicitur, scilicet, materia simul cum forma, est causa eorum, quæ fiunt secundum naturam ad modum matris: sicut enim mater est causa generationis in recipiendo ita & materia, sed si quis accipiat alteram partem contrarietatis, scilicet, priuationem, protendens intellectum circa ipsam, imaginabitur ipsã non ad constitutionem rei pertinere, sed magis ad quoddã malum rei: quia est penitus non ens, cum priuatio nihil aliud sit qꝫ negatio formæ in subiecto, & est extra totum ens. vel sic in priuatione locum habeat ratio Parmenidis. quicquid est præter ens est non ens: non autem in materia, vt dicebant Platonici. Et cp priuatio pertineat ad malum, hoc ostendit per hoc, cp forma est quoddam diuinum, & optimũ & appetibile. Diuinum quidem est, cp omnis forma est quædam participatio similitudinis diuini esse, quod est actus purus. vnumquodque enim intantum est actu, inquantum habet formam. Optimum autẽ est, quia actus est perfectio potentiæ, & bonum eius, & per consequens sequitur cp sit appetibile, quia vnumquodq; suam appetit perfectionem.

Tex.cõ.82. Scda parte. 82.Tex.

Scda parte. 79.tex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem. Prima tio autem opponitur formæ, cum non sit aliud, F quàm remotio eius: vnde. cum id quod opponitur bono & removet ipsum sit malum: manifestum est quòd priuatio pertinet ad malum. Vnde sequitur, quòd non sit idem quod materia, quæ est causa rei, sicut mater. Secundo ibi.

e ¶ Ostendit idem per rationem ducentem ad impossibile hoc modo. Cum forma sit quoddam bonum, & appetibile, materia, q̃ est aliud a priuatione, & a forma est apta nata appetere, & desiderare ipsam secundum suã naturam. Sed quibusdam, qui non distinguunt materiam a priuatione, accidit hoc inconueniens, quòd contrarium appetet corruptionem suiipsius, quod est Tex.cõ.81. inconueniens. Et q̃ hoc accidat sic ostendit: quia si materia appetit formam, non appetit eam secundum quòd est sub ipsa forma, quia iam non indiget esse per eam (appetitus autẽ omnis est propter indigentiam, quia est non habiti.) similiter & non appetit eam secundum quòd est sub contrario, vel priuatione, quia vnum contrarium est alterius corruptiuum, & sic aliquid appetereret sui corruptionẽ. Manifestum est igitur, q̃ materia quę appetit formã, est aliud rõne, sicut a forma, ita & a priuatione. si enim materia appetit formã f̃m q̃riã natũrã, vt dictũ est, si ponitur, quòd materia, & priuatio sint eædem ratione, sequitur, quòd priuatio appetit formam, & ita appetit suipsi⁹ corruptionem, quod est impossibile. vnde & hoc impossibile est, quòd materia, & priuatio sint eędem ratione. Sed tamen & materia est hoc, ideſt priuationem habens: sicut si fœmina appetat masculum, & turpe appetat bonum, non quòd ipsa turpitudo appetat bonũ sibi contrarium, sed secundum accidens; quia id, cui accidit esse turpe, appetit esse bonum, & similiter fœmineitas non appetit masculinum, sed id, cui accidit esse fœminam. Et similiter priuatio non appetit esse formam, sed id, cui accidit priuatio, scilicet materia. Sed contra hæc verba Philosophi Auicen. aripliciter opponit. Primo quidem, quia materiæ non competit neque appetitus animalis, ut per se manifestum est, neque K appetitus naturalis, vt appetat formam, cum non habeat aliquam formam, vel virtutem inclinantem ipsam ad aliquid; sic enim graue naturaliter appetit locum infimum, inquantum suagrauitate inclinatur ad locum talem. Secundo, obiicit ex hoc, quòd si materia appetit formam, hoc est, quia caret omni forma, aut quia appetit multas formas habere simul, quod est impossibile, aut quia fastidit formam quam habet, & quærit habere aliam, & hoc etiam est vanum. nullo igitur modo dicendum videtur, quòd materia appetat formam. Tertio obiicit per hoc, quia dicere, quòd materia apperat formam, sicut fœmina masculum, est figurate loquentium, scilicet, Poetarum, & non Philosophorum. Sed huiusmodi obiectiones facile est soluere. Sciendum est enim, quòd omne quod appetit aliquid, vel cognoscit ipsum, & se ordinat in illud, vel tendit in ipsum ex ordinatione, & directione alicuius cognoscentis, sicut sagitta tendit in determinatum signum ex directione, & ordinatione sagittantis. Nihil est igitur aliud appetitus naturalis, quam ordinatio d aliquorum secundum D.195. propriam naturam in finem suum. Non solum autem aliquid ens in actu per virtutem actiuam ordinatur in suum finem, sed etiam materia secundum quòd est in potentia. nam forma est finis materiæ. Nihil igitur est aliud materiam appetere formam, quàm eam ordinari ad formam, vt potentia ad actum. Et quia sub quacunque forma sit, adhuc remanet in potentia ad aliam formã, ideo est ei semper appetitus formæ, non propter fastidium formæ quam habet, nec propter hoc, quòd quærat contraria esse simul, sed quia est in potentia ad alias formas, dum vnam habet in actu. Nec etiã vtitur hic figurata locutione, sed exemplari. dictũ est enim supra, quòd materia prima scibilis est secundum proportionem, inquantum sic se habet ad formas substantiales, sicut materiæ sensibiles ad formas accẽales. Et iõ ad manifestandũ materiam primã, oportet vti exemplo sensibilium substantiarũ. Sicut igitur vlus est exemplo æris in hgurati, & hominis non Musici ad materiam, ita nunc ad eius manifestationem vtitur exemplo fœminæ virum appetentis, & turpis appetentis bonum: hoc enim accidit eis inquãtum habent aliquid de ratione materiæ. Sciendũ

Alterum suapte natura affectat, atque appetit ipsum. Illis autem euenit ut contrarium, interitum appetat suum, & tamen fieri nequit, ut aut forma seipsam appetat, quippe cum non indigeat sui: aut contrarium, cum contraria mutuo seipsa corrumpant. Sed hoc est materia perinde appetens illud, atque si fœmina marem, & turpe appetat pulchrum. uerum non est per se, sed per accidens turpe, nec per se fœmina, sed per accidens.

At uero tum corrumpitur, atque gignitur, tum neque fit, neque corrumpitur. Nam ut est quidem id, in quo per se corrumpitur, id enim quod corrumpitur in hoc, est ipsa inquam priuatio. at suapte potentia, non per se, sed nec occidat, nec oriatur necesse est. nam si gignitur, subij ciatur aliquid primum oportet, ex quo hoc pacto nascetur, ut insit in ipsa: hoc autem est ipsius natura. Quare fit, ut sit antea quàm sit orta. Etenim materiam id dico, quod primum est uniuscuiusque subiectum, e quo quippiam eo fit pacto, ut non per accidens insit, si corrumpitur, ad hoc ultimum sane proficiscetur, quare erit corrupta antequam sit corrupta.

De principio uero formali, utrum unum sit an plura; & quod nam sit,

tamen est, quòd Aristoteles hic loquitur contra Platonem; qui talibus metaphoricis locutionibus vrebatur, assimilans materiam matri, & fœminæ, & formam masculo: & ideo Aristoteles vtitur contra eum metaphoris ab eo assumptis. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit quomodo materia corrumpatur, & dicit, quòd quodammodo corrumpitur, & quodammodo non, quia secundum quòd est in ea priuatio, sic corrumpitur, cum cessat in ea esse priuatio, vt si diceremus, æs infiguratum corrumpi, quando desinit esse infiguratum. Sed secundum se, inquantum est quoddam ens in potẽtia, est ingenita, & incorruptibilis. Quod sic patet. si enim materia fiat, oportet ei aliquid subiici ex quo fiat, vt patet ex superioribus. Sed primum, quod subiicitur in generatione est materia, hoc enim dicimus materiam, primum subiectum, ex quo aliquid fit per se, & non secundum accidens, & ineſt rei iam factæ. & vtrunque eorum ponitur ad differentiam priuationis ex qua fit aliquid per accidens, & non ineſt rei factæ. sequitur ergo, quòd materia sit antequam fiat, quod est impossibile. Et similiter omne quod corrumpitur, resoluitur in materiam primam. quando igitur iam est materia prima, tunc est corruptum. Et sic, si materia prima corrumpatur, erit corrupta antequam corrumpatur, quod est impossibile. Sic igitur est impossibile materiam primam generari, vel corrumpi. Sed ex hoc non excluditur, quin per creationem in esse procedat. Deinde cum dicit.

g ¶ Quia iam excluserat errores circa materiam, & priuationẽ, restare videbatur vt excluderet errores, & dubitationem circa formam. Posuerunt enim quidam formas separatas, scilicet, ideas,

ideas, quas reducebant ad vnam primã ideam. Et ideo dicit, q̃ de principio formali; vtrũ sit vnũ vel plura, & quot, & quæ sint, pertinet determinare ad philosophiam primam, & vsque ad id tempus reseruetur, quia forma est principium essendi, & ens inquantum huiusmodi est subiectum Primæ Philosophiæ, sed materia, & priuatio sunt principia entis trãs- A aut quæ sint primæ Philosophiæ diligenter exquisiteque officium est determinare, ac pertractare. quare hæc contemplatio illo in tempore reseruetur. De naturalibus uero formis, quæ oriuntur, ac occidunt, in hisce, quæ posterius ostẽdentur, dicemus, ac pertractabimus. Hoc igitur pacto sint hæc a nobis determinata: principia inquã est, et quæna, et quot numero sint. Rursus aũt alio prĩcipio sumpto, dicamus.

plura, aut quot, aut quę sint per certitudinẽ primæ Philosophię opus est determinare. ergo in illud tempus reponatur. De physicis autem, & corruptibilibus speciebus, in posterius demonstrandis dicemus. Quòd quidẽ igitur sint principia, & quæ, & quot numero, determinatũ sic a nobis sit. Item autem, aliud principiũ incipiẽtes, dicamus.

cipiũ facere scientiæ naturalis, inquirendo. mutabilis, quod a Philosopho naturali consideratur. Sed tamen de formis naturalibus, & corruptibilibus in, sequentibus huius doctrinæ determinabitur. Vltimo autem epilogat quæ dicta sunt, & dicit, quòd sic de terminatum est, q̃ principia sunt, & quę, & quot. Sed oportet iterum aliter principia facere scientiæ naturalis, inquirendo. s. principia scientiæ.

Primi libri Physicorum finis.

ARISTOTELIS DE PHISICO AVDITV

LIBER SECVNDVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclarissimis commentariis.

LECTIO PRIMA.

POstquam Philosophus in primo libro determinauit B de principiis rerum naturalium: hic determinat de principiis scientiæ naturalis. Ea autem, quæ primo oportet cognoscere in aliqua scientia, sunt subiectũ ipsius, & medium, per quod demonstrat. Vnde hic Secundus liber in duas partes diuiditur. In prima determinat, de quibus fit consideratio scientiæ naturalis. In secũda, ex quibus causis demonstrat ibi. {Determinatis autẽ his.} Prima diuiditur in duas. In prima ostendit, quid sit natura. In secunda, de quibus cõsideret scia naturalis ibi. {Quoniam autem determinatũ est.} Prima, diuiditur in duas. In prima ostendit, quid sit natura. In secunda, quot modis dicitur ibi. {Videtur autem natura.} Prima, diuiditur in duas. In prima ostendit, quid sit natura. In secunda, excludit intentionem quorundam tẽtantium demonstrare, q̃ natura sit ibi. {Quòd autem natura sit. Circa primum, duo facit. Primo notificat naturam. Secundo ea, quæ denominantur a natura ibi. {Naturam autem habent.} Circa primum, tria facit. Primo inuestigat definitionem naturæ. Secundo, concludit eã ibi. {Est igitur natura.} Tertio, exponit ipsam definitionem ibi. {Dico autem non secundum accidens.} Dicit ergo primo, q̃ inter omnia entia, quædã corporum, totum principiũ motus videtur esse ab extrinseco agente, puta, cum aqua calefit, vel aer in ignem cõuertitur, principium mutationis est ab exteriori agente. Dicunt ergo quidam, q̃ etiam in huiusmodi mutationibus, principium actiuũ motus est in eo, quod mouetur, non quidem perfectum, sed imperfectum, quod coadiuuat actionem exterioris agentis. dicunt enim, q̃ in materia est quædam inchoatio formæ, quam dicũt esse priuationem, quæ est tertiũ principium naturæ. Et ab hoc principio intrinseco, generationes, & alterationes corporum simplicium naturales dicuntur. Sed hoc non potest esse, quia, cum nihil agat nisi secũdum q̃d est in actu, prædicta inchoatio formæ, cum non sit actus, sed aptitudo quædam ad actum, non D.645. pot est esse principium actiuum. Et præterea etiam, si esset forma completa, non ageret in suum subiectum alterando ipsum, quia forma non agit, sed compositum, quod non potest ipsũ, alterare

Tex.cõ.1.

Tex.cõ.27.

Tex.cõ.16.

Tex.cõ.7.

Tex.cõ.2.

Sed a parte. tex. 6.

Tex.cõ.4.

Tex.cõ.3.

Ibidem.

LECTIO PRIMA.

Orum quæ sunt, quædã sunt natura, quædã ob alias causas. Natura quidẽ sunt animalia, partesq; ipsorum, & plantæ, & simplicia corpora, ut terra, ignis, aer, & aqua. hæc enim & huiusmodi res, natura dicimus esse. Omnia autem quæ dicta sunt ab hisce, quæ non natura constant, differre uidentur. nã ea quidem, quæ natura constant, principium in seipsis uniuersa motus habent, partim eius, qui loco accommodatur, partim accretionis decretionisque, partim alterationis habere uidentur. At lectica, uestis, & quicquid sit aliud similis generis, quo quidem huiusmodi nominibus appellantur, atque ab arte sunt, hoc nullum principium mutationis insitum habent. quo

C

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

alterare niſi ſint in eo duæ partes, quarum vna ſit alterans, & alia alterata. Et ideo dicendum eſt, q̃ in rebus naturalibus eo modo eſt principium motus, quo eis motus conuenit. quibus ergo conuenit mouere, eſt in eis principium actiuũ motus: quibus autem competit moueri, eſt in eis principium paſſiuum, D.241. quod eſt materia.

Quod quidem principium, inquantum habet potentiam naturalem ad talẽ formam, & motum, facit eſſe motum naturalẽ. Et propter hoc, factiones rerum artificialium non ſunt naturales, quia licet principium materiæ ſit in eo, quod fit, non tamen habet potentiam naturalẽ ad talẽ formam. Et ſic, etiam motus localis corporum cœleſtiũ eſt naturalis, licet ſit a morore ſeparato, inquãtũ in ipſo corpore cœli eſt potẽtia naturalis ad talẽ motum. In corporib⁹ vero grauibus, & leuibus, eſt principium D.690. formale ſui motus: ſed huiuſmodi principium formale non poteſt dici potentia actiua, ad quam pertinet motus iſte, ſed comprehẽditur ſub potentia paſſiua. Gratus enim in tetra Tex.cõ.4. non eſt principium, vt moueat, ſed magis vt moueatur: quia ſicut alia accidẽtia cõſequuntur formam ſubſtantialem, ita & locus, & per conſe- Tex.cõ.5. quens moueri ad locum. non tamen ita, q̃ forma naturalis ſit motor, ſed motor eſt generans, quod dat talẽ formam, ad Tex.cõ.6. quam talis motus cõſequitur. Secũdo ibi. b ¶ Concludit ex præmiſſis definitionem naturæ hoc modo. Naturalia differunt a non naturalibus, inquantum habent naturam: ſed non differunt a non naturalibus, niſi inquantum habent principium motus in ſeipſis. Ergo natura nihil aliud eſt, q̃ principium motus, & quietis in eo, in quo eſt, primo, & per ſe, & non K ſm accidens. Ponitur autem in definitione naturæ principium, quaſi genus, & non aliquid abſolutum, quia nomen naturæ importat habitudinem principii. Quia enim naſci dicuntur ea, quæ generantur coniuncta generanti, vt patet in plantis, & animalibus, ideo principium generationis, vel motus, natura nominatur. Vnde deridendi ſunt, qui volentes definitionem Ariſto. corrigere, naturam per aliquod abſolutum definire conati ſunt, dicentes, q̃ natura eſt vis inſita rebus, vel aliquid huiuſmodi. Dicitur autem {principium & cauſa} ad deſignandum, q̃ non omnium motuũ natura eſt eodem modo principium in eo q̃ mouetur, ſed diuerſimode, vt dictum eſt. Dicit autem. {mouendi, & quieſcendi.} quia ea, quæ naturaliter mouentur ad locum, ſimiliter, vel magis naturaliter in loco quieſcunt. Propter hoc enim, ignis naturaliter mouetur ſurſum, quia naturaliter ibi eſt, & Propter quod vnumquodque & illud magis. Non tamen intelligendum eſt, quòd in quolibet, quod mouetur naturaliter, natura ſit etiam principium quieſcendi, quia

& inquãtũ eſt ab arte. neq; vnũ hẽt impetũ mutationis innatũ. Secũdũ aũt q̃d cõtingit ipſis lapideis aut terreis eẽ, aut miſtis ex his: habent hoc tantum.

b Eſt igitur natura principiũ alicuius & cã mouendi & quieſcendi in quo eſt primũ. per ſe, & non ſecundũ accidens. Dico G aũt non ſecundum accidens, cũ fiat vtiq; ipſe ſibi aliquis cauſa ſanitatis, cũ ſit medicus: ſed tũ nõ ſecundũ q̃d ſanat medicinã habet, ſed accidit eundẽ medicũ eſſe & ſanari. vñ & diuiduntur aliq̃ abinuicem. Similiter aũt & aliorũ vnumquodq; quæ fiunt: nullũ. n ipſorum habet in ſeipſo factionis principiũ: ſed alia quidem in aliis & ab exteriori, vt domus & aliorũ manu inciſorũ vnumquodq.: alia aũt H in ſeipſis quidem, ſed non ſecundum ſeipſa. Quecunq; autem ſecundum accidens fiunt, cauſæ ſunt vtique ipſis. eſt igitur natura quod dictum eſt.

c Naturam autẽ habent, quæcunq; huiuſmodi habent principium & ſunt hęc omnia ſubiecta: ſubiectum. n. quoddã & in ſubiecto eſt natura ſemper.

d Secũdũ naturam aũt ſunt. & hęc quæcũq; hiſin ſunt ſm ſe, vt I igni ferri ſurſum: hoc. n. natura quidẽ nõ eſt, neq; habet naturã: ſed a natura. & ſm naturam eſt. Quid quidẽ igitur natura ſit, dictum eſt, & quid, quod a natura. & ſecundum naturam.

e Quòd autẽ eſt natura tentare demonſtrare, ridiculum eſt. ma

corpus Cœleſte naturaliter quidem mouetur, ſed non naturaliter quieſcit: ſed hoc pro tanto dicitur, quia non ſolum motus, ſed etiam quietis principium eſt. Dicit autem {in quo eſt:} ad differentiam artificialium, in quibus non eſt motus niſi per accidẽs. Addit autẽ {primũ,} quia natura, etſi ſit principiũ motus cõpoſitorum, nõ tamẽ primo. Vnde, q̃ animal mouetur deorſum, non eſt ex natura animalis inquantum eſt animal, ſed ex natura dominantis elementi. Quare autem dicat {per ſe, & non ſecundum accidens.} exponit cõſequenter cum dicit {Dico autem non ſecundum accidens.} Contingit enim aliquando, q̃ aliquis medicus eſt ſibipſi cauſa ſanitatis, & ſic principiũ ſuæ ſanationis eſt in eo, ſed p accidens. Vnde principium ſanationis i eo, non eſt natura: non enim ſecundũ, quod ſanatur habet medicinam, ſed ſecundum, q̃ eſt medicus: accidit autem eundem eſſe medicũ & ſanari: ſanatur. n. inquantum eſt infirmus. & ideo quia p accidẽs continguntur, aliquando p accidens diuiduntur. contingit enim aliũ eſſe medicum ſanatem, & alium infirmum, qui ſanatur. Sed principium motus naturalis eſt in corpore naturali, q̃d mouetur, inquantũ mouetur: inquantũ enim ignis habet leuitatem, fertur ſurſum. nec diuiduntur adinuicem, vt aliud ſit corpus, quod mouet ſurſum, & aliud leue, ſed ſemper vnũ & idem. Et ſicuti eſt de medico ſanante, ita eſt de omnibus artificialibus. nullum enim eorum habet in ſeipſo ſuę factionis principium, ſed quædam ſunt ab extrinſeco, vt domus, & alia, quæ manu inciduntur, quędam autem fiunt a principio intrinſeco, ſed per accidens, vt dictum eſt. Et ſic dictum eſt, quid ſit natura. Deinde cum dicit.

uero ipſis accidit, ut ſint lapidea, uel terrea, uel ex his miſta, eo motus quietiſue principium habent.

Quæ cum ita ſint, patet naturam principium eſſe quoddam, & cauſam ut id moueatur atque quieſcat, in quo primo, per ſe, & non per accidens ineſt. Dico autem non per accidens, quia ſibi ipſi quiſpiam Medicus ſanitatis cauſa fieri poteſt: attamen non quo ſanatur, eo medicinam habet, ſed accidit ut idem ſit medicus ſubiẽſque ſanationem. quapropter & ſeparantur nonnunquam. Similiter ſeſe habet & unumquodque cæterorum, quæ per artem efficiuntur: nihil enim ipſorum effectionis in ſe principium habet. Sed quædam in aliis, atque extrinſecus habent, ut domus, & unumquodque eorum, quæ manu conficiuntur: quædam in ſeipſis quidẽ id habent, non tamen perſe, quæ cunq; cauſæ p accidens ſibi fieri poſſunt. Id igitur eſt Natura, q̃d dictũ e.

Naturam autem habens quæcunque tale principium habẽt, atque hæc omnia ſubiecta ſunt. ſubiectum enim quoddam, & in ſubiecto eſt ſemper natura.

Secundum uero Naturam ſunt & hæc ipſa, & etiam ea quæ biſce per ſe competunt. ut igni ferri ſurſum. hoc enim natura quidem non eſt, neque habet naturam, ſed competit, & eſt natura, atque ſecundum naturam. Dictum eſt igitur, quid eſt natura, et quid id, q̃d natura, atq; ſecũdũ naturã eſt.

Eniti autem naturam eſſe oſtendere: ridiculum eſt. Patet enim tales eſſe rerum complures. Oſtendere uero ea quæ manifeſta ſunt, per ea quæ nõ ſunt manifeſta: hominis eſt profecto, qui nequit id quod eſt per ſe notum, & id quod non eſt per ſe notum diſcernere. Atque id fieri poſſe non eſt obſcurum. Ratiocinabitur enim de coloribus quiſpiam ortus cæcus, Quare neceſſe eſt. tales homines de nominibus loqui, nihil autem intelligere.

Velle autem demonſtrare manifeſtum per non manifeſtum, eſt A hominis, qui non poteſt iudicare quid eſt notum propter ſe, & quid non eſt notum propter ſe, quia dum vult demonſtrare id, quod eſt notum propter ſe, vtitur eo quaſi non propter ſe noto. Et quòd id contingat aliquibus, manifeſtum eſt. aliquis. n. cæcus natus, aliquando ſyllogizat de coloribus, cui tamen non eſt p ſe notum id, quo vtitur vt principio, q̃a non habet intellectũ rei. Sed vtitur ſolum nominibus, eo quòd cognitio noſtra ortum habet a ſenſu, & cui deficit vn⁹ ſenſus, deficit vna ſcientia. Vnde cæci nati, q̃ nunquam ſenſerunt colorem, nõ poſſunt aliquid de coloribus intelligere; & ſic vtũtur non notis, quaſi notis. Et econtra accidit his, qui volunt de monſtrare naturam Tex.cõ.7. eſſe, quia vtuntur notis, vt non notis. Naturam autem eſſe, eſt per ſe notum, inquãtum naturalia ſunt manifeſta ſenſui. Sed quid ſit vniuſcuiuſq; rei natura, vel quod principium motus, hoc non eſt manifeſtum. Vnde patet p hoc, q̃ irrationabiliter Auic. conatus eſt improbare Ariſt. dictum, volens, q̃ naturam eſſe poſſit demõſtrari, ſed non a Naturaliquia nulla ſcia probat ſua prĩcipia. ſed ignorantia principiorum mouentiũ, non impedit quin naturam eſſe ſit per ſe notũ, vt dictũ eſt. Tex.cõ.8.

Tex.cõ.9. LECTIO II.

Principio huius lec.a

Oſtquam Philoſophus oſtẽdit qd eſt natura, hic oſtendit quot modis natura dicit. Et primo oſtendit, quòd natura dicitur de materia, ſecundo, quòd dicitur & forma ibi. {Alio autẽ modo.} Circa primum, ſciendũ eſt, q̃ antiqui Philoſophi naturales, non valentes vſque ad primam materiam peruenire, vt ſupradictum eſt, aliquod corpus ſenſibile primam materiam omnium rerum ponebant, vt ignem, vel aerem, vel aquam. & ſic ſequebatur, quòd omnes formæ aduenirent materiæ tanquam in actu exiſtenti, vt contingit in artificialibus. nam forma cultelli aduenit ferro iam exiſtenti in actu. Et ideo ſimilem opinionem accipiebant de formis naturalibus, ſicut de artificialibus. Dicit ergo primo, quòd quibuſdam videtur, q̃ hoc ſit ſubſtantia, & natura rerum naturalium, quod primo ineſt vnicuique, quod ſecundum ſe conſideratum eſt informe. vt ſi dicamus, quòd natura ligni eſt lignum. & natura ſtatuæ eſt æs. nam lignum eſt in ligno, & ſecundum ſe conſideratum non eſt formatum. Et huiuſmodi ſignũ dicebat Antiphon eſſe hoc. quòd ſi aliquis proiciat lectum ad terram, & ligna putreſcendo accipiant potentiam, vt aliquid ex

Tex.cõ.10. Tex.c.6.& 7.

Tex.cõ.11.

Velle autem demonſtrare manifeſtum per non manifeſtum, eſt hominis, qui non poteſt iudicare quid eſt notum propter ſe, & quid non eſt notum propter ſe, quia dum vult demonſtrare id, quod eſt notum propter ſe, vtitur eo quaſi non propter ſe noto. Et quòd id contingat aliquibus, manifeſtum eſt. aliquis. n. cæcus natus, aliquando ſyllogizat de coloribus, cui tamen non eſt p ſe notum id, quo vtitur vt principio, q̃a non habet intellectũ rei. Sed vtitur ſolum nominibus, eo quòd cognitio noſtra ortum habet a ſenſu, & cui deficit vn⁹ ſenſus, deficit vna ſcientia. Vnde cæci nati, q̃ nunquam ſenſerunt colorem, nõ poſſunt aliquid de coloribus intelligere; & ſic vtũtur non notis, quaſi notis. Et econtra accidit his, qui volunt demonſtrare naturam eſſe, quia vtuntur notis, vt non notis. Naturam autem eſſe, eſt per ſe notum, inquãtum naturalia ſunt manifeſta ſenſui. Sed quid ſit vniuſcuiuſq; rei natura, vel quod principium motus, hoc non eſt manifeſtum. Vnde patet p hoc, q̃ irrationabiliter Auic. conatus eſt improbare Ariſt. dictum, volens, q̃ naturam eſſe poſſit demõſtrari, ſed non a Naturaliquia nulla ſcia probat ſua prĩcipia. ſed ignorantia principiorum mouentiũ, non impedit quin naturam eſſe ſit per ſe notũ, vt dictũ eſt.

LECTIO II.

Oſtquam Philoſophus oſtẽdit qd eſt natura, hic oſtendit quot modis natura dicit. Et primo oſtendit, quòd natura dicitur de materia, ſecundo, quòd dicitur & forma ibi. {Alio autẽ modo.} Circa primum, ſciendũ eſt, q̃ antiqui Philoſophi naturales, non valentes vſque ad primam materiam peruenire, vt ſupradictum eſt, aliquod corpus ſenſibile primam materiam omnium rerum ponebant, vt ignem, vel aerem, vel aquam. & ſic ſequebatur, quòd omnes formæ aduenirent materiæ tanquam in actu exiſtenti, vt contingit in artificialibus. nam forma cultelli aduenit ferro iam exiſtenti in actu. Et ideo ſimilem opinionem accipiebant de formis naturalibus, ſicut de artificialibus. Dicit ergo primo, quòd quibuſdam videtur, q̃ hoc ſit ſubſtantia, & natura rerum naturalium, quod primo ineſt vnicuique, quod ſecundum ſe conſideratum eſt informe. vt ſi dicamus, quòd natura ligni eſt lignum. & natura ſtatuæ eſt æs. nam lignum eſt in ligno, & ſecundum ſe conſideratum non eſt formatum. Et huiuſmodi ſignũ dicebat Antiphon eſſe hoc. quòd ſi aliquis proiciat lectum ad terram, & ligna putreſcendo accipiant potentiam, vt aliquid ex

Natura autem ſubſtantiaque eorum; quæ ſunt natura, id quibuſdam eſſe uidetur, quod primum cuilibet ineſt, informe per ſe. Veluti lecticæ quidem natura, lignum, ſtatuæ autem æs. Cuius hoc ſignum Antiphon eſſe dicebat. nam ſi quiſpiam lecticam obruerit humo, uimque putredo acceperit, ut germen emittat, non lectica, ſed lignum inde emerget, atque pullula bit. Propterea quæ diſpoſitio quidem, quæ lege atque arte conficitur, per accidens eſt. Subſtantia uero eſt illa, quæ & continue diſpoſitiones haſce ſuſcipiens permanet. Quòd ſi cuilibet etiam iſtorum ad aliud quippiam hoc idem accidit, ut æri quidem, auroque ad aquam: oſſibus autem, atque lignis ad terram, cæteriſque ſimiliter, patet illa naturam ipſorum, atque ſubſtantiam eſſe. Quapropter quidam terram, quidam aquam, quidam horum aliqua, quidam hæc omnia eorum, quæ ſunt, naturam eſſe dixerunt. quod enim quiſque tale eſſe putauit, ſiue unum, ſiue plura, id totas uniuerſam ſubſtantiam eſſe dicit. cætera uero cuncta affectus horum habitus, ac diſpoſitiones. Et horum quidem quoduis perpetuũ eſſe. non enim ex ſeſe mutationem ipſis competere, cætera autem infinities fieri, atque

Supra li. 1. Tex.cõ.6.

eis germinetur, illud quod generatur non erit lectus, ſed lignũ. Et quia ſubſtantia eſt quæ permanet, & naturæ eſt ibi ſimile generare, concludebat, quòd omnis diſpoſitio, quæ eſt ſecundũ quancunque legem rationis, vel artem, ſit accidens. & illud, q̃d permanet ſit ſubſtantia: quæ continue patitur huiuſmodi diſpoſitionum immutationem. Suppoſito ergo quòd rerum artificialium formæ ſint accidentia, & materia ſit ſubſtantia, aſſumebant aliam poſitionem, quòd ſicut ſe habent lectus & ſtatua ad æs, & lignum, ita & quodlibet horum ſe habet ad aliquid aliud, q̃d eſt materia ipſorũ, vt æs, & aurũ ad aquã, quia oium liquefactibilium materia videtur eſſe aqua, & oſſa, & ligna ad terram, & ſimiliter eſt de quolibet aliorum naturalium. Vnde concludebat, q̃ illa materialia ſubſtrata formis naturalibus, ſint natura & ſubſtantia eorum. Et propter hoc, quidam dixerunt terrã eſſe naturam, & ſubſtantiam omnium rerum. ſ. primi Poetæ theologizantes. Poſteriores vero Philoſophi, vel ignem, vel aerẽ, vel aquam, vel quædam horum, vel omnia hæc, vt ex ſuperioribus patet. Quia tot de numero eorũ dicebant eſſe ſubſtantiam omnium rerũ, quæ accipiebant eſſe principia materialia, & omnia alia dicebant eſſe accidentia horum, ideſt materialium principiorum, vel per modum paſſionis, vel per modum habitus, vel per modũ diſpoſitionis, vel cuiuslibet alteri⁹, quod reducatur ad genus accidentis. Et hæc eſt vna differentia, quam ponebant inter principia materialia, & formalia, q̃a dicebant ea differre ſecundum ſubſtantiã & accidens. Alia autem differentia eſt, quia dicebant differre ſecundum perpetuum, & corruptibile. nã quodcunque præmiſſorum corporum ſimplicium ponebant eſſe materiale principium, dicebant illud eſſe perpetuum. non enim dicebant, q̃ tranſmutarentur inuicem, ſed omnia alia dicebant fieri, & corrũpi infinities, vt pura, ſi aqua ſit principium materiale, dicebant aquam nunquam corrumpi, ſed manere eam in omnibus, ſicut ſubſtantiam eorum. Sed æs, & aurum, & alia huiuſmodi dicebant corrumpi, & generari infinities. Hæc autem poſitio quantum ad aliquid vera eſt, & quantum ad aliquid falſa. quantum enim ad hoc, quòd materia ſit ſubſtantia, & natura rerum naturalium, vera eſt. materia n. intrat conſtitutionem ſubſtantiæ cuiuslibet rei naturalis. ſed quantum ad hoc, quòd dicebant, omnes formas eſſe accidentia, falſa eſt. Vnde ex hac opinione, & ratione eius concludit id, quod verum eſt, ſcilicet, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd natura vno modo dicitur materia, quę subiicitur vnicuique rei naturali, habenti in se principium motus, vel cuiuscunque mutationis, nam motus est species mutationis, vt in Quinto huius dicetur. Secundo ibi.

Le.2.t.c.7.

b ¶ Ostendit, quòd natura dicitur de forma. Et circa hoc, duo facit. Primo, ostendit propositum. s. q̃ forma sit natura. Secundo, ostendit formarũ diuersitatẽ ibi. ¶ Sed forma, & natura. ¶ Primum, ostendit tribus rationibus. Dicit ergo primo, q̃ alio modo dicitur natura forma, & species, quę est s̃m rationẽ. i. ex qua ratio rei cõsiruitur. & hoc probat tali ratione. Sicuti enim illud est ars, quod comperit alicui, inquantũ est s̃m artem, & artificiosum, ita illud est natura, quod cõperit alicui inquantum est secũdum naturam, & naturale; sed illud quod est in potentia tantum, ad hoc, q̃ sit artificiosum, non dicimus habere aliquod esse artis, quia nondum habet speciem lectuli. ergo in rebus naturalibus id quod est potẽtia caro, & os, nõ habet naturam carnis, & ossis antequam accipiat formam, s̃m quam sumitur ratio definitiua rei, per quam. s. scimus quid est caro, vel os, nec adhuc est natura in ipso antequam habeat formam: ergo natura rerum naturalium habẽtium in se principium motꝰ, aliquo modo etiam forma est, quæ licet non separetur a materia secundum rem, tamen differt ab ea ratione, sicut enim æs & infiguratum, quãuis sint vnũ subiecto, tamen ratione differunt, ita materia & forma. Et hoc pro tanto dicit, quia nisi forma esset aliud secundum rationem a materia, non esset alius, & alius modus, quo materia dicitur natura, & quo forma dicitur natura. Posset autem aliquis credere, q̃ quia materia dicitur natura, & etiã forma, q̃ compositũ possit dici natura: qa substantia dicitur de forma, & materia, & de cõposito. Sed hoc excludit dicens, q̃ cõpositum ex materia, & forma, vt homo, non est ipsa natura, sed est aliquid a natura. quia natura habet rationẽ principii, cõpositum autem habet rationem principiati. Viterius autem ex

Tex.cõ.11.

Tex.cõ.12.

Tex.cõ.13.

Tex.cõ.14.

Tex.cõ.15.

finities. Vno quidem modo natura sic dicitur, prima vnicuiq; subiecta materia habentium in seipsis motus principium & mutationis.

b Alio autem modo forma, & species quæ est s̃m rõnem. Sicut enim ars dicitur quod est s̃m artem, & artificiosum, sic & natura quod s̃m naturã dicitur, & quod naturale. Neque aũt illud adhuc dicimus habere s̃m artẽ nihil, si potentia tantum est, vt lectulus, non dum n. habet formam lectuli. neque esse s̃m artẽ, neque in his, quæ natura subsistunt: potentia. n. caro, aut os, neque habet adhuc suipsius naturam priusquam accipiat formã s̃m rõnem, qua definientes dicimus, quid est caro, aut os, neque natura est. Quare alio modo natura vtique erit habẽtium in seipsis motus principiũ, forma, & species non separabilis, sed aut s̃m rõnem. Quod aũt est ex his, natura quidẽ non est, sed a natura, vt homo, & magis natura hoc est, q̃ materia. vnũquodque. n. tũc dr̃, cum endelechia sit, & magis q̃ cũ potẽtia.

c Amplius fit ex homine homo, sed non lectulus ex lectulo. vnde dicunt figuram non esse naturam, sed lignũ: q̃n fiet vtique si germinet non lectulus, sed lignum. Sic ergo hęc est ars, & forma est natura. fit enim ex homine homo.

d Amplius aũt natura dicta, sicut generatio via est in naturã. non. n. quemadmodum medicatio dicitur non in medicinã via, sed in sanitatem. Necesse quidem. n est a medicina, non in medicinam esse medicationem. Non sic autem natura se habet ad naturam, sed quod nascitur ex quodam in quoddam venit, s̃m q̃ nascitur. Quod igitur innascitur non ex quo, sed in quod. Forma itaq; natura est.

e Sed forma & natura dupliciter dicit. etenim priuatio species quodammodo est. Si aũtẽ

B

C

D

E

F

G

H

I

K

rationę p̃missa, pcedit ad ostendendum, q̃ forma sic magis natura, q̃ materia, quia vnumquodque magis dr̃ s̃m q̃ est actu, q̃ s̃m q̃ est in potentia. Vnde forma s̃m quam aliquid est natura le in actu, est magis natura q̃ materia, s̃m quam est aliquid naturale in potentia. Secundam rationem ponit ibi.

corrũpi. Vno igitur modo natura sic dicitur, prima cuique subiecta materies eorum, quæ motus in se mutationisque principium habent.

Alio uero modo ipsa forma, & species, quæ rationi accomodatur. Nam ut ars dicitur quod secundum artem extructum est, atque artificiosum, sic & natura dicitur, quod est secundum naturam, & naturale: Atque neque illud habere quicquam secundum artem. Vt artem esse dicimus si lectica potentia tantum est, nondum autem habet formam lecticæ. Neque in hisce quæ constat natura. quod enim est potentia caro, uel os, id nondum habet suam naturam antequam accipiat formam, quæ ad rationem accommodatur, quam assignantes, quid est os dicimus, aut caro, neque constat natura. Quare alio modo natura forma, & species est eorum, quæ in seipsis motus principium habent. quæ quidem non est separabilis, nisi ratione dumtaxat. Id autem, quod ex his est compositũ; natura quidẽ nõ est, sed est, et cõstat natura, ut bõ. atq; natura magis hæc est, q̃ materies. Vnũquodq; .n. tum magis dicitur cũ est actu, quàm cũ potentia.

Præterea ex homine nascitur homo, sed non e lectica, lectica. Quapropter & inquiunt non figuram esse naturã, sed lignum, quia fiet si pullulabit non lectica, sed lignum, Quod si ita est, & ipsa forma est profecto natura. fit enim ex homine homo.

Insuper ea natura, quæ ut generatio dicitur, uia est ad naturam. Non enim, ut medicatio non ad medicinã, sed ad sanitatem dicitur uia: medicationem enim a medicina non ad medicinam esse necesse est: sic ad naturam sese habet natura. Sed id quod nascitur ex quodam ad quoddam (ut nascitur) proficiscitur. Ad quod igitur proficiscendo nascitur? Nempe non ad id ex quo fit profectio. Forma igitur est natura.

Forma autem, atque natura dupliciter dicitur. ipsa nanque priuatio forma quodammodo est. Si uero sit

ta, & forma completa. Et hoc patet in generatione, secundum quid, vt puta cum aliquid fit album. nam albedo est forma completa, & priuatio albedinis est quodammodo species, inquantum

tum coniungitur nigredini, quæ est forma imperfecta. Sed vtrũ in generatione simplici, quæ est substãtiarum fit aliquid, quòd sit priuatio & contrarium simul, ita quòd formæ substantiales sint contrariæ, vel non, considerandum est posterius in Quinto huius, & in libro de generatione.

A

Lect. 3.te. cõ. 10. & 2.de ge.

Lect.4.te. cum.24.

LECTIO III.

Postquàm Philosophus ostẽdit quid sit natura & quot modis dicitur, hic consequenter intendit ostendere de quibus considerat scientia naturalis. Et dividitur in partes duas. In prima ostẽdit quo modo differat naturalis a Mathematico, In secunda, ostendit ad quæ se extendat consideratio scię naturalis ibi. ¶ Quoniam autẽ natura. ¶ Circa primum tria facit. Primo, monet quæstionem. Secundo, ponit rationes ad quæstionem ibi. ¶ Et enim plana. ¶ Tertio soluitur quæstio ibi. ¶ De his igitur negociatur. ¶ Dicit ergo primo, quòd postquàm determinatũ est quot modis natura dicitur, considerãdum est in quo differat Mathematicus a naturali Philosopho. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.16.

Tex.cõ.21.

Tex.cõ.17.

Tex.cõ.18.

b ¶ Ponit rationes ad quæstionem, quarum prima talis est. Quæcunque scientiæ considerant eadẽ subiecta, vel sunt eædem, vel vna est pars alterius, sed Mathematicus Philosophꝰ cõsiderat de pũctis, lineis, & superficiebus, & corporibus, & similiter naturalis, quod probat ex hoc, quòd corpora naturalia habent. ¶ Plana. ¶ idest superficies, ¶ & firma. ¶ idest solidi tates. ¶ & longitudines & punĉta. ¶ Oportet autem, quòd naturalis consideret de omnibus, quæ insunt corporibus naturalibus: ergo videtur, quòd scientia naturalis & Mathematica, vel sint eædem, vel vna sit pars alterius. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Et circa hanc rationem primo mouet quęstionem: vtrum Astrologia sit omnino altera a naturali Philosophia, vel sit pars eius: manifestum est enim, quòd est pars Mathematicæ. Vnde si est etiam pars naturalis Philosophiæ, sequitur, quòd Mathematica & Physica conueniunt ad minus in hac parte. Quòd autem Astrologia sit Physicæ pars, probat dupliciter. Primo quidem per rationem talem. Ad quemcunque pertinet cognoscere substantias & naturas aliquarum rerum, ad eum etiã pertinet considerare accidentia illarum: sed ad naturalem pertinet considerare naturam & substantiam Solis & Lunæ, cum sint quædam corpora naturalia, ergo ad eum pertinet etiam considerare per se accidentia ipsorum. Hoc etiam probatur ex consuetudine Philosophorum. Nam Philosophi naturales in ueniuntur determinasse de figura Solis & Lunę & Terræ, & totius mundi, circa quod insudat etiam Astrologorum intentio. Sic igitur Astrologia & scientia naturalis conueniunt non solum in eisdem subiectis, sed etiam in consideratione eorundem accidentium, & in demonstratione earundem conclusionum. Vnde videtur, quòd Astrologia sit pars Physicæ, & per consequens Physica non totaliter differat a Mathematica. Secundo ibi.

B

C

D

E

d ¶ Soluit præmissam quæstionem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit solutionem. Secundo confirmat eum ibi. ¶ Fiet autem. ¶ Circa primum tria facit. Primo soluit quęstionẽ Secundo concludit quoddam corollariũ ex prędictis ibi. ¶ Vnde & abstrahit. ¶ Tertio excludit errorem ibi. ¶ Latet aũt hoc. ¶

Tex.cõ.19.

Est autem inconueniens, quòd idem cadat sub cõsideratione diuersarum scięriarum secundum diuersas cõsiderationes Secundo ibi.

e ¶ Cõcludit quod dam corollarium ex prædictis. Quia enĩ Mathematicus considerat lineas, & puncta & superficies, & huiusmodi accidentia eorum, non inquantum sunt termini corporis naturalis, ideo dicitur abstrahere a materia sẽsibili & naturali. Et causa, quare possunt abstrahere est ista: quia secundum intellectum sunt abstracta a motu. Ad cuius causæ euidentiam considerandum est, quòd multa sunt comunĉta secundum rem, quorum vnum nõ est de intellectu alterius, sicut album & Musicum coniunguntur in aliquo subiecto, & tamen vnum non est de intellectu alterius, & ideo potest vnũ separatim intelligi sine alio. Et hoc est vnum intellectũ, esse abstractum ab alio. Manifestum est autẽ, quòd posteriora non sũt de intellectu priorum, sed econtra. Vnde priora possunt intelligi sine posterioribus, & non econtra: sicut patet, q̃ animal est prius homine, & prius est homo, hoc homine: nam homo sẽ ha bet ex additione ad animal, & hic homo ex additione ad hominem, & propter hoc, homo non est de intellectu animalis, nec Socrates de intellectu hominis: vnde animal potest intelligi absque homine, & homo absque Socrate, & aliis indiuiduis, & hoc est abstrahere vniuersale a particulari. Similiter autẽ & inter accidentia omnia, quæ aduenium substãtiæ, primo aduenit quãtitas, & deinde qualitates sensibiles, & actiones & passiones, & motus cõsequentes sensibiles qualitates. Sic igitur quantitas nõ claudit in sui intellectu qualitates sensibiles vel passiones vel motus, claudit tñ in sui intellectu substantia. Põt igitur intelligi quãtitas sine materia subiecta motui, & qualitatibꝰ sẽsibilibus, nõ tamẽ absq; substãtia. Et ideo hmõi quãtitates et q̃ eis accidũt, sunt secundũ intellectũ abstracta a motu, et a mate-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria sensibili, non autem a materia intelligibili, vt dicitur in F septimo Metaphy. Quia igitur sic sunt abstracta a motu secundum intellectum, quòd non claudunt in suo intellectu materiam sensibilem subiectam motui, ideo Mathematicus potest abstrahere a materia sensibili: & nihil differt quantum ad veritatem consideratio

Tex.cō.19. nis, vtrum sic vel sic considerentur: quāuis enim non sunt abstracta secundum esse, non tamen Mathematici abstrahentes ea secundum intellectum, mentiuntur: quia non asserūt ea esse extra materiā sensibilem. hoc enim esset mendacium, sed considerāt de eis absque consideratione materiæ sensibilis, quod absque mendacio fieri potest. Sicut aliquis potest considerare albedinē absque Musica & vere:

Tex.cō.20. licet conueniant in eodem subiecto: nō tamen esset vera cōsideratio si assereret album non esse Musicum. Tertio ibi.

f ¶ Excludit ex prædictis errorem Platonis. Quia enim latebat eum quomodo intellectus vere posset abstrahere ea, q̄ non sunt abstracta secundum esse, posuit omnia, quæ sunt abstracta secundum intellectum, esse abstracta secundum rem.

Tex.cō.21. Vnde non solum ponit mathematica abstracta propter hoc quòd Mathematicus abstrahit a materia sensibili, sed etiam posuit ipsas res naturales abstractas, propter hoc, quod naturalis scientia est de vniuersalibus, & non de singularibus. Vnde posuit hominem esse separatum, & equū & lapidem, & alia huiusmodi: quæ quidem separata, dicebat esse ideas, cum tamen naturalia sint minus abstracta quàm mathematica: mathematica enim sunt omnino abstracta a materia sensibili secundum intellectum, quia materia sensibilis non includitur in intellectu mathematicorum, neque in vniuersali, neque in particulari: sed in intellectu specierum naturalium includitur quidem materia sensibilis, sed non materia individualis: in intellectu enim hominis includitur caro & os, sed non hæc caro & hoc os. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifestat positam solutionem dupliciter. Primo quidem per differentiam definitionum, quas assignat Mathematicus & naturalis, Secundo per scientias medias ibi. { Demonstrant autem & quæ magis. } Dicit ergo primo, quòd hoc, quod dictum est de diuerso modo considerationis Mathematici & Physici, fiet manifestum, si quis tentauerit dicere definitiones naturalium & Mathematicorum, & accidentia eorum: quia Mathematica, vt par & impar, & rectum & curuum, & numerus, & linea, & figura, definiuntur sine motu, & materia: non autem caro, & os, & homo: sed horum definitio est sicut definitio simi, in cuius definitione ponitur subiectum sensibile. Et sic ex ipsis definitionibus naturalium & Mathematicorum apparet quod supra dictum est, de differentia Mathematici & naturalis. Secundo ibi.

h ¶ Probat idem per scientias, quæ sunt mediæ inter Mathematicam & naturalem. Dicuntur autem scientiæ mediæ, quæ accipiunt principia abstracta a scientijs pure Mathematicis, & applicant ad materiam sensibilem, sicut Perspectiua applicat ad lineam visualem ea, quæ demonstrantur a Geometria circa lineam abstractam: & Harmonica, idest Musica, applicat ad sonos ea, quæ Arithmeticus considerat circa proportiones numerorum: & Astrologia considerationem Geometriæ & Arithmeticæ applicat ad Cælum & ad partes eius.

Huiusmodi autem scientiæ, licet sint mediæ inter scientiam naturalem & Mathematicam, tamen dicuntur hic a Philosopho esse magis naturales quàm Mathematicæ, quia vnumquodque denominatur, & speciem habet a termino: vnde, quia harum scientiarum consideratio terminatur ad materiam naturalem, licet per principia Mathematica procedāt, magis sunt naturales quàm Mathematicæ. Dicit ergo de huiusmodi scientijs, q̄ cōtrario modo se habent cum scientiis, quæ sunt pure Mathematicæ, sicut Geometria vel Arithmetica. Nam Geometria considerat quidē de linea, quæ habet esse in materia sensibili, quæ est linea naturalis, non tamen considerat de ea inquantum est in materia sensibili, secundū q̄ est naturalis, sed abstracte, vt dictum est. Sed Perspectiua econtra accipit lineā abstractam, secundū quòd est in consideratione Mathematici, & applicat eam ad materiam sensibilē, & sic determinat de ea, non inquantum est Mathematica, sed inquantum est Physica. Ex ipsa ergo differentia scientiarum mediarum ad scientias pure Mathematicas, apparet quod supra dictum est. Nam, si huiusmodi scientiæ mediæ, abstracta applicant ad materiam sensibilem, manifestum est, quòd Mathematicæ econtra ea, quæ sunt in materia sensibili abstrahunt. Et per hoc etiam patet responsio ad id quod supra obijciebatur de Astrologia. Vnde Astrologia est magis naturalis quam Mathematica. Vnde non est mirum, si communicet in conclusionibus cum scientia naturali: quia tamen non est pure naturalis, per aliud medium eandem conclusionem demonstrat. Sicut quòd terra sit spherica demonstratur a naturali per medium naturale, vtputa, quia partes eius vndique & æqualiter concurrunt ad medium: ab Astrologo autem ex figura eclipsis lunaris, vel ex hoc, quòd non eadem syd ea ex omni parte terræ aspiciuntur.

f Latet autem hoc faciētes, & ideas dicētes. Physica enim abstrahūt: cum minus sint abstracta Mathematicis.

g Fiet autem hoc manifestum si aliquis vtrorumque tentauerit dicere terminos, & ipsorum & accidentium. Impar quidem enim, & par, & rectū, & curuū, adhuc autem, & linea, & figura sine motu. Caro aūt & os, & homo non adhuc, sed hæc sicut naris sima, sed nō sicut curuum dicuntur.

h Demonstrant autē & quę magis Physica q̄ Mathematica, vt Perspectiua, & Harmonica, & Astrologia: e contrario. n. quodammodo se habēt ad Geometriam. Geometria quidem enim Physicam intendit lineā, sed non inquantum est Physica. Sed perspectiua quidem Mathematicam lineam, sed non inquantum Mathematica, sed inquantum est Physica.

LECTIO IIII.

Voniam autem natura dupliciter dicitur, species & materia, sicut de simo quid sit intēdimus, sic considerandum est. Quare neq; sine materia huiusmodi, neque secundum materiam.

Latent autem id agentes: & hi, qui dicunt ideas esse. Naturales enim separant formas quæ minus separabiles sunt, quàm Mathematicæ formæ.

Quod quidē esse patebit, si quispiā utrorumque definitiones, ipsarum inquam formarum naturalium, & accidentiū dicere enitatur: etenim par, quidem & impar, rectum & curuum, numerus insuper, linea, atq; figura sine motu nimirū definiētur: at carnis, ossis, ac hōis definitio sine ipso non erit. Sed hæc perinde atq; nasus simus, sed non ut curruū, concauumq; dicuntur.

Hoc idem indicant, & Mathematicarum facultatum hæc, quæ magis sunt naturales, ut perspectiua, Musica, & Astrologia. Nam contra quodammodo sese habent atque Geometria. Geometria nanque de naturali quidem linea contemplatur, sed non ut est naturalis. Perspectiua uero Mathematicam quidem considerat lineam, at non ut est Mathematica, sed ut est naturalis.

LECTIO IIII.

Vm autem natura sit duplex, materia atq; forma, res naturales perinde cōplemur oportet, atq; si de similitate qd nā sit cōsideremus. Quare neq; sine materia, neque sine rōne materiæ res huiusce modi cōsiderādæ esse uidētur.

Postquàm Philosophus ostendit differentiam inter naturalem & Mathematicum: hic ostendit ad quid se extendat consideratio naturalis, & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd ad naturalem pertinet considerare formam & materiam. Secundo ostendit, quid sit terminus considerationis naturalis circa formam ibi. { Vsque ad quantum. } Circa primum duo facit. Primo ex præmissis concludit propositum. Secundo mouet dubitationes circa determinatum ibi. { Etenim iam. }

Dicit

Lect.2. Dicit ergo primo, quòd natura dicitur dupliciter, scilicet de materia & forma, vt supra dictum est. Et sic est considerandum in Scientia naturali, sicut cum intendimus de simo quid est: tunc enim non solum formam, id est, curuitatem, sed etiam materiam, idest nasum attendimus. Vnde in

Tex.cō.22. scientia naturali neque est consideratio sine materia sensibili, neq, etiam solum secundum materiam sed etiam sm formā. Et notandum, quòd iste processus Arist. includit duo media: per vnum quorum sic potest argumentari. Naturalis Philosophus debet considerare de natura: sed natura est tā forma quàm materia: ergo debet tam de materia quam de forma cōsiderare. Per aliud vero sic. Naturalis differt a Mathematico, vt dictum est, qa consideratio naturalis est sicut consideratio simi, consideratio vero Methematici est sicut consideratio curui: sed consideratio simi est consideratio formæ, & materiæ: ergo & cōsideratio naturalis é cōsideratio vtriusq;. Secundo ibi.

b ¶ Mouet circa p̄missa dubitationem

Tex.cō.23. duplicem: quarum prima est. Cum natura dicatur de materia & de forma, vtrum scientia naturalis sit tantum de materia, vel tantum de forma: vel de eo, quod est ex vtroque compositum. Secunda dubitatio est. Supposito, quòd de vtroque consideret Scientia naturalis, vtrum

Tex.cō.24. sit eadē scientia naturalis, quæ considerat de forma & materia: vel alia, & alia de vtroque. Secundo ibi.

c ¶ Soluit prædictas dubitationes, & maxime secundam, ostēdens quòd ad eiusdem Scientiæ naturalis considerationem p̄tinet considerare de forma & de materia. Nam prima quæstio sāris videbatur soluta esse per hoc, quod dixerat, quòd consideratio naturalis est, sicut cum intendimus de simo quid sit. Circa hoc ergo duo facit. Primo ponit quid Antiqui sensisse videtur, & dicit, quòd si aliquis velit aspicere ad dicta Antiquorum naturalium, videtur, quòd scientia naturalis non sit nisi de materia: quia vel nihil tractauerunt de forma, vel aliquid modicum, sicut tetigerunt eam Demo. & Empe: inquantum posuerunt aliquid fieri ex multis secundum aliquem determinatum modum mistionis, vel congregationis. Secundo ibi,

d ¶ Ostendit propositum tribus rationibus: quarum prima talis est. Ars imitatur naturam: oportet igitur, quòd sic se habeat scientia naturalis circa naturalia, sicut se habet scientia artificialis circa artificialia: sed eiusdem scientiæ artificialis est cognoscere materiam & formam vsque ad aliquem certum terminum, sicut Medicus cognoscit sanitatem vt formam, & choleram & phlegma, & huiusmodi sicut materiam, in qua est sanitas. Nam in contemperatione humorum sanitas consistit. Et similiter ædificator considerat formam domus, & lateres & ligna, quæ sunt materia domus: & ita est in omnibus alijs artibus: ergo eiusdem Scientiæ naturalis est, cognoscere tam materiam quàm formam. Eius autem, quòd ars imitatur Naturam, ratio est, quia principium operationis artificialis, cognitio est: omnis autem nostra cognitio est per sensus a rebus sensibilibus & naturalibus accepta, vnde ad similitudinem naturalium in artificialibus operamur. Ideo autem res naturales imitabiles sunt per artē, quia ab aliquo principio intellectiuo tota natura ordinatur ad finem suū, vt sicopus naturæ videatur esse opus intelligentiæ, dum per determinata media ad certos fines procedit: quod etiam in operando ars imitatur. Secundam rationem ponit ibi.

e ¶ Eiusdem Scientiæ est considerare finem, & ea quæ sunt ad finē: & hoc ideo, quia ratio eorum, quæ sunt ad finem, a fine sumitur: sed natura, quæ est forma est finis materiæ. ergo eiusdem Scientiæ Naturalis est considerare materiam & formam. Quòd autem forma sit finis materiæ, sic probat. Ad hoc, quòd aliq̄d sit finis alicuius motus continui duo requiruntur: quorum vnum est, quòd sit vltimū motus: & aliud est, q̄ sit cuius causa sit: aliquid enim potest esse vltimum, sed non est cuius causa sit: vnde Poeta hoc apposuit, quòd desistorie se habet dicere, finem cuius causa sit. Videtur enim esse negatio, sicut si diceretur, homo animal: quia animal est de ratione hominis, sicut & cuius causa sit de rōne finis: vnde

b Etenim iam, & de hoc dubitabit aliquis dupliciter, quia duę naturæ sunt, de qua est Physica, aut de eo quod ex vtrisque. Sed si de eo quod est ex vtrisque, & circa vtraque: vtrum igitur eiusdem, aut alius vtrunque cognoscere?

c In antiquos quidem enim aspicienti videbitur vtique esse materiei: ex parua enim parte quadam Empedocles & Democritus speciem & quod quid erat esse tetigerunt.

d Si autem ars imitatur naturam: eiusdem autem scientiæ est cognoscere formā & materiam vsq; ad hoc, vt Medici sanitatē, & cholerā & phlegma, in quibus est sanitas: similiter aūt & ędificatoris est formam domus, & materiam qm̄ lateres, & ligna sunt: similiter autem ī aliis, & Physici vtiq; erit cognoscere vtraq; naturas.

e Adhuc, quod cuius causa fit, & finem eiusdem: & quæcunq; sunt propter hoc. Natura autē finis est, & cuius causa fit: quorum enim continuo motu existēte, est aliquis finis ipsius motus, hoc vltimū est, & cuius causa fit: vñ & Poeta derisorie apposuit dicere hūc finē cui' quidē causa effectus est, vult enim nō oē esse vltimum finē, sed optimum. Quoniam autem faciunt artes materiam, aliæ quidem simpliciter: aliq vero operose: & vtimur tanquā pp nos

Nam & de hoc ipso quispiam dubitauerit cum duæ sint naturæ, de utra consideraro, ad naturalem Physiosophū pertinet, an de eo quod ex utrisq; componitur. Quod si de ipso, & de utraq; contemplari ad eundē utiq; spectat, utrum igitur eiusdē sit facultatis an diuersarū utrarq; cognoscere.

Nam respicienti quidem ad ueteres, materiei cognitio ad ipsum uidebitur pertinere: perparum enim Empedocles, & Democritus formam, quiditatemque tetigerunt.

At, si ars imitatur naturam, eiusdem autem scientiæ est formam atque materiam usque ad terminū quendam cognoscere, ueluti Medici sanitatem, & bilem, atque pituitam, in quibus est sanitas, ædificatoris similiter formam ipsius domus atque materiam, lateres inquam ac ligna, & cæterorum. Eodem modo naturalis etiam facultatis erit profectō utraq; naturas cognoscere.

Præterea Facultatis eiusdem est id gratia cuius, finemque & ea, quæ horum gratia sunt cognoscere: at natura finis est, & id cuius gratia. Quorum nanque motionis, si sit continua, finis aliquis est, eorum ie ultimum est, & id cuius gratia. Quapropter, & Poeta ridicule compulsus est ad hanc sententiam afferendam, Extremum ob quod natus erat, fatumque petiuit. Non enim quoduis ultimum finis est, sed id, quod est optimum. Artes præterea materiam faciunt, quædam simpliciter: quædam aptam idoneamque ad opus. Et utimur

enim Poeta, quòd non omne vltimum sit finis, sed illud, quod est vltimum & optimum, hoc est cuius causa fit. Et quidem, quòd forma sit vltimum generationis, hoc est per se manifestū. Sed quòd sit cuius causa fit respectu materiæ, manifestat per similitudinem in artibus. Inueniuntur enim quædam artes, quæ faciunt materiam, quarum quædam faciunt eam simpliciter, sicut ars figuli facit lateres, quæ sunt materia domus: quædam vero faciunt eam operose, idest materiam præexistentem in natura disponunt ad receptionem formæ, sicut ars carpentaria præparat ligna ad formam nauis. Item, considerandum est, quòd nos vtimur omnibus, quæ sunt secundum artem facta, sicut propter nos existentibus. Nos enim sumus quodammodo finis omnium artificialium. Et dicit. { Quodammodo. } Quia sicut dictum est in Philosophia prima, dupliciter dicitur id cuius causa fit, scilicet cuius, & quo: sicut finis domus, vt cuius, est habitator: vt quo, est habitatio. Ex his igitur accipere possumus, quòd duæ artes sunt principantes materiam, idest quæ præcipiunt artibus facientibus materiam {& cognoscentes, } idest dijudicantes de ipsis, vna scilicet quæ vtitur, & alia, quæ est factiua artificiati, inducens scilicet formam, & hæc est sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

Architectonica respectu eius, quæ disponit materiam, sicut nauifactiua respectu carpentariæ, quæ scecat ligna. Vnde etiam oportet quòd ipsa ars vsualis sit quodammodo Architectonica, idest principalis ars respectu factiuæ. Quamuis igitur vtraque sit Architectonica, scilicet vsualis & factiua, tamen differunt, quia vsualis est Architecta inquantum est cognoscitiua, & diiudicatiua de forma, alia autẽ, quæ est, Architecta tanquam factiua formæ, est cognoscitiua materiæ, idẽ dijudicat de materia. Et hoc manifestat per exẽplum, vlus enim nauis pertinet ad gubernatorem, & sic gubernatoria est vsualis: & sic est Architectonica respectu nauifactiuæ, & cognoscit & dijudicat de forma. Et hoc est quod dicit, quòd gubernator cognoscit & iiudicat qualis debeat esse forma temonis. Alius autẽ scilicet, factor nauis cognoscit, & dijudicat ex quibus & qualibus lignis debeat fieri nauis. Sic ergo manifestum est, quòd ars, quæ inducit formam, præcipit arti, quæ facit vel disponit materiã, ars, autẽ quæ vtitur artificiato iam facto, præcipit arti, quæ inducit formã. Ex quo possumus accipere, quòd sic se habet materia ad formam, sicut forma ad vsum, sed vsus est cuius causa fit artificiatum: ergo & forma est, cuius causa est materia in artificialibus. Et sicut in his, quę sunt secundum artem, nos facimus materiã propter opus artis, quod est ipsum artificiatũ, ita i naturalibus materia inest a natura non a nobis factami hilominus eundem habens ordinem ad formam, scilicet q̃ est propter formam. Vnde sequitur, quòd eiusdem scientię naturalis sit considerare materiam & formã. tertiam rationem ponit ibi.

*Tex.cõ.26 aliàs q̃ dominantur materiæ.

Tex.cõ.26.

Tex.cõ.27.

f ¶ Quæ talis est. Eorum, quæ sunt ad aliquid, vna est scientia: sed materia est de numero eorum quæ sunt ad aliquid: quia dicitur ad formam. Quod ideo non dicitur: quia ipsa materia sit in genere relationis, sed cuiuslibet formę determinatur propria materia. Et hoc est quod subdit, quòd sub alia forma oportet esse aliam materiam. Vnde relinquitur, quòd eiusdem scientiæ naturalis sit considerare formam & materiam. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit quantum se extendat consideratio scientiæ naturalis circa formam. Et circa hoc duo facit. Primo mouet quæstionem hanc, scilicet vsque ad quantum oporteat naturalem considerare de forma, & quiditate rei. Nam cõsiderare formas, & quiditates rerum absolute, videtur pertinere ad Philosophũ Primum: secundo soluit, quòd sicut Medicus considerat nervum, & Faber es vsque ad aliquem terminum, ita & naturalis omnibus quę sunt. (Sum⁹ enim quodãmodo & nos finis.) Dupliciter enim est id cuius causa fit: dictum est aũt de his, in his, quę de prima Philosophia sũt.

* Duæ igitur sunt a principantes materiam & cognoscentes artes quę vtitur, & factiua, quę Architectonica. vnde & vsualis Architectonica quodãmodo est. Differunt autem secundum quod hæc formæ quidem cognoscitiua est Architectonica, alia autem vt factiua materię: gubernator enim qualis sit forma aliqua temonis cognoscit, & instituit, alius autẽ ex quo ligno & qualibus illis erit. In his quidẽ igitur, quę sunt sĩ artẽ, nos facim⁹ materiam propter opus: sed in Physicis inest.

f Amplius eorum quæ sunt ad aliquid materia est: ĩ alia enim forma alia materia.

g Vsque ad quãtum ergo Physicum oportet cognoscere speciẽ, & quod quid est? Aut quem admodum ad Medicum nervum, & fabrum ęs vsquequo, cui⁹ enim causa vnumquodq;. Et circa hęc quæ sunt separatę quidem species in materia: homo enim hominem generat ex materia, & sol. Quomodo autem se habeat hoc separabile, & quid sit Philosophiæ primæ, est determinare.

LECTIO V.

Eeterminatis autẽ his, considerandum est de causis. & quæ. & quot numero sunt. Quoniam enim

F formas. Medicus enim non considerat de nervo inquantum est nervus: hoc enim pertinet ad naturalem, sed inquantum est subiectum sanitatis: & similiter faber de ære non inquantum est æs, sed inquantum est subiectum statuæ, aut alicuius huiusmodi. Et similiter naturalis non considerat de forma inquantum est forma, sed inquãtum est in materia. Et ideo, sicut Medicus in tantum considerat de nervo, inquantum pertinet ad sanitatem, cuius causa considerat nervum, similiter Naturalis in tantum considerat de forma inquantum habet esse in materia. Et ideo terminus considerationis scientiæ naturalis est circa formas, quæ quidem sunt aliquo modo separatæ, sed tamen esse habẽt in materia. Et huiusmodi formę sunt animæ rationales: quæ quidem sunt separatæ, inquantum intellectiua virtus nõ est actus alicuius organi corporalis, sicut virtus visiua est actus oculi: sed in materia sunt inquantum dat esse naturale tali corpori. Et quòd sint in materia, per hoc probat, quòd forma cuiuslibet rei generatę ex materia, est in materia: ad hoc enim terminatur generatio vt forma, sit i materia. Sed homo generatur ex materia, & ab homine, quasi ab agente primo, & a Sole tanquam ab agente vniuersali tę specie generabilĩ, vnde sequitur, quòd anima, quæ est forma humana, sit in materia. Vnde vsq; ad animam rationalem se extendit consideratio naturalis, quæ est de formis. Sed quomodo se habeant formæ totaliter a materia separatæ, & quid sint, vel etiam quomodo se habeat hæc forma, id

quia omnia sunt gratia nostri. (Sumus enim & nos quodammodo finis.) Id enim, cuius gratia cætera sunt, dupliciter dicitur, ut in Philosophia distinximus. Duæ igitur dominæ sunt materiei cognoscentesque artes, ea, quæ utitur, & ea, quæ præest faciendorum operum faculiati: ipsa inquam Architectura. Quapropter, & ea, quæ utitur, Architectura quodammodo est. Sed hoc interest: altera nanque formam cognoscit, altera materiam facit. Nam gubernator quidem qualis est forma claui cognoscit ac iubet: at Architectus extruendæ nauis, quali ex ligno & qualibus ex motibus erit. In his igitur, quæ per artem conficiuntur, nos operis extruendi causa materiam facimus. In naturalibus autem est.

Insuper materies est eorum, quæ sunt ad aliquid. Alia enim ad aliam, est formam accommodata.

At quousq; naturalẽ Philosophum formam & ipsum quid est scire oportet? An ut medicum nervum, uel fabrum æs, usq; ad quendam terminum considerare oportet. Alicuius nanq; gratia est unaquæq;, & circa res uersari quæ separabiles quidem sunt ratione, in materia aũt sunt. Homo nanque generat homine, mateq; sol. Quo uero modo sese habeat separabilis forma, & quid nã sit Philosophiæ Primæ officiũ, est determinare ac pertractare.

LECTIO V.

Eterminatis autẽ hisce, considerandum est de causis, quales, & quot sint numero. Nam cum hæc pertracta-

est anima rationalis, secundum quod est separabilis. & sine corpore existere potens, & quid sit secundum suam essentiam separabile, hoc determinare pertinet ad Philosophum primũ.

LECTIO V.

Ostquam Philosophus ostendit de quibus considerat scientia naturalis, hic incipit ostendere ex quibus causis demonstret. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de causis. In secunda vtro ostendit ex quibus causis naturalis demonstret ibi. {Quoniam autem causæ quatuor.} Circa primum duo facit. Primo ostendit necessitatem determinandi de causis, secundo incipit de causis determinare ibi. {Vno quidem modo.} Dicit ergo primo, q̃ post quam determinatum est, quid cadat sub consideratione scientiæ naturalis, restat considerandũ de causis, quæ & quot sunt.

Et hoc

Et hoc ideo, quia hoc negocium, quo intendimus de natura tractare, non ordinatur ad operationem, sed ad scientiã: quia nos non possumus facere res naturales, sed solum de eis scientiam habere: sed nos non opinamur nos scire vnumquodque, nisi cum accipimus propter quid, quod est accipere causam: vnde manifestum est, q̃ hoc obliuiscendum est nobis circa generationem & corruptionem & omnem naturalem mutationem, vt cognoscamus causas, & reducamus vnumquodq;, de quo quærit propter quid, in proximam causã. Hoc autem ideo dicit, quia considerare de causis inquãtum hmõi, proprium est Philosophi primi: nam causa in eo q̃ causa est, non dependet a materia secundum esse, eo quòd in his etiam quæ a materia sunt separata, inuenitur ratio causæ. Sed a Philosopho naturali assumit consideratio de causis p̃ter aliquam necessitatem, nec assumitur ab eo considerare de causis, nisi secũdum quòd sunt causæ naturalium mutationũ. Secundo ibi.

Tex.cõ.28.

Tex.cõ.39.

b ¶ Determinat de causis. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit diuersas species causarum, Secundo de quibusdam in manifestis causis determinat ibi. {Dicitur autẽ fortuna.} Tertio, ostẽdit quòd non sunt plures neque pauciores ibi.

Scda parte. 39. tex.

{Quoniam autẽ causæ.} Prima diuiditur in duas. In prima determinat species causarum. In secunda determinat modos diuersarum causarum secũdum vnãquamque speciẽ ibi. {Modi autem causarum.} Circa primũ duo facit. Primo inducit diuersas species causarum, Secundo, reducit eas ad quatuor ibi. {Omnes autem nunc.} Circa ea primum duo facit. Primo ponit diuersitatem causarum: Secundo, exponit quædam consequentia ex diuersitate prędicta ibi. {Contingit autem.} Dicit ergo primo, quòd vno modo dicitur causa, ex quo fit aliquid cum insit, sicut æs dicitur causa statuæ, & argentum causa phialæ, & etiam genera horum dicuntur causæ earundem rerum, sicut metallum, vel liquabile, vel huiusmodi. Apposuit autem. {Cum insit.} ad differentiam privationis & contrarii: nam statua quidem fit ex ære, quod inest statuæ iam factæ, sit etiam ex informato, quod quidem nõ inest statuæ iam factæ. Vnde æs est causa statuæ, non autem informatum, cum sit principium per accidens tantum. vt in

Tex.cõ.70.

Tex.cõ.30.

Secũda parte. 32.

Tex.cõ.31.

Secũda parte 30. tex.

Lectio. 13. tex. cõ. 69.

Primo dictum est. Secundo modo dicitur causa species & exẽplum: & hoc dicitur causa, inquantum est ratio quidditatiua rei: hoc enim est per quod scimus de vnoquoque quid est. Et sicut dictum est circa materiam, quòd etiam genera materiæ dicuntur causa, ita & genera speciei dicuntur causa. Et ponit exemplum in quadam consonantia musicæ, quæ vocatur diapason, cuius forma est proportio dupla, quæ est duorum ad vnum. Nam proportiones numerales applicatæ ad sonum si-

cut ad materiam, consonantias musicales constituunt: & cum duo vel duplum sit forma consonantię, quæ est diapason, & genus duorum, quod est numerus, est causa. Sicut enim dicimus quòd forma diapason est proportio duorum ad vnum, quę est proportio dupla, ita possumus dicere quòd forma diapason est proportio duorum ad vnum, quę est multiplicitas. Et ita ad hunc modum causæ reducũtur omnes partes, quę ponuntur in definitione, non autem partes d materiæ, vt dicitur in 7. Meta. Nec est hoc contra id, quod supra dictũ est, quòd in definitione rerum naturalium ponitur materia: nam in definitione speciei non ponitur materia indiuidualis, sed materia communis: sicut in definitione hominis ponuntur carnes & ossa, non autem hæ carnes & hæc ossa. Natura igitur speciei constituta ex forma & materia communi, se habet vt tale respectu indiuidui, quod participat talem naturam: & pro tanto hic dicitur, quòd partes, quę ponuntur in definitione, ad causam formalem pertinent. Considerandum est etiam, quòd duo possunt pertinentia ad quiditatem rei, id est speciem, & exemplum, propter diuersas opiniones de essentiis rerum. Nam Plato posuit naturas specierum esse quasdam formas abstractas, quas dicebat exemplaria & ideas: & propter hoc posuit exemplum vel paradigma. Naturales autem Philosophi, qui aliquid de forma terigerunt, posuerũt formas in materia: & propter hoc nominauit speciem. Vlterius autem dicit, quòd alio modo dicitur causa, a quo est {principium motus vel quietis, sicut consilians dicitur causa, & pater filij, & omnino commutans commutati.} Circa autem huiusmodi causas considerandum est, quòd quadruplex est, causa efficiens, scilicet perficiens, præparans, adiuuans, & consilians. Perficiens enim est, quod dat complementum motui vel mutationi, sicut quod introducit formam substantialem in generatione. Præparans autem seu disponens est, quod aptat materiam seu subiectum ad vltimum complementum. Adiuuans vero est, quod non operatur ad proprium finem, sed ad finem alterius. Consilians autem in his, quæ agunt a proposito, est quod dat agenti formam per quam agit. Nam agens a proposito agit p̃ finem scientiæ, quam consilians sibi tradit: sicut & in rebus naturalibus generans dicitur mouere grauia vel leuia, inquantum dat formam per quam mouentur. Quartum autem modum causæ ponit, q̃ aliquid dicitur vt finis, & hoc est cuius causa aliquid fit, sicut sanitas dicitur causa ambulationis. Et hoc patet, quia respondetur ad quæstionem factam propter quid: cum enim quærimus: propter quid ambulat? dicimus, vt sanetur, & hoc dicentes opinamur nos assignare causam. Ideo aut

tio sciendi sit causa: scire autem unumquodque non prius putemus, quàm circa unumquodque propter quid est capiamus, idque sit primam cipere causam, patet & nobis hoc esse agendum, & de generatione corruptionem, & de omni naturali mutatione: ut ipsarum perceptis principiis, ad ipsa quodque eorum, quæ quærimus, reducere enitamur.

Vno itaque modo causa dicitur id, ex quo quippiam fit, eo pacto ut insit, ut æs statuæ, argentum pateræ, & horum genera. Alio modo forma atque exemplar: hæc est autem ratio quiditatis, & huius generis, uelut eius concentus, qui sonos omnes complectitur, ipsa duorum ad unum ratio, atque omnino numerus: partesitemque, quæ in ratione sumuntur. Præterea id, unde primum principium est mutationis aut quietis: qualis est causa his qui consuluit, & pater filii, atque omnino quod efficit eius quod efficitur, & quod mutat eius quod mutatur. Insuper ut finis, hic autem est cuius gratia cætera sunt: ueluti deambulandi sanitas: cur enim de ambulat interrogati, quo ualeat respondemus: atque si hoc pacto dixerimus, reddidisse causam arbitramur. Et quæcunque alio mouente inter ipsum & finem sunt, ut inter Medicum sanitatęque, macies, aut purgatio, aut instrumenta: uniuersa enim hæc ipsius finis gratia sunt, inter se se autem differunt: alia nanque sunt opera, alia instrumenta. Causæ igitur tot fere modis dicuntur.

D. 976. 972. 852. 514. Lectio. 9. tex. cõ. 33.

potius probat de fine quòd sit causa, quàm de alijs, quia hoc minus videbatur, propterea quia finis est vltimum in generatione. Et vlterius addit, quòd omnia, quæ sunt intermedia inter primum mouens & vltimum finem, omnia sunt quodammodo fines: sicut Medicus ad sanitatem inducendam extenuat corpus, & sic sanitas est finis macies: macies autem operatur per purgationē, purgationem autem per potionem, potionem autem præparat per aliqua instrumēta, vnde omnia hæc sunt quodammodo finis: nam macies est finis purgationis; & purgatio potionis, & potio organorum, & organa sunt fines in operatione, vel inquisitione organorū. Et sic patet, q̄ ista intermedia differunt adinuicem, inquantum quædam sunt organa, & quędam opera operata, scilicet p̄ organa. Et hoc iducit ne aliquis credat quòd solum id, Tex.cō.31. quod est vltimum, sit causa, sicut cuius gratia: propter hoc, quòd hoc nomen finis, vltimum quoddam videtur esse. Est igitur omnis finis vltimum non simpliciter, sed respectu alicuius. Et vltimo cōcludit, quòd fere tot modis dicuntur causæ. Et addit fere, propter causas, quæ sūt per accidens, sicut sunt casus & fortuna. Secundo ibi.

c ¶ Manifestat tria consequentia, ex iā dicta causarū diuersitate, quorum vnum est, quòd cum causæ dicantur multipliciter, contingit vnius & eiusdem esse multas causas p̄ se, & nō per accidens, Tex.cō.32. sicut causa statuæ est ars statuifica, vt efficiēs, & æs vt materia. Et inde est, quòd aliquando vnius rei assignantur plures definitiones, secundum diuersas causas, sed perfecta definitio oēs causas complectitur. Secundum est quòd quædam sibiinuicem sunt causæ secundum diuersam speciem causæ, sicut laborare est causa efficiens bonæ habitudinis, bona autem habitudo est causa finalis laboris. Nihil enim prohibet aliquid esse prius & posterius altero, secundum diuersas rationes: finis enim est prius, secundum rationem, sed posterius in esse, agens autem econtra. Et similiter forma est prior materia secundum rationem complementi: materia autem est prius quàm forma generatione & tempore in omni eo, quod mouetur de potentia in actū. Tertium est, quòd idem est causa contrariorum quandoque, sicut per suam præsentiam gubernator est causa salutis nauis, per absentiam autem suam causa est submersionis eius. Deinde cum dicit.

d ¶ Reducit omnes causas superius enumeratas in quatuor species, & dicit, quòd omnes causæ quę enumeratæ sunt superius, reducuntur ad quatuor modos, qui sunt manifesti: nam elementa, idest literæ, sunt causæ syllabarum, & similiter terra est causa vasorum, & argentum phiale, & ignis, & similia corpora, scilicet simplicia, sunt causæ corporum, & similiter quæ

c Contingit autem multipliciter dictis causis, & multas eiusdē causas esse non sīm accidens: vt statuifica, & æs, non sīm alterū aliquid. sed sīm q̄ est statua: sed non eodē mō, sed hoc quidē vt materia, illud aūt, sicut vñ motus. Sunt aūt quędam, & adinuicem causę, vt laborare causa est boni habitus, & hic laborandi: sed non eodē modo, sed hęc quidem sicut finis, illa sicut principium motus. Amplius autē eadem contrariorū est. quæ enim præsens causa huius est, absentem causam aliquando contrarii, vt absentia Gubernatoris nauis submersionis, cuius erat præsentia causa salutis.

d Omnes autem nūc dictę causę in quatuor incidunt modos manifestissimos. Elementa .n. syllabarum, & terra vasorum, & ignis. & hmói corporum, & partes totius, & suppositiones conclusionis, sicut ex quo causę sunt. Harum autem hę quidem sunt sicut subiectum & partes: aliæ autē sunt sicut quod quid erat esse, & totum, & compositio. & species. Semen autem & medicus, & consilians, & omnino faciens, omnes sunt vñ principium mutationis, aut status, aut motus est. Aliæ autem sicut finis, & bonum aliorum: quæ enim est, cuius causa potissima est, & finis aliorum voluit esse. Differt autem nihil eandem dicere bonam, vel videri bonam. Causæ quidem igitur hę, & tot sunt specie.

libet partes sunt causa totius. {& suppositiones} idest propositiones syllogismi, sunt causa conclusionum, & omnia ista habent vnam rationem causę, prout dicitur causa id, ex quo fit aliquid: hoc enim est in omnibus præmissis. Omnium autem nunc enumeratorum, quædam se habent vt materia, & quædā vt forma, quæ causat quiditatem rei, sicut omnes partes se habent vt materia, vt elementa syllabarū, & quatuor elementa corporū mistorum: sed ea, quæ importāt totum, vel compositionem, vel quando que speciem, se habent in ratione formæ: vt species referatur ad formas simplicium, totum autē & compositio ad formas compositorum.

Videntur autem hic esse duo dubia. Primo quidē de hoc quod dicit, quòd partes sunt causæ d materiales totius animalis, cum supra partes definitionis reduxerit ad causam formalem. Et potest dici, quòd supra locutus est de partibus speciei, quæ cadunt in definitione totiꝰ: hic autem loquitur de partibus materiæ in quarum definitionē cadit totum, sicut circulus cadit in definitionē semicirculi.

Sed melius dicendum est, quòd licet partes speciei quæ ponuntur in definitione, comparentur ad suppositum naturę per modum causę formalis, tamen ad ipsam naturam, cuius sunt partes, comparantur vt materia: nam omnes partes comparantur ad totum, vt imperfectum ad perfectum, quæ quidē est cōparatio materiæ ad formam.

Itē potest esse dubium de hoc, quod dicit, quòd propositiones sunt materia conclusionis. Materia enim inest ei, cuius est materia, vnde supra notificans causam materialem dixit, quòd est ex quo fit aliquid cum insit: propositiones autem sunt ex or sum a conclusione. Sed dicendum, quòd ex terminis propositionum constituitur conclusio: vnde secundum hoc propositiones dicuntur materia conclusionis, in quantum termini, qui sunt materia propositionum, sunt etiā materia conclusionis, licet non secundum quòd stant sub ordine propositionum, sicut farina dicitur materia panis, licet nō secundum q̄ stat sub forma farinæ. Ideo tamen potius dicūtur propositiones materia conclusionis, q̄ econuerso, quia termini, qui coniunguntur in cōclusione, seperatim ponuntur in p̄missis: sic igitur habemus duos modos causæ. Quædam vero dicuntur esse causę secundum aliam rationem, quia scilicet sunt principium motus, & quietis. Et hoc modo semen, quod est actiuum in generatione, dicitur causa, & similiter Medicus per hūc modum dicitur causa sanitatis, & consilians est causa per hunc modum, & omne faciens. {Alia litera habet & propositiones.} Nam propositiones quidem quantum ad terminos, sunt materia conclusionis, vt dictum est: quantum autem ad vim illatiuam d ipsarum reducuntur ad hoc genus causæ.

Nam

Nam principium discursus rationis in conclusione est ex propositionibus. In alijs vero causis inuenitur alia ratio causæ, secundum scilicet quod finis, vel bonum habet rationem causæ. Et hæc species causæ, potissima est inter alias causas. Est enim causa finalis, aliarum causarum causa. Manifestum est enim, q̄ agens agit propter finem, & similiter ostensum est supra in artificialibus, quòd formæ ordinātur ad vsū sicut ad finem, & materia in formam, sicut in finem, & pro tanto dicitur finis, causa causarum. Et, quia dixerat, q̄ hæc species causæ habēt rationem boni, & quandoque in his, quæ agūt per electionem contingit finem esse malum, ideo ad hanc dubitationem tollēdam dicit, quòd nihil differt vtrū causa finalis sit vere bona, vel apparens bona: quia quod appāret bonum non mouet, nisi sub ratione boni, & sic vltimo cōcludit tot esse species causarum, quot dictæ sunt.

LECTIO VI.

Tex.cō.33. b Amplius aūt sīm accidens, & horum genera, sicut statuæ, aliter Polyclet⁹, & aliter statuam faciēs: quoniam accidit statuā facienti polycletū esse. Et continentes sīm accidens, vt si hō cā sit statuæ, aut omnino animal. Sūt aūt accidētiū aliæ aliis longius & propius. vt si albus & musicus causa dicantur statuę.

LECTIO VI.

Tex.cō.34. Ostquàm Philosophus distinxit species causarum, hic distinguit diuersos modos causarum etiam secundum eandem speciem causæ, & circa hoc duo facit. Primo distinguit diuersos modos causarū, Secundo determinat quædam consequenta ad distinctionem prædictam. ibi {Differunt autem.} Circa primū duo facit.

Tex.cō.35. Primo distinguit diuersos modos causarum. Secundo, reducit eos ad certum numerum. ibi {Sed tamen hæ omnes.} Circa primum distinguit modos causarum, secundum quatuor diuisiones. Dicit ergo primo, quòd multi numero sunt modi causarum: sed si reducantur capitularie, siue in quadam summa ad aliqua communia, inueniuntur pauciores. Vel capitales accipiuntur, secundum combinationem: manifestum est enim, quòd pauciores sunt combinationes modorum, quàm modi. Prima ergo diuisio, vel combinatio modorum est, quòd in eadem specie causæ dicitur vna causa prior altera, vt intelligamus causam priorem vniuersaliorem: vt sanitatis causa est Medicus vt causa propria & posterior, artifex autem vt communior & prior, & hoc in specie causæ efficientis. Et simile est in specie causæ formalis: nam causa formalis diapason propria & posterior est proportio dupla: causa autem prior & communior est proportio numeralis, quę dicitur multiplicitas. Et similiter ea, quæ continet vnamquamque causam communitate sui ambitus, dicitur causa prior. Aduertendum est autem, quòd causa vniuersalis, & propria, vel prior & posterior, potest accipi, aut secundum communitatem prædicationis secūdum exēpla hic posita de Medico & Artifice, vel secundum communitatem causalitatis, vt si dicamus Solem esse causam vniuersalem calefactionis, ignem vero causam propriam, & hæc duo sibi inuicem correspondent. Manifestum est enim, quod quælibet virtus extenditur ad aliqua, secundum quod communicant in vna ratione obiecti, & quanto ad plura extenditur, tanto oportet illam rationem esse communiorem & cum virtus proportionatur obiecto secundum eius rationem, sequitur quòd causa superior agat secundum formam magis vniuersalem, & minus contractam. Et sic est considerare etiam in ordine rerum: quia quanto aliqua sunt superiora in entibus, tanto habent formas minus contractas, & magis dominantes supra materiam, quæ coarctat virtutē formæ. Vnde & id, quod est prius in causando, inuenitur esse prius quodammodo secundum rationem vniuersalioris prædicationis, vtputa si ignis est primū calefaciēs, Cælum non tātum est primū calefaciens sed primum alterās. Secundam diuisionē ponit ibi.

b ¶ Et dicit, quòd sicut causæ per se diuiduntur per causas priores & posteriores, vel communes & proprias, ita etiam & causæ per accidēs. Est enim præter causas per se accipere causas per accidens, & genera horum, sicut causa statuę per accidens quidem est Polycletus, per se autem causa statuæ est faciens statuam. Polycletus enim est causa statuæ, inquantum accidit ei esse statuā facientem, & etiam ea, quæ sua communitate continent Polyclerum, sunt causa statuæ per accidens, sicut & homo & animal. Et iterum considerādum est, quòd in causis per accidēs quædam sunt propinquiores causis p se, & quædam magis remotæ. Nam causa per accidens dicitur omne illud, quod coniungitur causæ p se, quod non est de

LECTIO VI.

Odi autem causarum numero quidem sunt multi sīin capita uero redigantur & ipsi, pauciores euadunt. Dicuntur .n. causæ multipliciter, & ipsarum quæ sunt eiusdem generis alia prior alia & posterior, ut sanitatis Medicus, atque Artifex: & concentus eius, qui omnes sonos complectitur, duplum ac numerus, & semper hæ, quæ continent, ad eas quæ sunt singulares.

Præterea ut accidens, & huius genera, ut statuæ alio modo Polycletus, alio Statuarius, accidit enim Statuario ut sit Polycletus. Et ea etiam, quæ continent accidens, ueluti si homo sit causa statuæ, ut omnino animal. Sunt autem & accidentiu alia remotiora aliis, atq; propinquiora, ceu si albus, ac musicus causa statuæ dicere etur.

Præter autem omnes, quæ accommodatæ dicuntur, & quæ per accidens, aliæ ut potentes, aliæ ut operantes dicuntur: uelut ut extruatur domus, ædificator causa dicitur, aut ædificans ædificator. Similiter & in hisce dicetur, quorum causæ sunt ipsa causæ, ut huius statuæ, aut statuæ, aut ommimo imaginis, & æris huiusce, aut æris, aut omnino materiæ. Et in accidentibus simili modo.

rationē eius, hoc autem contingit esse, vel propinquius rationi causæ, vel remotius ab ea, & secundum hoc, causæ per accidens erunt, vel propinquiores, vel remotiores. Sicut, si statuā facienti accidat esse album & musicum, musicum propinquius est, quia est in eodem subiecto, & secundum idem. scilicet secundum animam, in qua est Musica & Ars statuæ factiua, albū autem inest secundum corpus. Sed subiectum propinquius se habet adhuc quàm alia accidentia, sicut Polycletus quàm albū, vel musicum: non enim coniunguntur hæc statuam facienti, nisi propter subiectum. Tertium diuisionem ponit ibi.

c ¶ Et dicit, quòd præter causas propriæ dictas, idest per se, & per accidens, quædam dicuntur causæ in potentia, sicut potentes operari, quædam vero sicut operantes in actu: sicut causa ędificandi domum potest dici, vel ædificans in habitu, vel ædificans in actu. Et sicut distinguuntur causæ modis prędictis, similiter distinguuntur ea, quorum sunt causæ: est enim aliqd causatum posterius & magis proprium, & aliquid, quod est prius & magis commune: sicut, si dicatur quòd aliquid est causa huius statuæ, vel statuæ in communi, & adhuc communius, si dicatur causa imaginis. Et similiter, si dicatur aliquid causa motiua huius æris, vel eris in vniuersali, vel materię. Et in eriam potest dici in effectibus per accidens, & quòd aliquid sit communius, & aliquid minus commune. Et dicitur effectus per accidens, quod coniungitur effectui per se, & est prꝫter rationem eius: sicut per se effectus Coci est cibus delectabilis: per accidens autem cibus sanatiuus. Medici autem econtra. Quartam diuisionem ponit ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

d ¶ Et dicit, quòd quandoque complexe accipiuntur causę per se cum causis per accidens, vt si non dicamus causam statuæ polyclecum, qui est causa per accidens, neque, facientem statuam qui è causa p se: sed Polycleū statuā faciente. Deinde cū dicit.

e ¶ Reducit prædictos modos ad certum numerum: & dicit, quòd prædicti modi

Tex.cō.36. certo numero sunt sex, sed quilibet eorum dupliciter dicitur. Sex autem modi sunt ibi, singulare & genus, quod supradixit prius & posterius: accidens & genus accidentis, simplex & complexum, & quodliber horum diuiditur per potentiam & actum, & sic fiunt oēs modi duodecim. Distinguit autem omnes modos per potētiam & actum: quia quod ē in potentia, non simpliciter est. Deinde cum dicit.

Tex.cō.37. f ¶ Determinat tria consequentia ad prædictam distinctionē modorum. Primum est, quòd inter causas in actu, & causas in potētia, est ista differentia, quòd causæ operantes in actu simul sunt & non sūt cum eis, quorum causæ sunt in actu, ita tamen quòd accipiantur causæ singulares, idest propriæ, sicut hic Medicans simul est & non est cū hoc, qui fit sanus, & hic ædificans cum hoc, quod ædificatur. Si vero non acciperentur causæ propriæ, licet acciperentur in actu, non esset verū quod dicitur: non enim ædificans ē & nō est simul cū hoc, quod ædificatur. Potest enim esse quòd ędificans est in actu, sed tamen hoc ędificium nō ædificatur, sed aliud. Sed si accipiamus ædificantem hoc ędificium & hoc ædificium secūdum quod est in ędificari, necesse est quòd posito vno ponatur & alterū, & remoto vno remoueatur & alterum: hoc autem nō accidit semper i causis, quæ sunt in potētia, non enim simul corrumpitur domus, & qui ędificauit ipsam. Vnde habetur

Tex.cō.40. quòd sicut agentia inferiora, quæ sunt causa rerum quantum ad suum fieri, oportet simul esse cum iis quæ sunt, quandiu fiunt, ita agens diuinum, quod est causa existendi in actu, simul est cum esse rei in actu. Vnde subtracta diuina actione a rebus, res in nihilum

Tex.cō.38. cum eis, quorum causæ sunt in actu, ita tamen quòd accipiantur causæ singulares, idest propriæ, sicut hic Medicans simul est & non est cū hoc, qui fit sanus, & hic ædificans cum hoc, quod ædificatur. Si vero non acciperentur causæ propriæ, licet acciperentur in actu, non esset verū quod dicitur: non enim ædificans ē & nō est simul cū hoc, quod ædificatur. Potest enim esse quòd ędificans est in actu, sed tamen hoc ędificium nō ædificatur, sed aliud. Sed si accipiamus ædificantem hoc ędificium & hoc ædificium secūdum quod est in ędificari, necesse est quòd posito vno ponatur & alterū, & remoto vno remoueatur & alterum: hoc autem nō accidit semper i causis, quæ sunt in potētia, non enim simul corrumpitur domus, & qui ędificauit ipsam. Vnde habetur quòd sicut agentia inferiora, quæ sunt causa rerum quantum ad suum fieri, oportet simul esse cum iis quæ sunt, quandiu fiunt, ita agens diuinum, quod est causa existendi in actu, simul est cum esse rei in actu. Vnde subtracta diuina actione a rebus, res in nihilum

d Amplius autem complexæ, & istæ, & illæ dicuntur: vt non Polycletus, neq; statuā faciēs, sed Polyclerus statuā faciens.

e Sed tamē omnes hę sunt multitudine quidem sex: dictę autem dupliciter. Aut enim sicut singulare, aut sicut genus, aut sicut accidens, aut sicut genus accidentis, aut sicut complexe hę, aut sicut simpliciter dictæ. Omnes autem actu operantes, aut secundum potentiā sunt.

f Differunt autem intātum, q̄ operantes quidē, & singulares simul sunt & nō sunt, & ea quorum sunt causæ, sicut hic medicans cum hoc, qui fit sanus: & hic ædificator cum hoc ædificato. Quæ autem sunt secundum potentiam non semper: corrūpuntur enim non simul domus & ædificator.

g Oportet autem semper causam vniuscuiusque summā quę rere, sicut & in aliis: vt homo ædificat, quoniā ædificator est, ædificator autem est, secūdum artem ędificandi: hæc autē prima causa est, & sic in omnibus.

h Amplius autem aliæ quidē genera sunt generum aliæ autē singulares singularium: vt statuæ statuam quidē faciens, hic autem huius. Et potentię quidem possibilium, operantes autem ad operata. Quot quidem igitur causę sint, & quomodo causę sint, nobis determinatū sit sufficienter.

LECTIO VII.

Deitur autem & fortuna & casus causarū: & multa & esse. & fieri propter fortunā, & propter casum. Quo igitur modo in his causis est fortuna & casus: & vtrum idem sit fortuna & casus, aut altera: & omnino qd sit fortuna & casus, cōsiderandum ē.

b Quidam enim si sint an nō, dubitant. Nihil enim fieri a fortuna dicunt, sed omnium esse

decideret, sicut remota præsentia Solis, lumen in aere deficeret. Secundum ponit ibi.

g ¶ Dicens, quòd in naturalibus oportet semper supremam causam vniuscuiusque requirere, sicut contingit in artificialibus: vt si quæramus, quare homo ædificat? respondetur, quia est ædificator, & similiter, si quæramus quare est ædificator? respondetur, quia habet artem ædificatiuam, & hic statur, quia hæc est prima causa in hoc ordine. Et ideo oportet in rebus naturalibus procedere vsque ad causam suprēmā, & hoc ideo est, quia effectus nescitur, nisi sciatur causa. Vnde si alicuius effectus causa sit, etiam alterius causæ effectus, sciri non poterit, nisi causa eius sciatur, & sic quousque perueniatur ad primam causam. Tertium ponit ibi.

h ¶ Et est, q̄ causis debent proportionaliter respōdere effectus. ita quòd generalibus causis genera les effectus reddātur, & singularibus singulares. Puta, si dicatur quòd statuæ causa est statuam faciens: & huius statuæ, hic statuam faciens. Et similiter causis in potentia respondent effectus in potentia, & causis in actu effectus in actu. Et vltimo epilogando concludit, q̄ sufficiēter determinatū est de speciebus, & modis causarum.

LECTIO VII.

Ostquām Philosophus determinauit dē manifestis speciebus, & modis causarum: hic determinat de quibusdā modis īmanifestis, scilicet de fortuna & casu. Et circa hoc duo cit. Primo dicit, de quo est intentio. Secundo, prosequitur propositū ibi. Quidā autem sicut. Dicit ergo primo, q̄ et fortuna & casus cōputantur inter causas, cum multa dicatur fieri, vel esse, etiā pp fortunam & casum. Et ideo tria considerāda sunt de eis .s. quō reducatur ad cās prædictas, & iterū: vtrū casus & fortuna sint idē, vel aliud & aliud, & iterum, quid sit casus, & fortuna. Secundo ibi.

b Incipit de fortuna & casu determinare. Et primo, ponit opiniones aliorum, Secundo, determinat veritatem. ibi. ¶ Primum quidem

Præterea & hæc coniuncta, ac illæ dicentur: ueluti non Polycletus, neque statuarius, sed statuarius Polycletus.

Attamen hæc omnia multitudine quidem sunt sex. dupliciter autem dicuntur. Nam aut ut singulare, aut ut genus, aut ut accidens, aut genus accidentis: aut ut coniuncta hæc, aut ut seiuncta dicuntur. Et insuper omnia, aut potentia, aut actu.

Interest autem tantū: causæ enim actu & singulares, & ea quorum sunt causæ, simul sunt & non sunt, ut hic qui medetur, cum hoc qui sanatur, & hic qui ædificat, cum hoc quod ædificatur. Sed quæ sunt potentia, non semper: non enim simul domus, & ædificator corrumpitur.

Oportet autē semper causam quærere summam, quemadmodum & in cæteris, uelut homo ædificat, quia est ædificator: at ædificator est per artem ædificandi: hæc igitur prior est causa, & in omnibus simili modo.

Præterea generum quidem genera, singularium uero singularia dicenda sunt causæ, ceu statuarius quidem statuæ, hic autem huius. Et potentia quidem causæ, effectuū potentia, actu autem effectuum actu. Quot igitur sint causæ, & quomodo sint causæ, satis sit a nobis determinatum.

LECTIO VII.

Fortuna etiam & casus de numero causarum esse dicuntur, multaque esse & fieri ob fortunam & casum. Considerandum est igitur, quomodo sunt in his causis fortuna & casus: & utrū idem sint, an diuersa: atque omnino quidnam sit fortuna & casus.

Quidam enim & si sint nec ne, dubitant. Nihil enim a fortuna fieri dicunt: sed omnium definitam quandā

Tex.cō.

quidem igitur quoniam.} Circa primum ponit tres opiniones. Secunda incipit ibi. {Sunt autem quidam qui cœli huius.} tertia ibi. {Sunt autem quidam quibus videtur.} Circa primū,

Tex.cō.44. duo facit. Primo, ponit opinionem negantium fortunam, & casum, & rationes eorum. Secundo, disputat de altera rationum. ibi. {Sed hoc mirabile.} Dicit ergo primo, q̄ quidā dubitauerunt, an fortuna, & casus essent, & negauerūt ea esse, duobus rationibus. Quarū prima est, quia omnia ista, quæ dicūtur fieri a casu, vel fortuna, inueniuntur habere aliquā causam determinatam aliā a fortuna, & ponit huiusmodi exēplū.

Tex.cō.41. Si enim aliquis veniens ad forum, inueniat aliquem hominem, quem volebat inuenire, de quo tamen non opinabatur ante, q̄ esset eum inuenturus, dicimus q̄ inuētio illius hoīs fit a fortuna: sed huius inuētionis causa est voluntas emendi, propter quā iuit

Tex.cō.42. ad forum, vbi erat ille, quem inuenit: & similiter est in omnibus aliis, quæ dicuntur esse a fortuna, quia habent aliquam aliā causam præter fortunam. Et sic fortuna non videtur esse causa alicuius, & per cōsequens, nec aliquid esse, quia non ponimus fortunam, nisi inquantū aliqua ponim⁹ esse a fortuna. Sed hāc rōnē ponit ibi.

Tex.cō.43. c ¶ Et dicit, q̄ si fortuna aliquid esset, inconueniens videretur (sicut vere est inconueniens, sicut infra ostenderur) & dubitationem afferens, quare nullus antiquorum Sapiētum, qui determinauit de causis generationis & corruptionis, aliqd determinauit de fortuna: sed sicut videtur, nihil opinabātur illi antiqui esse a fortuna. Et sic hæc secunda ratio sumitur ex opinione antiquorum naturaliū. Deinde cum dicit.

Tex.cō. Tex.cō.44. d ¶ Disputat de hac secunda ratione, ostēdens quod supra supposuerat. s. q̄ inconueniēs sit, antiquos naturales non determinasse de casu & fortuna. & hoc ibat duabus rationibus, quarum primam, ponit, dicens. Et mirabile videtur (sicut & vere est) q̄ antiqui naturales de casu & fortuna non determinauerunt. assumpserūt enim sibi determinare causas eorum, quæ fiunt: multa autem sunt, quę fiunt a fortuna & casu: vnde de fortuna & casu determinare debuerunt. Nec excusantur pro-

aliquam causam determinatā, quęcunque nos dicimus a casu fieri, aut a fortuna, vt veniendi a fortuna in forum, & reperiendi quē volebat, quē non est opinatus ante, causa est venientem velle emere. Similiter autem & in alijs, quę a fortuna dicūtur semper est aliquā accipere causam, sed non fortunam.

c Quoniam, si aliquid esset fortuna, inconueniens vtique videbitur, sicut & vere est. & dubitabit vtiq; aliquis, propter quid nullus antiquorum sapientum causas de generatione, & corruptione dicens, de fortuna nihil determinauit. Sed sicut visum est, nihil opinabātur, neque illi aliquid esse a fortuna.

d Sed & mirabile hoc videbitur, sicut vere est. Multa enim & sunt. & fiūt a fortuna, & a casu, quæ non ignorantes, qm̄ est inferre vnumquodque in aliquā causam eorum, quæ fiunt, sicut antiqua ratio dixit destruens fortunam, & casum: tamen horum alia quidē dicunt esse oēs a fortuna, alia non a fortuna. Vnde & quodāmodo erat ipsis facienda memoria. At vero neque illorum aliquid opinabantur esse fortunam, vt amicitiā, aut litem, aut ignē, aut intellectum, aut aliquid talium.

e Inconueniens igitur est, siue non putauerunt esse, siue putantes reliquerunt. & hac aliquando vtētes, sicut Empedocles nō semper aerem congregari superius dicit. sed vt cōtingit: dicit .n. in mundi creatione, q̄ sicut collisit se currens tunc, multoties autē aliter, & partes animaliū ait a fortuna fieri plurimas.

f Sunt etiam quidam, qui cœli huius, & mundanorum omniū causam esse ponunt casum. a casu enim fieri volutationem, & motum discernentem, & statuentem in hunc ordinē omne.

pter rationem supradictam destruentem fortunam & casum, quia licet homines non ignorent, q̄ contingit reducere vnumquemque effectum in aliquam causam, sicut dixit prædicta opinio destruens fortunam & casum, nihilominus tamē posuerūt non obstante hac ratione, quędam fieri a fortuna, & quædam non. Vnde ipsis Philosophis naturalibus faciendā erat mētio de fortuna & casu, saltem vt ostenderēt falsum esse aliqua fieri a fortuna & casu: & vt assignarent rationem, quare quædam dicebantur esse a fortuna, & quædā non. Sic etiam non possunt excusari per hoc, q̄ casus & fortuna reducerentur in aliquam causarū abcis positarum. nō. n. opinabantur, q̄ fortuna sit aliquid eorū quæ arbitrabantur esse causas, vt amicitiā, aut litē, aut aliquid huiusmodi. Secundā rationem ponit ibi.

c ¶ Et dicit, q̄ inconueniens est, q̄ antiqui reliquerunt tractare de fortuna, siue putauerunt fortunā esse, siue non, quia si putauerunt fortunā esse, inconueniens fuit, q̄ de ea non determinauerūtsi vero non putauerunt fortunā esse, inconueniēs fuit, q̄ ea aliqs vti sunt, sicut Empedocles, qui dixit q̄ aer non semper adunatur superius supra terram, quasi hoc ei sit naturale, sed quia ita accidit a casu. dicit enim, q̄ quando mundus est factus, & te distinguente elementa, accidit, q̄ aer se collegit in illum locum, & fecit tunc cucurrit, ita semper stare ito mundo cursum habebit. Sed multoties ī aliis mūdis, quos ponebat in finities fieri, & corrumpi, vt supra dictū est, aer aliter ordinatur inter partes vniuersi. Et similiter dicebat, quòd plurimæ partes animaliū fiūt a fortuna, sicut quòd in prima constitutione mundi fiebant capita sine cervice. Deinde cum dicit.

Li.1.lec.8.

f ¶ Ponit secundam opinionē. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit eā. Secūdo iprobat

Tex.cō.45. eā. ibi. {Et multū hoc.} Dicit ergo primo, q̄ quidā dixerunt ca sum esse cām cœli, & oīum partiū mūdi, & dicebat, q̄ revolutio mūdi, & motus stellarū distinguens, & statuēs totū vniuersum inferius ſm hunc ordinē, fit a casu. Et hæc videt esse opinio Democriti, dicentis, q̄ ex concursu atomorū q̄ se mobiliū, cœlum & totus mundus causaliter constitutus est. Secundo ibi.

g ¶ Im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

g ¶ Improbat hanc positionem duabus rationibus, quarum prima est, ꝙ admiratione dignum videtur, ꝙ animalia, & plantæ non fiunt a fortuna, sed ab intellectu, vel natura, vel a quacunque alia causa determinata. quod ex hoc patet, ꝙ non ex quocunque semine aliquid generatur, sed ex determinato semine fit homo, & ex

Tex.cō.45. determinato semine oliua. Et cum ista inferiora nō fiāt a fortuna, dignū est admiratione, ꝙ cœlum, & ea quæ sunt diuiniora inter sensibilia manifesta nobis. s. partes mundi sempiternæ, sint a casu, & nō habeant aliquam causam determinatam, sicut animalia, & plantæ. Et

Tex.cō.49. si hoc verum est, dignum fuisset inquirere, & assignare rōnē, quare sic esset. quod tamen antiqui prætermiserunt. Secundam rationem ponit ibi.

h ¶ Dicens quomodo potest esse verum ꝙ cœlestia corpora sint a casu, & inferiora non: cum & aliter videatur esse inconueniens ex hoc ipso ꝙ illa nobiliora sūt,

Tex.cō.47. & adhuc etiam inconuenientius secundū ea, quæ videntur. Videmus. n. ꝙ in cœlo nihil fit a casu. In his autem inferioribus, quæ non dicuntur esse a casu, multa videtur contingere a fortuna. Rationabile autem esset econtrario accidere fm eorum positionem, vt si in illis inuenirentur aliqua fieri a casu, vel a

Tex.cō.48. fortuna, quorum casus, vel fortuna est causa non aūt in illis, quorum non causa. Deinde cū dicit.

i ¶ Ponit tertiā opinionem de fortuna, & dicit, ꝙ quibusdā videtur, ꝙ fortuna sit causa, sed immanifesta intellectui humano, ac si sit quoddam diuinum, & supra homines. Volebant enim, ꝙ omnes fortuiti eventus reducerentur in aliquam diuinā causam ordinantem, sicut ponimus omnia ordinari per diuinam prouidentiam. Sed quāmuis hæc opinio habeat veram radicem, non tamen bene vſi sunt nomine fortunæ. illud enim diuinum ordinans non potest dici, vel nominari fortuna. quia fm qđ aliquid participat rōnem, vel ordinem recedit a rationem fortune, vnde magis debet dici fortuna causa inferior, quæ de se non habet ordinem ad euētum fortuitum, q̄ causa superior, si qua sit ordinans. Prætermittit tamen inquisitionem huius opinionis, tū quia excedit metas Scientię naturalis, tum, quia infrā manifestat ꝙ fortuna nō

Tex.cō.61. & 66. est causa per se, sed per accidens. Vnde p ea, quæ sequuntur quo modo se habeat de his opinionibus erit manifestum. Et ideo concludit, quod ad euidentiam horum opinionum considerandum est, quid sit fortuna, & casus: & vtrum sint idem, vel aliud & quomodo reducantur ad causas prædictas.

LECTIO VIII.

Rimum quidē igitur, qm̄ videmus alia quidem semper similiter fieri: alia autem sicut frequenter. manifestū est, ꝙ neutri horum causa fortuna dicitur. id enim quod a fortuna, neq; eius est, quod est ex necessitate, & semper, neque eius, quod est sicut frequenter. Sed qm̄ quædā

g Et multum hoc admiratione dignum est, dicentes animalia quidem, & plantas a fortuna, nec esse, nec fieri, sed aut naturam, aut intellectū esse, aut huiusmodi alterā causam. non. n. ex semine vnoquoque quoduis fit, sed ex tali quidem oliua, ex tali autē homo: cœlū aūt, & diuiniora manifestorū a casu fieri: hmōi aūt causam nullā, qualē animalium, & plantarum. Et igitur, si sic se habeat hoc ipsum, dignū est cōsiderare, & bene se se habet aliqd dici đ hoc ipso.

h Quō .n. eo, ꝙ aliter inconueniens est qđ dicitur, adhuc inconueniētius est dicere hæc videntes quidē in cœlo nihil casu fieri: in iis aūt, q̄ non sunt a fortuna, multa cōtigere a fortuna, & erat merito e cōtrario fieri.

i Sunt aūt quidam, quibus videtur esse quidē causa fortuna, immanifesta aūt humano intellectui, tanquā diuinū quoddā ens, & fœlicius. Quare considerandum est quid sit vtrunque, & si idem, aut alterum sit & casus, & fortuna, & quō in determinatas causas incidunt.

LECTIO VIII.

Rimum ūtaque, cum videmus alia semper eodem fieri modo, alia plerunque, patet horum neutri fortunam causam dici. neque id quod a fortuna proficiscitur, aut ex iis esse, quæ necessario semperque, aut ex his, quæ plerunque, sæpeque fiunt. Sed cum quædam etiam præter hæc fiant, atq;

LECTIO VIII.

Ostquam Philosophus posuit opiniones aliorum de fortuna, & casu, hic determinat veritatem. Et diuiditur in partes tres. In prima, ostēdit quid sit fortuna. In secunda, in quo differant casus, & fortuna ibi. {Differunt autē} In tertia, ostendit, ad quod genus causæ casus, & fortuna reducantur. ibi. {Sed modorum causæ.} Prima pars diuiditur in duas. In prima, ostendit quid sit fortuna. In secunda, ex definitione fortunæ assignat rationē eorum, quæ de fortuna dicuntur. ibi {Infinitas quidem.} Circa primum, tria facit. Primo, ponit quasdam diuisiones ad inuestigandum definitionem fortunæ. Secundo, ostendit sub quibus membris illarum diuisionum fortuna cōtineatur. ibi. {Sicut dictum est.} Tertio, concludit definitionem fortunæ. ibi. {Manifestum est autem.} Et quia fortuna ponitur, vt causa quædam, ad cognitionem autem causę oportet scire quorum sit causa, ponit primo diuisionē ex parte eius, cuius fortuna est causa. Secundo, ponit diuisionē ex parte ipsius causæ. ibi. {Huiusmodi igitur cum fm accidens, Circa primū, ponit tres diuisiones. Quarum prima est, ꝙ quædā fiunt semper, vt ortus Solis: quędā sicut frequenter, vt ꝙ homo nascatur oculatus, neutrum autem horum dicitur esse a fortuna. Sed quædam fiūt {præter hæc,} idest vt in paucioribus, sicut, ꝙ homo nascatur cum sex digitis, vel sine oculis. & omnes dicunt huiusmodi fieri a fortuna. vnde manifestum est, ꝙ fortuna aliquid est, cum esse a fortuna, & esse vt in paucioribus conuertantur. & hoc inducit contra primam opinionem, quæ negauit fortunam. Videtur autem diuisio Philosophi esse insufficiens, quia etiam quædam contingentia sunt ad vtrumlibet. Auic. ergo dixit, ꝙ in iis, quæ sunt ad vtrumlibet, contingit aliquid esse a fortuna, sicut ea, quæ sunt in minori parte. Nec obstat, ꝙ non dicitur a fortuna, quia Socrates sedeat, cum hoc sit ad vtrumlibet, quia licet sit hoc ad vtrumlibet respectu potentiæ motiuæ, non tamen est ad vtrumlibet respectu potentiæ appetitiuæ, quæ determinate tendit in vnum, præter quam si aliquid accideret diceretur esse fortuitum. Sed sicut potentia motiua, quę est ad vtrumliber non exit in actum, nisi per potentiam appetitiuam determinetur ad vnum, ita nihil, quod est ad vtrumlibet, exit in actum, nisi per aliquod determinetur ad vnum. quia id, quod est ad vtrumlibet, est sicut ens in potentia: potentia autem non est principium agendi, sed solum actꝰ. Vnde ex eo ꝙ est ad vtrumliber, nihil sequitur, nisi per aliquid aliud, quod determinat ad vnum, vel sicut semper, vel sicut frequenter. & propter hoc in iis, quæ fiunt, prætermisit ea, quæ sunt ad vtrumlibet. Sciendum etiam, ꝙ quidam definierunt esse necessarium, quod non impedimētum; contingens vero sicut frequenter, quod potest impediri in paucioribus. Sed hoc irrationabile est.

Necessarium. n. dicitur aliquid, quod in sui natura habet, ꝙ non possit non esse. Contingens autem, vt frequenter, ꝙ possit non esse. Hoc aūt

Tex.cō.49. quod est habere impedimentum, vel nō habere, est cōtingēs. Natura autem non parat impedimentū ei, quod non potest non esse, quia esset superfluū. Secundam diuisionē ponit ibi.

b ¶ Et dicit, ꝙ quædam fiunt propter finem, quædam vero non. Habet autem hæc diuisio dubitationem, quia omne agens agit propter finem, siue agat a natura, siue agat ab in-

Tex.cō. 50. tellectu. Sed sciendū est, ꝙ ea dicit non propter aliquid fieri, q̄ propter se fiunt, inquantum in seipsis habēt delectationē, vel honestatem, pp quam secundum seipsa placent. Vel dicit non propter finem fieri, quæ non fiunt propter finem deliberatum, sicut cōtricatio barbę, vel aliquid huiusmodi, qđ interdum fit absque deliberatione ex sola imaginatione mouente: vnde habent finem imaginatum, sed non deliberatū. Tertiam diuisionem ponit ibi.

c ¶ Et dicit, ꝙ eorū, quæ fiunt propter finem, quædam fiunt secundum voluntatem, & quædam nō, & ambo ista inueniūtur in iis, quæ fiunt propter aliquid. Non solū enim quæ fiunt a voluntate, sed etiā ea quæ fiunt a natura propter aliquid fiunt. Et quia ea, quæ fiunt ex necessitate, vel sicut frequenter, fiunt a natura, vel a ꝓpposito, manifestum est, ꝙ tam in iis, quæ fiunt semper, quam in iis, quæ fiunt frequenter, sunt aliqua quæ fiunt propter finem, cum tam natura, quam propositum propter finem operentur. Et sic patet, ꝙ istæ tres diuisiones includunt seinuicem, quia ea, quę fiunt a proposito: vel natura, fiunt propter finem, & ea, quæ fiunt propter finem, fiunt semper, aut frequenter. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit diuisionem, quæ sumitur ex parte causæ, & dicit, ꝙ cum huiusmodi, quæ. s. a proposito sunt propter aliquid, & in minori parte fiunt, & a causa secundum accidens, tunc dicimus ea esse a fortuna. Sicut enim entiū, quoddam est per se, & quoddam per accidens, ita & causarum, sicut per se domus causa est ars ędificatoria, per accidens vero album, vel musicum. Sed cōsiderandum est, ꝙ causa per accidens dicitur dupliciter. vno modo, ex parte causæ, alio modo ex parte effectus. Ex parte quidem causæ, quando illud, quod dicitur causa per accidens, coniungitur causæ per se: sicut si album, vel musicum dicatur causa domus, quia accidentaliter coniungitur ędificatori. Ex parte autem effectus, quando accipitur aliquod, quod accidentaliter cōiungitur effectui, vt si dicamus, quod ędificator est causa discordię, quia ex domo facta, accidit discordia. & hoc modo dicitur fortuna esse causa p accidens, ex eo, quod effectui aliquid coniungitur per accidens, vt pote, si fossuræ sepulchri adiungatur per accidens inuētio thesauri. Sicut enim effectus p se causæ naturalis est, quod consequitur secundum exigentiam suæ formæ, ita effectus causæ agentis a proposito est illud, quod accidit ex intentione agentis. vnde quicquid prouenit in effectu præter intētionē est per accidēs. & hoc dico, si id, quod est præter intentionem, ut in paucioribus consequatur. Quod enim vel semper, vel vt frequenter coniungitur effectui, cadit sub eadem intentione. Stultum est enim dicere, quòd aliquis intendat aliquid, & nō velit illud, quod vt frequenter, vel semper adiungitur. Ponit autem differentiam inter causam p se, & causam per accidens: quia causa p se est finita, & determinata: causa autem per accidens est infinita, & indeterminata, eo quòd infinita vni possunt accidere. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostēdit, sub quibus membris prædictarum diuisionū fortuna cōtineatur, & quod est a fortuna. & dicit primo, ꝙ fortuna, & casus, vt prius dictum est, sunt in iis, quæ fiunt pp aliquid. Differentia autem casus, & fortunæ posterius determinabitur. Sed nunc hoc debet fieri manifestum, quia vtrunque continetur in iis, quæ aguntur propter finem: sicuti, si aliquis sciret se recepturum pecuniam in foro iussse ad deportandum eam. Sed si non contingit propter hoc, per accidens est, ꝙ aduentus eius fiat reportationis gratia, idest habeat hunc effectum. Et sic patet, ꝙ fortuna est causa per accidens eorum, quæ sunt propter aliquid. Item, manifestum est, ꝙ est causa eorum, quæ sunt in minori parte, quia ista reportatio pecuniæ dicitur fieri a fortuna, quando reportat ad villam venientem, neque ex necessitate, neque frequenter. Item, est in iis, quæ fiunt a proposito, quæ reportatio pecuniæ quę dicitur fieri a fortuna, est finis aliquarum causarum non secundum seipsum, sicut in iis, quę fiunt a natura, sed est finis eorum, quæ fiunt secundum propositum, & ab intellectu. Sed si aliquis hoc proposito ineat, vt pecuniam reportaret,

fiunt. & præter hæc: & omnes dicunt hęc esse a fortuna. manifestū ꝙ fortuna aliqd sit, & casus. Hmōi enim fortuna fieri, & a fortuna hmōi esse scimꝰ.

b Eorum autē, quæ fiunt, alia pp aliquid fiunt, alia vero non.

c Horum aūt alia quidem sm̄ propositū fiunt, alia vero non. ambo aūt sunt in iis, quæ sunt propter hoc. Quare manifestū. quoniam in iis, quę sunt præter necessariū, & quę sicut frequenter. sunt qdam, circa quę contingit quod est ꝓpter hoc. Sunt autem propter hoc, q̄cunque ab intellectu vtique aguntur, & quęcunque a natura.

d Hmōi igitur, cū sm̄ accidens fiant, a fortuna dicimus esse. Sicut.n. & quod est, aliud quod p se ipsum est, aliud aūt sm̄ accidens, sic & causam contingit esse, vt domus quidem p seipsam causa est ędificatiua, secundum accidēs aūt albū, aut musicum. p se quidem igitur causa finita est, sm̄ accidēs autem, infinita. Infinita enim vni accidunt.

e Sicut igitur dictū est, cum in iis, quę propter hoc fiunt, hoc fiat, tunc dicitur a casu, & a fortuna. Ipsa aūt differentia horū adinuicem, posterius determinanda. Nunc aūt hoc sit manifestum, ꝙ vtraque sunt in iis, quę sunt propter hoc. vt causa accipiendi argentum veniſſet vtique delaturus pecuniam, si sciuisset. Venit aūt nō huiꝰ causa, sed accidit venisse, & fecisse hoc reportandi gratia. Hoc autem, neque sicut frequenter veniens ad villam, neque ex necessitate. Amplius autem finis est

Tex.cō.51.

hæc omnes a fortuna proficisci dicāt, perspicuum est fortunam, atque casum aliquid esse. Nam & ea, quæ talia sunt a fortuna esse: & ea, quæ a fortuna sunt, talia esse scimus.

Eorum autem quæ fiunt, alia fiunt, alia non fiunt gratia alicuius.

Et horum alia per electionē fiunt: alia non per electionem. ambo autem in his esse sunt, quæ alicuius gratia fiūt. Quare patet & in his esse, quæ non necessario, neque plerunque fiunt, esse aliqua, circa quæ potest id esse, quod alicuius gratia sit. Sunt autem alicuius gratia, quæ a mente agi possunt, & quæ a natura.

Talia igitur cum per accidens fiūt, a fortuna dicimus esse. Nam ut ens aliud per se, aliud per accidens est, sic & causa esse potest, ut domus per se quidem causa est ędificatiua, per accidens autem musicum, aut album. Ex igitur causa, quæ est per se, definita est; ea vero, quæ est per accidens, indefinita. Vni namque, infinita accidere possunt.

Vt igitur dictum est, cum in his, quæ alicuius gratia fiunt id fit, sic dicitur a casu fieri, atque fortuna. Horum autem ipsorum, quam habent inter se differentiam, posterius assignabimus. Nunc hoc pateat, ambo inquam in his esse, quæ alicuius gratia sunt, ceu argenti recipiendi gratia uenisset accepturus illud si sciuisset. Venit autem non huiusce causa. sed accidit uenisse, idque fecisse recipiendi gratia, neque plerunque, neque necessario proficiscentem locum. Finis uero, ipsa inquam acceptio non est ex his causis, quæ sunt in ipso, sed ex his esse, quæ sunt eligibilia, atque a

aliquid. Differentia autem casus, & fortunæ posterius determinabitur. Sed nunc hoc debet fieri manifestum, quia vtrunque continetur in iis, quæ aguntur propter finem: sicuti, si aliquis sciret se recepturum pecuniam in foro iussse ad deportandum eam. Sed si non contingit propter hoc, per accidens est, ꝙ aduentus eius fiat reportationis gratia, idest habeat hunc effectum. Et sic patet, ꝙ fortuna est causa per accidens eorum, quæ sunt propter aliquid. Item, manifestum est, ꝙ est causa eorum, quæ sunt in minori parte, quia ista reportatio pecuniæ dicitur fieri a fortuna, quando reportat ad villam venientem, neque ex necessitate, neque frequenter. Item, est in iis, quæ fiunt a proposito, quæ reportatio pecuniæ quę dicitur fieri a fortuna, est finis aliquarum causarum non secundum seipsum, sicut in iis, quę fiunt a natura, sed est finis eorum, quæ fiunt secundum propositum, & ab intellectu. Sed si aliquis hoc proposito ineat, vt pecuniam reportaret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

portaret, vel semper, aut frequenter reportaret quando venit, non diceretur esse a fortuna: sicut si aliquis frequenter, aut semper madefacit sibi pedes, quando vadit ad locū lutosum: & hoc licet nō intendat, in hoc non dicitur esse a fortuna. Secūdo ibi. ¶ Concludit ex præmissis definitionē fortunę. Et dicit, manifestū esse ex præmissis, q̄ fortuna est causa per accidens in his, quæ fiunt secundum propositum, propter finem, in minori parte. Et ex hoc patet, q̄ fortuna, & intellect⁹ sunt circa idem, quia his tantum conuenit agere a fortuna, quæ habent intellectum. Propositū enim, vel volūtas, non est sine intellectu. Et licet ea tantum agant a fortuna, quæ habent intellectū, tamen quanto aliquid magis subiacet intellectui, tanto minus subiacet fortunæ.

reportatio non in seipso causarū, sed ꝓpositorū & ab intellectu, & dr̄ a fortuna venisse. Si aūt ꝓponens & hui⁹ causa, aut semp veniēs, aut sicut frequēter reportaturus, non a fortuna.

f Manifestum itaque, q̄ fortuna causa sit sīn accidens in his, quæ in minori sunt sīn propositum eorū, quę ꝓpter hoc sunt. Vnde circa idem & intellectus & fortuna est. propositū enim non sine intellectu est.

LECTIO IX.

Tex.cō.53. LECTIO IX.

Ndefinitas igitur causas esse necesse est esse, a quibus vtique fiat qd̄cit fortuna. Vnde vr̄ fortuna infinita esse, & imanifesta hoi.

Tex.cō.54. Posita definitione fortunæ, hic ex p̄missa definitione assignat rationem eorū, quæ de fortuna dicūtur. Et primo eorū, quæ dicta sunt a Philosophis antiquis de fortuna. Secundo eorum, q̄ę ab hoibus vulgariter de fortuna dicuntur. ibi. ¶ Et fortunā dicere.} Posuit autem supra tres opiniones de fortuna, & casu, quarū medium improbauit tā quā omnino falsam, quia. ſ. ponebat fortunam esse causam cœli, & mundanorū omniū. Vnde ea subtracta de medio, primo assignat quomodo veritatem habet tertia opinio, quæ ponebat fortunam esse imanifestam homini. Secundo, quomodo veritatem habeat prima opinio, quæ posuit nihil fieri a fortuna, & a casu, ibi. ¶ Iit est vt nihil a fortuna.} quia autem superius dictum est, q̄ causæ p accidēs sunt infinitæ, & iterum dictum est, q̄ fortuna est causa per accidēs, concludit ex præmissis, q̄ eius quod est a fortuna, sunt infinitę cause. Et quia infinitum secundum q̄ est infinitum, est ignotum, inde est, q̄ fortuna inimanifesta est homini. Secundo ibi.

b ¶ Ostendit, quomodo prima opinio veritatem habeat, & dicit, q̄ quodammodo est verum dicere, q̄ a fortuna nihil fit. Hæc enim omnia, quæ ab aliis dicta sunt de fortuna, quodammodo recte dicuntur, quia rationem aliquam habent. Cum. n. fortuna sit causa per accidens, sequitur q̄ a fortuna fit aliquid per accidens. Quod autem est accidens, non est simpliciter. Vn

b Et est vt nihil a fortuna videatur vtique fieri. oia quidem. n. hæc recte dicūtur, qm̄ rationabiliter. Est quidem. n. vt sit a fortuna, & sīn accidens n. fit & est causa sicut accidēs fortuna, vt aūt simpliciter, nullius, vt domus ædificator quidem causa est sīn accidens aūt tibicen, & venientem referendi argentum non huius causa venientem infinitæ sunt multitudine. Et enim videre aliquē volens, & persequens, & fugiens, & visurus.

c Et fortunam dicere esse aliquid extra rationem recte est. Ratio. n aut est eorū, quæ semp sunt, aut eorum, quę sunt frequenter: fortuna autem in his quæ fiunt ꝓter hæc. quare qm̄ infinitę, quæ sic causæ sunt, & fortuna infinita est.

d Tamen deficiet in quibusdā vtique aliquis. Nunquid igitur quęuis vtique fiant fortunæ causæ, vt sanitatis, aut spiritus, aut ęstus, sed non depilari. Sunt autem alię alijs proximiores, quę sunt secundū accidēs causarū. de sequitur, q̄ fortuna simpliciter nullius sit causa. Et hoc q̄d dixerat circa vtranque opinionem, manifestat per exempla, & dicit, q̄ ædificator est causa per se domus, & simpliciter: tibicē autem est causa domus per accidens. Similiter, q̄ aliquis veniēs ad aliquem locum non causa deportandi argentum, est causa reportationis per accidens. Sed hęc causa p accidens infinita est, quia infinitis aliis de causis potest homo ire ad locum illum, puta si vadat causa visūrandi aliquem. vel causa persequēdi hostem, vel causa fugiendi perse quentem, vel causa videndi aliqua spectabilia: omnia autē ista, & quæcunque si milia sunt causa reportationis argenti, quæ contingit a fortuna. Deinde cum dicit.

c ¶ Assignat rationem eorum, quæ dicuntur de fortuna vulgariter. Et primo assignat rationē ei⁹, quod dicitur de fortuna esse sine ratione. Secundo eius quod dicitur fortunam esse bonam, vel malam. ibi. ¶ Fortuna dicitur autē.} Circa primū. duo facit. Primo, ostendit propositum. Secūdo mouet quandam dubitationem ibi. ¶ Tamen deficiet. Dicit ergo primo, q̄ recte dicitur fortunam esse sine ratione: quia ratiocinari non possum⁹, nisi de iis, quæ sunt semper, vel frequenter: fortuna autem est extra vtrunque. Et ideo q̄a causæ tales in pauciribus existentes, sunt p accidens, & infinitæ, & sine ratione, se quitur, q̄ fortunæ sine causæ infinitę sine ratione. Omnis. n. causa per se producit effectum suum, vel semper, vel frequenter. Secūdo ibi.

d ¶ Mouet quandā dubitationem, & dicit, q̄ licet dicatur, q̄ fortuna est causa p accidens, in quibusdam tamen deficiet a dubitabile aliquis. & est dubitatio, vtrum quęcunque contingunt esse causa per accidens, debeāt dici causa eius, quod fit a fortuna. Sicut patet, q̄ sanitatis causa per se potest esse, vel natura, vel ars medicinæ: causæ autem p accidens, possunt dici oia illa, quibus contingentibus, contingit fieri sanitatem, sicut est spiritus. i. vētus, & æstus, & abrasio capitis: nunquid igitur quodlibet istorum est causa per accidens? Sed quia supra diximus, q̄ fortuna maxime dicitur causa paccidens ex parte effectus, prout. ſ. aliquid dicitur esse causa eius, quod accidit effectui manifestū est, q̄ causa fortuita aliquid operatur ad effectum fortuitum: licet

mente, & dicitur tunc a fortuna venisse. Quod si venerit electione præmissa, & huius gratia, aut semper frequentans, aut plerunque recipiens, non dicitur a fortuna venisse.

Patet ergo fortunam causam esse per accidens in his, quæ per electionem alicuius gratia fiūt. Quapropter circa idem mens, fortunaque uersatur, electioque absque mente non est.

LECTIO IX.

Ndefinitas igitur causas esse necesse est, a quibus id fiet quod proficiscitur a fortuna. Vnde fortuna indefinita causa esse uidetur, et immanifesta homini.

Atque aliquo modo nihil a fortuna uidebitur proficisci. Hæc enim omnia recte dicuntur, quia rationi consentanea sunt. Nam aliqua quidem ex parte fit, aliquid a fortuna, fit enim per accidens. Atque ut accidens fortuna causa est. Absolute autem nihil. Velut ædium ædificator quidem est causa: per accidens autem modulator. Et ut profectus argentum recipiat, non huiusce gratia profectus, infinitæ causæ multitudine esse possunt. Nam & uidere aliquem uolens, & persequens, & spectaturus ludos, & fugiens.

Recte etiam fortuna præter rationem quid esse dicitur. ratio namque, aut eorum est quæ sunt semper, aut eorum quæ sunt plerunque, at fortuna in his est, quæ præter hæc fiunt. quare, cum indefinita sint ea quæ hoc pacto sunt causæ, fortuna etiam indefinita nimirum est.

In quibusdam tamen quispiam dubitauerit, si quæ uis eius, quod a fortuna causæ fuerint necne. Vt sanitatis, aut spiritus, aut æstus, sed non capillorum remotio. Causarum enim per accidens, aliæ propinquiores aliis sunt.

non intendat illud, sed aliquid aliud effectui coniunctum. Et A
ſm hoc ventus, aut ictus possunt dici causę fortuitæ sanitatis, in quantum faciunt aliquam alterationem in corpore ad quam sequitur sanitas. Sed depilatio, aut aliquid aliud hmōi nō facit manifeste aliquid ad sanitatem. Sed in inter causas per accidēs aliquæ sunt propinquiores, & aliquæ remotiores. Illæ autem quæ sunt remotę, minus videntur esse causæ. Deinde cū dicit.

Tex.cō.56.

e ¶ Assignat rōnem ęius, q̄d dicitur, fortunam esse bonam, vel malam. Et primo assignat rōnem, quare dicitur fortuna bona, vel mala simpliciter. & dicit, q̄ fortuna dicit bona, qñ aliquod bonum contingit, & mala, quando malū. Secundo ibi.

f ¶ Assignat rōnem eufortunii, & infortunii, & dicit q̄ eufortunium, & infortunium dicitur, qñ habet aliquod bonum, vel malum cum magnitudine. nam eufortunium dicitur, qñ sequitur aliquod magnum bonum. Infortunium aūt qñ sequitur aliquod magnum malum. Et quia priuari bono accipitur in ratione mali: & priuari malo in ratione boni, ideo, qñ aliquis parū distat a magno bono, si amittat illud, dr̄ infortunat⁹: & si aliquis sit ꝓpinquus magno malo, & liberetur ab illo, dicitur eufortunatus, & hoc ideo, quia intellectus accipit illud, quod paruum distat, ac si nihil distaret, sed iam haberetur. Tertio ibi.

Tex.cō.57.

g ¶ Assignat rōnem quare eufortunia sint incerta, & dicit quòd hoc ideo est, quia eufortuniū, fortuna q̄dam est. Fortuna autem est incerta, cum sit eorum, q̄ non sāt semper, neq; frequenter, vt dictum est. Vnde sequitur eufortunium esse incertum. Vltimo ibi.

Tex.cō.59.

h ¶ Concludit quasi recapitulando, quòd vtrunque. ſ. casus, & fortuna est causa p accidens, & vtrunque est in iis, quæ contingunt non simpliciter, ide ſt neque semper, neque frequenter, & vtrunque est in iis, quæ fiunt propter aliquid, vt ex supradictis patet.

LECTIO X.

Tex.cō.64. OStquam Philosophus determinauit de fortuna, & casu quantum ad ea, in quibus conueniunt, hic ostendit differentiam eorum adinuicem. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de differentia fortunæ, & casus. In secunda, ostendit vbi maxime hæc differentia cōsistit ibi. ¶ Maxime autem.} Prima, diuiditur in duas. In pri-

e Fortuna aūt bona quidē dicitur, cum bonum aliquid euenit. Praua aūt. cū prauū aliqd.

Tex.cō.56.

f Eufortunium aūt, & infortunium est, cum magnitudinē habent hæc. Quo circa, & cum parum abest, vt quis malū, seu bonum capiat magnum, infortunatum, vel bene fortunatum ess dicitur: qm̄ sicut est dicit intellectus. quod. n. parum, tanquam nihil distare videtur. B

g Amplius autem incertū eufortunium rationabiliter est, fortuna enim incerta est. Neq; enim, vt semper, neque sicut frequenter possibile esse, quæ sunt a fortuna quicquam.

h Sunt quidē igitur ambo casus, quemadmodum dictum est, secundum accidens, & fortuna. & casus in cōtingentibus fieri, neque simpliciter, neque sicut frequenter, & eorū quęcunque vtique fient propter aliquid. C

LECTIO X.

DIfferunt autem, quoniā casus in plus est. quod enim est a fortuna, est & a casu: hoc autem non omne a fortuna est.

b Fortuna quidem. n. & quod a fortuna est quibuscunque. & eucontingere vtique inerit. & omnino actus est. Vnde necesse est circa practica esse fortunā. Signum autē est. quòd videtur idem fęlicitati, aut prope. Felicitas autem praxis quędam est. eupraxia enim est. Quare quibuscunque non contingit agere. neq; a fortuna aliqd facere. D

c Et propter hoc, neque inanimatū quippiam, neque infans, ma, ostendit differentiam inter casum, & fortunam. In secūda, recapitulat quę dicta sunt de vtroque. ibi. ¶ Quare manifestum est. Circa primum, duo facit. Primo, ponit differentiam inter casum, & fortunam, & dicit, q̄ in hoc differunt, q̄ casus est in plus q̄ fortuna, quia omne, quod est a fortuna, est a casu, sed nō conuertitur. Secūdo ibi. Tex.cō.61.

b ¶ Manifestat præ dictam differentiam. Et primo, ostendit in quibus sit fortuna. Secundo, q̄ casus in pluribus est ibi.} Sed casus i aliis.} Circa primum, duo facit. Primo, ostendit in quibus sit fortuna. Secūdo, concludit in quibus nō sit. ibi.} Et ꝓpter hoc neque. Tex.cō.60. Tex.cō.59

Dicit ergo primo, quòd fortuna, & id quod est a fortuna inuenitur in illis, quibus bene cōtingere aliquid dicitur, quia in quibus est fortuna, pōt ēe sē eufortunium, & in fortunā. Dicitur autem bene contingere illi aliquid, cuius est agere. Eius autem ꝓprie est agere, quod habet dominium sui actus, quod aūt non habet dominium sui actus, magis agitur q̄ agat. & ideo actus nō est in potestate eius, quod agitur, sed magis eius, quod agit ipsum. Et quia vita practica, siue actiua est eorum, quæ habent dominium sui actus. in his. n. inuenit operari secundum virtutem, vel vitium. ideo necesse est, q̄ fortuna sit circa practica. Et huius signum inducitur, q̄ fortuna videtur ide fęlicitati, vel ei esse propinqua, vel esse ipsa. vnde vulgariter, fęlices bene fortunati vocantur. Secundum enim illos, qui fęlicitatem in bonis exterioribus consistere putant, fęlicitas est idem fortunæ. Secūdum illos vero, qui bona exteriora, in quibus plurimum habet locū fortuna, dicunt deseruire instrumentaliter ad fęlicitatem, ſm hoc bona fortuna est propinqua fęlicitati, quia coadiuuat ad ipsam. Vnde cum fęlicitas sit quædam operatio. est enim eupraxia, idest bona operatio. ſ. virtutis perfectæ, vt dicitur in primo Ethi. sequitur, quòd fortuna sit in illis, in quibus cōuenit bene agere, vel impediri ab hoc: & hoc est bene contingere, vel male contingere. Vnde. cum aliquis sit dominus sui actus, inquantum voluntarie agit, sequitur, quòd in illis tantum contingat aliquid a fortuna esse, quæ voluntarie agit, non autem in aliis. Secundo ibi. Lec.10.c.9.

c ¶ Concludit ex præmissis, in quibus non sit fortuna, & dicit, q̄ propter hoc, quòd fortuna non est nisi in his, quę voluntarie agunt, inde est, q̄ neque inanimatum, neque puer, neque bestia, cum non agant voluntarie, quasi liberum arbitrium non habentes, agunt a fortuna. Vnde neque eufortunium, neq; infortunium

LECTIO X.

Nterest autem inter fortunam, & casum. nam casus ad plura sese extendit. etenim D
qđ a fortuna proficiscitur, a casu ét fit: hoc aūt etiā non oē prouenit a fortuna.

Fortuna nanque atque id, cuius est effectrix fortuna, in iis est, quæ fortunata possunt euadere, & omnino quibus actio competit. Quapropter, et necesse est circa ea fortunam esse, quæ in actionem ueniunt. cuius hoc iudicium est. nam aut idem quod felicitas, aut prope esse uidetur. Felicitas autem actio quædam est. est enim actio bona. Quare quæ agere nequeunt, ea nec a fortuna quicquā efficere possūt.

Et propterea, neque inanimatum ullum, neque belua, neq; puer quicquā E

Universidad de Deusto
Biblioteca

fortunium in his pot est accidere, nisi similitudinarie, sicut quilam dixerunt, qꝫ lapides, ex quibus fiunt altaria sunt fortunati, quia eis honor, & reuerentia exhibetur, cum lapides ei coniuncti cõculcentur. Quod dicitur per similitudinem ad homines, in quibus honorati videntur bene fortunati, hi autem, qui conculcantur, dicuntur male fortunati. Sed quãmuis ꝓmissis non contingat agere a fortuna, nihil tamen ꝓhibet ea pati a fortuna, cum aliquod agẽs voluntarium circa ea operatur. Sicut dicimus esse eufortuniũ, cũ aliquis homo inuenit thesaurum, vel infortuniũ: cũ percutitur a lapide cadẽte. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit quòd casus etiã est in aliis. Tex.cõ.60. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, qꝫ casus est in aliis. Secundo, cõcludit quãdam cõclusionem ex Tex.cõ.61. dictis ibi. ¶ Quare manifestum est. ¶ Tertio ad eius manifestationem quoddam signum inducit. ibi ¶ Signum autem est. ¶ Dicit ergo primo, quòd Tex.cõ.61. casus non solum est in omnibus, qui voluntarie agunt, sed etiam in aliis animalibus, & etiam in rebus inanimatis. Et ponit exemplum de aliis animalib⁹, sicut qꝫ equus casu venit, quando salutem adeptus est veniẽs, licet Tex.cõ.62. non venerit causa salutis. Aliud exemplũ ponit in rebus inanimatis. Dicim⁹ enim, qꝫ tripoda cecidit casu, quia sic stat per casum, vt sit apta ad sedendum: licet nõ ista de causa ceciderit, vt staret apta ad sedendum. Secundo ibi.

e ¶ Concludit ex ꝓmissis, qꝫ in iis, quæ simpliciter fiunt propter aliquid, quando Tex.cõ.63. non fiunt causa eius, quod accidit, sed fiũt causa alicuius extrinseci, tunc dicimus quòd fiant a casu. Sed a fortuna dicimus illa fieri tantum de numero eorum, quæ fiũt a casu, quęcunque accidunt in habentibus propositum. Tertio ibi.

f ¶ Manifestat quod in conclusione posuerat: qꝫ casus accidat Tex.cõ.64. in his, quæ sunt ꝓp aliquid. Et accipit signum ab eo, quod dicitur vanũ, quod secundum nomen in græco, propinquum est casui. Dicitur aũt neq; bestia quicquã facit a fortuna, qm̃ nõ habent propositũ. Neque eufortunium, neque infortunium inest his, nisi sm̃ similitudinem, sicut dixit Protarchꝰ, eufortunatos esse lapides, ex quibus sunt arę, cum honorẽtur, copulati autem his concultentur. Pati aũt a fortuna inest quodammodo & his, cum agẽs aliquid circa hæc agat a fortuna aliter autem non.

d Sed casus est in aliis animalibus, & inanimatis, vt equus casu, inquit venit, qm̃ saluatus est quidem veniens, non salutis autem causa venit. Et tripes casu cecidit. stat quidem enim causa sedendi, sed non causa sedendi cecidit.

e Quare manifestum est, qꝫ in his, quę simpliciter propter aliquid fiunt, cum non accidentis causa fiunt, cuius extra est causa, tunc a casu dicimus. A fortuna autem eorum, quæcunque a casu fiunt propositorum in habentibus propositum.

f Signum aũt est quid vanum est. qm̃ dicitur cum non fiat qđ propter aliud est illius causa, vt ambulare, si depositiõis causa est. si vero non fiat ambulanti, frustra dicimus ambulasse, & ambulatio vana. tanquã hoc sit frustra, quod aptum natũ est alterius causa, cum nõ perficiat illud, cuius causa erat, aptũque erat. Quoniam si aliquis se balneatum dicat frustra, quia non defecit Sol, derisio vtique erit, non enim erat hoc pp illud. Si igitur quod automatum sm̃ nomen est, cum ipsum frustra fiat. Cecidit. n. nõ pcutiendi causa lapis. Ab eo igitur qđ automatum cecidit lapis, quia cecidit vtiq; a quodam, & percutiendi causa.

g Maxime aũt separatum est a fortuna ī his, quę a natura fiũt. Cum. n. fit aliquid extra naturam tunc non a fortuna. sed magis ab eo, q đ p se frustra est. factũ esse dicimus. Est aũt, & hoc alterum: huius quidẽ. n. extra est causa, illiꝰ vero intra. Quid igitur sit per se frustra, & quid

F vanum, cum id, quod est propter aliquid, non fiat eius causa. i. cum non accidat ex eo, propter quod fit, sicut si aliquis ambulet ad denonendum superflua naturæ, si hoc non accidat deambulanti, dicitur frustra deambulasse: & ambulatio eius esse vana, ac si hoc sit frustra, vel vanum, quod aptum natum est fieri causa alicuius, cum non perficiat illud cuius causa natum est fieri & quare dicat cuius causa natũ est fieri exponit subdẽs, qa si aliqs dicat se frustra balneatum, quia eo balneato nõ deficit Sol, derisorie diceret, quia hoc, qđ est ipsum esse balneatum, non erat natum fieri propter hoc, qꝫ deficeret sol. Vnde casus, qui in græco dicitur automatum, idest per se frustra, accidit in his, quæ sunt ꝓpter aliquid, sicut & id quod est frustra, vel vanum, quia per se frustra, ipsum frustra, ẽm suõ nomẽ significat, sicut per se hõ, ipsum hoiem: & p se bonũ, ipsum bonũ. Et explicat in his, quæ casu fiunt, si cut cum dr, qꝫ lapis cadendo, pcutiẽs aliquem, cecidit nõ per cutiendi causa: ergo cecidit ab eo, qđ est p se vanum, vel p se frustra, quia non natus est p̃p hoc cadere. cadit. n. aliqñ lapis ab aliquo emissus pcutiendi causa, qñs aũt casus, & vanum conueniat in hoc, qꝫ vtrunque est in his, que sunt ꝓp aliquid, differunt tñ, quia vanũ dr ex hoc, qꝫ non cõsequitur aliquid, qđ intendebat, vnde qñq; est vanũ, & casus inmul: puta cũ nõ accidit illud, qđ intẽdebat, sed accidit aliud quod aliud, qñq; aũt est casus, sed non vanum; cum accidit, & illud, quod intendebatur & aliud: qñq; aũt est vanũ, & non casus, qñ non accidit illud, quod intendebat, neq; aliqđ aliud. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostẽdit in quib⁹ maxime casus differat a fortuna, & sic dicit, qꝫ maxime differt in illis, quæ fiũt a natura; quia ibi habet locum casus, sed nõ fortuna. Cum. n. aliquid fit extra naturam in operationibus naturæ, puta cũ nascitur sextus digitus, tunc nõ dicimus qꝫ fiat a fortuna, sed magis ab eo, quod est per se

efficit a fortuna, quoniam electionem non habent, neque prosperitas hisce fortunæ, aut infortunium competit, ni si ad similitudinem quandam. quemadmodum Protarchus fortunatos eos lapides dixit, e qbus extructæ sunt aræ, quæ honorantur, & hi, qui sunt ciusdẽ formæ calcantur. Pati autem a fortuna, & hisce quodammodo inerit. cum is, qui agit aliquid circa ipsa fortuito aget, alio uero modo non est.

At casus ceteris animalibus, et inanimatis competit. dicimus enim equũ casu euenisse, propterea quod euasit quidem profectus, non autem euaden di gratia uenit. Et tripoda etiam cecidisse casu: stetit enim hoc modo ut sit sedes, sed non huiusce gratia cecidit.

H

Quare patet cum eorum aliquid, quæ simpliciter alicuius gratia fiunt, non cius quod euenit gratia factum est, cuius extra est causa, nos tunc casu quippiam fieri dicere. Horum autẽ ea fortuna fieri, quæ eligibilium casu fiunt in hisce, quæ habent electionem.

Signum autem est ipsum frustra. Tunc enim dicitur, cum id, quod est alicuius gratia, non est factum illius gratia. ceu si deambulatio egestionis est gratia. si non euenit ei qui deambulauit, frustra dicimus illum deambulasse, frustraque deambulationem fuisse. Est enim id frustra, quod aptũ est esse ob aliud, cum non efficit illud gratia cuius erat. ac aptum erat. Nam si quispiã dixerit frustra, quia Sol non deficit, ridiculus utique erit: non enim hæc illius gratia erat. Ita casus nomine suo tunc dicitur, cum quippiam fit frustra. Est enim, & tale nomen ipsius, quod ab hisce terminis constat, ipsum inquam & frustra. Cecidit enim non percutiendi gratia lapis, casu igitur, ac frustra cecidit ipse lapis, quia cadere & ab aliquo proficiente percutiendi causa potest.

Maxime autem separatur id quod a fortuna fit in hisce, quæ natura fiũt. Cum enim quippiam est effectum præ ter naturam, tum non a fortuna illud, sed a casu potius effectum fuisse dicimus. Est autem & hoc aliud, illius enim externa, huius interna causa est. Quid igitur est casus, & quid fortu-

A fæ prædictæ. Quandoque. n. ꝓp quid reducitur vltimo in quod quid est, idest in definitionem, vt patet in ꝓbus immobilibus, sicut sunt Mathematica, in quibus ꝓp quid reducitur ad definitionem recti, vel commensurati, vel alicuius alterius, quod demonstratur in Mathematica. cum. n. definitio recti anguli sit, qꝫ constituatur ex linea super aliam cadentem, quæ ex vtraq; parte faciat duos angulos æquales. si quęratur propter quid iste angulus sit rectus? respondetur, quia constituitur ex linea faciente duos angulos æquales ex vtraque parte, & ita est in alijs.



B

per se frustra, idest a casu. Et sic possumus accipere aliam differentiam inter casum, & fortunam, quod eorum, quæ sunt a casu, causa est intrinseca, sicut eorum, quę sunt a natura: eorum vero, quæ sunt a fortuna, causa est extrinseca, sicut & eorum, quæ sunt a proposito. Et vltimo concludit, quod dictum est, quid sit per se frustra, idest casus, & quid fortuna, & quomodo differant abinuicem. Deinde cum dicit.

h ¶ Ostendit ad quod genus causæ, casus & fortuna reducantur. Et primo ostendit propositum. Secundo, ex hoc improbat Tex.cõ.66. quandam opinionem superius positam. ibi ¶ Quoniam autem casus. ¶ Dicit ergo primo, quòd tam casus quàm fortuna reducuntur ad genus causæ mouentis. quia casus & fortuna, vel est causa eorum, quæ sunt a natura, vel eorum, quę sunt ab intelligentia, vt ex dictis patet: vnde cum natura, & intelligentia sint causa, vt vnde est principium motus, & fortuna, & casus ad idẽ genus reducuntur. Sed tamen, quia casus & fortuna sunt causæ per accidens, eorum multitudo est indeterminata, vt supra dictum est. Secundo ibi.

Tex.cõ.53. i ¶ Excludit opinionem ponentium fortunam, & casum esse causam cœli, & omnium mundanorum. & dicit, qꝫ quia casus, & fortuna sunt causæ per accidens eorum, quorum intellectus, & natura sunt causæ per se: causa Tex.cõ.65. autem per accidens non est prior ea, quæ est per se, sicut nihil per accidens est prius eo, quod est p se, sequitur, qꝫ casus & fortuna sunt posteriores, quam intellectus, & natura. Vnde si ponatur, qꝫ Tex.cõ.66. casus sit causa cœli, sicut quidam posuerunt, vt supradictum Le.7.t.c.44 est. sequitur, quòd intellectus, & natura per prius sint causa aliquorum aliorũ, & postea totius vniuersi. Causa etiam totius vniuersi prior esse videtur, quam causa alicuius partis vniuersi, cum quilibet pars vniuersi ordinetur ad perfectionem vniuersi. Hoc autem videtur incõueniẽs, quòd aliqua alia causa sit prior ea, quæ est causa cœli: unde inconueniẽs est, quòd casus sit causa cœli. Considerandum est autẽ, qꝫ si ea, quæ fortuito, vel casualiter accidunt, idest præter intentionem causarũ inferiorum reducantur in aliquam causam superiorem ordinantem ipsa in comparatione ad illam causam non possunt dici fortuita, vel casualia, vnde illa causa superior non potest dici fortuna. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.69. k ¶ Ostendit, quod causæ non sunt plures iis, quæ sunt dictæ quod quidẽ manifestatur hic. Hoc quod dico ꝓp quid, quærit de causa: sed ad ꝓp quid, non respondetur, nisi aliqua dictarum causarum: nõ igitur sunt plures causę, q̃ quæ dictæ sunt. Et hoc ẽ quod dicit, qꝫ hoc, quod dico ꝓp quid, tot est ẽm numerum, quot sunt causæ, & hę tot sint, manifestũ est.

fortuna, dictũ est, & quo a seinuicem differant.

h Sed modorum causarum in quibus est vnde principiũ motus, vtrunque ipsorum est. Aut enim eorum, quę sunt a natura causa aliqua est, aut eorũ, quę sunt sub intellectu causa semp est. Sed eorum multitudo, indeterminata est.

i Quoniam aũt casus, & fortuna sunt causæ eorum, quorum vtique aut intellectus sit causa, aut natura, cum secundum accidẽs causa aliqua fiat horum ipsorum: nihil autem secundum accidens prius est his, quæ fiunt per se: manifestum est qꝫ neque p accidẽs causa prius est ea. quæ est per se. Posterior itaq; est casus, & fortuna, & intellectu, & natura. Quare, si qua maxime cœli causa est casus. necesse prius causam intellectum. & naturam esse, & aliorum multorum, & huius autem omnis.

k Quæ aũt sunt causæ. & quòd tot sint numero, quot dicim⁹, manifestum est: tot. n. sm̃ numerum ꝓp quid cõprehendit. Aut. n. in quod quid est reducitur ꝓp quid vltimũ ī immobilib⁹, E vt in Mathematicis. In definitione. n. recti, aut cõmensurati, aut alicuius cuiusdã reducitur vltimũ. Aut ī mouẽs primũ, vt ꝓp quid certauerũt? qm̃ furati sunt. Aut cuius gratia? vt dominentur. Aut in iis, quę fiunt, materia. Quòd quidẽ igitur causæ, & hę tot sint, manifestũ est.

Quandoque vero reducitur propter quid, in primum mouens, ut propter qđ aliqui pugnauerant, quia furati sunt: hoc enim est, quod incitauit ad pugnã. Quandoque autem reducitur in causam finalem, vt si quæramus cuius causa aliqui pugnant? respondetur, vt dominentur. Quandoq; autem reducitur in causam materialem, vt si quæratur, quare illud corpus est corruptibile? respondetur, quia compositum est ex cõtrarijs. Sic ergo patet has esse causas, & tot. Necesse est autem quatuor esse causas, qꝫ cum causa sit, ad quã sequitur esse alteri⁹, esse eius quod habet causam, potest cõtingere dupliciter. vno modo absolute, & sic causa essendi est forma, per quã aliquid est in actu: alio modo secundum quod de potentia ente, fit actu ens: & quia omne quod est in potentia, reducitur ad actum per id, quod est actu ens. ex hoc necesse est esse duas alias causas. s. materiam, & agentem, qꝫ reducit materiam de potentia in actum. Actio aũt agentis ad aliquod determinatum tendit, sicut ab aliquo determinato principio procedit. nam omne agẽs agit quod est sibi conueniens. Id autem ad quod intendit actio Tex.cõ.68. agentis, dicitur causa finalis. sic igitur necesse est esse causas quatuor. Sed quia forma est causa essendi absolute, alię vero tres sunt causæ essendi secundum quod aliquid accipit esse, inde est, quòd in immobilibus non considerantur aliæ tres causæ, sed solum causa formalis.

D.9.21.

tex. cõ. 53.

C ¶ Esse autem causas, & tot esse numero quot diximus, patet. Tot enim quæstio propter quid, sane complecti tur. Nam ipsum propter quid, aut ad ipsum quid est reducitur ultimum in immobilibus, ceu in Mathematicis. Ad recti enim ut commensurabilis, aut ad ceterorum similium, alicuius ultimo definitionem reducitur. Aut id, quod primũ mouit, ueluti propter quid bellum gesserunt, quia tem plum spoliarunt. Aut gratia cuius, ut imperium consequantur. Aut ad materiam in hisce, quæ fiunt. Perspicuũ igitur est has, & tot causas esse.

LECTIO

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO XI.

Secũda pars 70. text.

Tex.cõ.70.

Tex.cõ.71.

Tex.cõ.72.

Tex.cõ.71.

Tex.cõ.72.

Postquam Philosophus determinauit de causis, hic ostendit, quòd naturalis ex omnibus causis demonstrat. Et circa hoc, duo facit. Primo, dicit de quo est intentio. Secundo, exequitur propositum ibi. ¶ Veniunt autem tres. ¶ Dicit ergo primo, q̃ cũ quatuor sint causæ, sicut supradictum est, ad naturalem pertinet & eãs cognoscere, & per omnes naturaliter demonstrare, reducẽdo quæstionem propter quid, in quamlibet dictarum quatuor causarum. s. formam, mouentem, finem, & materiam. Deinde cum dicit.

b ¶ Exequitur propositum. Et circa hoc duo facit. Primo, præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad propositum ostẽdendũ. Secundo, probat propositum. ibi. ¶ Quare propter quid. ¶ Circa primum, duo premittit ad subsequentem probationem necessaria, quorum primũ est ꝺ habitudine causarum adinuicem. Secundum est de consideratione naturalis philosophiæ. ibi ¶ Et tenetur. ¶ Dicit ergo primo, q̃ multoties contingit, quòd tres causæ concurrunt in vnã, ita quòd causa formalis, & finalis sint vna secundũ numerum. Et hoc intelligendum est de causa generationis finali, non autem de causa finali rei generatę. Finis .n. generationis hominis est forma humana: non tñ finis hominis est forma eius, sed per formam suam conuenit sibi operari ad finem. Sed causa mouens est eadem secundũ speciem vtrique earum: & hoc præcipue in agentibus vniuocis, in quibus agens facit sibi simile secundum speciem, sicut homo generat hominem. In his enim forma generantis, quæ est principium generationis, est idem specie cum forma generati, quæ est generationis finis. In agentibus autem non vniuocis, alia est ratio. In his enim, ea quę fiunt, non possunt pertingere ad hoc, quòd consequantur formam generantis secundum eandem rationem speciei, sed participant aliquam similitudinem eius, sẽcundum quod possunt, vt patet in his, quæ generantur a Sole. Non igitur agens semper est idem specie cum forma, quæ est finis generationis. Nec iterum omnis finis est forma. & propter hoc appositum ¶ multoties ¶ Materia vero nõ est nec idem specie, nec idem numero, cum alias causis, quia materia inquantum huius, est ens in potentia agens vero est ens in actu inquantũ huius. forma vero vel finis est actus, vel perfectio. Secundo ibi.

c ¶ Proponit secundum, quod est, de quibus, scilicet consideret naturalis: & dicit, q̃ quæcunque mouentia mouent, ita q̃ moueantur, pertinent ad considerationem naturalem, quę vero mouent, sed non mouentur, non sunt de consideratione naturalis philosophiæ, cuius est considerare de naturalibus, quæ habent in se principium motus. Huiusmodi autem mouentia non mota, non habent in se principium motus, cum non moueantur: sed sunt immobilia, & sic non sunt naturalia, & per consequens nõ sunt de consideratione naturalis philosophiæ. Vnde patet, quòd tria sunt negocia, ideſt triplex est studium, & intentio philosophiæ secundum tria genera rerum, quæ inueniuntur. Rerum enim quædam sunt immobilia, & circa hoc est vnum studium philosophiæ. Aliud vero studium eius est circa ea, quæ sunt mobilia, sed incorruptibilia; sicut sũt corpora cœlestia. Tertiũ vero studium eius est circa mobilia, & corruptibilia, sicut sunt corpora inferiora. Et primũ quidem negocium pertinet ad Metaphysicũ. Alia vero duo ad Scientiam naturalem: cuius est determinare de omnibus mobilibus, tã corruptibilib⁹ quam incorruptibilib⁹. Vnde male intellexerũt quidam uolẽtes hæc tria reducere ad tres partes philosophiæ, scilicet ad mathematicam, Metaphysicam, & physicam. Nam Astronomia, quę videtur circa mobilia incorruptibilia consideratione habere, magis est naturalis, quam mathematica, vt supradictum est. Inquantum enim applicat principia mathematica ad materiam naturalẽ, circa mobilia considerationem habet. Est igitur hæc diuisio secundum diuersitatem rerum extra animam existentiũ, non fm diuisionem scientiarum acceptã. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit propositum. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quòd ad naturalem pertinet cõsiderare omnes causas, & per eas demonstrare, quæ duo supra proposuerat. Secundo, probat quædam, quæ in hac probatione supponit. ibi. ¶ Dicendum quid igitur. ¶ Circa primum, duo facit. Primo ostendit quod naturalis considerat omnes causas considerat. Secundo, quòd per omnes demonstrat ibi. ¶ Et penitus propter quid. ¶ Circa primum, duo facit. Primo ostendit, quòd naturalis considerat materiam, & formam, & mouentem. Secundo, quòd considerat finem. ibi, ¶ Et quod quid est. ¶ Et circa primum, duo facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo, probat ibi. ¶ De generatione. ¶ Concludit ergo primo ex prædictis, quòd assignatur propter quid a naturali, & reducendo in materiam, & reducendo quod quid est, ideſt in formam, & reducendo in primum mouens. Secundo ibi.

e ¶ Probat propositum in hunc modum. Dictum est, quòd naturalis considerat ea, quæ mouentur & generabilia, & corruptibilia. quicquid ergo oportet considerare circa generationem, oportet considerari a naturali, sed circa generationem, oportet considerari formam, materiam, & mouentem. Qui enim vult considerare circa generationem causas, hoc modo considerant, primo quid est id, quod fit post aliquid: sicut ignis fit post aerẽ, cum ex aere generatur ignis. & in hoc considerat forma, per quam generatum est id quod est. Et iterum considerat quid est quod primum fecit, ideſt quod primum mouit ad generationem, & hoc est mouens. Et iterum, quid est quod sustinuit, & hoc est subiectum & materia. Et non solum primum mouens, & primum subiectum considerantur circa generationem, sed etiam & ea, quæ consequenter sunt. Et sic patet quòd ad naturalem pertinet considerare formam, mouentem, & materiam.

LECTIO XI.

VM autem quatuor causæ sint, de omnibus scire mirum ad naturalem philosophum pertinet, atque ad omnes ipsum propter quid redigens ipse materiam, formam, id quod mouit, & id gratia cuius naturaliter reddet, ac assignabit.

Tres autem in unam plerunque accedunt. Ipsum enim quid est, & id gratia cuius, unum sunt. Ea uero, unde primum effluit motus, specie cum hisce concurrit: homo namque hominem generat.

Et omnino quæcunque motum subeuntes mouent. Quæ uero tales non sunt, hæ naturalis considerationis non sunt. non enim in seipsis habentes motum, aut principium motus mouẽt. sed immobiles mouent. Quapropter tres sunt tractationes. Vna circa ꝺ immobile. Alia circa id, quod mouetur quidem, est autem expers corruptionis. Tertia circa ea, quæ corruptibilia sunt.

Quare ipsum propter quid a naturali philosopho, & ad materiam, & formam, & ad id, quod primo mouit, reducente, assignatur, ac redditur.

De generatione enim maxime causas hoc modo considerant quid, post quid sit: & quid primum fecit, aut quid passum est, & sic semper quod est deinceps. Principia autem ea, quæ naturaliter mouẽt, duplicia sunt: principia mouentia, quorum alterum non Physicum est: nõ enim habet motus principium in seipso: huiusmodi autẽ si aliquid mouet quod non mouet, sicut est, quod & penitus immobile est, & omnium primum.

LECTIO XII.

Dicendum quidem igitur primum, quoniã natura eorũ, quæ sunt propter hoc causarum est: postea de necessario, quomodo se habeat in Physicis: ad hanc .n. causam reducunt oẽs, qñ calidũ huiusmodi, aptũ natũ est & frigidum: vnumquodq; igitur

A tem quando sequitur aliquid, vt frequenter: sed tunc debet sumi demonstratio ab eo, quod est posterius in generatione ad hoc quòd aliquid ex necessitate sequatur ex altero, sicut ex propositionibus demonstrationis sequitur conclusio: vt procedamus demonstrando sic. Si hoc debet fieri, ista & ista requiruntur: sicut si debet generari homo, necesse est, quòd sit semen humanum agens in generatione. Si autem procedamus econtrario: est semen humanum agens i generatione, non sequitur, ergo generabitur homo, sicut ex propositionibus sequitur conclusio. Sed hoc quod debet fieri, ideſt ad quod determinatur generatio, erat secundum supradicta, quodquid eratesse, ideſt forma. Vnde manifestũ est, quòd quando secundũ hũc modum demonstramus, si hoc debet fieri, per causam formalem demonstramus. Tertio ibi.

i ¶ Ostendit, quomodo naturalis demõstrat per causam finalẽ, & dicit quòd etiam naturalis demonstrat aliquando aliquod esse, quia dignius est quòd sic fiat: sicut si demonstret, quòd dentes anteriores sunt acuti, quia melius est sic esse ad diuidẽdũ cibũ: & bene natura facit quod melius est, non simpliciter, sed secundum quod competit substantiæ vniuscuiusq;. Alioquin cuilibet animali daret animam rationalem, quę est melior quàm anima irrationalis.

Tex.cõ.73.

Tex.cõ.74.

Lect.12.13. per totum.

Tex.cõ.75.

Part. seq.

Non tamẽ quælibet mouẽtia: sunt enim principia mouentia dupliciter. s. mota, & non mota: quorũ id, quod non mouetur, non est naturale, quia non habet in se principium motus. Et tale est principiũ mouens, quod est penitus immobile, & primum omnium, vt ostenditur in 8. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit quòd naturalis considerat etiam finem, & dicit quòd etiam forma, & quodquidest, pertinet ad cõsiderationem naturalis, secundum quòd etiam finis est, & cuius causa fit generatio. Dictum est autem supra, quòd forma, & finis coincidũt in idẽ. Et quia natura operatur ꝓpter aliquid, vt infra probabitur, necesse est quòd ad naturalem pertineat cõsiderare formam, non solum inquantum est forma, sed in quantum est finis. Si autem natura nõ ageret ꝓpter aliqd, consideraret quidem naturalis de forma inquantum est forma, sed non inquantum est finis. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit quomodo naturalis demonstrat per omnes causas. Et primo quomodo demonstrat p materiam & mouentem, quæ sunt causæ priores in generatione. Secundo ostendit, quomodo demonstrat per formam. ibi ¶ Et si hoc fieri debet. ¶ Tertio, quomodo demonstrat per finem. ibi ¶ Et quia dignius. ¶ Dicit ergo primo, quod in naturalibus reddendum est ꝓpter quid ¶ penitus, ¶ ideſt secundum quodlibet genus causę, vt quia hoc ꝑcessit, siue illud sit materia, siue mouens, necesse est hoc esse consequenter: vt si aliquod generatum est ex contrariis, necesse est illud corrumpi, & si Sol appropinquat ad polum septẽtrionalem, necesse est dies fieri longiores, & frigus diminui, & calorem augeri apud eos, qui habitant in parte septemtrionali. Sed tamen considerandum est, quòd non solum semper ex præcedente materia, vel mouente necesse est aliquid subsequi, sed quandoque subsequitur aliquid simpliciter, ideſt vt semper, vt in his, quæ dicta sunt: quandoque autem vt frequenter, vt ex semine humano & mouente in generatione, vt frequentius sequitur generatum habere duos oculos: quod tamen aliquando deficit. Et similiter ex hoc, quòd materia sic est disposita in corpore humano, accidit generari febrem propter putrefactionem, vt frequentius, quandoque tamen impeditur. Secundo ibi.

b ¶ Ostendit, quomodo sit demonstrandum in naturalibus per causam formalem. Ad cuius intelligentiam sciendum est, quòd quando ex causis precedentibus in generatione, scilicet ex materia & mouente, sequitur aliquid ex necessitate, tunc ex eis potest sumi demonstratio, vt supra dictum est, non autem quando sequitur aliquid, vt frequenter: sed tunc debet sumi demonstratio ab eo, quod est posterius in generatione ad hoc quòd aliquid ex necessitate sequatur ex altero, sicut ex propositionibus demonstrationis sequitur conclusio: vt procedamus demonstrando sic. Si hoc debet fieri, ista & ista requiruntur: sicut si debet generari homo, necesse est, quòd sit semen humanum agens in generatione. Si autem procedamus econtrario: est semen humanum agens i generatione, non sequitur, ergo generabitur homo, sicut ex propositionibus sequitur conclusio. Sed hoc quod debet fieri, ideſt ad quod determinatur generatio, erat secundum supradicta, quodquid eratesse, ideſt forma. Vnde manifestũ est, quòd quando secundũ hũc modum demonstramus, si hoc debet fieri, per causam formalem demonstramus. Tertio ibi.

quorum alterum naturale non est, quippe cum non habeat in se principium motus: atque tale est si quid moueat & non moueatur, ut id, quod est immobile penitus, & quod est omnium primum.

Et ipsum quid est, & forma: est enim finis, & id, gratia cuius cætera fiunt. Quare cum alicuius gratia natura faciat, & hanc scire oportet.

Et ipsum propter quid, omnino reddendum est: uelut ex hoc, necesse est hoc fieri. Ex hoc autem hoc, aut simpliciter, aut plerunque.

Et si hoc est emersurum, ut ex propositionibus ipsa conclusio. Et quia hoc erat quiditas ipsa.

Et quia melius est hoc modo, non simpliciter, sed ad subsistantiam uniuscuiusque.

LECTIO XII.

Icendum est igitur, primo quidem naturam ex iis esse causis, quæ alicuius gratia faciunt. Deinde de necessario, quomodo sese habet in naturalibus rebus. In hanc enim causam omnes omnia redigunt: nam (ut in quiunt) cum calidum & frigidum, & unumquodque talium suapte na-

LECTIO XII.

Postquàm Philosophus ostendit, quòd naturalis demonstrat ex omnibus causis, hic manifestat quædam, quæ supposuerat, scilicet quòd natura agat propter finem. & quòd in quibusdam necessarium non sit, ex causis prioribus inesse, quæ sunt mouens & materia, sed ex causis posterioribus, quæ sunt forma & finis. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo, prosequitur propositum. ibi ¶ Habet autem oppositionem. ¶ Dicit ergo primo, quòd dicendum est primo, quòd natura est de numero illarum causarum, quæ propter aliquid agunt. Et valet ad quæstionem de Prouidentia. Ea enim quæ non cognoscunt finem, non tendunt in finem, nisi vt directa ab aliquo cognoscente, sicut sagitta a sagittante: vnde, si natura operetur propter finem, necesse est quòd ab aliquo intelligente ordinetur, quod est prouidentiæ opus. Post hoc autem dicendum est, quomodo se habet necessarium in rebus naturalibus, vtrum scilicet, necessitas rerum naturalium semper sit ex materia, vel aliquando etiam ex materia & mouente, vel aliquando ex forma & fine. Et necessitas quærendi hæc, est ista, quia omnes Antiqui naturales reducunt effectus naturales in hanc causam, assignando rationẽ de eis, scilicet, ꝙ

Tex.cõ.76.

necesse est ea sic euenire propter materiam, vtpote quia calidum natum est esse tale, & facere talem effectum, & similiter frigidum & omnia similia, necesse est fieri, vel esse ea, quæ ex eis causantur. Et si aliqui Antiquorum naturalium aliquam aliam causam tetigerint, quam necessitatem materiæ, non tamen habent vnde gaudeant gloriãtes, quia causis positis ab eis, scilicet intellectu quem posuit Anaxagoras, & amicitia & lite, quas posuit Empedocles, non sunt vsi, nisi in generalibus quibusdam, sicut in constitutione Mũdi. In particularibus autem effectibus, hu iusmodi causas prætermiserunt. Secundo ibi.

Tex.cõ.76.

b ¶ Exequitur propositum. Et primo inquirit, vtrum natura agat propter aliquid. Secundo, quomodo necessarium sit in rebus naturalibus inueniatur. ibi{Quod autem est. } Circa primum duo facit. Primo, ponit opinionem ponentium naturam non agere propter aliquid, & rationem eorum. Secundo, improbat eã ibi. { Sed impossibile est ista.} Circa primum sciendum, quòd ponentes naturam non agere propter aliqd, hoc confirmare nitebantur remouentes id, ex quo natura præcipue videtur ꝓpter aliquid operari. Hoc autem est quod maxime demonstrat natura propter aliquid operari, quòd ex operatione naturę semper inuenitur aliquid fieri quanto melius & cõmodius esse potest, sicut pes hoc modo est factus a natura, secundum quòd est aptus ad gradiendum: vnde, si recedat a naturali dispositione, non est aptus ad hunc vsum, & simile est de cæteris. Et quia cõtra hoc præcipue opponere nitebantur, ideo dicit, quòd potest opponi ab aduersariis, quod nihil prohibet naturam nonfacere propter aliquid, neque facere semper quod melius est. Inuenimus enim quandoque, quòd ex aliqua operatione naturæ prouenit aliqua vtilitas, quæ tamen non est finis illius naturalis operationis, sed contingit sic euenire, sicut si dicamus {quòd Iuppiter pluit. } ideſt Deus, vel natura vniuersalis non propter hunc finem, vt frumentum augmenter, sed pluuia prouenit ex necessitate materiæ. Oportet enim, inferioribus partibus ex propinquitate Solis calefactis, resolui vapores ex aquis, quibus sursum ascendentibus propter calorem, cum peruenerint ad locũ vbi deficit calor propter distantiam a loco, vbi reuerberantur radii Solis, necesse est quòd aqua vaporabiliter ascendens congeletur ibidem, & congelatione facta, vapores verrantur in aquam, & cum aqua fuerit generata, necesse est quòd cadat deorsum propter grauitatem, & cum hoc fit, accidit vt frumentum augeatur, non tamen propter hoc pluit vt augeatur: quia sicut in aliquo loco frumentum destruitur propter pluuiam, vt cũ est collectum in area, non tamen propter hoc pluit, vt destruatur frumentum, sed hoc casu accidit pluuia cadente: & eodem modo videtur casu accidere, quòd frumentum crescat pluuia cadente. Vnde videtur, quòd nihil prohibeat sic etiam esse in partibus animalium, quæ videntur esse sic dispositæ propter aliquem finem: vtpote quòd aliquis dicat, quòd ex necessitate materiæ contingit, quòd quidam dentes anteriores, scilicet sint acuti, & apti ad diuidendum cibũ, & maxillares sint lati, & vtiles ad conterendum cibum. Non tamen ita, ꝙ propter istas vtilitates natura fecerit dentes tales vel tales, sed quia dentibus sic factis a natura, propter necessitatẽ materiæ sic decurrentis, accidit vt talem formam eõ sequerentur, qua forma existente sequitur talis vtilitas. Et similiter potest dici de omnibus aliis partibus, quæ videntur habere aliquam determinatam formam propter aliquem finem. Et quia posset aliquis dicere, ꝙ semper, vel vt in pluribus tales vtilitates consequuntur: quod autem est semper, vt frequenter conueniens est esse a natura, ideo ad hãc obiectionem excludendam, dicũt Aduersarii, ꝙ a principio constitutionis Mundi, quatuor elementa conuenerunt ad constitutionem rerum naturalium. et factæ sunt multæ & variæ dispositiones rerum naturaliũ: & in quibuscunq; omnia sic acciderũt apta ad aliquam vtilitatem, sicut si propter hæc essent facta: & illa tantum cõseruata sunt, eo quòd habuerunt dispositionem aptã ad conseruationem, non ab aliquo agente intendente finem, sed ab eo, quod est per se vanum, ideſt a casu: quæcunque vero non habuerunt talem dispositionem, sunt destructa, & quotidie destruuntur, sicut Empedocles dixit a principio fuisse quosdam generatos, qui ex vna parte erant boues, & ex alia parte erant homines. Hæc est ergo ratio, per quam aliquis dubitabit, vel si aliqua alia talis est. Sed considerandum est in ista ratione, quòd exemplum inconueniens accipiat. Nam pluuia licet habeat necessariam causam ex parte materiæ, tamen ordinatur ad finem aliquem, scilicet ad cõseruationem rerum generabilium & corruptibilium, propter hoc enim est generatio & corruptio in istis inferioribus, vt conseruetur perpetuum esse in eis: vnde augmentum frumenti inconuenienter accipitur in exemplum: comparatur enim causa vniuersalis ad effectum particularem. Sed & hoc etiam considerandum est, quòd augmentum & conseruatio terræ nascẽtium, accidit ex pluuia vt in pluribus, sed corruptio accidit, vt in paucioribus: vnde licet pluuia non sit propter perditionem, non tamen sequitur ꝙ non sit propter conseruationem & augmentum.

taliũ hæc ex necessitate sunt, & fiunt, & apta nata sunt. Et nanque & si aliam causam dicant quamcunque tangentes, gaudere sinant, hic quidem cõcordiam, & discordiam ille vero intellectum.

Tex.cõ.77.

b Habet autem dubitationẽ, quid prohibeat naturam non propter aliquid facere, neque qd melius, sed sicut pluit Iuppiter, non vt frumentum augmentet, sed ex necessitate. Sursum enim ductam aquam, congelari oportet, & congelatam aquam deorsum venire: augeri autem cum hoc fiat accidit frumentum. Similiter si perditur frumentum in area, non huius causa pluit vt perdatur, sed hoc accidit. Quare quid prohibet sic & partes se habere in natura, vt dentes ex necessitate oriri, anteriores quidem acutos aptos ad diuidendum, maxillares autem latos & vtiles ad cõterendum cibum, cum non propter hoc facti sint, sed hoc accidit. Similiter aũt est & de aliis partibus, in quibus videtur esse, quòd propter hoc. Vbicunque enim omnia accidũt, sicut si propter hoc fiant, hæc quidẽ saluata sunt ab eo, qd propter se vanum constantia apte: quęcunq; vero nõ sic, perdita sunt, & perduntur: quemadmodum Empedocles dixit, bouigenas viriproras. Ratio quidem igitur qua vtique deficiet aliquis hęc est, & si aliqua alia huiusmodi est.

Tura sit tale, hæc necessario sunt, & fiunt, ac apta sunt. Etenim, si aliam causam dixerint, hic concordiam, & discordiam, ille mentem tangunt illam duntaxat, deinde nalere sinunt.

Existit autem dubitatio, quid nam prohibet naturam non alicuius gratia facere, neque quia sic est melius, sed perinde atque Iuppuer, non ut frumentum augeat, sed necessario pluit. Quod enim est eleuatum, id frigefiat oportet: & quod frigefactum est, id aquam iam factum descendat necesse est: accidit autem hoc pacto frumentum incrementa suscipere. Similiter & si cuiuspiam frumentum pereat cum est in area, non huiusce gratia pluit ut illud pereat, sed id accidit. Quare quid prohibet partes etiam in natura sic se habere, ueluti dentes anteriores quidem acutos aptosque ad diuidendum: geminos autem latos, atque utiles ad cibum terendum necessario ortos fuisse? nam non huiusce causa tales sunt orti, sed accidit. Eadem & de cæteris putanda sunt partibus, quæ alicuius gratia constare uidentur. In quibus igitur accidit, ut omnes perinde sint ortæ, atque si alicuius causa fierent, ea conseruata sunt a casu con grue constituta: in quibus autem id non accidit, ea periere ac perierunt: ut Empedocles dicit animantium ea, quæ ex hominis partibus, bouisque constabant. Atque ratio quidem, qua quispiam dubitauerit hæc est, & si qua sit alia similis.

LECTIO XIII.

D. 921.

Posita opinione & ratione dicentium naturam non agere propter finem, hic improbat eam. Et primo per rationes proprias. Secundo, per rationes sumptas ab ijs, ex quibus aduersarij contrarium ostendere nitebãtur. ibi{ Peccatum autẽ sit. } Circa primum ponit quinque rationes, quarum prima talis est. Omnia quę fiunt naturaliter, aut fiunt sicut semper, aut sicut frequenter: sed nihil eorum, quę fiunt a fortuna, vel per se vano, ideſt a casu, fit semper, vel vt frequenter: non enim dicimus, quòd a fortuna, vel a casu fit, quòd multoties pluat in hyeme, sed dicemus esse a casu, si forte multum pluueret sub cane, id est in diebus canicularibus, & similiter nõ dicimus quòd sit a casu, quòd in diebus caniculatibus sit cauma, sed si hoc esset in hyeme, dicunt ꝙ fuit a casu. Ex his duobus, sic argumentatur. Omnia quæ fiunt, aut fiunt a casu, aut fiunt propter finem: quæ enim accidunt præter intentionem finis dicuntur accidere casualiter: sed impossibile est ea, quæ fiunt semper, vel frequenter accidere a casu: ergo ea, quæ fiunt semper vel frequenter fiunt propter aliquid: sed omnia, quæ fiunt secundum naturam, fiunt vel semper, vel frequenter, sicut etiã ipsi confitebantur. ergo omnia quæ fiũt a natura, sunt propter aliquid. Secũdam rationem ponit ibi.

Lect. seq.

Tex.cõ.78.

Tex.cõ.79.

b ¶ Et dicit quòd in quibuscunque est aliquis finis, & priora & cõsequentia omnia, agũt causa finis: hoc supposito sic argumentatur. Sic aliquid agitur naturaliter, sicut aptum natum est agi: hoc enim significat quod dico naturaliter, illud scilicet, aptum natum: & hæc propositio cõuertitur, quia sicut aptum natum est agi, ita agitur: sed oportet apponere hanc conditionem, nisi aliquid impediat. Accipiamus ergo primum, quod non habet instantiam, quòd sicut aliquid agitur naturaliter, sic aptum natum est agi. Sed ea, quę fiunt naturaliter sic aguntur, quòd inducuntur ad finem. ergo sic apta sunt agi, vt sint propter finem: & hoc est naturam appetere finem, scilicet habere aptitudinem naturalem ad finem. Vnde manifestum est, quòd natura agit propter finem. Et hoc quod dixerat, manifestat per exemplum: similiter enim ex prioribus peruenitur ad posteriora in arte, & in natura: vnde, si artificialia, vt domus fierent a natura, hoc ordine fierent, quo nũc fiunt per artem, scilicet prius instituerẽtur fundamentum, & postea erigerentur parietes, & vltimo supponerentur tecta. Hoc modo natura ꝓcedit in ijs, quæ sunt terræ affixa, scilicet plantis, cuius radices, quasi fundamentum, terræ infiguntur: stipes vero ad modum parietis eleuatur in altum, frondes autem supereminent ad modum tecti. Et similiter si ea quæ fiunt a natura fierent ab arte, hoc modo fierent: sicut apta nata sunt fieri a natura, vt patet in sanitate, quam contingit fieri, & ab arte, & a natura: sicut enim natura sanat ea lefaciendo & infrigidando, ita & ars. Vnde manifestum ẽ, quòd in natura est alterum propter alterum, scilicet priora propter posteriora, sicut & in arte. Tertiam rationẽ ponit ibi.

c ¶ Et dicit ꝙ ars quædam facit, quæ natura non potest facere, sicut domum, & alia huiusmodi. In ijs vero, quæ conuenit fieri & ab arte & a natura, ars imitatur naturam, vtpatet in sanitate, vt dictũ est. Vnde, si ea, quę sunt secundum artem, sũt propter finem, manifestum est etiam ea, quæ fiunt ſm naturã propter finem fieri, cum similiter se habeat priora ad posteriora in vtrisque. Potest tamen dici, quòd hæc non est alia ratio a præmissa, sed complementum, & explicatio ipsius. Quartam rationem ponit ibi.

d ¶ Et sumitur hæc ratio ab ijs, quæ manifestius in natura ꝓpter aliquid operari videntur. Vnde dicitur, quòd naturam operari propter aliquid, maxime est manifestum in animalibus, quæ neque operantur per artem, neque per inquisitionem, neque per deliberationem: & tamen ita manifestum est in operationibus eorum, quòd propter aliquid operantur. Propter quod quidam dubitauerunt, vtrum aranei & formicæ, & huiusmodi animalia operentur per intellectum, vel per aliquod aliud principium. Sed tamen

LECTIO XIII.

Mpossibile autem est, hæc ita ſese habere: hæc enim & omnia, quæ natura constant, aut semper, aut plerunque sic fiunt. At nihil eorum hoc pacto fit, quæ a fortuna casuq; proficiscuntur. Neq; enim hyeme crebro pluere fortuito casuque uidetur, sed si id fiat cũ Sol est sub cane. Neque cauma sub cane, sed si in hyeme fiat. Quòd si ea, quæ fiunt, aut a casu, aut alicuius gratia fiunt: si impossibile est hæc aut a fortuna esse, aut a casu, alicuius profecto gratia erunt: at uniuersa talia natura sunt, ut & ipsi dixerũt qui hæc dicunt. Est igitur in hisce, quæ natura fiunt & sunt, id quod alicuius gratia sit.

Præterea in quibus ẽ aliquis finis, in his, & id quod prius, & id quod deinceps agitur, huiusce gratia agitur. Vtigitur agitur, ita est aptum agi, & ut est aptum agi, sic unumquodque, nisi quid obstet, agitur: at alicuius gratia agitur: & aptum est igitur illius gratia agi: ueluti si domus ex iis esset, quæ natura fiunt, sic utique fieret, ut nunc ab arte conficitur. Quòd si ea, quæ natura fiunt, non solum natura, sed etiam arte fierent, eodem conficerentur modo, quo apta sunt confici. Alterum igitur, alterius conficitur gratia.

Atque ars omnino alia perficit, quæ natura nequit perficere, alia, imitando naturam facit. Si igitur ea, quæ ob artem conficiuntur alicuius causa fiunt, & ea profecto quæ natura fiunt alicuius gratia fieri constat: priora namque posteriora ue similiter inter ſese habent in hisce quæ arte, & in hisce quæ natura conficiuntur.

Maxime autem id ipsum in animalibus rationis expertibus patet, quæ neque arte, neque discursione, neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

& hoc sit manifestum, quòd non operentur ex intellectu, sed per naturam, quia semper eodem modo operantur: omnis enim hirundo similiter facit nidum, & omnis aranеus similiter facit telam, quod non esset si ab intellectu, & arte operarentur: non enim omnis Aedificator similiter facit domum, quia artifex habet indicare de forma artificiati, & potest eam variare. Vlterius autem procedenti de animalibus ad plantas, in iis etiam apparent quædam esse facta vt vtilia ad finem, sicut folia sunt vtilia propter cooperimentum fructuum. Vnde, quia hoc est a natura & nō ab arte, quòd hirundo facit nidū. & araneus telam, & plantæ producunt folia gratia fructuum, & radices sint in plantis non sursum, sed deorsum, vt accipiat nutrimentum a terra, manifestum est, quòd causa finalis inuenitur in iis, quæ fiunt, & sūt a natura, scilicet propter aliquid operante. Quā tam rationem ponit ibi.

Tex.cō.81.

c ¶ Dicit, quòd cū natura dicatur dupliciter, scilicet de materia & forma, & forma est finis generationis, vt supra dictū est. Hoc autem est dicere finis, vt propter ipsum fiat alia, sequitur, quòd esse & fieri propter aliquid, inueniatur in rebus naturalibus.

Tex.cō. 82.

LECTIO XIIII.

Postquàm ostendit Philosophus per proprias rationes, q̄ natura agit propter aliquid, hic intendit hoc manifestare removendo ea, per quę aliqui contrariū existimabant. Et diuiditur in tres partes secundum tria, ex quibus aliqui moueri videbantur ad hoc negandum. Secundum incipit ibi. ¶ Omnino autem destruit. ¶ Tertium ibi. ¶ Inconueniens autem. ¶ Primum autem ex quo aliqui moueri videbantur ad negandum naturam agere propter finem, ex hoc erat: quia videbant aliquando aliter accidere, sicut accidit in monstris, quæ sunt peccata naturæ. Vnde etiam Empedocles posuit, quòd a principio constitutionis rerum, fuerunt producta quædam, non habentia hanc formam & hunc ordinem, qui nunc in natura communiter inuenitur: ad hoc ergo excludendum inducit quatuor rationes. Circa quarum primam ostendit, quòd licet ars agat propter aliquid, tamen in iis, quæ fiunt secundum artem, contingit fieri peccatum, quia aliquando Grammaticus non recte scribit, & Medicus quandoque potat aliquem medicinali potione, non recte. Vnde manifestum est, quòd contingit peccatum esse etiam in iis, quæ sunt secundum naturam, quāmuis natura propter aliquid operetur. In arte autem eorum, quæ propter aliquid fiunt, quædam fiunt secundum artem, & recte fiunt: quædam autem sunt, in quibus Artifex fallitur non secundum artem agens: & in his contingit peccatum, arte propter aliquid agente: si enim ars non ageret ad determinatum finem, quis litercunque ars operaretur, non esset peccatum: quia operatio artis æqualiter se haberet ad omnia. Hoc ipsum igitur, quòd in arte contingit esse peccatum, est signum, quòd ars p̄pter aliquid operetur. Ita etiam contingit ī naturalibus rebus, in quibus mōstra sunt quasi naturæ peccata, propter aliquid agentis, inquantum deficit recta operatio naturæ: & hoc ipsum quod in naturalibus contingit esse peccatum est signum, quòd natura propter aliquid agat. Vnde in substantiis, quas in principio mundi Empedocles dixit esse constitutas. ¶ Bouigenas. ¶ idest ex media parte boues, & ex media homines, si non poterant peruenire ad aliquem finē & terminū naturæ, vt scilicet conseruarentur in esse, non hoc fuit quia natura non hoc intendat, sed quia hæc nō possibilia saluari: generata sunt non secundum naturam, sed corrupto aliquo naturali principio: sicut nunc etiam accidit aliquos mōstruosos partus generari, propter corruptionem seminis. Secundam rationem ponit ibi.

Tex.cō. 83.

Secūda pars 82. tex.

Tex.cō. 86.

b Amplius necesse est semen fieri primum, sed non statim animalia: & molle natura primum, quod semen erat.

b ¶ Quæ talis est. Vbicunque sunt determinata principia & determinatus ordo procedendi, ibi oportet esse determinatum finem, propter quem alia fiant: sed in generatione animalium est determinatus ordo procedendi, quia oportet primum fieri semen, & non statim a principio est animal, & ipsum semen non statim est induratum, sed a principio est molle, & quodam ordine ad perfectionem tendit: ergo in generatione animalium, est determinatus finis. Non ergo propter hoc accidunt monstra & peccata in animalibus, quia natura non agit propter aliquid. Tertiam rationem ponit ibi.

c ¶ Quæ talis est. Licet natura in plantis agat propter aliquid sicut in animalibus, tamen minus est dearticulatum, idest distinctum in plantis, vel minus ex operationibus eorum colligi potest. Si ergo propter hoc accidant peccata & monstra in animalibus, quia natura non agit propter aliquid, magis deberet accidere in plantis.

Vtrum igitur sicut sunt animalibus bouigena viriprora, ita fiant, vitigena oleoprora, idest ex media parte oliuæ, & media parte vitis, vel non. Dicere enim q̄ fiant, videtur inconueniens, sed tamen oportet ita esse, si in animalibus contingit hac de causa, quia natura non agit propter aliquid. Nō ergo ista de causa in animalibus contingit quòd natura propter aliquid non agit.

Quartam rationem ponit ibi.

d ¶ Quæ talis est. Sicut & animalia generātur a natura, ita & semina animaliū: si igitur accidit aliqd in generatione animalium quali tercunque contingit, & nō quasi natura agente ad determinatum finem, sequetur etiam idem in seminibus, scilicet vt a quocunque quodcunque semen produceretur: & hoc patet esse falsum: vnde & primū falsum est. Secundo ibi.

e ¶ Excludit secundum, ex quo mouebantur ad ponēdum naturam non agere propter aliquid. Videbatur. n. hoc quibusdā, quòd ea, quę naturaliter accidūt, viderentur ex priorib⁹ principijs p̄cedere, quæ sunt agēs & materia, non ex intentione finis. Sed ipse contrarium ostendit dicens, quòd ille, qui sic dicit, naturam scilicet non agere propter aliquid, destruit naturam, & ea quæ sunt secundum naturam. Hæc enim dicuntur esse secundū naturam quæcunq; ab aliquo principio intrinseco mouētur continue, quousque perueniāt ad aliquem finem: non in quodcunque contingens, neque a quocunq; principio in quemcunque finem, sed a determinato principio in determinatum finem. Semper. n. ab eodem principio, proceditur in eundem finē, nisi aliquid impediat. Contingit autem id, cuius causa fit aliquid, aliquando fieri a fortuna, quando non p̄p hoc agitur: sicut si aliquis extraneus veniat, & recedat inde balneatus, dicimus hoc esse a fortuna, eo q̄ ita se fecit balneare, ac si propter hoc venisset, cum tamen propter hoc nō venerit. Vnde fīs accidens est ipsum balneari. Fortuna. n. est de numero causarum secundū accidens, vt prius dictum est. Sed si semper aut frequenter ei venienti hoc accidat, non dicitur esse a fortuna. In rebus autem naturalibus non per accidens, sed semper fit, nisi aliquid impediat: vnde manifestum est, q̄ determinatus finis, qui sequitur in natura, non sequitur a casu, sed ex intentione naturæ. Ex quo patet, q̄ contra rationem naturæ ē dicere, quòd natura non agat propter aliquid. Tertio ibi.

f ¶ Excludit tertiū, ex quo aliquis opinari poterat, quòd natura non agat propter aliquid. Videbatur enim quibusdam, q̄ natura non agat propter aliquid, quia nō deliberat. Sed Philosophus dicit, quòd inconueniens est hoc opinari: quia manifestum est, quòd ars agit propter aliquid, & tamē manifestum est, quòd ars non deliberat, nec artifex deliberat inquātum habet artem, sed inquantū deficit a certitudine artis, vnde artes certissimæ non deliberant, sicut scriptor non deliberat quomodo debeat formare literas: & illi etiam artifices, qui deliberant, postquàm inuenerunt certum principium artis, in exequendo non deliberant. Vnde Citharædus, si in tangendo qualibet chordam deliberaret, impertitissimus videret. Ex quo patet, quòd non deliberare contingit alicui agenti, non quia non agit p̄pter finem, sed quia habet determinata media, per quæ agit. Vnde & quia natura habet determinata media, per quæ agit, propter hoc nō deliberat. In nullo enim alio natura ab arte videtur differre, nisi quia natura est principium intrinsecum, & ars est principium extrinsecū. Si enim ars factiua nauis, esset intrinseca ligno, facta fuisset nauis a natura, sicut modo fit ab arte. Et hoc maxime manifestum est in arte, quæ est in eo, quod mouetur, licet per accidēs. Sicut de Medico, qui medicatur seipsum, huic arti enim, maxime assimilatur natura. Vnde patet, quòd natura nihil est aliud quàm ratio cuiusdam artis, scilicet diuinæ, indita rebus, qua ipsæ res mouentur ad finem determinatum: sicut si Artifex factor nauis posset lignis tribuere, quòd ex seipsis mouerentur ad nauis formam inducendam. Vltimo autem epilogando dicit manifestum esse, quòd natura sit causa, & quòd agat propter aliquid.

Tex.cō. 84.

Tex.cō. 85.

Tex.cō. 86.

LECTIO XIIII.

Eccatum autem fit & in iis, quę fiunt secundū artem: scripsit. n. non recte Grammaticus, & propinauit Medicus nō recte potionem: quare manifestum est, q̄ contingit & in iis, quę secundū naturā fiunt. Si igitur sunt quædam secundum artem, in quibus quod recte fit, propter aliquid fit. in quibus etiam peccatur alicuius gratia agitur, sed fallitur: similiter vtique & in Physicis, & monstra sunt peccata illius, quod propter aliquid est: & in substantiis ergo quæ sunt ex principio bouigena, si non ad aliquem terminum & finem poterant venire corrupto principio aliquo facta sunt, sicut nunc semine.

It autem & in hisce peccatum, quæ per artes confitiuntur: scripsit enim Grāmaticus non recte, & potionem Medicus non recte porrexit. Quare patet & in hisce fieri posse, quæ natura conficiuntur. Quòd si aliqua sunt in arte, in quibus iam quod recte fit alicuius efficitur gratia: in iis autem quæ peccantur, gratia quidem alicuius ars aggreditur facere, sed non assequitur illud, similiter & in naturalibus erit, & monstra peccata erunt illius, quod alicuius gratia fuit. Et in primis igitur compositionibus ea, quæ partim ex hominis partibus, partim ex bouis constabant, si non ad aliquem terminum finemue poterant peruenire, aliquo sane principio perinde, atque nūc semine, labefactato corruptoue fiebant.

Præterea primo semen necesse est oriatur, sed non animalia statim. Atque ipsum congestum, quod primum oriebatur, semen nimirum erat.

Præterea in plantis etiam ipsis id inest quod alicuius est gratia. Minus autem est distinctum ac manifestum: fiebant ne igitur ex bouis partibus ac hominis animalia, sic & ex uitis, oleæ que partibus plantæ, an non fiebant. est enim absurdum. At oportebat tamen, si in animalium genere illa fiebant.

Præterea et in seminibus quoduis, sine ullo discrimine fieri oportere.

Omnino autem qui ita dicit, naturā & ea, quæ natura constant, destruere uidetur, quæ a quodam principio, quod est in ipsis continue mouentur, atque ad quendam perueniunt finem: ab unoquoque autem non ad eundem neque ad quemuis, attamen ad eundem semper, nisi quid impedierit.

Atqui id cuius gratia, & quod huius gratia, fieri a fortuna etiam possunt, ueluti dicimus hospitem forte fortuna uenisse, lotumque abiisse, cum id egerit, quasi gratia huiusce profectus, non huiusce autem gratia uenerit.

Hoc autem est per accidens: fortuna nanque causa per accidens est, ut antea diximus. Sed cum hoc semper fit, aut plerunque, non per accidens nec a fortuna dicimus esse: at in naturalibus sic semper, si nihil impedierit fiunt.

Absurdum autem est alicuius gratia fieri non putare, si id, quod mouet non uiderint deliberatione præmissa mouere. Nam & ars non deliberat. Etenim, si in lignis extruendarum nauium ars ineſset, perinde atque natura faceret nauim. Quare, si id, quod alicuius sit gratia, sit in arte, & in natura profecto ineſt. Maxime autem hoc patet, cum quispiam sibi ipsi medetur, huic enim persimilis est natura. Quæ cum ita sint, patet naturam causam esse, atque adeo, ut alicuius gratia faciat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO XV.

QVàm Philosophus ostendit quòd natura agit propter finem, hic procedit ad inquirendum de secunda quæstione, scilicet quomodo necessitas inueniatur in rebus naturalibus. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionem. Secundo ponit aliorum opinionem ibi. ¶ Nùc quidam enim. Tertio determinat veritatem ibi. ¶ Sed tamẽ non sine his. ¶ Quærit ergo primo, vtrũ in rebus naturalibus sit necessarium simpliciter, idest absolute, aut necessariũ ex conditione, siue ex suppositione. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd necessitas, quæ dependet ex causis prioribus, est necessitas absoluta, vtpatet ex necessario, quod dependet ex materia: animal enim esse corruptibile est necessarium absolute: consequitur enim ad hoc, quòd est animal esse compositum ex contrariis. Similiter etiam quod habet necessitatem ex causa formali est necessarium absolute, sicut hominem esse rationalem aut triangulum habere tres angulos æquales duob⁹ rectis, quod reducitur ī definitionem trianguli. Et similiter quod habet necessitatẽ ex causa efficiẽte, est necessarium absolute, sicut necessarium est esse alternationẽ noctis, & diei propter motum Solis. Quod autem habet necessitatem ab eo, quod é posterius in esse, est necessarium ex conditione, vel suppositione: ut puta, si dicatur, necesse est hoc esse si hoc debeat fieri: & huiusmodi necessitas est ex fine & ex forma, inquantum est finis generationis. Quærere igitur, vtrũ in rebus naturalibus sit necessarium simpliciter, aut ex suppositione, nihil aliud est q̃ quærere, vtrum in rebus naturalibus necessitas inueniatur ex finẽ, aut ex materia. Secundo ibi.

Tex.cõ.87. Tex.cõ.88. Tex.cõ.88. Tex.cõ.89.

b ¶ Ponit aliorum opinionem, & dicit quòd quidam opinantur, quòd generatio rerum naturalium proueniat ex necessitate absoluta materiæ, vtputa si aliquis diceret, quòd paries aut domus taliter fit ex necessitate materiæ, eo quod grauia nata sunt deorsum ferri, leuia vero superemineret, & propter hoc lapides graues & duri remanent in fundamento, terra vero, lapidibus supponitur tanquam leuior, vt patet in parietibus constructis ex lateribus, qui ex terra conficiuntur: sed in summo ponuntur ligna, scilicet in tecto, quæ sunt maxime leuia. Ita etiam existimabant dispositiones rerum naturalium prouenire tales ex necessitate materiæ, vtputa si dicatur, quòd homo habet pedes inferius, & manus superius propter grauitatẽ aut leuitatem humorum. Tertio ibi.

c ¶ Determinat veritatem. Et circa hoc duo facit, primo ostendit qualiter sit necessitas in rebus naturalibus. Secundo assimilat necessitatem rerum naturalium necessitati, quæ est in scientijs demonstratiuis ibi. ¶ Est autem & in doctrinis. ¶ Dicit ergo primo, quòd licet inconueniens videatur dicere, quòd in rebus naturalibus sit talis dispositio propter necessitatem materiæ, sicut & apparet hoc esse inconueniens in rebus artificialibus, de quibus exemplũ positũ est: non tamẽ est talis dispositio facta in rebus naturalibus & artificialibus, sine principijs materialibus, habentibus aptitudinem ad talẽ dispositionem, non .n. domus conueniẽter constaret, nisi grauiora in fundamento ponerentur, & leuiora superius: non tamen est dicẽdum, q̃ propter hoc dom⁹ sic fit dispositа, q̃ vna pars eius sit inferius, & alia superius. ¶ Propter hoc. ¶ idest propter grauitatem, aut leuitatẽ quarundam partium, nisi secundũ q̃ hæc præpositio pp, dicit causã materialẽ, quæ propter formam est: sed partes domus sic sũt dispositæ pp finem, qui est cooperire & saluare homines a caumate, idest a caliditate & pluuijs. Et sicut est in domo, similiter est in omnibus aliis, in quibuscunq; contingit agere pp aliquid: in omnibus enim hmõi non consequuntur dispositiones generatorũ aut factorum sine principijs materialibus, q̃ habẽt necessariã materiã, per quam aptata sunt sic disponi. Non tamen res factæ aut generatę sic disponuntur pp hoc, q̃ principia materialia sint talia, nisi sicut si pp, dicit causã materialẽ, sed sic disponũtur pp aliquẽ finẽ, & principia materialia quærũtur, vt sint apta huic dispositioni, qua requiritur finis, vtpatet in serra: est .n. serra hmõi, i. talis dispositionis, aut formæ: quare oportet, q̃ sit talis, idest vt habeat talẽ materiã, & est hmõi, idest talis dispositionis, aut formæ. ¶ propter hoc. ¶ i. propter aliquem finem. Sed tamen iste finis, qui est scitio, non posset prouenire nisi esset ferrea, necessariũ est ergo serram esse ferreã si debeat esse serra, & si debeat esse eius finis, quod est opus ipsius. Sic ergo patet, q̃ in rebus naturalibus est necessarium ex suppositione, sicut & in rebus artificialibus: sed non ita, quod est necessariũ, sit sicut finis: quia id quod necessarium est, ponitur ex parte materię, sed ex parte finis ponitur ratio necessitatis. Non .n. dicimus, q̃ necessarium sit esse talem finẽ, quia materia talis est, sed potius econtra, quia finis & forma talis natura est, necesse est materiã talem esse. Et sic necessitas ponitur ad materiam, sed ratio necessitatis ad finem. Secundo ibi.

d ¶ Assimilat necessitatem, quæ est in generatione rerum naturalium, necessitati, quæ est in scientijs demonstratiuis. Et primo quantum ad ordinem necessitatis. Secundo, quantum ad id, quod est necessitatis principium ibi. ¶ Et finis quod est. ¶ Dicit

LECTIO XV.

VÒd autem ex necessitate est, vtrum ex suppositione sit, aut simpliciter.

Nunc considerandũ est utrũ necessarium ipsum ex suppositione, an & simpliciter sit ī ipsis reb⁹ naturæ.

b Nunc enim quidam opinantur quod ex necessitate est ī generatione esse, quemadmodũ vtique si aliquis, murum esse ex necessitate existimet, quoniam grauia quidem deorsum ferri apta natura sunt: leuia autem supereminẽt: vnde lapides quidem deorsum in fundamento: terra autem sursum propter leuitatem: supra autem maxime ligna, leuissima enim sunt.

Nunc enim ipsum necessarium in generatione perinde esse arbitrãtur, atque si quispiam necessario domum extructam esse putaret: quia grauia quidem deorsum, leuia uero sursum suapte natura feruntur. Iccirco lapides quidem ac fundamẽta sunt infra, terra autem supra, suam ob leuitatem & ligna maxime supra, quippe cum sint leuissima.

c Sed tamen non sine iis quidẽ factum est, non tamen propter hoc: nisi sicut propter materiã, sed causa abscondendi ipsa & saluandi: similiter autem & in aliis omnibus, in quibus propter aliquid est, non sine quidẽ habentibus necessariã materiã sunt: nob tamen propter hoc, sed aut sicut materia sunt, sed propter aliquid est: vt propter quid serra est talis? quatenus hoc sit, & propter hoc: sed tamen id, quod est cuius causa, impossibile est fieri, nisi ferrea sit: necesse igitur ferream esse, si serra erit & opus ipsius. Ex suppositione autẽ quod necessarium est, sed nõ vt finis: in materia enim necessariũ est: quod aũt est cuius causa, in rõne est.

At quanquàm non sine ijs: non tamen propter hæc nisi ut ob materiam, sed cælandi quædam conseruandiq; causa extructa est domus. Similiter & in cæteris uniuersis, in quibus est id, quod alicuius gratia fit, non sunt quidem sine his, quæ necessariam habent naturam: non tamen sunt ob hæc ipsa, nisi ut ob materiam, sed alicuius sunt gratia: ueluti propter quid serra est talis? ut hoc & huiusce gratia sit. Hoc tamen gratia cuius est fieri non potest, si non ferrea sit: necesse est ergo ferream esse, si serra, atque opus ipsius erit. Est igitur necessarium ipsum ex suppositione, sed non ut finis. Nam necessarium quidem in materia, id uero gratia cuius est, in ratione consistit.

d Est autem & in doctrinis necessarium, & in his quæ secũdũ naturã fiunt quodammodo similiter: quoniã .n. rectus hoc ẽ, necesse est triangulum duobus rectis æquales habere: sed nõ si hoc est, illud est: sed si hoc non est, neq; ille rectus est. In ijs autem, quæ fiunt pp hoc, econtrario est: si finis .n. erit, aut est, qđ est ante finẽ, erit, aut est: si vero nõ, sicut ibi, cum nõ sit conclusio, principiũ non erit: & hic finis, & quod cuius causa: principium .n. & hoc est, non actionis sed ratiocinationis, ibi autem ratiocinationis: actus enim nõ sunt. Quare si erit domus, hæc necesse est fieri, aut existeꝛ, aut esse, aut omnino materiã, quæ propter hoc, vt lateres, & lapides esse, si domus non tamen, pter hoc est finis. Sed aut sicut materiæ sunt, neque erit, ppter hoc. Omnino tamen, si nõ sint, non erit neque domus, neq; serra: hæc quidẽ nisi sint lapides, illa vero nisi ferrũ sit. Neque .n. ibi principia sunt, nisi triangulum duobus rectis. Manifestũ igitur est, q̃ ẽ necessariũ in Phy ficis, qđ sicut materia dicitur, & motus qui ipsius. Et vtræque phyſico dicẽdæ sunt causæ, magis autem ea, quę cuius causa: causa enim hæc materię est, sed non hæc finis.

necesse est triangulum tres angulos æquales duobus rectis habere: sed nõ si hoc est, necesse est illud esse: sed si hoc non est, neque rectum hoc est. At in bisce, quæ alicuius gratia sunt contra. Si finis erit, aut est, & id quod est ante erit, aut est. Si uero hoc non erit, non est, ut ibi, si non est conclusio, principium non erit: sic & hic finis, & hic gratia cuius est, non erit, aut nõ est. Est enim & hoc principium non actionis, sed cogitationis: ibi autem ẽ cognitionis. Non enim sunt actiones. Quare si erit domus, hæc necesse est fieri, uel esse uel etiam fore, aut omnino materiam, quæ quidem alicuius est gratia: ueluti lateres atque lapides, si extruenda est domus: non tamen est propter hæc ipse finis, nisi ut ob materiam: omnino tamen si non sint, neq; domus fuerit, neque serra, illa si non sint lapides, hæc si ferrum non sit: neque enim ibi principia sunt, si non triangulus tres habeat angulos duobus rectis æquales. Patet igitur necessariũ in rebus esse naturæ, quod ut materia dicitur, & huius etiã mõtiones. Atq; ambæ quidẽ causæ dicendæ sunt a naturali philosopho. Magis autem ea, gratia cuius cætera fiunt. Hæc est enim materiæ causa, sed non hæc causa finis.

e Et finis, qui cuius causa & principium, a definitione & ratione est, sicut in iis quæ secundum artem. Quoniam si dom⁹ talis est, oportet hęc fieri ex necessitate & esse: & quoniã hoc est sanitas, hęc oportet fieri & esse ex necessitate. Sic & si hoc est hoc, hoc: si autẽ hoc, & hoc. Fortassis autem & in ratione ẽ necessarium. Determinanti .n. opus serrandi, quoniam diuisio huiusmodi: hoc autem non erit, nisi habeat dentes huiusmodi, hi autem non, nisi ferrũ. Sunt enim & ī definitione quędam partes, vt materia.

At; finis ipse gratia cuius, quiq; principiũ est, a definitione rationeq; sumitur: ut in bisce patet, quæ per artẽ conficiuntur. Nã cum domus sit tale, hæc fieri necessario & esse oportet. Et cũ sanitas sit hoc, hæc necessario fieri oportet, ac esse. Pari modo, si homo est hoc, hæc fieri necesse est, atque esse. Et si hæc sint hæc, sint hæc necessario, uel fiãt oportet. Fortasse aũt necessariũ ipsũ, in ratione etiã inest. Serræ nanq; si definieris opus, talẽ ipsam diuisionẽ esse dicis. At hæc nõ erit, ni si serra tales habuerit dentes, et hi rursus nõ erũt, nisi ferrea fuerit ipsa. Sũt enim & in ratione nonnullæ partes ut materia rationis.

Tex.cõ.90. Tex.cõ.91. Tex.cõ.92.

Dicit ergo primo, q̃ aliquo modo similiter inuenitur necessarium in scientijs demonstratiuis, & in ijs, quæ generantur secũdum naturam. Inuenitur .n. in scientijs demonstratiuis necessarium a priori, sicut si dicamus, quòd quia definitio recti anguli est talis, necesse est triangulum esse talem, scilicet habere tres angulos æquales duob⁹ rectis: ex illo ergo priori quod assumitur vt principiũ, provenit ex necessitate conclusio. Sed nõ sequitur econtra, si cõclusio est, q̃ principium sit: quia aliquando ex falsis propositionibus potest syllogizari cõclusio vera. Sed tamen sequitur, q̃ si conclusio non é, q̃ neque principium præmissum sit: quia falsum nunquàm syllogyzaretur nisi ex falso. Sed in iis, quæ fiunt propter aliquid, siue secũdum artem, siue secũdũ naturã, econtra se habet: quia si finis erit, aut est, necesse est quod est ante finem, futurum esse, aut esse. Si vero id, quod est ante finẽ non est, neque finis erit: sicut in demonstratiuis, si non sit cõclusio, non erit principium. Sic igitur patet, q̃ in ijs, quæ fiũt propter finẽ, eundẽ ordinem tenet finis, quem tenet principium in demonstratiuis: & hoc ideo, quia etiam finis est principium, non quidem actionis, sed ratiocinationis: quia à fine incipimus ratiocinari de iis, quæ sunt ad finem: in demonstratiuis autem non attenditur principium actus, sed ratiocinationis: quia in demõstratiuis nõ sũt actiones, sed ratiocinationes tantũ: vnde conuenienter finis in ijs quæ fiunt propter finem, tenet locũ principij, quod est in demonstratiuis. Vnde similitudo est vtrobique, quamuis ecõtra se videatur habere propter hoc, q̃ finis é vltimũ in actione, quod in demonstratione non est. Sic igitur concludit, q̃ si debeat fieri domus, quod est finis generationis, necesse est hoc fieri, aut præexistere, i. materiã, quæ propter finẽ est: sicut lateres & lapides necesse est præexistere si domus fieri debet. Non tamen, q̃ finis sit pp materiam, sed non erit si materia nõ sit, sicut domus nõ erit, si non sint lapides, & serra nõ erit, si non fuerit ferrũ: quia & in scientijs demonstratiuis principia non sunt, si conclusio nõ sit, quæ assimilatur ijs, q̃ sunt ad finẽ, sicut principiũ finis, sicut dictũ est. Sic igitur manifestũ est, q̃ in rebus naturalibus dicitur esse necessariũ, quod sẽ habet p modum materiæ vel materialis motus, & ratio huius necessitatis est ex fine. Propter finẽ .n. necessariũ est esse materiã talem. Et naturalis quidẽ assignare debet vtrunq; causam. Sed

A terialem finalẽ, sed magis finalẽ: quia finis est causa materiæ, sed nõ econtra. Non .n. finis est talis, quia materia est talis: sed potius materia est talis, quia finis est talis, vt dictũ est. Secũdo ibi.

e ¶ Assimilat necessitatẽ naturalis generatiõis necessitati scientiarũ demonstratiuarũ quantũ ad id, quod est necessitatis principiũ. Manifestũ est .n. q̃ in scientijs demonstratiuis, principiũ demõstrationis est definitio: & similiter finis, qui est principiũ & ratio necessitatis in ijs, quæ fiunt fm naturã, est quoddam principiũ sumptũ a ratione & definitione. Finis .n generationis est forma speciei, quã significat definitio: & hoc etiã patet in artificialib⁹, sicut .n. demõstrator in demonstrando accipit definitionẽ vt principiũ, ita & Aedificator in ædificando, & Medicus in sanando: vt quia talis est definitio domus, oportet hoc fieri & esse, ad hoc, q̃ domus fiat. Et quia hæc est definitio sanitatis, oportet hoc fieri, ad hoc, q̃ aliquis sanet. Et h hoc, & illa, quousq; perueniatur ad illa, quæ fienda sunt. Contingit autẽ quãdoque in scientijs demõstratiuis triplicẽ esse definitionẽ, quarũ vna est demõstrationis principiũ, vt hæc. Tonitruũ est cõtinuus sonus in nubibus: quædã vero cõplectitur vtrunq;, vt hæc. Tonitruũ est cõtinuus sonus in nubibus pp extinctionẽ ignis in nubem: & hęc cõprehendit in se totam demonstrationẽ absq; demonstrationis ordine. Vnde in primo Posteriorũ dicitur, q̃ definitio est demõstratio positionę differẽs: quia igitur in ijs, quæ fiunt pp finem, finis se habet vt principiũ in demõstratiuis, & ea q̃ sunt ad finẽ, sicut cõclusio, etiã in definitione rerũ naturaliũ inuenitur id, quod est necessariũ pp finẽ. Si .n. aliquis velit definire opus serræ, quoniã est talis diuisio, q̃ quidẽ non erit nisi habeat dẽtes, qui nõ erunt apti ad diuidendũ nisi sint ferrei, oportebit in definitione serræ ponere ferrũ. Nihil .n. prohibet in definitione poni qualiã partes materiæ, non quidẽ partes individuales vt has carnes, & hæc ossa, sed partes cõmunes, vt carnes & ossa, & hoc necessariũ est in definitiõe omniũ rerũ naturaliũ. Sicut ergo definitio, q̃ colligit in se principiũ demonstrationis & conclusionẽ, est tota demõstratio, ita definitio colligens finẽ, & formã, & materiã, cõprehendit totum processum generationis naturalis.

Lectio. 16.

LIBRI SECVNDI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS
DE PHISICO AVDITV

LIBER TERTIVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclarissimis commentariis.

LECTIO PRIMA.

2 ROstquàm Philosophus determinauit de principijs rerum naturalium, & de principijs huius scientiæ, hic incipit prosequi suam intentionem determinando de subiecto huius scientiæ, quod est ens mobile simpliciter. Diuiditur ergo in partes duas. In prima determinat de motu secundum se. In secunda de motu per comparationem admouentia & mobilia, in Septimo lib. ibi. {Omne quod mouetur.} Prima diuiditur in duas. In prima determinat de ipso motu. In secunda de partibus eius, in Quinto libro ibi. {Transmutatur aute.} Circa primũ duo facit. Primo dicit, de quo est intentio. Secundo exequit ibi. {Est quidem igitur.} Circa primũ duo facit. Primo dicit, de quo principaliter intendit. Secundo, ponit quædam ei adiuncta quæ ex consequenti intẽduntur ibi. {Determinantibus autem.} Circa primum vtitur tali ratione. Natura est principiũ motus, & mutationis, vt ex definitione, in Secundo posita patet. Quomodo autem differant motus & mutatio ibi. {Quito ostendetur.} Et sic patet, quòd ignorato motu, ignoratur natura, cum in eius definitiõe ponatur. Cum ergo nos intẽdamus tradere scientiam de natura, necesse ẽ notificare motum. Secundo ibi.

b ¶ Adungit quædam, quæ concomitantur motum: & vtitur duabus rationibus, quarum prima talis est. Quicunque determinat de aliquo, oportet, quòd determinet ea, quæ consequuntur ipsum: subiectum enim & accidentia in vna scientia considerantur: sed motum consequitur infinitum intranee, quod patet sic. Motus enim est de numero cõtinuorum, quod infra patebit in Sexto, infinitum autem cadit in definitione continui. Et addit. {Primo.} quia infinitum, quod est in additione numeri, causatur ex infinito, quod est in diuisione continui. Et quòd infinitum cadat in definitione continui ostendit, quia multoties definiẽtes continuum, vtuntur infinito, vtpote cum dicunt, quòd cõtinuum est, quod est diuisibile in infinitum. Et dicit {Multoties} quia inuenitur etiam alia definitio continui, quæ ponitur in prædicamentis, continuum est cuius partes ad vnum terminum communem copulantur. Differunt autem hæ duæ definitiones. Continuum enim cum sit quoddam totum, per partes suas definiri habet. Partes autem dupliciter comparantur ad totum, scilicet secundum compositionem, prout ex partibus totum componitur, & secundum resolutionem, prout totum diuiditur in partes. Hæc igitur definitio continui, data est secundum viam resolutionis, quæ autem ponitur in prædicamentis, secundum viam conmpositionis: sic igitur patet, q infinitum consequitur motum intranee.

LECTIO I.

Voniam autem natu- Tex.cõ. 1. est principium motꝰ, & mutationis: sciẽtia autẽ nobis de natura est, oportet nõ ignorare quid sit motꝰ: necessarium enim est ignorato ipso, & ignorari naturam.

b Determinantibus autem de motu, tentãdum est eodem aggredi modo, & de ijs, quæ consequenter sunt. Videtur autem motus esse cõtinuorum: sed infinitum apparet primo in continuo. vnde & definiẽtibus continuum, cõtingit prius indigere multoties rõne infiniti, cum in infinitum diuisibile cõtinuũ sit. Adhuc autem sine loco, & vacuo, & tempore, impossibile est esse motum. Manifestum igitur est, q̃ & propter hęc, & propter id, quòd omniũ sunt communia, & vniuersalia omnibꝰ, intendendum est, cum proposuerimus de vnoquoque istorum. Posterior autem de propriis speculatio ea, quę de communibus est. Primum autem sicut diximus, de motu.

c Est quidẽ igitur aliquid, qd̃ actu tãtum est, aliud autem tantum potentia. Et eorum, quæ

LECTIO I.

Vum autẽ ipsa quidem natura motus quietis, mutationisue principiũ sit, nostra autem doctrina sit de natura, non lateat nos oportet, quid nam sit motus. Nã, si ignoretur ipse, naturam etiam ignorari necesse est.

Post motꝰ uero determinationem, eniteṇdum est de ijs etiam, quæ deinceps sequuntur determinare. Motus autem de genere continuorum esse uidetur, & infinitum in ipso continuo primum apparet: quocirca fit, ut qui continuum ipsum definiunt, infiniti ratione, sæpe utantur: Continuum id esse dicentes, quod in infinitum est diuisibile. Insuper impossibile est sine loco, uacuo, atque tempore motum esse. Patet igitur, partim ob hæc ipsa, partim etiam quia cunctis hæc communia sunt, uniuersisque competunt, unumquodque istorum proponendum esse, atque considerandum. Propriorum enim contemplatio, communium contemplatione posterior est. Atque primum ut diximus, de motu consideremus.

Eorum igitur, quæ sunt, quædam actu tantum, quædam potentia sunt. At horum quæ actu, aliud est hoc

terminandum est de quolibet istorum: quia speculatio, quæ est de proprijs est posterior ea, quæ est de communibus, vt in principio dictum est. Sed inter hæc communia prius determinandum est de motu, quia alia consequuntur ad ipsum vt dictum est. Deinde cum dicit.

c ¶ Exequitur propositum. Et primo determinat de motu & infinito, quæ intranee motum consequuntur, secundo de alijs tribus, quæ consequuntur ipsum extrinsece, in Quarto libro ibi. {Similiter autem necesse.} Prima diuiditur in duas. In prima determinat de motu. In secunda de infinito ibi. {Quoniã autem de natura.} Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam ad inuestigandum definitionem motus. Secundo definit motum ibi. {Diuiso autem secundum vnumquodque.} Circa primum duo facit. Primo enim, præmittit quasdam diuisiones: quia via ad inueniendum definitiones conuenientissima est per diuisiones: vt patet per Philosophum, in Secundo posteriorum, & in Septimo Metaphysicæ. Secundo ostendit, quòd motus in prędictas diuisiones cadit ibi. {Non est autem motus, &c.} Circa primum, ponit tres diuisiones, quarum prima est, quòd ens diuiditur per potentiam, & actum. & hæc quidem diuisio non distinguit genera entium. nã potentia & actus inueniuntur in quolibet genere. Secunda diuisio est, prout ens diuiditur secundum decem genera: quorum vnum est hoc aliquid, aliud quantum, aliud tale, & in ceteris simili modo, quæ prædicamenta eius, quod est, appellantur. Eorum præterea, quæ sunt ad aliquid, aliud excessione defectioneue dicitur: aliud actiui, passiuique, atque omnino motiui, ac mobilis ratione. motiuũ nanque mobilis, & mobile a motiuo mobile dicitur.

Non est autem ullus motus præter res ipsas. Id enim quod mutatur, aut in substantia, aut in quantitate, aut in qualitate, aut in loco semper mutatur. Commune autem in his nihil accipere possumus, uti diximus, quod quidem neque hoc, neque quantũ, neque quale, neque ceterorum quicquam sit prædicamentorum. Quare neque motus, neque mutatio cuiuspiam præter ea, quæ diximus erit, cum nihil sit præter ea, quæ diximus.

Vnumquodque autẽ dupliciter cum ẽlis ineſt, ut hoc: aliud enim est ipsius forma, aliud est priuatio, & quale, aliud enim est album, aliud nigrũ. & quantum, aliud enim est perfectum, aliud imperfectum. & in loci mutatione simili modo. aliud enim est supra, aliud infra: aut aliud lene, aliud graue. Quare quot sunt ipsius speciesꝰ, quod est, tot motus mutationisue species sunt.

LECTIO II.

Tex.cõ. 4. Diuiso autem secundum vnumquodque genus, hoc quidem esse actu, aliud vero quale, vel aliqd̃ aliorũ entis ꝓdicamentorũ. Sed eiꝰ, quod ad aliquid, aliud qdẽ sm̃ superabũdantiã: & defectũ dr̃, aliud aũt sm̃ actiuũ, & passiuũ, & omnino motiuũ, & mobile: Motiuũ. n. motiuũ mobilis est. & mobile a motiuo est mobile.

d Nõ est aũt motus ꝓter res, ad quas est motus. Mutãt. n. semp id qd̃ mutatur, aut sm̃ substantiã, aut sm̃ quantitatem, aut sm̃ qualitatẽ, aut sm̃ locum, cõmune aũt in his nullũ est accipere, sicut diximꝰ, qd̃ neq; hoc, neq; quantũ, neq; quale sit, neq; aliorũ ꝑdicametorũ vllum. Quare neq; motus, neque mutatio vllius erit, extra ea q̃ dicta sunt, cum nihil sit extra prędicta.

Tex.cõ. 5. e Vnumquodq; aũt dupliciter ineſt oĩbus, vt hoc. Aliud quidẽ .n. forma ipsius, aliud vero priuatio, & sm̃ qualitatẽ. hoc qdẽ .n. albũ, illud aũt nigrum & sm̃ quantitatẽ, aliud qdẽ pfectum, aliud vero iperfectũ. Similiter aũt & sm̃ loci mutationem, hoc qdẽ sursũ, illud vero deorsum: aut aliud qdẽ graue, aliud vero leue. Quare motꝰ, & mutationis tot sunt spẽs, quot & entis.

LECTIO II.

Tex.cõ. 6. Diuiso autem secundum vnumquodque genus, hoc quidem esse actu, aliud vero quale, vel aliqd̃ aliorũ entis ꝓdicamentorũ. Sed eiꝰ, quod ad aliquid, aliud qdẽ sm̃ superabũdantiã: & defectũ dr̃, aliud aũt sm̃ actiuũ, & passiuũ, & omnino motiuũ, & mobile: Motiuũ. n. motiuũ mobilis est. & mobile a motiuo est mobile.

Tex.cõ. 20. d Nõ est aũt motus ꝓter res, ad quas est motus. Mutãt. n. semp id qd̃ mutatur, aut sm̃ substantiã, aut sm̃ quantitatem, aut sm̃ qualitatẽ, aut sm̃ locum, cõmune aũt in his nullũ est accipere, sicut diximꝰ, qd̃ neq; hoc, neq; quantũ, neq; quale sit, neq; aliorũ ꝑdicametorũ vllum. Quare neq; motus, neque mutatio vllius erit, extra ea q̃ dicta sunt, cum nihil sit extra prędicta.

Tex.cõ. 5. e Vnumquodq; aũt dupliciter ineſt oĩbus, vt hoc. Aliud quidẽ .n. forma ipsius, aliud vero priuatio, & sm̃ qualitatẽ. hoc qdẽ .n. albũ, illud aũt nigrum & sm̃ quantitatẽ, aliud qdẽ pfectum, aliud vero iperfectũ. Similiter aũt & sm̃ loci mutationem, hoc qdẽ sursũ, illud vero deorsum: aut aliud qdẽ graue, aliud vero leue. Quare motꝰ, & mutationis tot sunt spẽs, quot & entis.

LECTIO II.

Tex.cõ. 6. Diuiso autem secundum vnumquodque genus, hoc quidem esse actu, aliud vero quale, vel aliqd̃ aliorũ entis ꝓdicamentorũ. Sed eiꝰ, quod ad aliquid, aliud qdẽ sm̃ superabũdantiã: & defectũ dr̃, aliud aũt sm̃ actiuũ, & passiuũ, & omnino motiuũ, & mobile: Motiuũ. n. motiuũ mobilis est. & mobile a motiuo est mobile.

Tex.cõ. 20. d Nõ est aũt motus ꝓter res, ad quas est motus. Mutãt. n. semp id qd̃ mutatur, aut sm̃ substantiã, aut sm̃ quantitatem, aut sm̃ qualitatẽ, aut sm̃ locum, cõmune aũt in his nullũ est accipere, sicut diximꝰ, qd̃ neq; hoc, neq; quantũ, neq; quale sit, neq; aliorũ ꝑdicametorũ vllum. Quare neq; motus, neque mutatio vllius erit, extra ea q̃ dicta sunt, cum nihil sit extra prędicta.

Tex.cõ. 5. e Vnumquodq; aũt dupliciter ineſt oĩbus, vt hoc. Aliud quidẽ .n. forma ipsius, aliud vero priuatio, & sm̃ qualitatẽ. hoc qdẽ .n. albũ, illud aũt nigrum & sm̃ quantitatẽ, aliud qdẽ pfectum, aliud vero iperfectũ. Similiter aũt & sm̃ loci mutationem, hoc qdẽ sursũ, illud vero deorsum: aut aliud qdẽ graue, aliud vero leue. Quare motꝰ, & mutationis tot sunt spẽs, quot & entis.

A quòd omne ens, scilicet quod mutatur, muratur vel secundum substantiam, vel secũdum quãtitatem, vel secundum qualitatẽ, vel secundum locum, vt in quinto ostendetur. His autem genẽ Tex. cõ. 2.
ribus non est accipere aliquod commune vniuocum, quod non contineatur sub aliquo prædicamento, ut sit genus eorum: sed ens est commune ad ea secundum analogiam, vt in 4. Metaphysicæ ostendetur. Lec. 1. tex. com. 2.
vnde etiam manifestum est, q̃ neq; motus, neque mutatio sunt extra prædicta genera, cum nihil sit extra ea, sed sufficienter diuidat ens. Quo modo aũt motus se habeat ad prædicamentum actionis, vel passionis, infra ostenTex. cõ. 22.
detur. Secundo ibi.

e ¶ Ostendit, quòd motus diuiditur, sicut genera rerum. Manifestum est enim, q̃ in omnibus generibꝰ contingit aliquid esse dupliciter, vel sicut perfectum, vel sicut imperfectum. Cuius ratio est, quia priuatio, & habitus est prima contrarietas, quæ in omnibus contrarijs saluatur, vt in 10. Metaphysicæ dicitur. vnde, cum omnia genera diuidant cõtrariis differentijs, oportet in omnibus generibus esse perfectum, & imperfectum, sicut in substantia aliquid est vt forma, & aliqd, vt priuatio. Et in qualitate aliquid est vt album, quod est perfectum, aliud vt nigrum, quod est quasi imperfectum. Et in quãtitate, aliquid est quantitas perfecta, & aliquid imperfecta. Et in loco, aliquid est sursum, quod est quasi perfectum: & aliqd deorsum, qd̃ est quasi imperfectum: vel leue & graue, quæ ponunt in vbi, ratione inclinationis. Vnde manifestũ est, q̃ quot modis diuiditur ens, tot modis diuiditur motus, secundum diuersa genera entium, vt augmentum, quod est motus in quantitate, a generatione, quæ est motus in substantia. Differunt etiam species motus secundum perfectum & imperfectum in eodem genere. nam generatio est motus in substãtia ad formã: corruptio vero ad priuationem: in quantitate augmentum ad quantitatem perfectam, diminutio ad imperfectam. Quare autem non assignentur duę species in qualitate, & in vbi, ostenLec. 4. tex. com. 18.
detur in Quinto.

LECTIO II.

Ostquam Philosophus præmisit quædam, quæ sunt necessaria ad inquisitionem definitionis motus, hic definit motum. Et primo in generali. Secũdo in speTex. cõ. 23.
ciali ibi. {Qui quidem igitur motus.} Circa primũ, duo facit. Primo ostendit, quid sit motus. Secundo inquirit, cuius actus sit motus, vtrum mouentis, aut mobilis ibi. {Mouetur autem mouens Physice.} Circa primum, tria facit. Primo ponit definitionẽ motus. Secũdo manifestat definitionem, seu partes definitionis ibi. {Quòd autem hoc sit motus.} Tertio ostenTex. cõ. 16.
dit definitionem esse bene assignatam ibi. {Quòd quidem igit Tex. cõ. 7. Tex. cõ. 11.
hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

Sed à parte 6 tex.

hoc sit.} Circa primum, duo facit. Primo ponit definitionē motus. Secundo exemplificat ibi. { Vt alterabilis quidem. } Circa primum, sciēdum est, ꝙ aliqui definierunt motum dicentes, ꝙ motus est exitus de potentia in actum non subito. Qui in definiendo errasse inueniuntur, eo ꝙ in definitione motus posuerunt quædam, quæ sunt posteriora motu. exitus enim est quædam species motus. Subitum etiam in sua definitione recipit tempus: est. n. subitum, quod fit in indiuisibili temporis: tempus aūt definitur per motum. Et ideo omnino impossibile est aliter definire motum per priora, & notiora, nisi sicut Philosophus hic definit. Dictum est enim, ꝙ vnūquodq; genus diuiditur per potētiam, & actum. Potentia autem & actus, cū sint de primis differentiis entis, naturaliter priora sunt motu. & his vtitur Philosophus ad definiendum motum. Considerandū est igitur, ꝙ aliquid est in actu tantum, aliquid vero in potētia tantum, aliquid vero medio modo se habens inter potentiam puram, & actum perfectū. Qđ igitur est in potētia tantum, nondū mouetur: quod autem iam est in actu perfecto nō mouetur, sed iam motum est. Illud igitur mouetur, quod medio modo se habet inter purā potētiam, & actum: quod quidem partim est in potentia, & partim in actu, vt patet in alteratione. cum enim aqua est solum in potentia calida, nondum mouetur: cum vero est iam calefacta, terminatus est motus calefactionis: cum vero iam participat aliquid de calore, sed imperfecte, tunc mouetur ad calorem: nam quod calefit, paulatim participat calorem, magis ac magis. Ipse igitur actus imperfectus caloris in calefactibili existens, est motus: non quidem secundum id, quod actu tantum est, sed secundum ꝙ iam in actu existens, habet ordinem in vlteriorem actum, quia si tolleretur ordo ad vlteriorem actum, ipse actus quantumcunque imperfectus, esset terminus, & non motus: sicut accidit cū aliquid semiplene calefit. ordo autem ad vlteriorem actum cōpetit existenti in potentia ad ipsum. Et similiter, si actus imperfectus consideretur tantum, vt in ordine ad vlteriorem actum, secundum ꝙ habet rationem potentiæ, non habet rationē motus, sed principii motus: potest enim incipere calefactio, sicut a frigido, ita & a tepido. Sic igitur actus imperfectus habet rationem motus, & secūdum ꝙ comparatur ad vlteriorem actū, vt potentia, & secundum ꝙ cōparatur ad aliquid imperfectius, vt actus. Vnde neque est potentia existentis in potentia, neque est actus existentis in actu, sed est actus existentis in potentia: vt per id, qđ dicitur actus, designetur ordo eius ad anteriorem potētiam, & per id, quod dicitur in potentia existentis, designetur ordo eius ad vlteriorem actum. Vnde conuenientissime Philosophus definit motum dicens, ꝙ motus est actus existentis in potentia, secundum ꝙ huiusmodi. Secundo ibi.

b ¶ Exemplificat in omnibus speciebus motus, sicut alteratio.

Tex.cō.7.

Tex.cō.8.

Tex.cō.9.

hoc autem potentia: potētia existētis actus, secūdum quod huiusmodi est, motus est.

b Vt alterabilis quidē, inquātū est alterabile, alteratio est: augmentabilis aūt, & oppositi (nullum. n. commune nomen vtrisq;) augmentum, & decremētū: generabilis aūt, & corruptibilis, gnatio, & corruptio: loco mutabilis, loci mutatio.

c Quod aūt hoc sit motus ab hinc manifestum est. Cū enim ædificabile, inquantum hmōi ipsum dicimus esse, actu ædificatur. & est hoc ædificatio. Similiter autē & doctrinatio, & volutatio, & medicatio, & saltatio, & adolescētia, & senect⁹.

d Quoniā aūt quędam eadem sunt, & potētia, & actu, quāuis non simul, aut nō sm idem, sed vt calidum quidē potentia, frigidum aūt actu multa iā agūt, & patiuntur adinuicem. omne enim erit simul actiuum, & passiuum. ergo & mouens physice mobile erit. omne enim hmōi mouet cū mouetur, & ipsum. Videtur quidem igitur quibusdam, omne moueri mouēs. Sed de his quidem, ex aliis erit manifestum qūo se habeāt. Est. n. quidam mouentium, & immobile, sed potentia existentis cū actu ens agat, aut ipsum, aut aliud, inquantum mobile, motus est.

C

D

I

K

H

est actus alterabilis, inquantum est alterabile. Et quia motus in quantitate, & in substantia, non habent vnum nomen, sicut motus in qualitate, qui dicitur alteratio: quantum ad motum in quantitate ponit duo nomina, & dicit, ꝙ actus augmentabilis, & oppositi. s. diminuibilis, quibus non est vnum commune nomen, est augmentum, & diminutio. Et similiter in substantia: generabilis, & corruptibilis, gnatio, & corruptio. Et mutabilis secūdum locum, loci mutatio, accipit enim hic motum communiter ꝓ mutatione, non aūt stricte, secundum ꝙ diuiditur contra generationem, & corruptionem, vt dicetur in quinto. Dein de cum dicit.

potentia sit: actus eius, quod est potentia, ut est tale, motus nimirum est.

Velut alterabilis quidem ut alterabile est, alteratio: accrescibilis autē, atque oppositū decrescibilis (nullum est enim his commune positum nomen) accretio, ac decretio: generabilis item, ac corruptibilis, generatio, atque corruptio, & eius quod fertur, latio.

Atque hoc motum esse inde perspici potest. Nam cum ædificabile tale est, tum ipsum ut ædificatur actū dicimus esse, atque hoc est ædificatio. Similiter & medicatio, & volutatio, & saltatio, & ijsdem modi cetera.

Quoniam autem aliqua potentia sunt, atque actu: at non simul, aut nō eodem, sed ut quippiam calidum quidem est potentia: frigidum autem actu, complura iam ueicissim agent, ac patientur. omne namque simul actiuum erit, atque passiuum. quare & id, quod naturaliter mouet mobile est. omne namque tale mouet, subiens motum, & ipsum. Atque sunt quibus omne, quod mouet, moueri uidetur. Verum de hoc quomodo sese habet, ex aliis sane patebit. Est enim quoddam mouentium, & immobile. Actus autem eius, quod est potentia. cum actu est, ac nēn ut ipsum, sed ut mobile est, operatur, motus nimirum est.

Tex.cō.10.

Tex.cō.11.

Tex.cō.12.

Tex.cō.13.

Sed à parte tex.

Sed à parte 13. tex.

Qui ergo posuerunt vnum principium tantum materiale, quodcunque sit de numero eorum, quæ dicuntur elementa: siue aer, siue aqua, siue aliquid medium, dixerunt id esse infinitum. Qui vero fecerunt plura elementa, sed finita secundum numerum, nullus eorum posuit quòd elementa essent infinita secundū quantitatem, ipsa enim diuersitio elementorū contrariari videbatur infinitati vtriusque eorum. Sed illi, qui fecerunt infinita secundum numerū, dicunt ex omnibus illis infinitis fieri quodam vnum infinitū per contactum. Et hi fuerunt Anax. & Democritus, qui in duobus differebant. Primo quidem, in quiditate principiorum infinitorum: nam Anax. posuit illa infinita principia, esse infinitas similes partes, vt carnis, & ossis, & huiusmodi. Democritus autem ponebat huiusmodi infinita principia, esse indiuisibilia corpora, differentia secundum figuras; quæ quidem corpora dicebat esse semina totius naturæ. Alia differentia est quantum ad habitudinem horū principiorum adinuicem. Anaxa. enim dixit, quòd quælibet harum partium infinitarum, esset commista cuilibet: sicut quod in qualibet parte carnis esset os, & econtra, & similiter de alijs. Et hoc ideo quia videns, quòd quodlibet fit ex quolibet: & credens quod omne, quod fit ex aliquo, est in eo: syllogizauit quod quodlibet sit in quolibet.

Et ex hoc videtur ipse affirmare, quòd aliquādo omnes res erant simul confusæ adinuicem, & nihil erat distinctum ab alio. Sicut enim hæc caro & hoc os cōmiscent ad inuicē, quæ demōstrat generationē eorū adinuicē, sic ēt est de quodlibet alio. Omnia igitur aliqn fuerūt simul: est enim accipere principium disgregationis non solum in aliquo vno, sed in omnibus simul: quod sic probat. Quod enim fit ex alio erat prius ei cōmistum, & per hoc fit, quod segregatur ab eo: sed omnia fiunt, licet non simul, oportet igitur ponere vnum principium generationis omnium, non solum vniuscuiusque. Et hoc vnum principium vocauit intellectum, cui soli competit distinguere & congregare, propter hoc quòd est immixtus. Quod autē sit per intellectum, videtur habere quoddam principiū, quia intellectus, a determinato principio incipiens, operatur: ergo segregatio fit ab intellectu, oportet dicere, quòd segregatio habeat quoddam principium: vnde cōcludebat, quòd aliquando omnia fuerint simul, & quòd motus, quo segregātur res adinuicem, aliquādo incæperit, cum prius non fuerit: sic igitur Anaxag. posuit vnū principium fieri ex altero. Sed Democritus dicit, quòd vnum principium non fit ex altero, sed tamen natura corporis, quæ est communis omnibus indiuisibilibus corporibus, differens secundum partes, & figuras, est principiū omnium secundum magnitudinem, inquantum ex indiuisibilibus ponebat componi omnes magnitudines diuisibiles. Et sic concludit, quòd ad Philosophum naturalē pertinet considerare de Infinito. Deinde dicit.

Qui autem de natura, omnes semper subiiciunt alteram quādam naturam dictorum elemētorum infinito, vt aquam, aut aerem, aut medium horum. Finita autem facientium elementa, nullus infinita facit. Quicunque autem infinita faciunt elementa, quemadmodū Anaxagoras, & Democritus: illi quidem ex similibus partibus, hic autem ex omniseminario figurarum per contactum continuum infinitum esse dicit. Et hic quidem quamlibet partem esse similiter mistā toto, ex eo quod videt, quodlibet ex quolibet fieri: hinc etenim dicere videtur, & simul aliquando omnes res firmatas esse. vt hæc caro, & hoc os, & sic quodlibet: & omnia itaq;, & simul igitur. Principium enim non solum in vnoquoq; disgregationis, sed & omniū est: quoniam enim omne, quod fit, ex huiusmodi fit corpore, omniū enim generatio prēterquam q̄ non simul. & quoddam principiū esse oportet generationis. Hoc autem est vnum, quod ille vocat intellectum. Intellectus autem ex principio quoddam operatur intelligens, & cognoscens: quare necesse ē simul aliquando omnia fuisse & incepisse moueri aliquando. Democritus autem nihil alterum ex altero fieri primorū dicit: sed tamē ipsum commune corpus omnium esse principium, magnitudine secundum partes, & figura differens. Quod quidē igitur cōueniēs sit Physicis hęc speculatio, manifestū ex his.

Rationabiliter autem, & principium ipsum ponunt omnes. Neq; enim fruſtra possibile est ipsum esse, neq; aliā ipsi inesse potētiam, nisi sicut principiū: omnia enī principiū sunt, aut ex principio: infiniti autem nō est principium: esset enim vtique finis ipsius. Amplius autē, & ingenitum, & incorruptibile si est quoddam principium: quodcunq; enim fit, necesse est

Naturales autem omnes, aliam quādam semper naturam eorum, quæ elementa dicuntur, ipsi infinito supponunt, ut aquam, uel aerem, uel id, quod inter hæc medium collocatur, præter eos, qui elementa finita fecerunt; nullus enim ipsorum infinitum facit. Qui uero elementa faciunt infinita, ut Anaxagoras, atque Democritus, hi infinitum ipsum tactu continuum esse dicunt. Ille quidem ex bisce, quæ sunt similium partium, hic autem ex indiuiduis illis corpusculis, quæ figuris differunt, tanquæ generandarum semina rerum. Atque ille quidē quāmuis congeriei partem congestam esse, perinde atque totam dicebat, quia uidebat quoduis, ex quouis oriri. Hinc enim & omnes res olim simul fuisse dixisse uidetur, ut hanc carnem, & hoc os, & quod uis simili modo igitur & uniuersa, & simul ergo: non solum enim in unoquoque principium est segregationis, sed in ipso etiam uniuerso: nam, cum omne, quod fit, ex tali corpore fiat, omniumque sit generatio, non simul tamen, atque aliquod principium generationis esse oporteat, & id sit unū quod ille mentem appellat, mensque a principio quodam operetur cum intellexit: necesse est olim omnia simul fuisse, mouerique olim cœpisse. Democritus autem non aliud ex alio primorum illorum corporum fieri dicit: ipsum tamen commune corpus omnii est principium, magnitudine partium differens, atque figura. Patet igitur ex bisce, quæ diximus, infiniti contemplationem, ad naturales Philosophos pertinere.

Principium autem omnes ipsum ponunt cum ratione: impossibile est enim, aut ipsum in ratione rerum esse fruſtra, aut aliam ullam ipsi præter principiū uim inesse. Omne enim quod est, aut est principium, aut est ex principio: at principium infiniti non est: esset enim ipsius finis. Præterea ingenitum ipsum esse, corruptioneq; uacare consent, quippe cum sit principium quoddā: nā et quod nascitur id habeat finē necesse est, & omnis corruptionis

vnde relinquitur quòd infinitum sit principium. Sed attendendum est, quòd in hac ratione vtuntur æquinoce principio & fine: nam quod est ex principio, habet principium originis

infinito autē repugnat principium & finis quantitatis, vel magnitudinis. Secundum autem quod attribuebant infinito esse, quòd sit ingenitum, & incorruptibile. Et hoc sequitur ex eo, quòd est principium: omne enim quod fit, necesse est quòd accipiat finem, sicut & habet principium: & etiam cuiuslibet corruptionis est aliquis finis: finis autem repugnat infinito: esse ergo gīrabile, & corruptibile repugnat infinito. Et sic patet, quòd nō est aliquod principium infinitū, sed magis infinitum est principium aliorum. In hoc etiam æquinoce sumebant principium, & finem sicut & supra. Tertium autē, quod attribuebant infinito erat, quòd contineret, & gubernaret omnia: hoc enim videtur esse primi principij, & hoc dixerunt quicunque non posuerunt præter materiam, quam dicebāt infinitam alias causas scilicet agentes, vt intellectū quòd Anaxa. & concordia Empe. continere. n. & gubernare magis pertinet ad principium agens, quàm ad materiam. Quartum autem, quod infinito attribuebant est, quòd esset quoddam diuinum: omne enim quod est immortale, aut incorruptibile, diuinum appellabant: & hoc posuit Anaximāder, & plures Antiquorum Philosophorum naturalium.

accipere finem. & finis, omnis est corruptionis. Quare, sicuti dicimus, non est huius principium, sed hoc aliorum videtur esse, & continere omnia & gubernare: sicut affirmant quicūque non faciunt præter infinitum alias causas, vt intellectū, aut concordiam. Et hoc esse debet diuinum: immortale enim & incorruptibile est, sicut affirmant Anaximander, & Plurimi Philosophorum.

LECTIO VII.

Tex.cō. 31.

Esse autem infinitum, fides ex quinq; contingit, maxime intendētibus. Ex tempore: hoc enim infinitum: & ex ea quæ est magnitudinum diuisione: vtuntur. n. Mathematici infinito. Amplius sic vtique solum non est desinere fieri, & corrumpi, si infinitum fit. Amplius inducendo finitum semper ad aliquid: quare necesse est ei nullum esse terminum, si semper inducere necesse est alterum ad alterum. Maxime autem, & magis proprie, quod cōmunem facit dubitationem omnibus, propter id enim quod in intellectu est, non deficit, & numerus infinitus videtur esse, & mathematicæ magnitudines, & quod est extra cælum. Infinitum autem cum sit extra, & corpus infinitum videtur esse, & mōdi: quid enim magis vacuum hic, q̄ ibi? quare si quidem in vno loco, & vbique necesse est esse magnitudinem. Similiter autem & si vacuum est, & locus infinitus, & corpus infinitum necesse est esse: Contingere enim ab esse, nihil differt in perpetuis.

LECTIO VII.

a Ostris opinionibus Antiquorum de infinito, hic incipit inquirere veritatem. Et primo obijcit ad vtranque partem, secundo soluit ibi. ¶ Quod quidem igitur actu corpus. ¶ Circa primum duo facit. Primo ponit rationes ad ostendendum quòd infinitum sit, secundo, ad ostendendum quòd infinitum sit, secundo, ad ostendendum quòd non sit ibi. ¶ Habet autem dubitationem. ¶ Circa primū ponit quinque rationes, quarum prima sumitur ex tempore, quod secundum communem opinionem Antiquorum infinitum erat. Solus enim Plato generauit tempus, vt in Octauo huius dicetur. Dicit ergo primo, quòd ad ostendendum infinitum esse, ex quinque rationibus accipi potest: & primo quidem ex tempore, q̄ est infinitum secundum illos, qui dicebant tempus semper fuisse, & semper futurum esse. Secunda ratio sumitur ex diuisione magnitudinum in infinitum: infinito enim in magnitudinibus vtuntur etiam Mathematici in suis demonstrationibus: quod non esset, si infinitum totaliter tolleretur a rebus: oportet igitur ponere infinitum. Tertia ratio sumitur ex perpetuitate generationis, & corruptionis secundum plurium opinionem: si enim totaliter tolleretur infinitum, non posset dici quòd generatio & corruptio in infinitum durarent: vnde oporteret dicere, quòd quandoque totaliter generatio cessaret, quod est contra multorum opinionem: oportet ergo ponere infinitum. Quarta ratio sumitur ex apparenti ratione finiti. Videtur enim quòd de ratione finiti sit, quòd semper includatur ab aliquo alio: quia videmus apud nos omne finitum extendi vsque ad aliquid: demonstrato igitur aliquo corpore, si illud sit infinitum, habetur propositum: si autem sit finitum, oportebit quòd terminetur ad aliquod aliud, & iterū illud, si sit finitum, ad aliquod aliud: aut ergo erit procedere in infinitum, aut deuenietur ad aliquod corpus infinitū, & vtroque modo ponitur infinitum: vnde necesse est, quòd nullus sit terminus corporū sed semper oporter, quòd omne finitum includatur ab aliquo altero. Quinta ratio sumitur ab apprehensione intellectus vel imaginationis. Vnde dicit, quòd illud, quod maxime facit communem dubitationem inducentem homines ad ponendum infinitum, ē ex hoc, quòd intellect* nunquam deficit, q̄n super quodlibet finitum datum, possit aliquid addere. Hxilliabant autem Anti qui Philosophi q̄ res responderent apprehensioni intellectus & sensus: vnde dicebant, quod omne, quod videtur, est verum: vt in Quarto Meta. dicitur. & propter hoc credebant, quod esset in rebus esset infinitum. Inde est quòd videtur numerus esse infinitus: quia intellectus cuilibet numero dato vnitatem addendo, facit aliam speciem. Et eadem ratione, videntur magnitudines Mathematicæ, q̄ in imaginatione cōsist. n̄ esse infinitæ: quia qualibet magnitudine data, possumus imaginari maiorem. Et eadem ratione videtur esse extra cælum quoddam spatium infinitum: quia possumus imaginari extra cælum in infinitum quasdam dimensiones. Si autem est infinitum spatium extra cælum, necesse videtur quòd sit corpus infinitum, in quod sint mundi infiniti: & hoc duplici ratione: prima rationis quia, si consideretur totum spatium infinitum, totum secundum idem consideratum est vniforme: non est ergo assignare rationem, quare magis in vna parte illud spatium sit vacuum a corpore, quàm in alia: si ergo in aliqua parte illius spatii inueniatur aliqua magnitudo corporalis, sicut q̄ est huius mundi, oportet quòd in qualibet parte illius spatii inueniatur aliqua magnitudo corporalis, sicut quæ est huius mūdi: & sic oportet corpus esse infinitum, sicut & spatium: vel etiam oportet mundos esse infinitos, vt Democritus posuit.

Tex.cō. 11.

Tex.cō. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alia ratio est ad idem ostendendum: quia, si est infinitum spatium, aut est vacuum, aut est plenum: si est plenum, habetur propositum quòd sit corpus infinitum: si autem est vacuum, cum vacuum nihil aliud sit, quam locus non repletus corpore, possibile tamen repleri, necesse est, quòd si est spatium infinitum, sit etiam locus

Tex.cō.33. infinitus, qui posset repleri corpore: & ita oportebit corpus esse infinitum, quia In perpetuis nō differt contingere & esse. Vnde, si contingit locum infinitum repleri corpore, oportet dicere quòd sit repletus corpore infinito: necesse ergo videtur dicere,

Tex.cō.34. quòd sit corpus infinitum. Secundo ibi.

b ¶ Obijcit in contrarium. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quæstionem esse dubitabilem, ne rationes præmissæ omnino verum concludere videantur, Secūdo ostēdit, quot modis dicitur infinitum

Secda parte 34. tex. ibi. ⁊ Primum ergo determinandum. ⁊

Tex.cō.35. Tertio ponit rationes ad ostendendum infinitum non esse ibi. ⁊ Separabile quidem igitur esse. ⁊ Dicit ergo primo, quòd dubitatio est circa infinitum, vtrum sit,

Tex.cō.37. vel non sit: multa enim impossibilia cō sequuntur ijs, qui ponunt infinitum omnino non esse, sicut ex præmissis patet: & etiam ijs, qui ponunt infinitum esse, multa accidunt impossibilia, vt ex consequentibus rationibus patebit. Est etiā dubitatio, qualiter infinitum sit, vtrum scilicet, sit aliquid per se existens, sicut quædam substantia, vel

Tex.cō.36. sicut aliquod accidēs per se cōueniens alicui naturæ: aut neutro mō sit, scilicet, neque per se existēs, sicut substantia, neque sicut accidens per se: sed nihilominus, si est accidens, est alicuius substantiæ: & si est substantia, aut est indiuisibile, aut diuisibile. Et hoc est quod quærit dicens, vtrum sit infinitum aliquid per se existens, sicut quædam substantia, vel sicut aliquod accidens per se conueniens alicui naturæ: aut neutro modo sit, scilicet, neque per se existens

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philosophia. Secunda ratio ostendit, quòd non sit infinitum multitudine. Omne enim numerabile contingit numerari, & per consequens numerando transiri: omnis autem numerus, & omne quod habet numerum, est numerabile. ergo omne huiusmodi contingit transiri: si igitur aliquis numerus siue separatus, siue in sensibilibus existens, sit infinitus, sequetur q̃ possibile sit transire infinitū, quod est impossibile. Attendendum est autem, quòd istæ rationes sunt probabiles, & precedentes ex iis, quæ communiter dicuntur: non enim ex necessitate concludunt: quia q̃ poneret aliquod corpus esse infinitum, non cōcederet quòd de ratione corporis esset terminari superficie, nisi forte secundum potentiam, quāuis hoc sit probabile & famosum. Similiter q̃ diceret aliquā multitudinem esse infinitam, non diceret eam esse numerum, vel numerum habere: addit enim numerus super multitudinem rationem mēsurationis. Est enim numerus multitudo mēsurata per vnum, vt dicitur in Decimo Meta. & propter hoc numerus ponitur species quātitatis discretæ, non autem multitudo: sed est de trāscendentibus. Secūdo ibi.

Tex.cō.41.

Tex.cō.42.

Tex.cō.43.

b ¶ Inducit rationes naturales ad ostēdendum quòd nō sit corpus infinitum in actu. Circa quas cōsiderandum est, quòd quia Arist. nondum habuerat corpus cæleste esse alterius essentiæ a quatuor elementis: opinio autē communis suo tempore fuerat, quòd esset d̄ natura quatuor elementorum, procedit in his rationibus ac si non esset aliud corpus sēsibile extra quatuor elemēta, secundum suam consuetudinē: quia semper antequām probet id, quod est suæ opinionis, procedit ex suppositione opinionis aliorum communis. Vnde, postquām probauit in Primo libro de Cælo & Mundo, cælum esse alterius naturæ ab elementis, ad veritatis certitudinem iterat considerationem de infinito, ostendens vniuersaliter quòd nullum corpus sensibile est infinitum. Hic autem primo ostendit quòd non sit corpus sensibile infinitum, supposito quòd sint elemēta finita multitudine: secundo ostendit idem vniuersaliter ibi. { Oportet autem, & de omni. } Dicit ergo primo, quòd procedendo naturaliter, idest ex principiis scientiæ naturalis, magis & certius considerari poterit, quòd non sit corpus sensibile infinitum ex iis, quæ dicentur: omne enim corpus sensibile, aut est simplex, aut compositum. Primo ergo ostendit, quòd non sit corpus sensibile compositum infinitum, supposito q̃ sint elementa finita secundum multitudinem: non enim potest esse quòd vnum ipsorum sit infinitum, & alia finita: quia ad compositionem alicuius corporis misti requiritur, quòd sint plura elementa, & quòd contraria aliquo modo adæquentur, alias compositio permanere non posset: quia illud quod esset omnino potentius, destrueret alia, cum elementa sint contraria: si autem vnum elementorum esset infinitum, nulla æqualitas esset, aliis finitis existentibus, quia infinitum imp̃portionabiliter excedit finitum: non ergo hoc potest esse, quòd vnum tantum eorum quæ veniunt in mistionem, sit infinitum. Posset autem aliquis dicere q̃ illud infinitum esset debilis virtutis in agendo, & ideo non posset vincere alia, scilicet finita, quæ sunt fortioris virtutis, vtpote si infinitus sit aer, & finitus ignis. Et ideo ad hoc remouendum dicit, quòd quantumcunque potentia vnius corporis, quod ponitur infinitum, deficiat a potentia alterius corporis, quod ponitur finitum, vtpote, si ignis sit finitus, & aer infinitus, necesse est tamen dicere, quòd aer quantumcunque duplicatus, idest secundum aliquē numerū multiplicatus, sit æqualis igni in potentia: si igitur potētia ignis esset cētuplo maior, quam potentia aeris eiusdem quantitatis: si aer centupletur secundum quantitatē, erit æqualis ei in potentia: & tamen aer centuplatus est multiplicatus, secūdum aliquem numerū determinatum, & vincitur a potētia aeris infiniti. Vnde manifestum est, quòd etiam potentia ignis vinceretur a potētia aeris infiniti, & sic infinitū excedit & corrumpit finitum, quātumcunq; potentioris naturæ videatur.

Tex.cō.44.

Tex.cō.45.

Tex.cō. 13.

Scda parte.
Tex.cō.48.

Similiter etiam non potest esse, quòd quodlibet elementorum, ex quibus componitur corpus mistum, sit infinitum: quia de ratione corporis est quòd habeat dimensiones in omnem partem: non in longitudinem tantum, vt linea, neque in longitudinem & latitudinem solum, vt superficies: de ratione autem infiniti est, quòd habeat dimensiones infinitas: ergo de ratione corporis infiniti est, quòd habeat dimensiones infinitas in omnem partem: & sic non potest esse, quòd ex pluribus corporibus infinitis aliquod vnum componatur, quia quodlibet occupat totum mundum, nisi ponantur duo corpora esse simul, quod est impossibile. Sic igitur ostenso quòd corpus compositum non potest esse infinitum, ostendit vlterius quòd nec etiam corpus simplex, neque vnum elementorum, neque aliquod medium inter ea, vt vapor est medium inter aerem & aquam: quidam enim posuerunt hoc esse principium, ex eo alia generari dicentes: & hoc dicebant esse infinitum, non autem aerem, aut aquam, aut aliquod aliorum elementorum, quia contingeret alia elementa corrumpi a quocūque ipsorum, quod infinitum poneretur, quia elementa habēt contrarietatem adinuicem, cum aer sit humidus, aqua frigida, ignis calidus, terra sicca: vnde, si vnum horum esset infinitū corrumperet alia, cū contrarium natū sit corrumpi a contrario: & ideo dicunt aliquid aliud ab elementis esse infinitū, ex quo sicut ex principio elementa causantur. Hanc autem positionem dicit esse impossibilem, nō solum quātum ad hoc, quòd dicit tale corpus medium esse infinitum, quia de hoc dicetur cōmunis quædam ratio, tā de igne & aere, & aqua, q̃ etiā de corpore medio. Sed ex hoc ipso etiam est impossibilis prædicta positio, quia ponit aliquod principium elementare præter quatuor elementa: non enim inuenit aliquod corpus sensibile præter ea, quæ dicuntur elementa, scilicet aerē, aquam, & huiusmodi: sed hoc oporteret si aliquid aliud, præter elemēta veniret in compositionē istorum corporum: vnūquodque enim compositum resoluitur in ea, ex quibus componitur: si igitur aliquid aliud veniret i compositionem istorum corporū, quām hæc quatuor elementa, sequeretur q̃ hic apud nos inueniret aliquod corpus simplex, præter hęc quatuor elementa per resolutionem istorum in elementa. Sic igitur patet, q̃ positio præmissa falsa é quātum ad hoc, quòd posuit aliquod corpus simplex præter hæc nota elementa. Vlterius autem ostēdit communi ratiōe, q̃ nullum elementorum possit esse infinitum: quia, si aliquod elementorum esset infinitum, impossibile esset totum vniuersum esse aliud, nisi illud elementum, & oporteret q̃ omnia alia elementa conuerterentur in ipsum: velsam essent conuersa in ipsum, propter excellentiam virtutis infiniti super alia, sicut Heraclitus dicit, q̃ quandoque futurum est, q̃ omnia conuertantur in ignem, propter excellentem ignis virtutem. Et eadem ratio est de vno elementorum, & de alio corpore, quod faciunt quidam naturales extra elementa: oportet enim illud aliud habere contrarietatem ad elementa, cum ex eo ponantur alia generari. Mutatio autem non fit nisi ex contrario in contrarium, vt ex calido in frigidum, sicut supra ostensum est. Sic igitur & illud corpus medium, ratione contrarietatis destruet alia elementa.

Tex.cō.46.

Tex.cō.47.

Tex.cō.48.

Tex.cō.41.

LECTIO IX.

POstquām ostendit Philosophus non esse corpus sensibile infinitum facta suppositione, quòd sint elemēta finita, hic ostendit idem simpliciter absque omni suppositione, & primo dicit de quo est intentio, secūdo, exequitur propositum. ibi { Aptū enim natura est. } Dicit ergo primo, q̃ ex iis, q̃ sequūtur, oportet cōsiderare de oi corpore vniuersaliter, nulla suppositione facta, si contingat quodcūq; corpus naturale esse infinitum: & ex sequētibus rationibus manifestū fiet, quòd non. Secundo ibi.

a

b ¶ Ostendit propositum quatuor rationibus. Secunda incipit ibi. { Omninò autem manifestum. } Tertia ibi. { Amplius

Tex.cō.55.

{ Quæra ibi.

Tex.cō.54.

{ Simpliciter autem & si ipossibile. } Circa primam rationem facit. Primo præsupponit quædā necessaria ad rationē. Secundo, ponit rationem ibi. { Quare si quidem eiusdem speciei. } Tertio excludit falsam opinionē quandam ibi. { Anaxagoras autem incōuenienter. } Præmittit ergo tria: quorū primum est, quòd oē corpus sensibile habet aptitudinem naturalem, vt sit in aliquo loco. Secundum est, q̃ cuilibet corpori naturali conuenit aliquis locus locorū, qui sunt. Tertium est, quòd idem est locus naturalis, totius & partis, sicut totius terræ, & vnius glebæ & totius ignis, & vnius scintillæ: & huius signum est, quòd in quacunque parte loci totius ponatur pars corporis, quiescit ibi. Secundo ibi. c ¶ Ponit rationē, quæ talis est. Si ponatur aliquod corp̃ infinitum, aut oportet q̃ totum sit vnius speciei cum suis partibus, sicut aqua vel aer: aut q̃ habeat partes dissimilium specierum, vt homo, aut plantatis habet omnes partes vnius speciei, sequitur ꝼm præmissa, q̃ vel sit totaliter immobile, & nunq̃ moueatur, aut q̃ semper moueatur, quorū vtrūq; est impossibile: quia per alterum horū excluditur quies, & per alterum motus a rebus naturalibus, & vtroq; modo tollitur ratio naturæ, cum natura sit principiū motus & quies. Quòd autē sequatur, q̃ sit vel totaliter mobile, vel totaliter quietū, probat cōsequenter q̃ hoc, q̃ non esset assignare rationē, quare aliquid magis sursum aut deorsum moueretur, aut in quācunq; parte. & hoc manifestat q̃ exemplū: ponamus enim, quòd totū illud corpus infinitū, simile i partibus sit terra, nō erit assignare quo aliqua gleba terræ moueat, vel vbi quiescat: quia quælibet parte loci infiniti, occupabit

Scda parte tex. 48.
Tex.cō.50.

LECTIO IX.

QVæ ex his etiam de quoūis considerare oportet, si possit necne, infinitum esse sensibile corpus. Ex his autem patebit, infinitum sensibile corpus in rerum natura, esse omnino non posse.

Omne nanque sensibile corpus, aptum est alicubi esse, atque locus est quiddam cuiusque, & idem est totius ac partis, ut totius terræ, uniusque glebæ: & ignis item, atque scintillæ.

Quare, si infinitum partium sit similium, immobile erit, aut semper feretur. At id fieri nequit: cur enim deorsum magis quàm sursum, aut ad quemuis locum mouebitur? dico autē si sit gleba, quorsum hæc mouebitur, aut quietem habebit? Si enim infinitum, nusquam: finitum enim medium habet. Quare si finitum, ex æquo ad omnia: quare nec mouebitur, aut omnia. Quòd autem non sit infinitum, ex his manifestum.

Tex.cō.51.

Tex.cō.52.

Tex.cō.53.

Tex.cō.54.

Tex.cō.55.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pabit aliquod corpus sibi connatum, idest eiusdem speciei. Nũquid igitur potest dici, quòd vna gleba moueatur ad hoc, quòd continear, idest quòd occupet successiue totum locum infinitũ sicut Sol mouetur, vt sit in qualibet parte zodiaci circuli? Et quomodo poterit hoc esse, vt vna gleba terræ pertranseat per omnes partes infiniti loci? nihil autem mouetur ad impossibile: si igitur impossibile est, quòd gleba moueatur ad occupãdum totum locum infinitum, vbi erit quies eius, & vbi motus eius? aut enim oportet quòd semp quiescat, & sic nunquam moueatur: aut quòd semper moueatur, & sic nunquam quiescat. Si autem detur alia pars diuisionis, scilicet quòd corpus infinitum habeat partes dissimiles secundum speciẽ, sequitur etiam quòd dissimilia sint loca diuersarum partiũ: alius est enim locus naturalis aquæ, & alius terræ. Sed ex hac positione sequitur primo, quòd corpus totius infiniti nõ sit vnum simpliciter sed secundum quid, scilicet secundum cõtactum, & sic nõ erit vnum corpus infinitum, vt ponebatur. Et quia posset aliquis non reputare hoc inconueniens, subiungit aliam rationem contra hoc, & dicit: quòd si totum infinitum componitur ex dissimilibus partib⁹, necesse est quòd huiusmodi partes dissimiles secundum speciem, aut sint specierum finitarũ, aut infinitarum secundum numerum: non aũt potest esse quòd sint finitarum specierũ, quia oporteret, si totum est infinitum, q̃ quædam sint finita: secundum quantitatem, & quædam infinita: aliter enĩ ex finitis numero, posset componi infinitum: hoc autem ponere, sequitur quòd illa q̃ sunt infinita, corrũpant alia propter cõtrarietatẽ, vt prius dictum est in præcedenti ratione. Et ió etiam nullus Antiquorum naturalium Philosophorum vnũ principiũ (quod dixit esse infinitũ) posuit ignem, vel terã, quæ sunt extrema, sed magis aquam, vel aerem, vel aliquod medium: quia loca istorum erant manifesta, & determinata, scilicet sursum & deorsum: non sic autem est de aliis, sed tertio.

* a.l.totius.

Tex.cõ.49.

Tex.cõ.50.

Tex.cõ.51.

aut vbi manebit. locus enim infinitus erit sibi. & cognati sibi corporis: verum igitur cõtinebit * totum locum? & quomodo? Quæ igitur & vbi quies, & motus ipsius? an vbique manebit? non ergo mouebitur. An vbique mouebitur? non ergo stabit. Si autem dissimile est omnem, dissimiles & loci sũt: & primum quidem non vnum corpus vniuersi est; nisi tangẽdo. Postea aut finita hæc erunt aut infinita specie, & finita quidẽ nõ esse possunt: erunt enim alia quidem finita, alia vero non, si omne infinitum est, vt ignis, aut aqua. Corruptio autem huiusmodi in cõtrariis esset (sicut dictum est prius.) Et propter hoc nullus Naturaliũ vnum, & infinitum ignem facit neque terram, sed aut aerem, aut aquam, aut ipsorũ medium quia locus vtriusque manifestus erat, & determinatus: hæc autem vtroque participant, eo, qui sursum, & eo, qui deorsum. Si autem infinita, & simplicia sunt, & loci infiniti. & elementa infinita erunt si autem hoc impossibile est, & loci finiti sũt, & totũ finitũ esse necesse est. Impossibile.n.est non æquari locũ, & corpus. Neque.n.locus omnis maior est, quàm quã tumcunq; contingit corpus simul esse. Similiter autẽ neq; infinitum erit corpus. neque corpus maius quàm locus. Aut enim vacuũ erit aliquid: aut corpus nusquam aptum natũ est esse.

d Anaxagoras autẽ, incõueniẽter dicit de infiniti mãsione: fulcire.n.ipsum seipsum, dicit infinitũ: hoc autẽ est quia in seipso est. (Aliud.n. continet nihil.)

e Tanquam vbi vtiq; aliquid sit aptum natũ sit ibi esse. Hoc autem non verum est: erit enim aliquid alicubi: & nõ vbi aptũ natum ẽ esse. Si igitur quia maxime non mouetur totum (in seipso quod enim fulcitur, & in seipso est. immobile esse necesse est.) sed quare non aptum natum sit moueri dicendũ est: F ra est deorsum respectu eorum, & ignis sursum. Si vero aliquis accipiat aliam partẽ, & si scilicet q̃ corpora partialia sint infinita secundum speciem, sequitur etiam quòd loca sint infinita secundum speciem, & quòd elementa sint infinita: si autem hoc est impossibile, quòd elementa sint infinita, vt in primo probatum est, & quòd loca etiam sint infinita, cum non sit possibile inuenire infinitas species locorum, necesse est quòd totum corpus sit finitum, & quia concluserat ex infinitate corporum infinitatẽ locorum, subiungit q̃ impossibile est non æquari corpus ad locum, quia non potest esse, quòd sit locus maior, quam cõtingit esse corpus, neque corpus potest esse infinitum, si locus non est infinitus, & neque corpus potest esse maius quam locus, quocunque modo: quia si locus sit maior quàm corp⁹, sequitur quòd sit vacuum alicubi: aut si corpus sit maius q̃ locus, sequitur q̃ aliqua pars corporis nõ sit in aliquo loco. Tertio ibi.

d ¶ Excludit quendam errorem, & primo ponit ipsum & dicit, quòd Anaxagoras: dixit infinitum quiescere: sed inconuenienter assignauit rationẽ quietis eius: dixit enim quòd sustentat infinitum, seipsum, quia est in se, & non in alio, cũ nihil ipsum contineat, & sic non possit extra se moueri. Secundo.

e ¶ Improbat rationibus duabus, quod dictum est: quarum Prima est, quòd Anaxag. sic assignauit rationem de quiete infiniti, ac si vbi aliquid sit, ibi sit aptum natum esse: quia ex hac sola ratione dixit infinitum quiescere, quia est in seipso. Sed hoc non est verum quòd vbi aliquid est, ibi semper aptũ natum sit esse: quia aliquid est alicubi p violentiam, & non naturaliter. Quamuis igitur hoc maxime verum sit quòd totum infinitum nõ mouetur, quia sustẽtatur & manet in seipso, & sic est immobile: sed tamen dicendum erat, quare non est aptum natum moueri: non enim potest aliquis sic euadere dicens q̃ non mouetur infinitum: q̃a eadem ratione, & de quolibet alio nihil prohibet, q̃ non moueatur

aut ubi manebit? corporis enim eiusdem formæ locus est infinitus: occupabit ne igitur totum locum? At quo modo fieri potest? Quænam igitur ipsius quies, aut ubi nam erit? & quis præterea motus, an ubique manebit? non ergo motu etebitur. An omnem ad locum mouebitur? non ergo quiescet inquam, ac stabit. Sin uero sit dissimilium partium, dissimilia etiam erunt & ipsa loca. Atque primo quidem ipsius uniuersi corpus, non erit unum, nisi tactu, deinde partes, aut sunt infinitæ specie, aut finitæ: at finitæ nequeunt esse: erunt.n. aliæ quidem infinitæ, aliæ uero non infinitæ, si uniuersum est infinitum, ignis inquã uel aqua. Tale autem corruptio est contrariis ipsis, ut antea diximus. Et ob hoc nemo Naturalium infinitum ipsum unumque ignem aut terram fecit, sed aut aerem, aut aquam aut id, quod inter ipsa medium collocarunt quoniam illorum quidem locus manifeste erat determinatus, atque distinctus: hæc autem utroque in loco, in supero inquam ac infero esse possunt. At neque etiam infinitæ, nam si sint infinitæ ac simplices, & loca erunt infinita profecto, & infinita etiam elementa. Quòd si hoc esse nequeat, sintque ipsa loca finita, & totum ipsum finitum esse necesse est: fieri nanque non potest, ut non æqua sint locus, & corpus neque enim locus maior esse potest, quàm ipsum corpus neque corpus maius, quàm ipse locus nam aut uacuum aliquid erit & corpus insuper infinitum non erit aut corpus quippiam erit, quod nusquam aptum est esse.

Anaxagoras autem absurde de infiniti quiete dicit: firmare enim infinitum seipsum, dicit. Idque ex eo fieri, quia est in seipso. Nihil enim aliud ipsum continet.

Quasi ubi quippiam sit, ibi esse aptum consistere. Hoc autem uerum non est: esse enim alicubi ibi quippiã potest, non ubi aptum est esse. Quàmuis igitur quam maxime totum non moueatur (id enim, quod in seipso firmatur, & in seipso est, immobile necesse est esse.) dicat tamen ipse oportet, cur non est aptũ moueri. Nõ.n. fat est hoc dixisse pacto, ac euasisse

ucatur: sed sit aptum natum moueri: quia & si terra esset infinita, sicut nunc non fertur quando est in medio, ita & tunc nõ ferretur quantum ad partem, quæ esset in medio. sed hoc non esset, quia non haberet aliquid aliud vbi sustentaretur nisi in medio, sed quia non habet aptitudinẽ naturalem, vt a medio moueatur. Si ergo ita est terra, q̃ non est causa, quare quiescat in medio, quia est infinita, sed quia habet grauitatem ex qua nata est manere in medio: similiter de quocunque alio infinito assignanda est causa, quare quiescat, & non quia est infinitum, vel quia fulcit seipsum. Aliã autem rationem ponit ibi.

Tex.cõ.52.

f ¶ Et dicit, q̃ si totum infinitum quiescit, quia manet in seipso, sequitur, q̃ quælibet pars ex necessitate quiescat qa manet in seipsa. idẽ enim est locus totⁱ, & partis, vt dictum est, vt ignis, & scintillæ sursum: & terræ & glebæ deorsum. si ergo totius infiniti locus est ipsummet, sequetur, q̃ quælibet pars infiniti maneat in seipsa, sicut in proprio loco. Secundã rationẽ ponit ibi.

g ¶ Et dicit, q̃ omnino manifestum est, q̃ impossibile est dicere esse infinitũ corpus in actu, & q̃ cuilibet corporis est aliquis locus: si omne corpus sensibile, aut habet grauitatẽ, aut leuitatem, sicut antiqui dixerunt ponentes infinitum, qa si sit corpus graue, oportet, q̃ naturaliter feratur deorsum, scilicet ad medium: si autem sit leue, necesse est, q̃ feratur sursum. Si ergo sit aliquod infinitum corpus sensibile: necesse est, q̃ etiam in corpore infinito sit sursum, & medium, sed impossibile est, quia ex hac sola ratione dixit infinitum quiescere, quia est in seipso. Sed hoc non est verum quòd vbi aliquid est, ibi semper aptũ natum sit esse: quia aliquid est alicubi p violentiam, & non naturaliter. Quamuis igitur hoc maxime verum sit quòd totum infinitum nõ mouetur, quia sustẽtatur & manet in seipso, & sic est immobile: sed tamen dicendum erat, quare non est aptum natum moueri: non enim potest aliquis sic euadere dicens q̃ non mouetur infinitum: q̃a eadem ratione, & de quolibet alio nihil prohibet, q̃ non moueatur: sed sit aptum natum moueri: quia & si terra esset infinita, sicut nunc non fertur quando est in medio, ita & tunc nõ ferretur quantum ad partem, quæ esset in medio. sed hoc non esset, quia non haberet aliquid aliud vbi sustentaretur nisi in medio, sed quia non habet aptitudinẽ naturalem, vt a medio moueatur. Si ergo ita est terra, q̃ non est causa, quare quiescat in medio, quia est infinita, sed quia habet grauitatem ex qua nata est manere in medio: similiter de quocunque alio infinito assignanda est causa, quare quiescat, & non quia est infinitum, vel quia fulcit seipsum. Aliã autem rationem ponit ibi.

Tex.cõ.52.

f ¶ Et dicit, q̃ si totum infinitum quiescit, quia manet in seipso, sequitur, q̃ quælibet pars ex necessitate quiescat qa manet in seipsa. idẽ enim est locus totⁱ, & partis, vt dictum est, vt ignis, & scintillæ sursum: & terræ & glebæ deorsum. si ergo totius infiniti locus est ipsummet, sequetur, q̃ quælibet pars infiniti maneat in seipsa, sicut in proprio loco. Secundã rationẽ ponit ibi.

g ¶ Et dicit, q̃ omnino manifestum est, q̃ impossibile est dicere esse infinitũ corpus in actu, & q̃ cuilibet corporis est aliquis locus: si omne corpus sensibile, aut habet grauitatẽ, aut leuitatem, sicut antiqui dixerunt ponentes infinitum, qa si sit corpus graue, oportet, q̃ naturaliter feratur deorsum, scilicet ad medium: si autem sit leue, necesse est, q̃ feratur sursum. Si ergo sit aliquod infinitum corpus sensibile: necesse est, q̃ etiam in corpore infinito sit sursum, & medium, sed impossibile est, quia ex hac sola ratione dixit infinitum quiescere, quia est in seipso. Sed hoc non est verum quòd vbi aliquid est, ibi semper aptũ natum sit esse: quia aliquid est alicubi p violentiam, & non naturaliter. Quamuis igitur hoc maxime verum sit quòd totum infinitum nõ mouetur, quia sustẽtatur & manet in seipso, & sic est immobile: sed tamen dicendum erat, quare non est aptum natum moueri: non enim potest aliquis sic euadere dicens q̃ non mouetur infinitum: q̃a eadem ratione, & de quolibet alio nihil prohibet, q̃ non moueatur: non.n. sufficiens est, sic dicentẽ euadere. Erit.n. vtique, & quod libet aliud non motũ, sed aptũ natum esse nihil prohibet, q̃m & terra non fertur, neque si infinita esset ferretur. coercita tñ a medio. Sed non quia non est aliud vbi mutatur, manebit in medio: sed nõ mouebitur: quia non apta nata est sic: sed tñ licebit vtique dicere, quia fulcit se ipsam. Si ergo neq; in terra hęc causa est, cum sit infinita, sed quia grauitatem habet (graue aũt manet in medio) similiter & infinitum manet vtique in se ipso, pp aliam quandã causam, sed non quia infinitum est, & fulcit ipsum, & seipsum.

f Similiter autem manifestũ, q̃ & si sit: quælibet pars oportebit manere. sicut enim infinitum in seipso manet se fulciẽs, sic & si quælibet pars accipiatur, in seipsa manebit. totius enim & partis similes loci sunt sicut terræ, & glebæ deorsum: & omnis ignis, & scintillæ sursum. Quare, si infiniti locus quod in seipso, & idem partis, manebit ergo in seipsa.

g Omnino aũt manifestũ est, q̃ impossibile est, simul infinitum dicere corpus, & locũ quẽdam corporibus esse, si omne corpus sensibile, aut grauitatẽ habet, aut leuitatem. Et si graue quidẽ est in medium natura habet ferri: si vero leue, sursum. necesse est. n. & infinitũ corp⁹. Impossibile autem, aut omne vtrumlibet, aut medium vtrũque sustinere. Qũo.n. diuides, aut cũ infiniti erit hoc quidẽ sursum, illud autem deorsum, aut vltimum, aut medium?

h Amplius oẽ corpus sensibile in loco est. loci aũt species, & differẽtię, sursum & deorsum, ante, & retro, dextrorsum, & sinistrorsum. Et hęc non solum ad nos & positione sunt, sed in ipso toto determinata sunt. impossibile aũt i infinito hoc eẽ.

i Simpliciter aũt, si impossibile est locum esse infinitum, in loco aũt omne corpus est impossibile est infinitum esse aliquod corpus. At vero qđ ali-

fieri enim potest ut non moueatur, & quoduis aliud corpus, sed nihil prohibet aptum esse moueri. Et terra nanque non fertur, nec si infinita etiam esset, ex eo tamen quia medio coercetur. Non enim quia non est aliud, ad quod fertur, in medio ipso quiescet, sed quia non hoc modo est apta ferri. Et tamen liceret dicere, seipsam terram firmare. Quod si neque terra si infinita esset, hæc esset causa, sed grauitatem habere (graue autem in medio suapte natura quiescere solet) similiter & infinitum in seipso quiescit, ob aliquam aliam causam. Et non ex eo, quia est infinitum, & seipsum firmat.

Et insuper patet & quàmuis ipsius partem, eodem modo quiescere oportere. nã ut infinitum in seipso manet, seipsum firmãs, sic et oĩs ipsius pars, quacunque acceperis, in seipsa manebit. Loca nãque totius, ac partis, spẽi esse eiusdẽ constat. totius.n. terræ glębæq; idem est locus qui est inferus. et etiã ignis totius, atq; scintillæ, qui est superus. Quare, si infiniti sit locus in seipso esse, & partis idem erit profecto. Quælibet ergo in seipsa manet.

Omnino autem patet fieri non posse, ut corpus infinitum in ratione rerum ponatur, & locus corporibus tribuatur. si corpus omne sensibile, aut graue sit, aut leue. & graue quidem ad medium suapte natura feratur, leue uero similiter supera loca petat. Et infinitum enim hanc eãdem naturæ subeat legem, necesse est. At fieri nequit, ut aut totum graue sit, aut leue: aut dimidium leue, dimidium graue. quo namque modo dividerit illud, aut quo pacto ipsius infiniti. hæc quidem pars supra, hæc autem infra, uel ultima, uel media erit?

Præterea, omne corpus sensibile est in loco. loci uero species, ac differentiæ sunt supra, & infra, ante, & retro, dextrum, atque sinistrum, atque hæc non solum nostra ex parte sunt positioneue, sed in ipso etiam toto distincta sunt. atque hæc esse in infinito non possunt.

Atque simpliciter si locus infinitus esse nõ possit, sitque omne corpus in loco, & in ratione profecto verum, infinitum corpus esse non potest. At uero quod alicubi est, in loco est, &

h ¶ Et dicit, quòd omne corpus sensibile est in loco. Differentiæ autem loci sunt sex, sursum, deorsum, ante, & retro, dextrorsum, & sinistrorsum, quæ quidem sunt determinata non solum quo ad nos, sed etiam in ipso toto Vniuerso. Determinantur.n. fm se hmõi positiones, in quibus sunt determinata principia, & termini motus: vnde in animatis determinantur sursum, & deorsum, secundum motũ animenti: ante & retro secundum motũ sensus: dextrorsum & sinistrorsum: fm motum processiuum, cuius principium est a parte dextra. In rebus aũtem inanimatis, in quibus nõ sũt principia determinata horũ motuũ, dicitur dextrorsum, & sinistrorsum per cõparationem ad nos. dicitur enim columna dextra, quę est ad dextram hominis, & sinistra, quæ est ad sinistram. Sed in toto vniuerso determinatur sursum, & deorsum fm motum gravium, & leuium; fm aũt motum cœli determinatur dextrum orientis, sinistrum occidens, ante vero hemisphęrium superiⁿ, retro vero hemisphęrium inferius: sursũ vero meridies, deorsum vero septẽtrio. Hæc aũt nõ possunt determinari in corpore infinito. Impossibile est ergo totum vniuersum esse infinitum. Quartam rationem ponit ibi.

i ¶ Et dicit, quòd si impossibile est esse locum infinitum, cũ omne corpus sit in loco, sequitur, quòd impossibile sit esse aliquod corpus infinitum. Sed quòd impossibile sit esse locũ infinitũ, sic probat, quia hæc duo cõuertuntur, esse in loco, & esse aliquo loco, sicut & esse hominẽ, & esse aliquem hominem, & esse quantitatem, & esse aliquam quantitatem: sicut igitur impossibile est esse quantitatem infinitam, quia sequeretur aliquam quantitatem esse infinitam, vt bicubitum, & tricubitum, quod est impossibile, ita impossibile est esse locum infinitũ, quia sequeretur aliquem locum infinitum esse, vel sursum, vel deorsum, & huiusmodi: quod est impossibile,

Universidad de Deusto
Biblioteca

impossibile,cũ quodlibet eorum significet quendam terminum, vt dictum est. Sic ergo nullum corpus sensibile, est infinitum.

LECTIO X.

OSquam Philosophus disputatiue processit de infinito, hic incipit determinare veritatẽ. & primo ostendit an sit infinitum. secundo qd sit ibi. {Accidit autẽ contrarium.} Prima diuiditur in duas. In prima ostendit, quo modo infinitum sit. In secunda, cõparat diuersa infinita adinuicem, ibi. {Aliter autem in tẽpore.} Circa primum tria facit. Primo ostẽdit, q infinitum quodãmodo est, & quodammodo non est. Secundo determinat, quòd est in potentia, & non est sicut actu ens ibi. {Dicitur igitur.} Tertio, manifestat quo modo sit in potentia ibi. {Non oportet autem potentia ens.} Dicit ergo primo, q ex prẽmissis manifestum est, q non sit aliquod corpus infinitum in actu. Item ex iis, quę ante dicta sunt manifestũ est, q si infinitum simpliciter nõ sit, quòd multa impossibilia accidunt. Quorum vnum est, q tempus habebit principium & finem, quod reputatur inconueniens, secundum ponentes eternitatem mundi. Et iterum sequetur, quòd magnitudo nõ semper sit diuisibilis in magnitudines: sed quandoque deuenietur per diuisionem magnitudinũ ad quędam, quæ non sunt magnitudines. sed ois magnitudo est diuisibilis. Item sequetur, q numerus nõ augeatur in infinitũ. Quia igitur secundum determinata, neutrum videtur contingere, neque, scil. q infinitum sit actu, neq; q simpliciter non sit, necesse est dicere, q quodammodo est, quodammodo non est. Secundo ibi.

Tex.cõ.56.

Tex.cõ.62.

Secũda par tex,cõ.57.

Scda parte tex.56.

Scda parte. tex.57.

Tex.cõ.57.

cubi est, & in loco est, & quod in loco est, alicubi est. Si igitur neque quantitatẽ possibile est infinitam esse (quantum enim aliquid erit, vt bicubitum, aut tricubitum, hæc .n. significant quantũ) sic in loco, quia alicubi, hoc est aũt aut sursum, aut deorsum, aut in aliqua alia distantia: quæ sunt sex. Horũ aũt vnũquodq; terminus aliqs est.

LECTIO X.

VOd quidẽ igitur actu corpus non sit infinitum, manifestum ex his. Quod aũt, si non sit infinitum, simpliciter multa impossibilia accidant, manifestũ est. Temporis .n. erit quoddã principium, & finis. Et magnitudines, nõ diuisibiles in magnitudines. Et numerus non erit infinitus. Cum autem determinatur sic, neutro modo videtur cõtingere, ob hoc videlicet est manifestum, q sic quidem est, sic autem non.

b Dicitur igitur esse aliud quidem potentia, aliud vero actu. Et infinitum est quidẽ apositione, est aũt & ablatione. Magnitudo aũt, quod quidẽ actu non sit infinita: dictum est. diuisione autem est. Non .n. difficile destruere indiuisibiles lineas. Relinquitur igitur, potentia esse infinitum.

c Nõ oportet aũt potẽtia ens accipere, sicut si possibile sit hoc, statuã æs esse, quod & erit hoc. statua: sic & infinitum: qđ erit actu. Sed qm̃ multipliciter est esse, quemadmodum dies, & agon in semp aliud & aliud fieri, sic & infinitum est. Et nanque ĩ his est, & potẽtia, & actu. Olympia .n. sunt, & ĩ posse agonem fieri, & in eo quod fit.

d Aliter aũt, & in tpe manifestum qđ infinitum, & in hoĩb', & in diuisione magnitudinũ.

e Omninọ quidem .n. sic est infinitũ, in semper aliud, & aliud

F *quod in loco est, alicubi est, ut igitur infinitum quantitatis rationem subire non potest (nam quantum fuerit quoddam, ut bicubitum, aut tricubitum, hæc enim significat ipsum quantum) sic, & quod est in loco id alicubi sane est. Ad id, aut supra, aut infra, aut in aliqua alia sex differentiarum esse significat, quarum unaquæque finis est quidam, ut constat.*

LECTIO X.

G *Atet igitur ex hisce quæ diximus, infinitum corpus in ratione rerum, actu non esse. Atqui cõstat impossibilium euenire complura, si non sit simpliciter infinitum. Temporis enim erit aliquod principium, atque finis. & magnitudines, non erunt in magnitudines diuisibiles, numerus etiam infinitus non erit. Cum igitur his hoc pacto determinatis, neutra pars asserenda esse videatur, arbitro profecto, moderatoreq; est opus. Atque patet partim non esse.*

H

Dicitur itaq; quippiam esse: aliud aut potentia, aliud actu, & infinitum est additione, ac etiam diuisione. Magnitudo autem actu quidem infinita non est, uti diximus: diuisione autem est, Non est enim difficile lineas indiuiduas e medio tollere. Restat igitur, infinitum in ratione rerum potentia esse.

I

Non oportet autem infinitum potentia sic accipere, ut actu tandem euadat, quemadmodum si potest hoc statua esse, erit hoc statua tandem. Sed, cum multipliciter quippiam esse dicatur, perinde est infinitum, ut dies est, atque ludus: ex eo quia fit aliud, atque aliud semper. Nam in his est esse potentia, atque actu. Est enim olympicus ludus, & quia fieri potest, & quia fit.

Patet autem infinitum in tempore diuerso modo, & in hominibus, & in diuisione magnitudinum esse.

K

Omnino nanque hoc modo est infinitum, ut semper aliud, aliudque sumptum, & id quod accipitur sit quidem finitum, at aliud, atque aliud semper. Quare non oportet infinitum perinde accipere, atque hoc aliquid, ut hominem, aut domum: sed ut dies dicitur, atque ludus, quorum esse non substantia quædam est: ortum: sed in generatione semper corruptio neque consistit finitum quidem, at aliud atque aliud semper.

Verum in magnitudinibus quidem hoc accidit, permanente eo, quod sumptum: in hominibus autem, atque tempore accidentibus, ita ut non deficiat.

Atqui infinitum, quod in additione, et quod in diuisione consistit, idem quodammodo est. Fit enim in magnitudine finita, per additionem e contra. Nam ut cum diuiditur, cernitur in infinitum abitio, sic cum additio fit, ad magnitudinem ipsam determinatam uidebitur. Etenim si quispiam in magnitudine finita, definita magnitudine sumpta, eadem, aliam accipiat, ratione, non eandẽ totius magnitudinem sumens: non pertransibit unquam magnitudinem illam finitam. Si uero hoc pacto rationem augeat, ut semper magnitudinem eandem accipiat, pertransibit sane, propterea quòd omne finitum, quouis consumitur definito. Alio igitur modo, non est infinitum in rebus, sed hoc pacto, potentia inquam, atque diuisione. Et actu etiã est, perinde, atque diem, ac ludum dicimus esse. Et potentia sic est, ut materies, & non per se, ut ipsum finitum. Et additione igitur, hoc pacto est potentia infinitum: quod quidem aliquo modo dicimus idem esse, quo id, quod in diuisione consistit. Semper enim est aliquid ipsius, extra sumendum.

Hoc tamen definitam omnem exuperat magnitudinem, ut in diuisione definitam exuperat omnem, & semper minor euadit.

Manifestat igit, quomodo sit infinitum secundum diuisionem, excedit omnem determinatam paruitatẽ in minus. accipiamus enim aliquam determinatam paruitatem, puta vnius digiti, si linea centum cubitorum diuidam in infinitum, accipiendo semper dimidium, veniemus ad aliquid minus vno digito. Sed apponendo in infinitum e contrario diuisioni, erit dare aliquam quantitatem finitam, quę nunquam pertransibitur. Dentur enim duæ magnitudines, quarum vtraque sit decem cubitorum: & tertia, quæ sit vnius. Si igitur id, quod subtraho in infinitum, accipiendo semper dimidium ab vna magnitudine decem cubitorum, addatur alteri, quæ etiam est de-

tatis, vt duo puncta simul coniuncta, non sunt nisi vnum: ergo eadē ratione, neq; locus superficiei erit aliud a superficie, neq; locus corporis erit aliud a corpore. Tertiā rationē ponit ibi. c ¶ Quę talis est. Omne, quod est, vel est elementum, vel est ex elementis: sed locus neutrum horum est: ergo locus nō est. Mediam probat sic. Omne quod est elementū, vel ex elementis, est de numero corporeorum, vel incorporeorum: sed locus non est de numero incorporeorū: quia habet magnitudinem, nec de numero corporeorum: quia non est corpus, vt probatum est: ergo neq; est elementum, neq; ex elementis. Et q̄ posset aliquis dicere, q̄ licet non sit corpus, est tamen elemētum corporeum, ad hoc excludendū subiungit, q̄ sensibilium corporum sunt elementa corporea (quia elementa non sunt extra genus elementatorum.) Nam ex intelligibilibus principiis, q̄ sunt incorporea, non constituitur aliqua magnitudo: vnde, si locus nō sit corpus, nō potest esse elementum corporeum. Quartam rationem ponit ibi. d ¶ Quæ talis est. Omne quod est, aliquo modo est causa respectu alicuius: sed locus non potest esse causa secundum aliquem quatuor modorum: neque enim est causa sicut materia: quia ea quæ sunt, nō constituuntur ex loco, qd est de ratione materiæ: neq; sicut causa formalis, quia tunc omnia quæ haberent vnum locum, essent vnius speciei, cum principium speciei sit forma: neque iterum sicut causa finalis rerū: quia magis videntur esse loca propter locata, q̄ locata propter loca, neque iterum est causa efficiens, vel motiua, cum sit terminus motus. Videtur igitur, quòd locus nihil sit. Quintam rationem ponit ibi. e ¶ Quæ est ratio Zenonis, & est talis. Omne quod est, est in loco: si igitur locus est aliquid, sequitur quòd sit in loco, & il le locus in alio loco, & sic in infinitū, qd̄ est impossibile: ergo locus nō est aliquid. Sextā rōne ponit ibi: f ¶ Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

f ¶ Quæ talis est: Omne corpus est in loco, & in omni loco est corpus, vt a multis probabiliter existimatur, ex quo accipitur, quòd locus non sit minor neque maior quàm locatum: cũ ergo locatum crescit, oportet quòd crescat & locus: sed hoc videtur impossibile, cum locus sit quoddam immobile: non ergo locus aliquid est.

Tex.cõ.13. Et vltimo epilogat, quòd per huiusmodi rationes non solum dubitatur quid sit locus, sed etiam, an sit. Huiusmodi autẽ rationes soluentur per ea, quę sequentur.

LECTIO III.

Postquàm Philosophus inquisiuit disputatiue, an locus sit, hic inquirit, quid sit. Et primo ponit rationes disputatiuas ad ostendendum locum esse formam, vel materiam. Secundo, ponit rationes in contrariũ ibi.

Tex.cõ.14.

Tex.cõ.17. {At vero q impossibile sit. } Circa primum duo facit. Primo ponit rationem ad ostendendum locum esse formam. Secundo, ad ostendendum locum esse materiam. ibi { Secundum autem quòd videtur locus esse. } Tertio inducit corollarium ex his ibi. { Merito autem ex his. } Dicit ergo primo, quòd sicut in entibus quoddam est per se ens, & aliquod dicitur ens per accidẽs, similiter considerandum est circa locum, quòd quidam locus est communis, i quo omnia corpora sunt, & alius est locus proprius, qui primo & per se dicitur locus. Locus autem communis nõ dicitur locus nisi per accidens & per posterius: qđ sic, manifestat: possum enim dicere q tu es in cælo, quia es in aere, qui est in cælo, & quòd tu es in aere & in cælo, quia es in terra: & in terra diceris esse, quia es in loco, qui nihil continet plus quàm te. Si ergo illud, quod primo & per se continet vnumquodque, est per se locus eius: huiusmodi autem est terminus, ad quem res terminatur: sequitur ergo, quòd locus proprie, & per se sit terminus rei. Forma autem est terminus vniuscuiusque: quia per formam terminatur materia vniuscuiusque ad proprium esse: & magnitudo ad terminatam mensuram: quantitates enim rerum consequuntur formas earum: videtur igitur secundum hanc considerationem, quòd locus sit forma. Sed sciendum, quòd in hac ratione est sophisma consequentis: syllogizatur enim in secunda figura ex duabus affirmatiuis. Secundo ibi.

Secũda par. tex. 15.

Secũda parte. tex. 16.

Tex.cõ.15.

f Amplius, si, vt omne corpus in loco est, sic & in omni loco corpus, quomodo igitur dicemus de ijs, quę augmentantur? Necesse est. n. ex his, simul augmentari locũ cum ipsis. si neq; minor, neque maior locus est vniuscuiusque. Per hoc quidẽ igitur non solum quid est. sed etiã si est, dubitare necesse est.

LECTIO III.

Voniam autem aliud quidem secũdum se, aliud vero secundum aliud dicitur: similiter & locus alius quidem cõmunis, in quo omnia corpora sunt, alius vero proprius in quo primo. (Dico autem communis, quoniã qua si tu nunc in cælo es, quia in aere: hic autem in cælo & in aere, quia in terra: similiter autẽ & in hac quia & in loco, qui nihil continet plus q̃ te.) Si igitur locus est primum continens vnũ quodq; corpus: terminus quidam vtique erit: quare videtur species, & forma vniuscuiusq; locus esse: qua determinat magnitudo & materia magnitudinis, hęc enim est vniuscuiusque terminus. Sic quidem igitur considerantibus, locus vniuscuiusque species est.

b Secundum autem q̃ videtur esse locus distantia magnitudinis, sic materia: hæc nanque altera est a magnitudine. Hæc autem est cõtenta sub specie & definita, sicut sub plano & termino: est autem hmõi materia & infinitũ. Cum enim remouentur termini & passiones sphęrę, relinquitur nihil prẽter materiam. Vnde Plato, materiam & locum dicit esse idem in Timæo: receptiuum enim & locũ vnum & idem dicit: alio vero modo ibi dicens receptiuũ, &

b ¶ Ponit rationem Plat. per quam sibi videbatur quòd locus esset materia. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd Antiqui putauerunt locum esse spatium, quòd est inter terminos rei continentis, quod quidem habet dimensiones longitudinis latitudinis, & profunditatis: non tamen huius spatium videbatur esse idem cum aliquo corpore sensibilium: quia recedentibus & aduenientibus diuersis corporibus sensibilibus, remanet idem spatiũ. Secundum hoc ergo sequitur, quòd locus sit dimensiones separatæ. Et ex hoc volebat syllogizare Plato, quòd locus esset materia. Et hoc est quod dicit, quòd secundum quòd locus videtur aliquibus esse distantia magnitudinis spatii, separata a quolibet corpore sensibili, videbatur quòd locus esset materia. Ipsa nanque distantia, vel dimensio magnitudinis, altera est a magnitudine: nam magnitudo significat aliquid terminatum aliqua specie, sicut linea terminatur punctis, & superficies linea, & corpus superficie, quæ sunt species magnitudinis: sed dimensio spatii est contenta sub forma & determinata, sicut corpus determinat planum, idest superficie, vt quodam termino. Id autem, quod continetur sub terminis videtur esse in se non determinatum. Quod autem est in se non determinatũ, sed determinatur p formam & terminũ est materia, quæ habet rationem infiniti, quia si ab aliquo corpore iphærico removeatur passiones sensibiles, & termini, quibus figuratur dimensio magnitudinis, nihil relinquitur nisi materia: vnde relinquitur quòd ipsæ dimensiones ex se indeterminatæ, quæ per aliud determinãtur, sint ipsa materia. Et hoc præcipue sequebatur secundum radices Platonis, qui ponebat numeros, & quãtitates esse substantias rerum: quia igitur locus est dimẽsiones, & dimensiones sunt materia: dicebat Plato in Timæo, quòd idem est locus, & materia: omne enim receptiuum alicuius dicebat esse locum, non distinguens inter receptionem loci, & materiæ: vnde, cum materia sit receptiuum formarum, sequitur q̃ materia sit locus. Tamen sciendum, q̃ de receptiuo diuersimode Plato loquebatur: quia in Timæo dixit receptiuum esse materiam: in dogmatibus autem dictis, & non scriptis, idest cum verbotenus docebat in scholis, dicebat receptiuum esse magnũ & parũ: q̃ etiã ex parte materiæ ponebat, vt supra dictũ est: ratione cuiusq; attribuere

Insuper, si, ut est omne corpus in loco, sic est & in omni loco corpus, quonam pacto dicemus de iis quæ accrescunt? Nam si locus cuiusque, neque minor est, neque maior, necesse est una cum ipsis incrementa locum suscipere. Ex iis igitur, non solum quidnam sit locus: sed si sit, etiam dubitare, necesse est.

LECTIO III.

Vm autem quoddam per se, quoddã dicatur per aliud, & locus alius sit communis, in quo cunctꝫ corpora sunt, alius proprius, in quo primo quippiam est. Nam tu nunc es in cælo, quia in aere es, qui quidem in cælo est: & rursus in aere es, quia in terra es: & in hac simili modo, quia in hoc loco es, qui nihil plus quàm te continet. Cum hæc igitur ita sint, atque locus id sit, quod primum unumquodque corporũ continet, finis ipse quidam erit profectò. Quare locus uniuscuiusque forma esse uidebitur: qua magnitudo, materia que magnitudinis terminatur: hæc enim rei cuiusque est finis. Atque hoc quidem modo considerantibus, locus uniuscuiusq;, forma esse uidetur.

Vt autem interuallum magnitudinis esse uidetur materies, hoc enim a magnitudine est diuersum, & est id, quod a forma continetur ac terminatur, uelut a superficie terminoue: tale autem est ipsa materies, & id quod terminis caret. Nam, cum aufertur finis, atque affectus a pila, nihil præter materiam restat. Quapropter & Plato in Timæo materiam & receptaculum, idem esse dicit. Susceptiuum enim & receptaculum, unum esse dicit ac idem. Et quanquam materiam illo quidẽ in loco susceptiuũ appellat,

attribuere rer esse receptiuum, semper dicebat quòd receptiuũ, & locus sint idem. Sic igitur, cum multi dicerent locum esse aliquid, solus Plato conatus est assignare quid sit locus. Tertio ibi.

Tex.cõ.16.

c ¶ Concludit ex prædictis, quòd si locus est vel materia, vel forma, rationabile videtur, quòd sit difficile cognoscere qđ sit locus: quia tam materia, quàm forma habent altissimã speculationem & difficilem: & non est facile etiam cognoscere vnum eorum sine altero. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.17.

d ¶ Ponit quinque rationes in contrarium. Circa quarum primam dicit, quòd non est difficile videre locum nõ esse materiam vel formam: quia forma & materia non separantur a re, cuius sunt: sed locum contingit separari, quia in loco, in quo erat aer, postea est aqua: & etiã alia corpora adinuicem mutantur loco: vnde manifestum est, quòd locus non est pars rei vt materia, vel forma. Neque est etiã habitus, seu quodcũque accidẽs, quia partes, & accidentia non sunt separabilia a re: sed locus est separabilis: & hoc manifestat per exemplum, quia locus videtur comparari ad locatum sicut quoddam vas: sed in hoc tantum differt: quia locus est immobilis, vas autem mobile, vt infra exponetur. Sic igitur per hoc quòd locus est separabilis, ostenditur quòd locus nõ sit forma. Sed quòd locus non sit materia ostenditur, non solum per hoc, quòd est separabilis, sed etiam per hoc, quòd continet: materia autem non continet, sed continetur. Secundam rationem ponit ibi.

Tex.cõ.18.

Tex.cõ.19.

Tex.cõ.20.

Tex.cõ.21.

e ¶ Quia enim ostenderat, quòd locus nõ est materia, nec forma, per hoc q̃ locus separatur a locato, vult ostendere, q̃ etiã si locus nunquam separaretur a locato, ex hoc ipso quod dicimus q̃ aliquid est in loco, apparet quòd locus non est forma ne

in dictis, non scriptis Dogmatibus tamen locum & receptiuum idem retulit. Dicunt quidem enim omnes esse aliquid locum: quid autem est, hic solus conatus est dicere.

c Merito autem ex his intendentibus, videtur vtique difficile cognoscere quid est locus, siquidem horum quodcunq; est, siue materia, siue forma. Hæc enim altissimam habent speculationem. & sine inuicem, non facile est cognoscere ipsa.

d At vero q̃ impossibile sit vtrumuis horũ esse locũ, non est difficile videre. Forma. n. & materia non separantur a re, locũ autẽ contingit: in quo nanque aqua erat, in hoc iterũ aer, sicut diximus prius, fit, trãsmutatis adinuicem aereque, & aqua, & alijs corporibus similiter. Qua re neq; pars, neq; habitus. sed separabilis ẽ locus ab vnoquoque: etenim videtur tale quid esse locus, vt vas: etenim vas locus transmutabilis, vas autem nihil rei. Secundum quidẽ igitur q̃ separabilis ẽ a re, sic qdẽ nõ est forma. Secũdũ aũt q̃ cõtinet, siquidẽ alterũ ẽ a materia.

e Videtur autẽ semper, quod est alicubi, ipsum esse aliquid: & alterũ aliquid extra ipsum.

f Platoni igitur dicendũ est (si oportet digrediẽtes dicere) qua re nõ in loco species & numeri sũt, si id, qđ vere participatiuũ est, locus sit: siue magnum. siue paruũ sit. qđ participatiuũ ẽ, siue materies, vt i Timęo scripsit

g Amplius quomodo ferretur in sui locũ, si locus esset materia, aut species? impossibile est. n. cuius non est motus, neque sursum aut deorsum, locũ esse: quare, quærendus in huiusmodi locus est. Si autẽ in ipso locus est (oportet enim, siquidẽ aut forma aut materia est) erit locus in loco. Transmutantur enim simul cum re, & mouẽtur & species & infinitum, non semper in eodem, sed vbi vtiq; res. Quare loci erit locus.

h Amplius cũ ex aere fit aqua, perditus est locus: non enim in eodem loco fit corpus: quæ

in hisce uero, quæ non scriptæ sententiæ nuncupantur, alio modo, locum tamen & receptaculum, idem asserunt esse. Vniuersi nanque, locum aliquid esse dicunt, hic uero quidnam sit, solus dicere est aggressus.

Merito autem ex hisce consideran tibus, difficile esse uidebitur, quidnam sit ipse locus cognoscere, si ut suis horum sit, siue materies, siue forma. Nam hæc & summam habent contemplationem, & seorsum alterum sine altero, facile cognosci non potest.

At uero non est difficile uidere locum, utrumuis horum esse non posse. Neque enim materia, neque forma separatur a re: at locus separari potest: in quo nanque erat aer, in hoc rursus est aqua, mutuissim hisce sibi cedentibus, cæterisque corporibus fiunt inter, uti diximus. Quare neque pars est, neque habitus ipse locus. sed a quaque re separabilis est. Etenim quale est uas, tale quid ipse locus esse uidetur: uas enim locus est potens transferri: at uas nihil est eius rei, quæ est in ipso. Locus igitur, quo quidem est à re separabilis, hoc forma sane non est: quo uero continet, hoc a materia est diuersus.

Videtur autem semper id, quod est in loco, aliquid esse: & extra ipsum aliquid aliud esse.

Plato tamen dicat oportet (si parumper liceat digredi) cur forma, numerique non sunt in loco, si locus est id, quod est particeps: siue magnum sit illud, & paruum, siue materies, ut in Timæo asserit.

Præterea, si locus esset materies aut forma, quonam pacto ues ad suũ pergeret locum? esse enim id locus non potest, ad quod non est motio: & quòd hasce differentias, supra, ju quam ac infra, non habet: quare locus in talibus est quærendus. Quòd si in ipsa re locus non ineset (insit enim oportet, si est materies aut forma) locus, erit in loco. Mutatur enim una cum re, atque mouetur, & forma, & id quod terminis caret, & non in eodẽ est semper, sed ubi est ipsa res. Quare fit, ut loci sit locus.

Insuper facta ex aere aqua, perit ipse locus. Corpus enim id quod est ortum: non in eodem est, at quæ nam

que materia: quo omne, quod dicitur esse alicubi, videtur & ipsum esse aliquid: & alterum aliquid esse ab eo, in quo est: vnde, cum aliquid dicitur esse in loco, sequitur q̃ locus sit extra locatum. Materia autẽ & forma nõ sunt extra rem: ergo neque materia, neque forma est locus. Tertiã rationem ponit ibi.

f ¶ Hic arguit specialiter, contra positionem Platonis dicte diendo. Dictũ est. n. supra i Tertio, q̃ Plato posuit Ideas, & numeros non esse in loco: sequebatur autẽ, Fm eius sententiã de loco, q̃ essent in loco: quia omne participatum est in participante: species autẽ & numeros ponebat participari, siue a materia, siue a magno, & paruo: sequitur ergo q̃ species & numeri sint in materia, siue in magno, & paruo. Si igitur materia vel magnum & paruum est locus, sequitur q̃ numeri & species sint in loco. Quartam rationem ponit ibi.

g ¶ Circa quam dicit, q̃ non potest cõuenienter assignari, quomodo aliquid moueatur Fm locum: si materia & forma sint locus, impossibile est. n. assignare locũ in ijs, quæ nõ mouentur sursum, vel deorsũ, vel quocunq; aliter Fm locũ, vnde in illis quærendus est locus, quæ Fm locũ mouentur. Sed si in ipso, qđ mouetur, est locus, quasi aliqd ei intrinsecum, quod oportet dicere, si materia vel forma sit locus, sequitur q̃ locus erit in loco: quia omne, quod transmutatur Fm locum, est in loco: sed ea, quæ sunt in re, vt species & infinitum, idest materia, mouẽtur simul cum re: ergo non semper sunt in eodem loco, sed sunt vbi est res: ergo oportet q̃ materia & forma sint in loco. Si igitur alterũ eorũ sit locus, sequitur q̃ locus sit in loco, quod inconueniens est. Quintã rationem ponit ibi.

h ¶ Quæ talis est. Quandocunque aliquid corrumpitur, corrumpuntur aliquo modo partes speciei ipsius: materia autem & forma

& forma sunt partes speciei: ergo corrupta re, ad minus per accidens, forma & materia corrumpuntur: si igitur materia & forma sit locus, sequitur quòd locus corrumpatur, si locus pertiner ad speciem: quia corpus, quod generatur non esset in eodem loco, si locus aeris pertineret ad speciem eius: sicut cum
Tex.cō.22. aqua generatur ex aere. Sed non est assignare qualiter locus corrumpatur: ergo non potest dici, quòd materia vel forma sit locus. Vltimo autē epilogat, quod dictum est, per quæ videtur necessarium esse quòd sit locus: &
Tex.cō.23. per quæ aliquis potest dubitare de substantia eius.

LECTIO IIII.

a POstquàm Philosophus inquisiuit di sputatiue an loc⁹ sit, & quid sit: hic accedit ad determinandum veritatem. Et primo premittit quędam, quæ sunt necessaria ad consideratio nem veritatis. Secūdo determinat veri-
Secta parte, tex.cō.30. tatem ibi, ¶ Quid autem forte. ¶ Circa primum tria facit. Primo ostēdit, quot modis dicitur aliquid esse in aliquo. Secundo inquirit, vtrum
Tex.cō.24. aliquid posset esse in seipso ibi. ¶ Dubitauit autem aliquis. ¶
Tex.cō.24. Tertio, soluit quæd prius dubitata ibi.
Quod autem Zeno
Tex.cō.28. opposuit. Ponit ergo octō modos, quibus aliquid in aliquo dicitur esse: quorum primus est, sicut digitus dicitur esse in manu, & vniuersaliter quæcunque alia pars in suo toto. Secundus modus est, prout totum dicitur esse in partibus. Et, quia iste modus non est adeo consuetus sicut primus, ad eius manifestationem subiungit, quòd totum non est præter partes, & sic oportet vt intelligatur esse in partibus. Tertius modus est, sicut homo dicitur esse in animali, vel quæcunque alia species in suo genere. Quartus modus est, sicut genus dicitur esse in speciebus. Et ne iste modus extraneus videatur, rationem innuit quare hoc dicit: nam genus est pars definitionis speciei, & etiam differentia, vnde quodammodo & genus & differentia dicuntur esse in specie, sicut partes in toto. Quintus modus est, sicut sanitas dicitur esse in calidis & in frigidis: quorum cō temperantia constituit sanitatem: & vniuersaliter quæcunque alia forma in materia, vel subiecto, siue sit accidentalis, siue substantialis. Sextus modus, sicut res græcorum dicuntur esse in Rege græcię: & vniuersaliter omne, quod mouetur, est in primo motiuo. Per hunc etiam modum dicere possum aliquid esse in me, quia est in potestate mea, vt faciam illud. Septimo modo, dicitur aliquid esse in aliquo, sicut in quodam optimo diligibili; & vniuersaliter sicut in fine. Et per hunc modum, dicitur esse cor alicuius in aliqua re, quam desiderat & amat. Octauo modo, dicitur esse aliquid in aliquo, sicut in vase, & vniuersaliter sicut locatum in loco. Videtur autem prætermittere modum, quo aliquid est in aliquo, sicut in tempore: sed hic reducitur in hunc octauum modum: nam sicut locus est mensura mobilis, ita tempus est mensura motus. Dicit autem, quòd secūdum hunc octauum modum maxime proprie dicitur esse aliquid in aliquo: vnde oportet secundum regulam, quam tradidit in 4. & 5. Meta- Te quòd omnes alii modi reducātur aliquo modo, ad hunc modum quo aliquid est in alio quo, sicut in loco. Quod sic patet: locatum enim continetur, siue includitur in loco, & in eo habet quietem & fixionem. Propinquissime igitur per hunc modum, pars dicitur esse in toto integrali in quo actu includitur: vnde etiam infra dicetur quòd locatum est in loco, sicut pars separata: & pars est, sicut quoddam locatum coniunctum. Totum autem, quod est secundum rationem, ad similitudinem huius totius simitur: vnde consequenter dicitur id, quod est in ratione alicuius esse in eo, vt animal in homine. Contingit autem interdum partem totius integralis includi in toto secundum actum, ita partem totius vniuersalis includi in toto secundum potentiam: nam genus ad plura se extendit in potentia quàm species, licet species habeat plura in actu, vnde consequenter dicitur esse etiam species in genere. Et quia sicut species continentur in potentia generis, ita forma in potentia materiæ: vnde rius dicetur forma esse in materia. Et quia totum habet rationē formæ respectu partium, vt dictum est, in fecūdo, consequenter etiam totum dicitur esse in partibus. Sicut autem forma includitur sub potētia passiua materiæ, ita effectus includitur sub potentia actiua agentis: vnde & dicitur aliquid esse in primo motiuo. Deinde autem manifestum est, quòd appetitus quiescit in bono desiderato & amato: & in eo figitur sicut & locatum in loco: vnde etiam dicitur affectus amantis inesse amato. Et sic patet, ¶ omnes alii modi deriuantur ab vltimo, qui est maxime proprius. Secundo ibi.

igitur corruptio? Ex quibus igitur necessarium est locū esse aliquid, & iterum ex quibus vtiq; dubitabit aliquis de substantia ipsius, dictum est.

LECTIO IIII.

G *POst hæc sumendum est, quot modis quippiam in alio dicitur esse. Vno igitur dicitur modo, vt digitus in manu, & pars omnino in toto. Alio, vt homo in animali; & omnino in genere speciei. Alio, vt genus in specie, & omnino in speciei ratione, pars speciei. Præterea, vt sanitas in calidis atque frigidis: & omnino in materia forma. Præterea, vt res græcorum, in Rege: & omnino in primo mouente. Insuper in bono, atque omnino in fine: hoc autem est id gratia cuius cætera sunt, atque fiunt. Omnium uero id proprissime dicitur, quod est in uase, & omnino in loco.*

At enim hic quispiam dubitauerit, sit ne ut & in seipso quippiam sit, an nihil est in se prorsus, sed omne quodus, aut nusquam, aut in alio est?

Hoc autem est dupliciter, aut per se, aut per aliud. Nam eum id in quo est, & id, quod in illo est, totius sunt partes, tunc totum in seipso esse dicitur. Quippe, cum & per partes dicatur, ut albus: quia superficies est alba: & sciens, quia anima rationis particeps fuit. Dolium igitur non est in seipso, neque etiam uinum:

uini uero dolium, erit. Ambo nanque, id inquam quod inest: & id in quo est, eiusdem sunt partes. Hoc igitur pacto fit, ut quippiam in seipso sit.

Sed ut primo, fieri nequit, uelut albedo est in corpore: nam superficies est in corpore, scientia uero in anima. Et per hæc quæ sunt, ut in homine partes, appellationes hæ non incongrue sunt. Dolium autem, atque uinum, cum sunt quidem seorsum, non sunt partes, sed cum sunt simul. Quocirca cum sint partes, erit ipsum in seipso, ceu albedo est in homine, quia in corpore est, & in hoc, quia in superficie. In hæc autem, non per aliud: atque hæc diuersa sunt specie, & aliam utra que naturam, & potentiam habent, superficies inquam, atque albedo.

Neque igitur inductiue considerantes in seipso, quicquam ullo dictorum modorum esse uidemus.

Et ratione etiam hoc non posse fieri patet: oportebit enim ambo esse utrunque (ceu dolium quidem & uas, & uinum: uinum autem, & uas & dolium) si fit, ut quippiam sit in seipso. Quare, si quis maxime in ipse sint, dolium quidem uinum suscipiet, non ut est ipsum dolium, uinum, sed ut illud: atque patet rationem esse diuersam: alia enim est eius ratio, in quo est, alia eius quod est in illo.

At uero neque per accidens fieri potest: nam duo simul in eodem erunt: etenim et ipsum dolium in seipso erit; si cuius natura est susceptiua,

secundum partem, sicut aliquis dicitur albus, quia superficies eius est alba: & homo dicitur sciens, quia scientia est in parte ratiocinatiua. ¶ Si igitur accipiatur amphora plena vino, sicut quoddam totum, cuius partes sunt amphora & vinum, neutra partium eius erit in seipsa, ideſt neque amphora, neque vinum: sed hoc totum, scilicet amphora vini, erit in seipsa, inquantum vtrūque est pars eius scilicet & vinū, quod est i amphora, & amphora in qua est vinum. Per hunc igitur modum contingit aliquod idem esse in seipso. Secūdo ibi.

d ¶ Ostendit quòd non cōtingit aliquid esse primo in seipso. Et primo proponit quod intendit, distinguens vtrumque modum, quo aliquid est in seipso, & quo nō est, Secundo probat propositum ibi, ¶ Neque enim inductiue considerantibus. ¶ Dicit ergo, quòd non contingit aliquid esse primo in seipso: & manifestat quid sic aliquid esse primo in seipso per oppositū: album enim dicitur esse in corpore, quia superficies est in corpore: vnde non est primo i corpore, sed in superficie. Et similiter scientia primo dicitur esse i anima, non autem in homine, in quo est per animam. Secundum hoc, scilicet secundum animam & superficiem, sunt appellationes, quibus nominatur homo albus, vel sciens, cum anima & superficies sint sicut partes i homine: non quòd superficies sit pars, sed quia se habet ad modum partis, inquantum est aliquid hominis, vt terminus corporis. Si autem accipiatur vinum & amphora seorsum ab inuicem, non sunt partes: vnde neutri competit esse in seipso. Sed cum simul sunt, vtpote cum amphora est plena vino: propter hoc quòd amphora & vinum sunt partes, idem erit in seipso: vt expositum est, non primo, sed per partes: sicut album non primo est in homine, sed per corpus, & in corpore per superficiem. In superficie autē non est per aliquid aliud: vnde primo dicitur esse in superficie. Nec est idem id, in quo est aliquid primo, & quod est in eo, sicut album & superficies: quia altera sunt secundum speciem superficies & album: & alia est natura & potētia vtriusque. Secundo ibi.

neq; vinum, vini autem amphora erit. Quod nanque est, & in quo est, vtraq; eiusdem partes sunt. Sic quidem igitur cōtingit, idem aliquid esse in seipso.

Tex.cō.25.

Tex.cō.26.

Tex.cō.27.

e Neque igitur inductiue cōsiderantibus, nihil in seipso videmus secundum aliquem determinatorum modorum.

f Et ratione manifestū est, qa impossibile est: oportet.n. vtraque vtrunq; esse (vt amphorā, vas & vinū esse: vinū autē, vinū & amphoram) si vere primo cōtingit quippiam in seipso esse. Quare siquidē maxime in alterutris esset, amphora quidē acciperet vinū non sīn quòd vinū sed inquantū illa: & vinū inerit in amphora, non inquantū amphora ipsa, sed secundū q illud amphora. Secundū esse quidē igitur, q alterū sit, manifestū ē: alia nanq; est ratio eius, quod ī quo, & alia illius, qđ in hoc est.

g At vero neque secundum accidens contingit: simul.n. duo corpora in eodē erunt: nā ipsa amphora in seipsa erit, si cuius

Tex.cō.27.

A B C D E

a ¶ Quòd considerando per inductionem in singulis modis supra determinatis, quibus dicitur aliquid esse in aliquo, apparet, quòd nihil est in seipso primo & per se: neque enim aliquid est totum sui ipsius, neque pars, neque genus, & sic de aliis. Ponit autem hoc concludendo ex præmissis, quia sicut manifestum est in albo, & in superficie, quæ se habent vt forma & materia, q̄ sunt aliud secundum speciem, & virtutem, ita etiā pōt in omnibus aliis modis considerari. Secundo ibi.

b ¶ Probat eadem ratione, & dicit manifestum esse per rationem, quòd impossibile est aliquid esse primo & per se in seipso. Si enim aliquid primo & per se sit in seipso, oportet quòd eidem, & secundum idem conueniat ratio eiusdem in quo est aliquid, & ratio eius, quod est in eo: vnde oportet quòd vtrunque, scilicet, tā continens quàm contentum sit vtrunq; vtpote, quòd amphora sit vas & vinum, & vinum sit vinum & amphora, si primo & per se conuenit alicui quid esse in seipso: vnde hoc posito, scilicet quòd vinum sit amphora & vinum, & amphora sit vinū & amphora, siquis dicat quòd alterum eorum sit in altero, vtpote vinum in amphora, sequitur q̄ vinū recipiatur in amphora, no inquātum vinum est, sed inquā tum vinum est alia, scilicet amphora. Quare, si esse in amphora primo, & per se conuenit amphoræ, ex eo quòd ponitur aliquod primo & per se in seipso esse, sequitur quòd nihil possit dici esse in amphora, nisi inquantum ipsum est amphora. Et sic, si vinum dicatur esse in amphora, sequitur quòd esse in amphora competit vino, non secundum quòd vinum est vinum, sed secundum q̄ vinum est amphora. Et eadem ratione, si amphora recipiat vinum, recipiet ipsum non inquantum amphora est amphora, sed inquantum amphora est vinum: hoc autem est inconueniens: vnde manifestum est, quòd secundum alteram rationem est id in quo, & quod in hoc. Alia est enim ratio eius, quod est in aliquo: & eius, in quo est aliquid. Non potest ergo per se & primo aliquid esse in seipso. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit quòd non sit aliquid primo in seipso, etiam secundum accidens: dicitur enim aliquid esse in aliquo secundū accidens, quando est in eo propter aliquid aliud in eo existens, vt si dicamus hominem esse in mari, quia est in nauī, quæ est in mari: in hac tamen primo dicitur esse, ideſt non propter partē. Si igitur cōtingat aliquid esse in seipso primo, no per se quidē,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed per accidens, sequitur quòd sit in seipso propter hoc, quòd aliquid aliud sit in ipso: & sic sequitur, quòd duo corpora sint in eodē, scilicet illud corpus, quod est in eo, & ipsummet, quod est in seipso. Sic enim amphora erit in seipsa per accidens, si ipsa amphora, cuius natura est vt recipiat aliquid, sit in seipsa: & iterum illud cuius est receptiuum scilicet vinum: ergo in amphora erit amphora, & vinum: si propter hoc quòd vinū est in amphora, sequitur, amphoram esse in seipsa: & sic duo corpora essent i eodem. Sic igitur patet, quòd impossibile est aliquid esse primo in seipso. Sciendum tamen, quòd aliquando dicitur aliquid esse in seipso, non secundum intellectum affirmatiuum, sicut hic reprobat Philosophus, sed secundum intellectum negatiuum, prout esse in seipso, non significat nisi non esse in alio. Deinde cum dicit.

Tex.cō.28.

Tex.cō.29.

Supra tex. cō. 12.

h ¶ Soluit quædam dubitata. Et primo remouet rationē Zenonis, quæ inducebatur ad probādum, quòd locus non sit, per hoc, quia si est, oportet quòd sit in alio, & sic itur in infinitum. Sed hoc, vt dicit, non est difficile soluere, postquam iā sunt distincti modi, quibus aliquid dicitur esse in aliquo: nihil enim prohibet dicere, quòd locus ē in aliquo, non tamē est in illo sicut in loco, sed per quendam alium modum, sicut forma est in materia vel accidens in subiecto: inquantum scilicet locus est terminus continentis. Et hoc est quod subdit, ſsicut sanitas est in calidis, vt habitus: & calor in corpore, vt passio.ſ vel accidens: vnde non necesse est, quòd procedatur in infinitum. Secundo ibi.

Tex.cō.30.

Tex.cō.31.

i ¶ Soluit etiam dubitationes supra positas de quiditate loci, an scilicet sit forma, vel materia, ex hoc quod ostensum est, quòd nihil primo & per se est in seipso: ex hoc enim manifestum est, quòd nihil potest esse sicut vas, vel locus eius, quod cōtinetur in ipso, sicut pars, quæ sit materia vel forma: oportet enim primo & per se alterum esse, quod est in aliquo, & in quo est aliquid, vt ostensum est. Vnde sequitur, quòd neque forma, neque materia sit locus, sed aliquid alterum a locato, sit locus: materia enim & forma sunt aliquid locati, sicut partes intrinsecæ eius. Vltimo autem concludit, quòd supradicta per modum oppositionis dicta sunt de loco: quarum quidem oppositionum aliquæ iam solutæ sunt, aliquæ vero soluentur post manifestatam naturam loci.

Supra tex. cō. 14. 15. 16.

LECTIO V.

Vid aūt tandē sit locus sic fiet vtique manifestū. Accipiamus aūt de ipso quæcūque videntur vere secundum se inesse ipsi. Dignum est igitur, locum esse primum, quod continet illud, cuius loc' est, & nihil esse rei. Amplius, primum locū neque maiorem, neque minorē esse. Adhuc autem: neque deficere vnicuique, & separabilem esse. Ad huc autem: omnem locum habere sursum, & deorsum: & ferri natura, & manere vnūquodque corporum in propriis locis. hoc aūt facere, aut sursum, aut deorsum. Suppositis autē his, reliqua consideranda.

K

b Oportet autem tentare intē tionē sic facere: vt quid sit natura receptiua est, hoc cōtingit in seipso esse: & adhuc illud cuius receptiuum est, vt si vini, vinum. Quòd quidem igitur impossibile sit aliquid in seipso esse primo, manifestum est.

h Quod autē Zeno opposuit, quia si locus est aliquid. in aliquo erit, soluere non est difficile. Nihil enim prohibet in alio esse primū locū, non tñ in illo, sicut in loco, sed sicut sanitas qdē in calidis, vt habitus. calor aūt in corpe, sicut passio ē. quare nō necesse ē in ifinitū abire.

G

H

i Illud autem manifestum, qñ nihil est vas eius quod est in seipso (alterū enim est primo, & quod est, & i quo est) pp quod, non erit vtique, neq; materia, neq; forma locus, sed alterum. illius enim aliquid hæc sunt & materia, & forma. Hæc quidē igitur sunt oppolita.

LECTIO V.

Remissa disputatione de loco an sit, & quid sit, & solutis quibusdam dubitationibus, hic accedit ad determinandum veritatem de loco: & primo præmittit quasdam suppositiones de loco quib' vtetur determinādo de loco. Secundo, ostendit qualis debeat esse definitio dāda de loco ibi. ¶ Oportet autem tentare &c. ¶ Tertio incipit determinare de loco ibi. ¶ Primum quidem igitur. ¶ Dicit ergo primo, quòd manifestum fiet ex sequētibus, quid sit locus: sed oportet prius accipere quasdā suppositiones, & principia per se nota: ex illa scilicet, quæ videtur per se inesse loco, quæ quidē sunt quatuor: omnes enim reputant hoc esse dignum, . Primo quidem, quòd locus continetur ad id, cuius est locus: ita tamen, quòd locus non sit aliquid locati: quod quidem dicit ad excludendum continentiam formę, quæ est aliquid rei, & alio modo continet quam locus. Secunda suppositio est, quòd primus locus, idest, in quo aliquid primo est, est æqualis locato, non maior, neque minor. Tertia suppositio est, quòd locus nō deficit vnicuique locato, quin omne locatum habeat locum. non tamen ita, quòd vnus & idem locus numquam deficiat eidem locato: quia locus est separabilis a loco: sed quando locus vnus deficit alicui locato, tunc locatum sit in alio loco. Quarta suppositio est, quòd in omni loco inueniuntur quædam differentiæ loci sursum & deorsum: & quòd naturaliter vnumquodque corpus, cum est extra proprium locum, fertur ad ipsum, & cum est in eo, manet in ipso. Propria autem loca naturalium corporum sunt sursum & deorsum, ad quæ naturaliter mouentur, & in quibus manent: sed hoc dicit secundum eorum opinionem, qui non ponebant aliquod corpus, præter naturam quatuor elementorum: nondum enim probauerat corpus cæleste esse, neque graue neque leue: sed postea probabit hoc in primo libro de Cælo. Ex his autem nunc suppositis, procedetur ad considerationem aliorum. Secundo ibi.

Id esse in seipso potest: & insuper illud, cuius est susceptiuum, ceu numerum, si numi. Fieri igitur non posse, vt in seipso quicquam sit primo, ex iis quæ diximus patet.

Id uero, quod Zeno dubitabat, si locus sit in ratione rerum, in quorū erit, solue facile potest: nihil enim prohibet, vt primus locus in alio quidē sit, non tamen in illo tanquam in loco: sed ut est finitas quidem in calidis, sicut habitus: calidus autem in corpore, ut affectus: quare non necesse est in infinitum abire.

Patet autem, cum nas nihil sit eius quod est in seipso (diuersa nanq; sunt id, quod inest, & id, in quo prima inest) locum neque formam esse, neque materiam, sed diuersum: hæc enim illius sunt aliquid, quod est in uase; materia, inquam, ac forma. Hæc igitur de ipso loco sint dubitata.

LECTIO V.

Sed quidnam sit locus hoc modo fuerit manifestum. Atque sumamus de ipso quæ uere per se competere ipsi uidentur. Censemus itaque locum id continere, cuius est locus: & nihil esse ipsius rei. Præterea, primum locum neque minorem esse neque maiorem. Præterea, neque ab unoquoque relinqui, & separabilem esse. Et insuper, omnem locum differentias has habere, supra, inquam, ac infra. Et corporum, unumquodq; proprios ad locos suapte natura ferri, aut sursum, aut deorsum pergendo, & in eisdem manere. His suppositis, reliqua contemplemur oportet.

Atque conandum est considerationem hoc facere modo, ut ipsum

Primo quidem, vt ostendatur quid sit locus. nam definitio est oratio indicans quid est res. Secundo, vt soluantur quæcunque opposita sunt circa locum. nam cognitio veritatis est solutio dubitatorum. Tertium est, quòd ex definitione data manifestentur proprietates loci, q insunt ei: quia definitio est medium in demonstratione. quæ propria accidētia demonstratur de subiecto. Quartum est, q ex definitione loci erit manifesta causa, quare aliqui antiqui discordauerunt circa locum: & omnia, q sunt opposita circa ipsum. Et hoc pulcherrime definit vnūquodque. Tertio ibi. ¶ Determinat de loco. Et primo ostēdit quid sit locus. Secundo, soluit dubitationes prius positas, ibi. ¶ Manifestum aūt ex his &c. ¶ Tertio, assignat causam naturalium proprietatum loci, ibi. ¶ Et secundum ipsius. ¶ Circa primum, duo facit. Primo, ostēdit quid sit locus. Secundo, quomodo aliquid sit in loco, ibi. ¶ Cum quidem igitur. ¶ Circa primum, duo facit. Primo, præmittit quādam, quæ sunt necessaria ad inuestigādū definitionē loci. Secundo incipit determinare loci definitionem, ibi. ¶ Iam igitur manifestum est. ¶ Circa primum, quatuor præmittit, quorum primum est, q nunquam fuisset inquisitū de loco, nisi esset aliquis motus, ſm locum. ex hoc. n. necesse fuit ponere locū aliud a locato, quia inueniuntur in eodem loco successiue duo corpora: & similiter vnū corpus i duobus locis, sicut etiam tranſmutatio formarum circa vnā materiam, induxit i cognitionem materiæ. Et propter hoc, maxime opinantur aliqui, q cœlum sit in loco, quia semper mouetur. Sed motus alicuius est ſm locū p se.ſ. loci mutatio: alius autem ex consequenti.ſ. augmentū, & decrementū, qa augmētata quantitate, vel diminuta, corpus accipit maiorē, vel minorem locum.

Tex.cō.32.

Tex.cō.47.

Tex.cō.48.

Tex.cō.43.

Tex.cō.33.

Tex.cō.35.

Tex.cō.34.

datur, & quæque opposita sōlnantur, & quæ videntur loco inesse insint. Et amplius, difficultatis, & oppositorum causa circa locum manifesta erit. sic enim vtique pulcherrime demonstratur vnūquodque.

c Primū quidē igitur oportet intelligere, q nō quæreret loc' nisi mot' aliquis esset ſm locū. Propter hoc .n. cœlum maxime in loco esse opinant, q semper i motu est. Hmoi aūt, aliud qdē est loci mutatio, aliud vero augmetū, & decremetū. Et nāq; augmeto, & decremeto trāſmutat, & qd prius erat hic, iterū transmutatū est in maius, aut min'.

d Est aūt qd mouet. aliud qdē p seipsum actu, aliud vero ſm accidēs. Ipsi' aūt, qd ſm accidēs, alia qde possibilia sunt mouerip se, vt partes corpis, & i nauiclaus: alia vero nō pūt, sed ſp ſm accns, vt albedo, & scia. hec .n. sic transmutant locum, quia id in quo sunt, transmutatur.

e Q ſm aūt dicimus esse in cœlo, sicut in loco, quia i aere. hic aūt in cœlo est, & i aere aūt nō omni, sed pp vltimum ipsius, & cōtinens, in aere esse dicimus: si .n. ois aer sit locus, non æqualis erit vniuscuiusque locus, & vnumquodque locatum. Videtur aūt hmōi primū in quo est.

f Cū quidē igit nō diuisum sit continēs, sed continuū, non dicimus esse in illo, sicut in loco, sed sicut pars in toto. Cū vero diuisum sit, & contactū, in primo quodā est vltimo continentis, qd neq; pars est ipsius, qd est in ipso, neq; maius distātia, sed æquale. In eodē enim sunt vltima se tangentium.

g Et cū continuū qdē sit, non i illo mouet, sed cū illo: diuisum aūt in illo. & siue moueatur cōtinens, siue non, nihil minus.

h Amplius cum non diuisum sit, sicut pars in toto dicitur: vt

Secundum ponit ibi.

d ¶ Sit dicit, q aliquid mouetur per se in actu, sicut quodcunq; corpus: aliud vero ſm accidens, quod quidem contingit dupliciter. Quædam .n. mouentur ſm accidens, quæ tñ sunt possibiliter. Quædam .n. mouentur p accidens; sicut partes alicuius corporis, dum sunt in toto, mouetur p accidens; sed qñ separantur, mouentur per se, vt clauus, qñ est infixus nauī, mouetur per accidens, sed qñ extrahitur, mouetur per se. quædā vero non possunt moueri per se, sed semper mouentur per accidens, sicut albedo, & scientia. quæ mutant locum, inquantum mutatur illud, in quo sunt. Hoc aūt induxit, qa hoc modo aliquid p se, vel per accidens, actu, vel potentia natum est esse in loco, sicut & moueri. Tertiō ponit ibi.

quid est tale assignetur, ut & ea, quæ dubitantur, soluantur; & ea, quæ competere loco uidentur, insint, & insuper ipsa difficultatis, et dubitationum, quæ circa ipsam sunt, causa pateat. Sic enim unumquodque pulcherrime demonstrari profectō potest.

Si igitur motus iste nō esset, qui ad locum accommodatur, locus sane non quæreretur: quod quidem ante omnia est animaduertendum. ob hoc .n. et cœlū maxime in loco esse putamus, quia semper motu cietur. Hic aūt triplex est, latio, accretio, & decretio. nam in accretione, decretionēque sit sane mutatio. & quod prius hic erat, idest ad maius, aut ad minus transmutatum.

Mouentur autem alia per se actu, alia per accidens: & horum alia per se moueri possunt ut corporis partes, atque manigu elauus: alia nequeunt, sed per accidens semper mouentur, ut albedo, atque scientia, hæc enim propterea mutantur loco, quod id in quo sunt, mutatur.

Atqui dicimus, in cœlo tanquam in loco esse, quia in aere summo: hic autem est in cœlo. Et item in aere non uniuerso, sed ob ultimum ipsius, & continens in aere dicimus esse. nam si uniuersus aer sit locus: locus profectō cuiusque non erit æqualis eius, cuius est locus, at æqualis esse uidetur. Talis aūt est is, i quo primo quippiā est.

Cum igitur non diuisum sit id, qd continet, sed continuum; tum in illo non tanquam in loco, sed ut pars in toto dicitur esse. At cum diuisum est, atque tangit, tum in primo est ultimo continentis, quod quidem neque pars est eius quod est in ipso, neque maius, sed æquale. In eodē enim sunt eorum ultima, quæ sese tangunt.

Atque si continuum quidem est, non in illo, sed cum illo mouetur; sin uero diuisum est, in illo. Siue illud moueatur, siue non moueatur.

Insuper cum non sit diuisum, ut pars in toto dicitur esse, ut in oculo pupilla pars simul cum toto. sed quando est diuisum contentū a continente, tunc potest moueri in illo, siue continens moueatur, siue non. homo enim mouetur in naui, vel quiescente, vel mota. Cum ergo aliquid moueatur in loco, sequitur quòd locus sit cōtinens diuisum. Secundam rationem ponit ibi.

h ¶ Et dicit, q cum contentum non sit diuisum a continente, sed continuum ei, tunc dicitur esse in eo, sicut pars in toto, vt visus

e ¶ Et dicit, q aliq; dicitur esse in cœlo, sicut in loco, p p hoc q est in aere, qui quidem est i cœlo, nec tamen dicimus, q in toto aere sit aliquis primo & per se, sed p p vltimum extremitatem aeris, quæ continet aliquem, dicitur aliquis esse in aere, quia ei totus aer esset locus. dicimus, puta hominis, nō esse æqualis locus, & locatum, quod est cōtra suppositionē priōpositam. Sed in quo est aliquid primo videtur esse extremum corporis continētis, & ne est hal'. dæqualē. Quartū ponit ibi. ¶ Et primo ponit. Secundo probat ibi. ¶ Et cum continuū. ¶ Dicit ergo primo, q cum continens non est diuisum a corpore contento, vel est ei continuum, non dicitur esse in illo, sicut in loco, sed sicut pars in toto. vepore, si dicamus vnā partē aeris contineri a toto aere. Et hoc colligit ex præmissis, quia vbi est continuū, ibi non est accipere vltimum in actu, qd supra dixit requiri ad locum. Sed cū continens est diuisum, & contiguum contento, tunc contentū si est in loco, existens in vltimo continentis primo & per se: illud inquam continens, qd non est pars eius, neque est maius, neque minus ſm diuisionem, sed æquale. & quo pnt esse continens, & contentum æqualia, ondit p hoc, q vltima contingentium se, sunt simul, vnde oportet eorum vltima esse æqualia. Secundo ibi.

g ¶ Probat istud quartū duabus rōnibus, quarū prima est, qcō tentū, continuū continenti, non mouet in continente, sed simul cum illo, sicut pars simul cum toto. sed quando est diuisum contentū a continente, tunc potest moueri in illo, siue continens moueatur, siue non. homo enim mouetur in naui, vel quiescente, vel mota. Cum ergo aliquid moueatur in loco, sequitur quòd locus sit cōtinens diuisum. Secundam rationem ponit ibi.

h ¶ Et dicit, q cum contentum non sit diuisum a continente, sed continuum ei, tunc dicitur esse in eo, sicut pars in toto, vt visus

Universidad de Deusto
Biblioteca

visus est, sicut pars formalis in oculo, & manus, sicut pars organica in corpore. sed cum diuisum est contentum a continente, tunc dicitur esse in eo, vt in vase, sicut aqua in cado, & vinum in scypho, quorum hæc est differentia, q manus mouetur cum corpore, sed non in corpore; sed aqua mouetur in cado. Cum

Tex.c.23. fi. igitur supradictū sit, q esse in loco, est sicut esse in vase, non aūt sicut pars in toto, sequitur, q locus sit, sicut continens diuisum.

LECTIO VI.

Tex.cō.35. RAmisiis his, quæ sunt necessaria ad inuestigandum definitionē loci, hic inuestigat loci definitionem. & circa hoc tria facit. Primo, inuestigat principales definitionis. Secundo, concludit definitionem, ibi. ¶ Quare tertius. ¶ Tertio ostendit eam bene assignatam, ibi. ¶ Et propter hoc medium. ¶ Circa primum, duo facit. Primo, inuestigat genus loci. Secūdo differentiam completiuā definitionis eius, ibi. ¶ Videtur autem magnum aliquid. ¶ Ad inuestigandū autē genus loci vtitur diuisione quadā. vnde circa hoc, tria facit. Primo, proponit diuisionem. Secūdo, excludit tria membra diuisionis, ibi. ¶ Horum autem quod nō contingat. ¶ Tertio cōcludit quartū, ibi. ¶ Sit igit nihil horū. ¶ Dicit ergo primo, q iam ex præmissis potest esse manifestum quid sit locus. Videt enim secundum ea, quæ cōsueuerunt de loco dici, q locus sit vnum de quatuor. s. vel materia, vel forma, vel aliquod spacium inter extrema continentis. vel si nullum spacium est inter extrema continentis, quod habeat aliquas dimensiones præter magnitudinem corporis, quod ponitur infra corpus continens: oportebit dicere quartum, scilicet, quòd extrema corporis continentis sit locus. Secundo ibi.

Tex.cō.43. Tex.cō.50. Secūda parte tex.41. Secūda parte. tex.13. Tex.cō.36. Tex.cō.37. Tex.cō.39.

b ¶ Excludit tria membra prædictæ diuisionis. Et primo, q̄ponit quod intendit dicens, manifestum est per sequētia, quòd non contingit locum esse aliquod horum trium. Secundo prosequitur ibi.

c ¶ Et primo de forma. Secundo de spacio, ibi. ¶ Sed ex eo, q̄ mutatur. ¶ Tertio, de materia, ibi. ¶ Et materia aūt videt. ¶ Circa primū, duo facit. Primo, ponit quare locus videatur esse forma, quia s. forma cōtinet: quod videtur esse proprium loci. Extrema vero corporis continentis, & contenti, sunt simul, cum continens & contentum, sint contigua adinuicem: & sic termin⁹ continens, qui est locus, non videtur separatus esse a termino corporis contenti: & sic videtur locus non differre a forma. Secundo ibi.

d ¶ Ostendit, q̄ forma non sit locus, quia quamuis locus, & forma in hoc conueniant, q̄ vterque eorum est quidam terminus, non tamen vnus, & eiusdem, sed forma est terminus eius, cuius est forma, locus autem non est terminus corporis, cuius est locus, sed corporis continentis ipsum. & licet hæc simul terminent continentia, & contenti, non tñ simpliciter. Deinde cū dicit.

Tex.cō.36. Tex.cō.38.

Am igitur manifestum ex his quid est locus. Vere. n. quatuor sunt, quorum necesse est locum vnū aliquid esse. Aut. n. forma, aut materia est, aut spacium aliqd mediū extremorum, aut extrema, si nō est spatiū vlsq̄ ꝓter inexistētis corpis magnitudinē.

b Horum autem, quòd non cōtingat tria esse, manifestū est.

c Sed propter id quòd continet, videtur forma esse. in eodem enim sunt extrema continentis, & contenti.

d Sūt qdē igit vtraq; termini, sed non eiusdē, sed forma qdē rei. locus aūt cōtinētis corpis.

e Sed ex eo, q̄ mutatur multoties, manente cōtinente, contētū, & diuisum, vt ex vase aqua: ipsum medium esse aliquod videtur spacium tanq̄ aliquid sit ꝓter corpus, quod transferrur.

f Hoc aūt non est, sed cōtingēs incidit corpus eorū, q̄ transferuntur, & quę se apta nata sunt contingere. Si aūt aliquod esset spaciū, aptū natū, & manens in pilla, aut in corpore manus. cum uero est diuisum, esse in illo dicitur, vt aqua in cado, aut in dolio vinum. Nā manus quidem cum corpore, aqua autem in cado mouetur.

LECTIO VI.

Am igitur ex hisce patet, quidnam sit locus. Quatuor enim fere sunt, quorū vnum quid loeū esse necesse est. Aut enim forma, aut materies, aut interuallum quid est inter extrema, aut ipsa extrema, si non sit interuallum vllum, ꝓter ipsius, corporis magnitudinem, quod est in loco.

Atque patet, horum tria locum esse non posse.

Sed quia continet, forma esse videtur. in eodem enim sunt ultima eorum, quorum alterum continet, alterum continetur.

Sunt igitur ambo fines, sed non eiusdem. sed forma quidem ipsius rei, locus aut corporis eius, quod cōtinet.

Quia uero id, quod continetur atque diuisum est, interdum transfertur eo manente quod continet, ut aqua ex uase, interuallum quid esse uidetur, quod est inter extrema, ut aliquid aliud ꝓter corpus id qd transfertur.

Hoc autem non est ita, sed quodnis eorum corporum incidit, quæ transferuntur, aptitudinemque habent tangendi. Quod si esset quid interuallum aptum, in eodemque mater corpus contentum, quod transferrur de loco in locum, sed infra illas extremitates corporis continentis, incidit aliquod corpus quodcunque illud esse contingat: ita tamen, quòd sit de numero corporum mobilium, & iterum de numero eorum, quæ sunt apta nata tangere corpus continens. Sed si posset esse aliquod spacium continens medium, ꝓter dimensiones corporis continentis, quòd semper maneret in eodem loco, sequeretur hoc inconueniens, quòd infinita loca simul essent. & hoc ideo, quia cum aqua, & aer habeant proprias distantias, & quodlibet corpus, & quælibet pars corporis, & omnes partes, idem facient in toto quod tota aqua facit in vase. Secundum vero eorum positionem, qui tenent sententiā de spacio, cum tota aqua est in vase, sunt ibi aliæ dimensiones spacii ꝓter dimensiones aquæ. Omnis autem pars continetur a toto, sicut locatum a vase. nec differt nisi solum quantum ad hoc, quòd pars non est diuisa, locatum autem est diuisum. Si ergo pars diuidatur in actu, sequetur, quòd sint ibi aliæ dimensiones totius, scilicet continentis, ꝓter dimensiones partis. non potest autem dici, quòd diuisio faceret ibi esse de nouo aliquas dimensiones: non enim diuisio causat dimensionem, sed præexistentem eam diuidit: ergo antequam pars esset diuisa a toto, erāt aliæ propriæ dimensiones partis, ꝓter dimensiones totius penetrantes etiam partem. quot ergo partes est accipere per diuisionem in aliquo toto, ita quòd vna contineat aliam, tot dimensiones adinuicem distinctę erunt ibi, quarum quælibet alias penetrabunt. est autem accipere in infinitum in aliquo toto

toto continuo partes, quæ alias continēt: propter hoc, q̄ continuum in infinitum diuiditur. Relinquitur igitur, q̄ sint infinitæ dimensiones, seinuicem penetrantes. Si igitur dimensiones corporis continentis penetrantes locatum, sit locus: sequitur, q̄ sint infinita loca simul, quod est impossibile. Secundam rationem ponit ibi.

g ¶ Ponit secundā rationem, quæ talis est. Si dimensiones spacii, quod est infra extremitates corporis continentis, sit locus, sequitur, q̄ locus transmutetur. manifestum est enim, q̄ transmutato aliquo corpore, vt pura amphora, transmutatur illud spacium, quod est infra extremitates amphoræ, cum nusquā sint, nisi vbi est amphora. Omne autem quod trāsmutatur in aliquem locum, penetratur, secundum eorum positionem a dimensionibus spacii, in quod transmutatur. sequitur ergo, q̄ aliquæ aliæ dimēsiones subintrant dimensiones illius spacii amphoræ, & sic loci erit alius locus, & multa loca erunt simul. Hoc ergo inconueniens accidit: quia ponitur alius esse locus corporis contenti, vt aquę, & vasis, vt amphoræ. nam, secundū illorum opinionem, locus aquę est spaciū, quod est infra extremitates amphoræ. Locus autem totius amphoræ est spaciū, quod est infra extremitates corporis cōtinentis amphoram. Sed nos nō dicimus, q̄ alias sit locus partis, & in quo mouetur pars, cum totum vas transmutetur secundum idem. Dicit autem hic partē, corpus cōtentū in vase, vt aquam contentā in amphora, quia secūdum Aristotelem, a qua mouetur per accidens vase transmutato, & non mutat locum, nisi inquantum amphora locum mutat. vnde nō oportet, q̄ locus, in quem vadit, sit locus partis per se, sed solum inquantum est locus amphoræ, sed sm̄ tenentes opinionem de spacio, sequitur, q̄ ille locus per se respondeat aquæ, sicut & amphoræ: & q̄ per se etiam respondeat spacio. & p̄ te loquendo spacium illud moueatur, & habebit locum, & non solum per accidens. Et licet corpus continens quandoque moueatur, non tñ sequit sm̄ opinionem Aristotelis, q̄ locus moueatur, aut q̄ loci sit locus. Contingit quidem enim aliquod corpus cōtineus, in quo est aliquid contentum, moueri, sicut aer, vel aqua, aut aliquæ partes aquæ, vtputa, si nauis est in fluuio, partes aquæ, quæ inferius continent nauem, mouentur, sed tñ locus non mouetur. Et hoc est quod subdit: sed non in quo sunt loco. i. sed non illud, in quo aliqua sunt, sicut in loco mouetur. & quo hoc sit verū, ostendit ꝓ hoc quod subdit, quod est pars loci, qui est locus totius cœli. ¶ Licet. n. hoc continens moueatur, prout est hoc corpus, tñ prout consideratur sīn ordinem, quem habet ad totum corpus cœli non mouetur. nam aliquod corpus, quod succedit, eundem ordinem, vel situm habet per comparationem ad totū cœlum, quem habuit corpus, quod prius ibi exierat. Hoc est ergo quod dicit, q̄ licet aqua, vel aer moueatur, non tñ mouetur locus, prout consideratur, vt pars quædā loci totius cœli, habens determinatum situm in vniuerso. Deinde cum dicit.

Tex.cō.39. Tex.cō.40. Tex.cō.41.

h ¶ Prosequitur de materia. & primo, ostendit quare materia dicitur esse locus. Secundo, ostēdit q̄ non sit locus, ibi. ¶ Sed materia qdē. ¶ Dicit ergo primo, q̄ materia videtur esse locus, si aliquis consideret transmutationem corporum succedentium sibi in eodem loco, in aliquo vno subiecto quiescēte sīn locum; & non habeat respectus ad hoc, q̄ locus est separatus. sed attendatur solummodo trāsmutatio in aliquo vno continuo. Aliquod enim corpus continuum, & quietū sīn locum, cū alteratur, vnum & idem numero nunc quidem est album, nunc autē nigrum, & nunc est durum, olim autē mollē. vnde patet, q̄ transmutationem formarum circa subiectum, dicimus, q̄ materia est aliquid, quæ manet vna, facta transmutatione in formam. Et q̄ talem etiam apparentiam videtur locus esse aliquis, quia in eo permanente succedūt sibi diuersa corpora. Sed tñ alio modo loquendi vtimur in vtroque nā ad designandum materiā, vel subiectum, dicimus, q̄ id, quod nūc est aqua, prius erat aer: Ad designandū autem vnitatem loci dicimus, q̄ vbi nūc est aqua, prius erat aer. Secundo ibi.

i ¶ Ostendit, q̄ materia non sit locus. quia, sicut supradictum est, materia non est diuisa re, cuius est materia, neque continet ea, quorū vtrāque coperit locū. Locus igitur nō est materia. Deinde cū dicit.

k ¶ Remotis tribus membris, concludit quartum. & dicit, q̄ quia locus non est aliquod trium, s. neque forma, neque materia, neque aliquod spatium, quod sit alterum ꝓter distantias rei locatæ, necesse est, q̄ locus sit reliquum de quatuor supra nominatis. s. q̄ sit terminus corporis continentis. sit, ne aliquis intelligat contentum, vel locatum esse aliquod spacium medium, subiungit, & corpus contentum dicitur illud, quod est natum moueri secundum loci mutationem. Deinde cum dicit.

l ¶ Inuestigat differentiam loci. s. q̄ sit immobilis. Circa hoc duo facit. Primo ostendit, q̄ ex hac differentia non debet confiderata, insurrexit quidam error circa locum. Secundo, ostendit, quomodo sit intelligenda immobilitas loci, ibi. ¶ Est autem sicut vas. ¶ Dicit ergo primo, q̄ videtur magnū aliquid, & difficile

Tex.cō.37. Tex.cō.38. Tex.cō.39.

eodē loco, infiniti vtique essent loci. Distante. n. aere, & aqua, idē facient oēs partes in toto, quod quidē omnis aqua i vase.

g Simul aūt erit & locus transmutatus. quare erit loci alius locus, & multi loci simul erūt. Non est autem alius locus partis, in quo mouetur, cum totū vas transmutatur, sed idem. in quo n. est, commutatur aer, & aqua, aut partes aquę. Sed non est in quo fiunt loco, qui pars est loci, q̄ est locus totius cœli.

h Et materia etiā videtur vtique esse locus, si in quiescente aliquis consideret, & non in separato, sed continuo. Sicut. n. si alteratur, est hoc quidē nunc vtique album, nunc autem nigrum: & nunc quidem durum: olim aūt molle: (vnde dicimus aliquid esse materiam) sic & locus per talem quandam videt esse phantasiam. Verum illud quidē, qm̄ quod nunc est aqua, prius erat aer: locus autem, q̄ vbi nunc est aqua, ibi erat aer.

i Sed materia quidem, sicut dictum est in prioribus. neque diuisa est a re. neque continet rē: locus autem vtraque.

k Si igitur nihil horū trium locus est, neque forma, neque materia. neque spacium semp aliquid, existens alterum ꝓter id, quod est rei distantia, necesse est locum esse reliquū de quatuor cōtinentis, scilicet terminum corporis. Dico autem cōtentum corpus, quod mouetur secundum loci mutationem.

l Videtur aūt magnū aliquid, & difficile accipi, quid est loc⁹: & pp hoc, q̄ apparet esse mate-

nens, infinita loca essent profecto. si enim transferatur aqua, & aer, idem facient omnes partes in toto, quod uniuersa aqua in uase.

Et insuper locus etiam trāsfertur. quare loci etiam alius locus erit, & loci simul complures erunt. At non est alius locus ipsius partis, in quo mouetur. cum uas totum transfertur, sed idem. aer enim & aqua, uel partes aquæ, in eo in quo sunt mouentur, sed non in eo loco, ad quem accedunt, qui quidem pars eius est loci, qui locus totius est cœli.

Atqui materia quoque locus esse uidebitur. si in quiescente, & non separato, sed continuo, quispiam consideraueri. Nam, ut si alteretur, est aliquid quod nunc quidem est albū, olim autem erat nigrum: & nunc quidem est durum, olim autē erat molle (quapropter et dicimus materiam aliquid esse;) sic & locus per quandam talē imaginationem esse uidetur. Verum illud quidem ex eo, quia quod erat aer, id nunc est aqua: locus autem ex eo, quia ubi erat aer, hic nunc est aqua.

At enim materia quidem, ut antea diximus, neque separabilis est a re, neque continet. loco autem ambo competunt.

Si igitur locus non est quicquam illorum trium, neque materia, neque forma, neque etiam interuallum, aliquid aliud semper ꝓter ipsius rei spacium, quæ transfertur, necesse est locum. quatuor illorum reliquum esse, finem, inquam, corporis continentis. Atque id corpus contineri dico, quod est mobile latione.

Magnum autem quid, difficileque esse uidetur locum percipere. tum quia parum materiæ, partim formæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

cile accipere, quid sit locus, tum pp hoc, q̃ quibusdam videtur, locus sit materia, vel forma, quæ habent altissimam considerationem, vt suprà dictum est, tum pp hoc, q̃ mutatio eius, qđ fertur fm locum, fit in quodam quiescente, & continente. Cum igitur nihil videatur esse continens, & immobile, nisi spacium, videtur cõtingere, q̃ locus sit quoddã spacium medium, quod sit aliud a magnitudinibus, quæ mouentur secundum locum. Et ad eredulitatem huius opinionis multum proficit, q̃ aer videtur esse incorporeus: quia vbi est aer, videtur quòd non sit corpus, sed quoddam spacium vacuum. & sic videtur locus non solũ esse terminus vasis, sed quoddam medium, tanquam vacuum. Secundo ibi. ¶ Ostẽdit quòd intelligenda est immobilitas loci, vt excludatur opinio pdicta. & dicit, q̃ vas. & locus in hoc differre videntur: q̃ vas transmutatur, locus autẽ non. vnde, sicut vas potest dici locus trãsmutabilis, ita locus potest dici vas immobile. Et ideo, cum aliquid mouetur in aliquo corpore, qđ mouetur, sicut nauis in flumine, vtitur isto, in quo mouetur, magis sicut vase, q̃ sicut loco continente: q̃a loc⁹ {vult esse immobilis}. i. dẽ aptitudine & natura loci est, q̃ sit immobilis, & pp hoc, magis potest dici q̃ totus fluuius sit locus nauis, quia totus fluuius est immobilis. sic igitur fluuius totus, inquantum est immobilis, est locus communis. Cum autẽ locus, pprius sit pars loci communis, oportet accipere pprium locum nauis, in aqua fluminis, inquantum habet ordinem ad totum fluuium, vt est immobilis. Est igitur accipere locũ nauis in aqua fluente, nõ fm hanc aquam, q̃ fluit, sed fm ordinem, vel situ, quẽ habet hæc aqua fluens ad totũ fluuium: qui quidem ordo, vel situs, idem remanet in aqua succedente. Et ideo licet aqua materialiter pterfluat, tñ fm q̃ habet rationẽ loci, put. s. consideratur in tali ordine, & situ ad totum fluuium, non mutatur. Et p hoc similiter accipere debemus, q̃ũo inter extremitates corporum mobilium naturalium, sit locus per respectum ad totum corpus sphæricum cœli, q̃d habet fixionem, & immobilitatem, pp immobilitatem centri, & polorũ. Sic igitur, licet hęc pars aeris, quæ continebat, vel hæc pars aquæ effluat, & moueatur, inquantum est hæc aqua, tñ fm q̃ habet hæc aqua rõnẽ loci. s. situs, & ordinis ad totum sphæricum cœli, semper manet. Sicut etiam dr̃ idem ignis manere quantũ ad formam: licet sit materiam varietur consumptis, & additis quibusdam lignis. Et per hoc cessat obiectio, quæ potest fieri contra hoc, q̃ ponimus locum esse terminum continentis: quia cum continens sit mobile, & terminus continentis erit mobilis. & sic aliquod quietũ existens, habebit diuersa loca. Sed hoc non sequitur, quia termi-

Tex.cõ.16.

Tex.cõ.41.

Tex.cõ.42.

ria, & forma, & pp hoc quidẽ q̃ in quiescente, & continente fit transmutatio eius, quod fertur. Cõtingere autẽ videtur esse spacium medium aliud aliquid a motis magnitudinibus. Proficit autẽ aliquid, & aer apparens incorporeus esse. videtur. n. nõ solũ termin⁹ vasis esse locus, sed & qđ est mediũ tanquã vacuũ.

m Est autẽ sicut vas locus trãsmutabilis sic locus vas immobile. Vnde cum quidẽ in eo, qđ mouet quippiã moueat, & mutetur quod intus, vt in flumine nauis, tanq̃ vase vtitur magis q̃ loco continente. Vult autẽ immobilis locus esse. vnde totus fluuius magis locus est, quia immobilis totus est.

n Quare terminus continẽtis immobilis primus, locus est.

o Et propter hoc, medium cœli, & vltimũ ad nos circularis loci mutationis videt esse, hoc quidẽ sursum, illud vero deorsum, maxime oĩbus ꝓprie. qa hoc quidẽ semp manet: circulorum autẽ vltimũ, similiter se habens, manet. Quare, qm̃ quod leue quidẽ sursum fertur natura, quod vero graue deorsum: quod quidem est ad medium cõtinens, deorsum est, & ipsum medium: quod vero ad vltimũ sursum est. & ipsum vltimum.

p Et propter hoc, planum videtur esse quoddã, & sicut vas locus & continens.

q Amplius simul cum re quodãmodo locus est. simul enim finis est, & locus.

nus continentis non erat locus, inquantum est hæc superficies istius corporis mobilis, sed tñ ordinem, vel situm quem habet in toto immobili. Ex quo patet, q̃ tota rõ loci in oĩbus continẽtibus est ex primo continẽte, & locate. s. cœlo. Deinde cũ dicit. n ¶ Concludit ex præmissis definitionem loci. s. q̃ locus est terminus immobilis continẽtis primi. dicit autẽ {Primus} vt designet locum ꝓprium, & vt excludat locum communem. Deinde cum dicit. o ¶ Ostendit definitionem bene assignatam per hoc, quòd ea quæ dicuntur de loco, congruunt secundum hanc definitionem. Et ponit tria, quorum primũ est, quòd propter hoc, quòd locus est continẽs immobile {medium cœli}, idest cõtrum {& vltimum circularis loci mutationis}, idest corporum circulariter motorum: vltimum dico {versus nos} licet superficies orbis lunæ {videtur hoc quidem esse sursum} idest vltimum prædictum {illud vero esse deorsum} scilicet medium. Et hoc maxime proprie videtur dici inter omnia: quia centrum sphæræ semper manet. Illud autem, quod est vltimum in corporibus circulariter motis versus nos, licet moueatur circulariter, tamen manet, in quantum similiter se habet idest in eadem elongatione ad nos. Et quia ad propria loca mouentur corpora naturalia, inde est, q̃ leuia naturaliter monetur sursum, & grauia deorsum: quia ipsum medium & terminus continẽs versus medium vocatur deorsum, & similiter ipsum vltimũ, & quod est versus vltimum, dicitur esse sursum. vtitur autẽm tali modo loquendi: quia terra quæ est simpliciter gravis, locus est medium: aqua autem locus, est versus medium. Et similiter locus ignis, qui est simpliciter levis, est vltimum: locus autem aeris est versus vltimum. Secundum ponit ibi.

p ¶ Et dicit, quòd quia locus est terminus, propter hoc locus dicitur esse, sicut quedam superficies, & sicut quoddam vas continẽs: non autem sicut spatium vasis continentis: Tertium ponit ibi.

q ¶ Et dicit, quòd quia locus est terminus, propter hoc simul est locus, & locatum: quia simul est finis locati, & terminus continentis, qui est locus: quia tangentium vltima simul sunt. & secundum hoc etiam intelligitur, quòd locus æquatur locato quia scilicet æquantur secundum extrema.

similis esse uidetur, tum quia translatio eius, quod fertur, in ipso continente fit quiescente. esse enim posse uidetur interuallum aliud quoddam a magnitudinibus, quæ mouentur. Conferi autem ad hoc & ipse aer: qui uidetur esse incorporeus. nam non solum fines ipsius uasis, sed interuallum etiam ipsum, ut uacuum, locus esse uidetur.

Vt autẽ uas locus est potens transferri, sic & locus, uas est immobile. Quocirca cum id, quod est intus mouetur, atque transfertur, si id mouetur, in quo est, ut in fluuio nauis, ut uas, tunc utitur illo quod cõtinet, magis quàm loco. Locus autem uult esse immobilis. quapropter uniuersus fluuius magis est locus: quia est immobilis uniuersus.

Quare locus est finis continentis, immobilis, primus.

Atque ob hoc, medium quidem uniuersi, infra fines autem citeriores cæli, supra maxime omnibus proprie esse uidentur. Quia illud quidem semper manet: fines autem cæli eodem modo sese habentes, manent. Quare, cum leue quidem sit id quod sursum pergit, graue autem id, quod deorsum fertur suapte natura: his quidem finis, qui uersus medium continet infra est; & ipsum etiam medium: his autem qui uersus ultimum continet, supra: & ipsum etiam ultimum.

Et propterea, locus superficies quædam, & quasi uas continensque esse uidetur.

Præterea locus simul cum ipsa re quodammodo est. Quippe cum ipsi fines sint simul.

Tex.cõ.43.

ꝓda parte tius tex.

Tex.cõ.18.

Tex.cõ.34.

LECTIO VII.

Postquam Philosophus definiuit locum, hic ostendit qualiter aliquid sit i loco, & circa hoc, duo facit. Primo ostẽdit, qualiter aliquid simpliciter sit in loco, & qualiter non. Secũdo ostẽdit, qũo illud, quod non est simpliciter in loco, secũdũ quid in loco sit. ibi. {Vnde & si aqua fiat.} Concludit ergo primo ex præmissis, q̃ cum locus sit terminus continentis, cuicunque corpori adiacet aliquod corpus continens ipsum exterius, hoc est in loco simpliciter & per se: cui vero corpori non adiacet aliquod corpus exterius continens ipsum, minime est in loco. Tale autem corpus in mundo non est, nisi vnum. s. vltima sphæra, quæcunque sit illa. vnde fm hanc determinationem, sequitur, q̃ vltima sphæra non sit in loco. Sed hoc videtur impossibile: quia vltima sphæra mouetur in loco: nihil autem mouetur in loco, quod non sit in loco. Hmõi igitur dubitationis difficultas, non accidit iis, qui tenent sententiam de spatio. non est. n. eis necesse dicere, q̃ ad hoc q̃ sphæra vltima sit in loco, q̃ habeat corpus continens, sed spatium, qđ intelligitur penetrare totum mundum, & oẽs partes eius, est locus totius mundi, & cuiuslibet partium eius secundum eos. Sed hæc positio est impossibilis: quia vel oportet dicere, q̃ locus non sit aliquid præter locatum, vel q̃ aliquę dimensiones spatii sint p se existentes: & tñ subintrantes dimensiones corporum sensibilium, quæ sunt impossibilia. Vnde Alexander dicit, q̃ vltima sphæra nullo modo est in loco. non. n. omne corpus de necessitate est in loco: cum locus non cadat in definitione corporis. Et pp hoc dixit, q̃ vltima sphæra non mouetur in loco, neque secundum totum, neque secundũ partes. Sed quia oportet oẽm motum in aliquo genere motus poni, Auic. eum secutus, dixit, q̃ motus vltimæ sphæræ, non est motus in loco, sed motus in situ, contra Arist. qui dicit in 5. huius, q̃ motus est tantum in tribus generibus. s. quantitate, qualitate, & vbi. Sed hoc nõ potest stare. impossibile est. n. q̃ motus sit per se loquendo in aliquo genere, cuius specierum ratio in indiuisibili consistit. pp hoc enim in substantia non est motus, quia ratio cuiuslibet speciei substantiæ consistit in indiuisibili, eo q̃ species substantiæ nõ dicuntur secundum magis & minus. & pp hoc, cum motus habeat successionem, non ꝓducitur in esse forma substantialis per motum, sed per generationem, quæ est terminus motus: sectus autẽ est de albedine, & similibus, quæ participantur secundũ magis, & minus. Quælibet autẽ species situs, habet rõnem in indiuisibili consistentem: ita q̃ si aliquid additur, vel minuitur, non est eadem ipẽs situs. vnde impossibile est, q̃ in genere situs sit motus. Et præterea, remanet eadem difficultas. nam situs, secundum q̃ ponitur prædicamentum, importat ordinem partium in loco: licet secundũ q̃ ponitur differentia quantitatis, non importet nisi ordinem partium in toto. omne igitur, quod mouetur secundum situm, oportet q̃ moueatur secundum locum. Quidam autẽ alii dixerunt. s. Auenpace, q̃ aliter als gnãdus est locus corpori, quod mouetur circulariter, & aliter corpori, qđ mouetur motu recto. quia. n. linea recta est imperfecta additione recipiens: corpus qđ mouetur motu recto, requirit locum exterius continentem. quia vero linea circularis in seipsa perficitur, corpus quod circulariter mouetur, non requirit locum exterius continentem, sed locum circa quem reuoluatur: vnde & motus circularis dr̃ esse motus circa mediũ. Sic igitur dicũt, q̃ superficies conuexa sphæræ contentæ, est locus primæ sphæræ. Sed hoc est contra suppositiones cõmunes prius de loco positas. s. q̃ locus sit continens: & q̃ locus sit æqualis locato. Et ideo Auer. dixit quòd vltima sphæra est in loco, per accidens. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd oe illud qđ habet fixionẽ per alterum, dr̃ esse per accidẽs in loco, ex hoc, quòd id per quod figitur, in loco est, vt patet de clauo infixo nauí, & de hole quiescente in nauí. manifestum est autẽ, q̃ quòd corpora circulariter mota habent fixionem per immobilitatem centri: vnde vltima sphæra dr̃ esse in loco per accidens, inquantum centrum. circa qđ reuoluitur habet esse in loco. Quòd autẽ aliæ sphæræ inferiores habent per se locum, in quo cõtinentur, hoc accidit, & non est de necessitate corporis circulariter moti. Sed contra hoc obiicitur, quia, si vltima sphæra sit in loco per accidens: sequitur, quod moueatur in loco per accidẽs, & sic motus p accidens est prior motu per se. Sed ad hoc respondetur, quòd ad motum circularem non requiritur, quòd id, quod mouetur per se circulariter, sit per se in loco: requiritur autẽ ad motũ rectum. Sed hoc videtur esse contra definitionem Arist. quã supra posuit de eo, quod est in loco per accidens. dixit. n. aliquã esse, vel moueri in loco per accidẽs, ex hoc, quòd mouetur id, in quo sunt: non autẽ dicitur aliquid esse i loco per accidẽs, ex hoc, quod aliquid qđ est extrinsece cum ab ipso, est in loco. cum igitur centrum sit omo extrinsecum a sphæra vltima, ridiculum videtur dicere, quòd sphæra vltima sit in loco per accidens ex hoc, quòd centrum est in loco. Et ideo magis approbo sententia Themistii, qui dixit, quod vltima sphæra est in loco per suas partes. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd sicut Aristo supra dixit, non quæreret locus, nisi p̃ p̃ motum, qui demonstrat locum, ex hoc quòd corpora succedunt sibi in vno loco. Vnde, licet locus non sit de necessitate corporis, est tñ de necessitate corporis, quod mouetur secũdum locum. sic igitur alicui corporis motu localiter, necesse est assignare locum, secundum quod in illo motu considerat̃ successio diuersorum corporum in eodem loco. In his igitur, quæ mouentur motu recto, manifestum est, quòd duo corpora succedunt sibi in loco secundum totum; quia totum vnũ corpus dimittit totum locum, & in ipsum totũ subintrat aliud corpus. Vnde necesse est, quòd corpus, quod mouetur motu recto, sit in loco secundum se totum. in motu aũt circulari, licet totum fiat in diuersis locis ratione, non tñ totum mutat locum subiecto; semper. n. remanet idem locus subiecto, sed diuersificatur ratione tantum, vt in Sexto huius dicetur. Tertio ibi. {Amplius} Ostẽdit, qualiter aliquid dicatur esse simul cum re quodãmodo locus est. Et dicit, q̃ quia locus est terminus, propter hoc simul est locus, & locatum: quia simul est finis locati, & terminus continentis, qui est locus: quia tangentium vltima simul sunt. & secundum hoc etiam intelligitur, quòd locus æquatur locato quia scilicet æquantur secundum extrema.

LECTIO VII.

Tqui corpus quidem, id est in loco extra quod aliquod est corpus cõtinens ipsum. Quod uero non ita se habet, non est in loco.

Quapropter etiam, si aqua fuerit tale, partes quidem ipsius mouebuntur. alia nanque aliam continet. Vniuersum autem partim mouebitur, partim haud mouebitur. ut totum enim

Tex.cõ.32. & 33.

Tex.cõ.32

Tex.cõ.84.

D.328.

Scda parte tex. cõ.45.

Tex.cõ.44

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex. cō. 45. toti esse in loco, ibi. {Et alia quidem per se.} Quia ergo dixerat, quòd cui non est aliquod extra continens, non est in loco per se, concludit q̄ si aliquod huiusmodi corpus, quod non continetur ab alio, sicut est vltima sphæra, sit aqua, in qua magis apparet, quod dicitur propter facilem diuisionem partium, partes eius mouebuntur, inquantum continentur subinuicem, sic quodammodo in loco existentes. Sed tota aqua quodammodo mouebit, & quodammodo non. Nō enim sic mouebitur, q̄ tota simul muter locum, quasi translata in alium locum subiecto diuersum, sed mouebitur circulariter: qui quidem motus requirit locū partium, & nō totū: & nō mouebitur sursum, & deorsum, sed circulariter. Quædā autem mouebuntur sursum, & deorsum mutantia locum secundū totum. s. corpora rara, & densa, vel grauia & leuia. Secundo ponit ibi. c ¶ Ostendit quomodo partes vltimę sphæræ sunt in loco, & dicit, q̄ sicut supradictum est, quædam sunt in loco in actu, quædam secundum potentiam. Vnde, cum aliquod sit continuum similiū partium, partes eius sunt in loco secundū potentiam, sicuti est in vltima sphæra. Sed quando partes sunt separatæ, & solum contiguæ, sicut accidit in collectione lapidum, tunc partes sunt in loco secundū actū. Tertio ibi. d ¶ Ostendit quomodo ex hoc sequetur, totam sphæram esse in loco, & dicit, q̄ quædam sunt per se in loco, sicut omne corpus, quod per se mouetur in loco, vel secundū loci mutationem, vel secundum augmentum, vt supra dictum est. sed cœlum, ideſt vltima sphæra, non est hoc modo in loco, sicut dictum est, cum nullum corpus contineat ipsum: sed secundum quòd mouetur circulariter, partibus sibi inuicem succedentibus, sic & locus debetur partibus eius in potentia, vt dictū est, inquantum. s. vna pars eius est habita, ideſt consequenter se habens ad aliam. Quædā vero secundum accidens sunt in loco: sicut anima, & omnes formæ. & hoc etiam modo cœlum. s. vltima sphera, est in loco, inquantum omnes eius partes sunt in loco, ex eo, q̄ vnaquęq; pars eius continetur sub alia, secundum circulationem. in corpore. n. non circulari, pars extrema remanet non contenta, sed continens tantum. sed in corpore circulari, quælibet pars est continens & contenta, in potentia tamen. Vnde ratione omnium partium suarum, corpus circulare est in loco. Et hoc accidit esse per accidens. s. per partes, sicut supra, cum dixit, q̄ partes corporis mouentur per accidens in loco. Deinde cum dicit. ¶ Inducit quandam conclusionem ex prędictis. quia enim dixerat, q̄ corpus, quod circulariter mouetur non oportet esse in loco secundum totum, sed solum per accidēs ratione partis, concludit, q̄ corpus supremum, mouetur solū circulariter, pp hoc q̄ ipsum totum non est alicubi, quia quod est alicubi. ipsum est aliquid, & habet aliquid extra se, a quo continetur; sed extra totū nihil est. Et propter hoc, omnia dicuntur esse in cælo, sicut in vltimo continente, quia cœlum fortassis est quod est totum continens. Dicit autem. {fortassis.} quia nondū probatum est, q̄ extra cœlum nihil sit. Non est autem sic intelligendū, q̄ ipsum corpus cœli sit locus: sed quædam superficies vltima eius vertinos. & est sicut terminus tangens corpora mobilia, quæ in ipso sunt. & propter hoc dicimus, q̄ terra est in aqua, quæ est in aere: q̄ est in cœlo, ideſt igne, qui est in cælo, quod nō est vltra ius in alio. Secundum vero intentionem. Auer. litera ita aliter exponēda est. nam exemplum de aqua, quod primo inducit, non est referendum secundum ipsum, ad vltimā sphæram: sed ad totū vniuersum. quod quidē mouetur, inquantum partes eius mouentur. quędam quidem circulariter, vt corpora cœlestia, quædam vero motu sursum vel deorsum, vt inferiora corpora. Quod vero postmodum inducitur, q̄ quædam sunt in loco actu, quædam potentia, nō est referendum ad primum dictū, sed oportet, vt propter se dictum accipere. quia enim dixerat, q̄ quædā sunt in loco secundū partes. quædam secundū totum, consequenter adiungit, q̄ quædam sunt in loco secundū actum, quædam secundum potentiam: & vlterius, q̄ quædam sunt in loco per se, quædam per accidens. Vbi notandum est, q̄ cœlum secundum ipsum dupliciter accipitur hic. nā primo, cœlum accipitur pro vniuersitate corporum, & maxime cęlestium. Secundo, pro vltima sphęra. Dicit ergo, q̄ per se sunt in loco, quę mouentur secundum locum: siue secundum totum, siue secundum partes, vt cœlum, & vniuersum, per accidens autem sunt in loco, vt anima, & cœlum, ideſt vltima sphæra; quia oportet dicere, q̄ omnes partes vniuersi aliquo modo sint in loco, vltima quidem sphæra per accidēs, alia vero corpora per se, inquantum ab exteriori corpore continentur. & hoc manifestat vsque in finem.

mul locum non mutat, circulariter aūt mouebitur (partium enim hic locus est) & sursum quidem, & deorsum non. Circulariter aut quędam. alia vero sursum, & deorsum, q̄cunq; hńt densitatem, & raritatem.

simul locum non mutat. uersatur tamen (partium enim hic locus est) & sursum quidem, & deorsum non mouetur. Quædam autem uersantur, & quædam sursum, atque deorsum mouentur: quæ densitatem habent, ac raritatem.

c Sicut autem dictum est, alia quidem sunt in loco sm̄ potentiam, alia vero secundum actū. Vnde cum sit quidem cōtimū id quod est similiu. n partium, secundum potentiam in loco partes sunt cum autem separata quidē sunt, tangant aūt se, sicut collectio, sm̄ actum sunt.

Vt autem dictum est, quædam in loco potentia sunt, quædam actu. Iccirco cum id quod est similium partium continuum est, tum partes potentia sunt in loco: sed cum sunt separatæ atque, ut in cumulo fit, se tangunt, tum in loco sunt actu.

d Et alia quidē per se sunt, vt oē corpus, aut sm̄ loci mutationem, aut augmentum mobil, alicubi per se existit. Cælū aūr, sicut dictum est, nō est alicubi totum, neq; in aliquo est. siquidem nullum corpus continet ipsum, sm̄ quod aūt mouetur, sic & locus est partibus altera enim partium ad altera habita est. Alia vero sm̄ accidens, vt anima, & cælum. partes enim in loco quodammodo omnes sunt. in eo enim quod circulariter sunt, continet alia aliam.

Et rursus alia quidem per se. ut omne corpus, aut latione, aut accretione mobile, per se alicubi est, Cælum autem, ut dictum est, non est alicubi totum, neque est ullo in loco: si nullum ipsum continet corpus. Sed quo mouetur, hoc & locus est partibus. alia namque partium, alii hæret. Alia uero per accidēs, ut anima, atque cælum. Omnes nanque partes quodammodo sunt in loco. circunqua que enim alia, aliam continet.

e Vnde mouetur circulariter solū quod sursum est. Totū aūt nō alicubi est. quod. n. alicubi est, & ipsum aliqd est. & adhuc aliquid oportet esse extra hoc, in quo quidem cuntinetur. extra autem oē & totū nihil est. Et propter hoc oia ī cælo sunt. cælum enim ipsum totum forsasis est. Est autem locus, non cælum. sed cæli quiddam vltimus. s. & tangens mobile corpus terminus quiescens. Et propter hoc terra in aqua. est hęc vero in aere, hic autem in ęthere, æther vero in cælo, cælum autem non amplius in alio est.

Quapropter supremum quidem corpus uersatur. Vniuersum autem alicubi non est, & ipsum est aliquid. quod enim alicubi, est, & ipsum est aliquid, & insuper aliquid aliud extra se habet, quod continet. At præter uniuersum, ac totum, nihil est extra. Et propterea omnia sunt in cælo: forsitan enim cælum est uniuersum. Est autem locus, non ipsum cælum, sed aliquid eius, ultimus, inquam, finis quiescens, quo corpus mobile tangit. Et idcirco terra in aqua, hæc in aere, aer in æthere: & æther in cælo, est collocatus: ipsum uero cælum nullo in alio corpore est ulterius collocatum.

LECTIO VIII.

POstquam Philosophus ostendit quid sit locus, hic ex definitione data, soluit dubitationes supra positas de loco. Fuerunt autē supra positæ sex rationes ad ostendendum locum non esse, quarum duas prętermisit illā, scilicet in qua inquirebatur, vtrum locus esset elementum, vel ex elementis. & iterum illam, in qua ostendebatur, quòd ad nullā genus causæ locus reducatur. non enim a ponentibus locum, sic ponitur quasi elementū, vel causa rerum. vnde facit mentionem solū de quatuor residuis, quarum vna erat, quòd cū locus non deesset corpori, nec corpus loco, videbatur sequi, quòd augmentato corpore, augmētetur locus. Sed hoc sequitur, si supponatur, q̄ locus sit spacium quoddā, coextēsum dimensionibus corporis, vt intelligatur illud spacium crescere, crescente corpore. sed hoc non est necesse secundum definitionem prædictam de loco, q̄ sit terminus continentis. alia ratio fuit, q̄ si locus corporis, aliud est a corpore, quòd etiā locus puncti, aliud sit a puncto: quare non videbatur possibile, q̄ locus sit aliud a corpore, cum locus puncti non sit aliud a puncto. Sed hæc etiam ratio procedit secundum imaginationem eorū, qui opinabantur locū esse spacium coęquatum dimensionibus corporis: vnde oportebat, quòd cuilibet dimēsioni corporis, responderet dimensio spatii: & similiter cuilibet pūcto corporis. sed hoc nō oportet dicere, si ponamus locum esse terminum continentis. Alia ratio fuit, q̄ si locus est aliquid, oportet quòd sit corpus: cum habeat tres dimensiones rerum, & sic sequetur duo corpora esse in eodem loco. Sed secundum eos, qui ponebant locum esse terminum corporis continentis, non oportet dicere, neque q̄ duo corpora sint in eodem loco, neque quòd sit aliquod spacium corporeum, medium inter extremitates corporis continentis: sed q̄ sit ibi quoddam corpus. Itē alia ratio fuit, quòd si omne quod est, est in loco, sequetur q̄ etiā locus sit in loco. Quæ quidem ratio de facili soluitur, supposito q̄ locus sit terminus continentis, manifestum est enim secundum hoc, q̄ locus est in aliquo. s. in corpore continente: non tamen sicut in loco, sed sicut terminus in aliqua re finita: vt punctum in linea, & superficies in corpore. non enim necessarium est, quòd omne quod est, sit in aliquo, sicut in loco, sed hoc necesse est solum de corpore mobili. motus enim induxit ad distinguendum inter locatum, & locum. Deinde cum dicit.

b ¶ Assignat ex prædicta definitione rationem proprietatum loci. Et primo, quantum ad hoc, q̄ corpus naturaliter fertur ad proprium locum. Secundo, quantum ad hoc, q̄ corpus naturaliter quiescit in suo loco ibi. {Et manet igitur natura.} Dicit ergo primo, q̄ si ponatur locus esse terminus continentis, rationabiliter assignari potest causa, quare vnumquodque corpus

LECTIO VIII.

MAnifestū autē ex his, qñ & dubitationes oēs soluūt, sic vtiq; dicto loco. Neque. n. simul augmētari necesse est locū, neque puncti esse locū, neq; duo corpora in eodem loco, neq; spaciū aliqđ eē corporeū cor p°. n. est mediū loci quoduis, sed nō spaciū corporis. Et est locus alicubi, non sicut in loco autem, sed sicut terminus in termino. non enim omne quod est. in loco est, sed mobile corpus.

LECTIO VIII.

PAtet autē ex his, si hoc modo locum dicatur, dubitationes omnes solui facile posse. Neque enim una cum corpore, necesse est locum incrementa suscipere: neque locum esse puncti, neque in eodem corpora esse duo, neque interuallum quidem corporeum esse. Corpus est enim quoduis id, quod est inter fines corporis continentis: sed nō corporis spacium. Est etiam & ipse locus alicubi, non ut in loco, sed ut finis in eo, qđ est finitū. Non est. n. in loco, omne qđ est, sed tātū mobile corpus.

b Et fertur igitur in suum ipsi° locū vnūquodq; rōnabiliter. Cui. n. consequenter, & quod tangitur non vi. proximū est. Et simul apta nata, impaſsibilia sunt. Quæ vero tāguntur, & actiua & paſsiua sūt adiuicē.

Et fertur igitur quodq; cū ratione, suum ad locū. Quod enim post alq̄d deinceps est collocatum, ac illud non violentia tangit id propinquum est illi natura: atque si copulata quidē sint, passione carent. si uero se tangant, passiua sunt uicissim, atque actiua.

c Et manet igit natura in ,p- rio loco, vnūquodq; rōnabiliter. Et nāq; hæc pars in toto loco, sicut diuisibilis pars ad totū est: vt cū aquę aliqs moueat partē, aut aeris. Sic aūt & aer se habet ad aquā, vt materia, hæc aūt spēs. aqua qdē materia aeris, aer aūt sicut actus qdā ipsi°. Aqua. n. potētia aer est, aer vero potētia ę aqua alio modo, determinandum aūt de his posterius est. pp tēpus, necesse quidē est dicere. incerte aūt nunc dictū, tunc erit certius. Si igitur idē

Manet præterea quoduis proprio in loco, nō sine ratione suapte natura. Etenim hæc pars toto in loco, ut diuisibilis pars est ad totum. ueluti cū aeris quispiam uel aquæ mouerit partē. Sic etiam ex aqua se se ad aerem habet. nam alterum est uelut materies, alterum forma. Aqua quidem materies aeris, aer autem quasi quidam illius actus. Aqua nanque potētia aer est, at aer alio modo potentia aqua. Sed de his est posterius pertractandum. Atque id, quod nunc necessitate compulsi temporis, hunc ad locum attulimus: obscureque est dictū,

dui naturalium locatorum, vt dictum est. Sed hæc ratio non potest assignari, si ponatur locus esse spaciū: quia in dimensionib° spacii separatis, nullus ordo naturæ considerari pōt. Sed o ibi. c ¶ Assignat causam, quare corpora naturaliter quiescant in suis locis. & dicit, q̄ hic accidit rationabiliter, si ponamus locū esse terminum corporis continentis. quia secundum hoc, corp° locatum se habet ad corpus continens, sicut quędam pars ad totum, diuisa tamē. Et hoc manifestius apparet in corporibus, quæ sunt facilis diuisionis, sicut est aer, vel aqua. horum enim partes possunt moueri ab aliquo in toto, sicut locatum mouetur in loco. & hoc etiam non solum verum est secundum figuram continendi vnum sub alio: sed etiam secundum proprietatem naturæ. aer. n. se habet ad aquam, vt totum, quia aqua est, vt materia, aer autem, vt forma. nam aqua est quasi materia aeris, & aer est sicut forma eius. quod ex hoc apparet, quia aqua est in potentia ad aerem simpliciter. Sed verum est, quòd etiam aer est quodam alio modo in potentia ad aquam, vt determinabitur posterius in libro de Generatione. sed ad præsens tempus, necesse est hoc accipere ad ostensionem propositi. Sed hic non declaratur per certitudinem, sed in libro de Generatione declarabitur certius. ibi enim dicetur, q̄ cum ex aqua generatur aer, est corruptio secundum quid, generatio simpliciter, propter hoc, q̄ perfectior forma introducitur, & imperfectior

quē. tex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctior abiicitur. Cum autē ex aere generatur aqua, est corruptio simpliciter, & generatio secundum quid: quia perfectior forma abiicitur, & imperfectior introducitur. Sic igitur aqua simpliciter est in potentia ad aerem, sicut imperfectum ad perfectum: aer autem est in potentia ad aquam, sicut perfectum ad imperfectum. Vnde aer se habet vt forma & vt totum, quod habet rationē formæ: aqua vero se habet vt materia, & vt pars, quæ pertinet ad rationē materiæ. Quāuis igitur idem sit & materia, & actus: quia aqua in se continet vtrunque, sed tamē hoc quidē est in potentia proprie loquendo. s. aqua, sicut imperfectum: illud vero. s. aer, in actu, vt perfectum: vnde habebit se aqua ad aerē quodammodo, sicut pars ad totum. & ideo his. s. aeri, & aquę, cum sint duo distincta, ineſt tactus: sed cum ex vtrisque fit vnū, vno trāseūte in naturam alterius, tunc fit copulatio. i. cōtinuatio. Sicut igitur pars naturaliter quiescit in toto, ita & naturaliter corpus quiescit in suo loco naturali. Considerādum tamen est, quòd Philosophus hic loquitur d corporibus secundū formas substantiales, quas habent ex influentia d corporis cęlestis, qđ est primus locus: & dans virtutem locatiuam omnibus aliis corporibus: secundū autē qualitates actiuas & passiuas est cōtrarietas inter elemēta: & vnum est corruptiuum alterius. Vltimo autem epilogādo cōcludit, quòd dictum est de loco, & quod est, & quid est.

Tex.cō.50.

D.830.

LECTIO IX.

Tex.cō.51.

Tex.cō.51.

Postquam Philosophus determinauit de loco, hic determinat de vacuo. & circa hoc, duo facit. Primo, manifestat suam intentionem. Secundo, prosequitur propositum, ibi. {Alii quidem igit.} Circa primum, duo facit. Primo, ostendit, q̄ ad Philosophum naturalem pertinet determinare de vacuo. Secundo, ostendit quo ordine de vacuo determinandum sit, ibi. {Incipere autē.} Dicit ergo primo, q̄ sicut ad Philosophum naturalem pertinet determinare de loco an sit, & quid sit, ita & de vacuo: quia per similes rationes aliqui crediderunt, & discrediderunt esse locū, & vacuum. illi enim, qui dicunt esse vacuum, ponunt ipsum, vt quendam locum, & quoddam vas: quod quidem vas, vel locus videtur esse plenum, cum habet intra se aliquam molem alicuius corporis, sed quando non habet, dicitur esse vacuum, ac si

Tex.cō.52

materia, & actus (aqua enim est vtraque: sed hoc quidem potentia, illud vero actu) sic habebit vtique sicut pars quodammodo ad totum. vnde & his tactus ineſt. Copulatio autem, cum vtraque actu vnum fiant. Et de loco quidem, & quoniā est, & quid est dictum est.

LECTIO IX.

Eodem autem modo accipiendū Physici esse considerare de vacuo, & si est, aut non, & quomodo est, & quid est, sicut & de loco. Et nanque similem habet credulitatem, & fidem, per ea quę opinantur locum. Vt enim locum quendam & vas, vacuum ponunt dicentes: videtur autē esse plenum quidē, cum habet illam molem grauem, cujus susceptiuum est. cum vero priuatum est, vacuum: tanquam idē quidem sit vacuum, & plenū, & locus: esse autem ipsis non idē.

b Incipere autem oportet cōsiderationem accipientes quæ dicunt affirmantes esse: & iterum quæ dicunt non affirmantes esse; & iterum communes opiniones de ipsis.

c Alii quidem igitur tētantes monstrare, quia non est, nō qđ homines volunt dicere vacuū hoc arguunt, sed peccantes dicunt, sicut Anaxagoras, & qui eodem modo argumentantur. demonstrant enim, q̄ aliquid est aer, litigantes per vtres, & demōstrantes, q̄ aer est fortis, & accipientes in Clepsydris. Alii autem homines volunt vacuum esse spacium, in quo nullum est corpus sensibile. Opinantes autem omne quod est esse corpus, dicunt omnino in quo nihil est, hoc esse vacuum.

Tex.cō.51.

Tex.cō.51.

idem sit subiecto locus, & vacuum, & plenū, sed differant solum secundum rationem. Secundo ibi.

b ¶ Ostendit, quod ordine determinandum sit de vacuo, & dicit, q̄ oportet incipere ab hoc, q̄ ponamus rationes eorum, q̄ dicunt vacuum esse: & iterum eorum, qui dicunt vacuū nō esse.

tunc dilucidius explicabitur. Quòd si idem est materies, atque actus, ambo nanque est aqua: sed alterum potentia, alterum actu, ipsa sanc ad aerem, ut pars quodammodo se habet ad totum. Quapropter & his est tactus. Copulatio uero tunc erit, cum ambo fuerint unū actu. Sed esse quidē locū & quidnā sit locus, satis iā diximus.

LECTIO IX.

Eodem modo autem putandū est, naturalis esse Philosophi de uacuo contemplari, quemadmodum et de loco si sit, nec ne, & quonam sit modo: aut quid tandem sit. Etenim similiter creditur, atque non creditur, per ea, quæ de ipso putantur. Nam qui dicunt uacuum esse, ut locum quendam, et uas, ipsum ponunt. At plenum quidem esse uidetur, cum habet eam molem, cuius est susceptiuum. uacuum autem illa eadem caret, quia idem est uacuum, plenum, & locus: esse uero ipsorum non idem est, sed diuersum.

Incipiamus autem considerationē oportet, & hisce, quæ dicunt ii, qui uacuum asserunt esse, & ūs etiam, quæ dicunt, qui ipsum e medio tollunt, & tertio communibus de ipsis opinionibus sumptis.

Qui igitur non esse conantur ostēdere, non id e medio tollunt, quod homines dicere uacuum uolunt. sed quod dicūt errantes, ut Anaxagoras, & qui hoc redarguunt modo. Nam aerem aliquid esse demonstrāt, torquentes utres, ac aerem roboris esse participem ostēdentes: & item ipsum in hisce uasis includentes, quæ surripiunt aquam. At homines uacuum spacium esse uolūt, in quo nullum est sensibile corpus. Atque cum omne, quod est corpus, esse existimet id, in quo nihil est omnino, uacuum esse dicunt. Quapropter id quod est aere

q̄ accipiunt aerem in clepsydris. i. in vasis furantibus aquam: in quibus cum attractione aeris attrahitur aqua, vel etiam impeditur introitus aquæ, nisi exeat aer. Patet igitur, q̄ isti nō obliciunt ad positionem: quia omnes ponentes esse vacuum, volunt esse vacuum spacium, in quo nullum corpus sensibile est: p̄ hoc, quòd omne quod est, opinantur esse corpus sensibile: & ibi vbi non est corpus sensibile, credunt nihil esse. vnde cum aer sit corpus modicum sensibile, opinantur, q̄ vbi non est nisi aer, ibi vacuum. Ad destruendum igitur eorum positionem, non sufficit ostendere, q̄ aer sit aliquid: sed oportet ostendere, q̄ non sit aliquod corpus, vel aliquod spaciū sine corpore sensibili: & q̄ duplicite

dupliciter aliqui ponebant esse vacuum, vno modo sicut separatum a corporibus, vt si diceremus spacium, quod est infra extremitates alicuius domus, esse vacuum: alio modo sicut actu non sint continua, vt dixerunt Democritus & Leucippus: & multi aliorum naturalium Philosophorum. imaginabantur enim quòd, si totum ens esset continuum, omnia essent vnum. non enim esset assignare, quare magis distinguerent corpora plus hic, q̄ ibi. vel inter ova corpora distincta, ponēbat interesse aliquod spatiū vacuū, in quo nullū ens ēet. Et qa Democritus ponebat corpora componi ex multis corporibus indiuisibilibus, ponebat inter media illorum corpora indiuisibilium esse quasdam vacuitates, quas dicebat poros, & sic omnia corpora dicebat componi ex pleno & vacuo. Vel si etiam totum corpus mundi sit continuum, & non sit inter partes vniuersi aliqua vacuitas, ponebat tamen vacuum extra totum mūdū. Manifestum est igitur, q̄ prædicti Philosophi volentes destruere vacuum, non inducebāt rationem ad quæstionē secundū positionem aliorum. debuissēt enim ostendere, quòd nullo illorū modorū sit vacuum. Secūdo ibi.

d Ponit rationes ponētium esse vacuum. Et primo eorum, qui locuti sunt de vacuo naturaliter. Secūdo, eorum, qui locuti sunt non naturaliter ibi. {esse autem affirmauerunt, &c.} Circa primum, duo facit. Primo, ponit rationem eorum, qui ponebant vacuum esse quoddam spatium a corporibus separatum. Secūdo, eorum qui ponebant vacuum in corporib⁹ ibi. {Alio vero modo, &c.} Circa primum, duo facit. Primo, ponit rationem ponētium esse vacuum. Secundo ponit quomodo Melissus econtra illa ratione vtebatur ibi. {Melissus quidem igitur.} Dicit ergo primo, quòd illi qui affirmabant vacuum esse, magis inducebant rationes ad propositum. Quarum vna erat, quòd motus secundum locum, qui est loci mutatio, & augmentatio, vt supra dictum est, non esset si vacuum non esset. quod sic ostendebant. si

Tex.cō.53.

vnde plenum aere vacuum esse. igitur hoc non oportet monstrare, quia est aliquid aer: sed quia non est alterum spatium a corporibus, neq; separabile, aut quod sit actu, quod distinguat oē corpus. vt sit non continuum, sicut dicunt Democritus, & Leucippus, & alii multi Physiologorū. aut & si aliquid est extra omne corpus est, cum sit continuum. Hic quidem igitur nō secundum posita ad problema contradicunt.

d Sed affirmantes esse magis dicunt autem vnum quidem, quia motus secundū locum nō erit. hic autem ē loci mutatio, & augmentum. non enim videbitur vtique motus esse, nisi sit vacuum. plenum enim impossibile est recipere. si vero recipiat, & sint duo in eodem, continget vtique, & quotlibet simul esse corpora: differentiam enim propter quam nō erit vtique quod dictum est, non erit dicere. Si autem hoc continget, & paruissimum accipiet maximum: multa nanque parua, magnum sunt quare si multa æqualia continget in eodem esse, & multa inæqualia.

e Melissus quidem igit demonstrat, q̄ omne immobile ex his si. n. mouebitur aliquid, necesse est esse vacuum, dicit. vacuū autem non est eorum, quæ sunt. Vno quidē igitur mō ex his demōstrant q̄ aliquid est vacuū.

f Alio vero modo, quia videntur quędam corpora coeuntia, & calcātia, vt & vinum, dicūt, cum vtrib⁹, recipere dolia: tanquā in ea, quæ sunt vacua. coeūte densato corpore.

g Amplius autē, & augmētum videtur omnibus fieri per vacuum: alimentum quidem corpus esse. duo autem corpora impossibile simul esse.

plenum, uacuum inquiunt esse. Non igitur id ostendere eos oportet, aerem inquam aliquid esse: sed spatium non esse quicquam præter corporum molem, aut separabile, aut actu, quod quidem uniuersum corpus seiungit, ut non sit continuum, quemadmodum Democritus, & Leucippus, & complures alii naturalium dicunt: aut etiam si quid ponitur extra corpus continuum uniuersi. Hic igitur ad propositum non recte profitēntur.

Sed hi magis qui uacuum esse dicunt. Atque primo quidem motum loco accommodatum non fore dicunt, qui quidem est latio, atque accretio. non enim esse motus uidetur, nisi sit uacuum. fieri nanque non potest, ut ipsum plenum suscipiatur. quod si susceperit, fuerintque duo corpora in eodem, possunt, & quotquot uolueris corpora simul esse. differentia nanque dici non potest, ob quam dictum hoc non eueniet. Quod si hoc erit, potest, & minimum suscipere maximum: quippe cum ipsum magnum multa sit parua. quare, si fit ut æqualia multa sint in eodem, fieri potest, ut multa quoque inæqualia simul sint in eodem.

Melissus autem, & uniuersum ex his ostendit immobile esse. nam si mouebitur, necesse est inquit, uacuum esse. at uacuum in ratione uerum non est. Vno igitur modo ex iis uacuum quid esse ostendunt.

Deinde alio mō, quia nonnulla corpora præmi, cogique uidentur, quod intueri licet cum dolia una cum utribus, ut inquiunt, uinum suscipiunt: propterea quod corpus, quod densatur, ea uacua, quæ insunt, ingreditur.

Præterea accretio etiā per uacuum fieri omnibus uidetur, nam alimētum quidem est corpus. fieri uero non potest, ut corpora duo sint simul.

enim aliquid monetur secundum locum, non potest moueri in plenum. quia locus plenus vno corpore, non potest recipere aliud. quia si reciperet, sequeretur duo corpora esse in eodem loco, & eadem ratione sequeretur de quocunque. non enim potest assignari differentia, quare duo corpora sint in eodem loco, & non plura. Et si hoc contingit, scilicet, quòd quotcunque corpora sint in eodem loco, sequetur, quòd paruissimus locꝰ possit recipere maximū corpus: quia multa parua cōstituunt vnum magnum. vnde, si multa parua æqualia sint in vno loco, & multa inæqualia. Sic ergo probata hac conditionali, quòd si motus est, vacuū est, arguebant a positione antecedētis, motus est. ergo vacuum est. Secundo ibi.

c Ostendit, quòd Melissus suppositā eādem conditionali, argumentabatur e contra, a destructione consequentis: quia si motus est, vacuum est: sed vacuum non est. ergo motus non est. ergo totum ens est immobile. Iste est igitur vnꝰ modus, quo aliqui probabant vacuum esse quasi separatum. Deinde cum dicit.

f Ponit tres rationes ponentium vacuum esse in corporibus. Quarum prima est ex his, quæ condensantur. videtur enim eorum, quę insissantur, partes coire, vel conuenire in inuicem, & se inuicem calcare & comprimere: ita q̄ sicut fertur, dolia tantum de vino recipiunt cum vtribus, quantum etiam sine vtribus, & præcipue si vtres sint subtiles. propter hoc, quòd vinum in vtribus condensari videtur. Hanc autem condensationem fieri existimabant, ac si densato corpore, partes subintrarent in quasdam vacuitates. Secundam rationem ponit ibi.

g Quæ sumitur ex augmento. augentur enim corpora per alimentum, quod corpus quoddam est. Duo autem corpora non possunt esse in eodem loco. ergo oportet esse aliquas vacuitates in corpore augmentato, in quibus recipiatur alimentum. Et sic necesse est esse vacuum ad hoc, quòd recipiatur alimentum. Tertiam rationem ponit ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

h ¶ Quæ sumitur ex vase plastio cinere, quod tantum recipit de aqua, quantum si esset, vacuum: quod non esset, nisi essent aliquæ vacuitates inter partes cineris. Deinde cum dicit, i ¶ Ponit opiniones non naturalium de vacuo: & dicit, quòd etiam Pythagorici affirmauerunt esse vacuum: quod quidem

Tex.cō.56. ingrediebatur infra partes mūdi a cælo, propter vacuum infinitum, quod ponebant esse extra cælū, quasi quendam aerē, vel spiritum infinitum: vt sicut ille, qui respirat, dividit suo flatu aliqua facilitèr diuisibilia, vt aquā, aut huiusmodi; ita ex aliquo quasi respirāre, ingrederetur distinctio in res, quod non intelligebat fieri, nisi per vacuum, sicut de Democrito dictum est, ac si vacuū nihil esset aliud

Tex.cō.57. quàm distinctio rerum. Et quia prima distinctio & pluralitas inuenitur in numeris, ideo vacuum primo ponebant in numeris: vt per naturam vacui vna vnitas distingueretur ab alia, ne numerus fit continuus, sed habeat naturam discretam. Sed, quia isti quasi equiuoce loquebātur de vacuo, appellantes rerū distinctionem vacuū, propter hoc infra de hac opinione nō prosequitur. Vltimo autem quasi epilogando concludit, dictū esse, propter quid q̄dam dicunt esse vacuum, & quidam nō dicunt.

LECTIO X.

a DIxerat superiꝰ Philosophus a tribus esse incipiendum. Postquam ergo prosecutus est duo eorū, scilicet opiniōes, negantium & affirmantium vacuum esse,

Tex.cō.58. hic prosequitur tertium, communes scilicet, opiniones hōminum de vacuo demonstrans. Circa hoc igitur tria facit. Primo ostendit quid significetur nomine vacui. Secundo ostendit quomodo vacuum aliqui esse posuerunt ibi. ¶ Quoniam autem de loco.

Tex.cō.60. ¶ Tertio excludit rationes ponentium vacuum esse ibi. ¶ Neque vna autem. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit de quo est intentio, Secundo exequitur propositum ibi. ¶ Videtur autem, & cætera. ¶ Dicit ergo primo, quòd cum dictum sit quòd quidam posuerunt

Tex.cō.62. vacuum esse, quidam vero negauerunt: ad cognoscendum qualiter se habeat veritas, oportet accipere tanquam principium, quid significet nomen vacui: sicut enim cum dubitatur, an aliqua passio inlit alicui subiecto, oportet accipere pro principio, quid sit res, ita, cum dubitatur de aliquo, an sit, oportet accipere pro medio, quid significet nomen. quæstio enim quid est, sequitur quæstionem an est. Secundo ibi.

Secta parte. tex. 57. b ¶ Ostendit quid significet nomen vacui: & primo ponit significationem communiorem, secundo significationem secundum vsum Platonicorum ibi, ¶ Alio autem modo. ¶ Circa primum tria facit. Primo ostendit quid significet hoc nomen vacuum, Secundo quid oportet addere ad illam significationem ibi. ¶ Sed inconueniens est. ¶ Tertio remouet quandā dubitationem ibi. ¶ Vnde & sic, & cætera. ¶ Dicit ergo, quòd secundum opinionem hominum, videtur Vacuum nihil aliud significare, quàm locum in quo nihil sit: & huius causa est, quia proprie vacuum dicitur esse, in quo non est aliquod corpus: quia soli corpori cōuenit, quòd sit in loco: & vacuum nihil aliud potest significare quàm locum absque locato. Sed quia homines opinantur, quòd omne ens sit corpus, sequitur secundum eorum opinionem, quòd vbi non est corpus, nihil sit. Et vlterius opinantur, quòd omne corpus sit tangibile, idest habens tangibiles qualitates: & huiusmodi corpus est, quod est graue vel leue: (nondum enim erat notum, q̄ corpus cæleste esset præter naturā quatuor elementorum.) vade, cum proprie de ratione vacui sit, q̄ sit locus, in quo nō est aliquod corpus, sequitur quòd vacuū sit in quo, non est corpus graue vel leue: non quidem, quòd hoc sit de ratione vacui secundum primā impositionem nominis, sed secundum quandam syllogisticam deductionē, ex communi opinione hominum opinantium, omne corpus esse graue, vel leue: sicut etiam secundum opinionem communem hominum existimantium, omne ens esse corpus, sequitur vacuum esse, in quo nihil est. Sic igitur tribus modis potest accipi huius nominis significatio: vna est propria, scilicet, vacuum est locus, in quo non est corpus: aliæ duæ secundum opinionē hominum, quarum vna est communior, scilicet, vacuum est locus, in quo nihil est: alia vero est magis coarctata, scilicet, vacuum est locus, in quo non est corpus graue vel leue. Secundo ibi.

Lc.9.t.51. c ¶ Ostendit quid addendū sit ad hāc significationē. Dicit, q̄ inconueniens est, si dicatur, q̄ punctū sit vacuū, cum tamē de punctō dici possit, q̄ in puncto non sit corpus tangibile. Oportet ergo addere, quòd vacuum sit locus, in quo non sit corpus tangibile: sed sit ibi spacium susceptiuum corporis tangibilis: sicut cæcum dicitur, quod caret visu, natum autem habere.

Testem etiam huius id afferunt, quod in cinere fieri solet, qui quidem tantum susceipit aquæ, quantum nat vacuum caput.

Esse autem & Pythagorici vacuum dixerunt, & ipsum ex infinito spiritu cælum ingredi, quasi respirando cælum ipsum, etiam vacuum trahere: quod naturas ipsas distinguit. Propter eaque vacuum, separatio quædam est eorum, atque distinctio, quæ deinceps sunt collocata: atque hoc, inquiunt, primum in numeris esse: vacuum enim naturam ipsorum distinguere dicunt. Talia igitur, & tot fere sunt, ex quibus quidam esse, quidam non esse vacuum censent.

LECTIO X.

NOs, ut perciplamus utronam modo res sese habeat, accipiamus oportet, quid ipsum nomen significat.

Vacuum igitur loch esse videtur, in quo nihil est. Quod quidem inde emersit. omne enim quod est, corpus esse existimant, & omne corpus esse in loco: & vacuum esse locum, in quo nullum est corpus, quare si alicubi non est corpus, ibi nihil esse dicunt. Rursus omne corpus tangibile esse putant, & tale aut grauitatis aut leuitatis sit particeps: sit igitur per ratiocinationem, ut id. sit vacuum, in quo non est graue quicquam, uel leue. Hæc igitur, ut diximus, per ratiocinationem eueniunt.

Absurdum autem est, si punctus sit vacuum. sit enim id locus oportet, in quo corporis est tangibilis moles. Attamen vacuum vno quidem modo videtur id dici, quod non est plenum corporis sensibilis tactu. Sensibile uero est tactu, quod grauitatem habet, uel leuitatem.

Et sic concluditur, quòd vno modo dicitur vacuum spatium, quod non est plenum corpore sensibili secundum tactum: quod scilicet est graue, vel leue. Tertio ibi.

d Remouet quandam dubitationem, quæ est, vtrum, si in aliquo spatio sit color, vel sonus, dicendum sit vacuum, vel non: & hoc propter definitionem primo datā, scilicet, vacuum est, in quo est nihil. Et soluit, quòd si spatiū, in quo est tantum sonus, vel color, est susceptiuum corporis tangibilis, vacuum est: si vero non, vacuum nō est. Et hoc ideo, quia hæc non est propria definitio vacui. vacuum est in quo nihil est, nisi secundum opinionem credentium, vbi non est corpus nihil esse. Deinde cum dicit.

Tex.cō.59. e Ponit aliam significationem vacui secundum vsum Platonicorum. & dicit, q̄ alio modo dicitur esse vacuum, in quo non est hoc aliquid, neq; aliqua substantia corporea. Fit autem hoc aliquid per formam. vnde aliqui dicūt materiam corporis, secūdum quòd est absque forma, esse vacuum: qui etiam materiam dicunt esse locum, vt suprà dictum est. Sed non bene dicunt: quia materia non est separabilis a rebꝰ, quarum est materia: sed homines quærūt locum, & vacuum, tanquā aliquid separabile a corporibus loca-

Lect.3.t. com.15. tis. Deinde cū dicit.

Tex.cō.61. f Ostendit quomodo aliqui ponebant vacuum esse, & primo quid dicebant esse vacuum: secundo propter quid vacuum ponebant ibi.

Tex.cō.61. ¶ Et propter hoc accentum. ¶ Dicit ergo primo, q̄, quia vacuū est locus primaꝰ corpore, & determinatū

Lect.6.t. com.37. est de loco quō sit, & quō non sit (dictum est enim q̄ locus nō est aliquod spatium: sed terminus continentis) manifestum est etiam, q̄ neq; vacuum est spatium separatū a corporibus, neq; intrinsecū corporibus, sicut ponebat Democritus. & hoc ideo, quia ponentes vacuū quocunque istorum modorum, volunt quòd vacuum nō sit corpus: sed spatium corporis. ideo enim videbatur aliquid esse vacuum, quia locus aliquid est, & sicut locus videbatur esse spatium, ita & vacuum. Si ergo locus non est aliquod spatium præter corpus, neque vacuum potest esse spatium præter corpora. Et cum de ratione vacui sit quòd sit spatium corporis præter corpora, vt suprà dictum est, sequitur, quòd vacuum non sit. Secundo ibi.

A

d Vñ dubitabit aliquis, quid vtiq; dicant, si habeat hoc spatium colorem aut sonū, vtrum vacuum, an non? Aut manifestum est, si corpus quidem suscipiat tangibile vacuum esse, si vero non, minime.

B

e Alio autem mō, in quo non est hoc aliquid. neque substantia aliqua corporea. Vnde quidam dicunt vacuum esse corporis materiam: qui quidem, & locum hoc idem dicentes, non bene. materia enim separabilis non est a rebus. vacuum autem quærunt sicut separabile.

C

f Quoniam autem de loco determinatum est. & vacuum locum necesse est esse, si est, prius tum corpore, locus aūt quomodo est, & quomodo non est dictum est, manifestū est, quoniā sic quidem vacuum non est, neque seperatum, neque inseparabile. vacuum enim non corpus, sed corporis spatium volunt esse. Vnde & vacuum videtur ali quid esse, quia & locus.

D

g Et per eadem sane acceptum est. prouenit enim motꝰ, qui est secundum locum, & locum dicentibus esse aliquid præter incidentia corpora, & his, qui dicūt, quòd vacuum est. Causam autem motus opinantur esse vacuū, sic sicut in quo mouetur. hoc autem tale erit. qualem locum dicunt esse quidam.

h Nulla autem necessitas est, si motus est, esse vacuum. Omnino quidē igitur omnis motionis, nequaquam. vnde & Melissum latuit alterari nanque contingit plenum: Sed neque secūdum locum motum. Similiter enim subingredi adinuicē contingit, si nullum spatium separabile sit præter corpora mota. Et hoc manifestum est, & in continuorum reuolutionibus, sicut in ijs quæ sunt humidorū.

Idcirco, & quispiam dubitauerit, quidnam dicent, si spatium colorem habeat, aut sonum, vacuum ne, an non vacuum, esse? At, ut patet, vacuum esse dicent, si corpus tangibile suscipere possit: Vacuum non esse, si illud suscipere nequeat.

Alio uero modo id, in quo non est hoc aliquid, neq; substantia corporea illa. Quapropter quidam, & vacuum esse corporum materiam dicūt: qui quidem, & locum hoc idem asserunt esse, non recte dicentes, ut patet. materia namque separabilis non est a corporibus: Vacuum autem ut separabile quærunt.

Quoniam autem de loco est pertractatum, & vacuum necesse est locum esse, si corpore careat, dictumque est quomodo est, & quomodo nō est locus in rebus: patet hoc pacto vacuum, aut separatum, aut inseparabile in ratione rerum non esse. vacuum enim non corpus: sed corporis spatium esse volunt. Quapropter, & vacuum uidetur quid esse, quia, & locus.

Et per eadem sane. motus enim, qui loco accommodatur, in mentem uenit & hisce, qui locum esse quid præter corporum molem ingredientium dicunt, & hisce, qui vacuum ponunt. Atque causam motus vacuum sic esse putant, ut in illo corpora moueantur, hoc autem tale erit, qualem ipsum locum quidam inquiunt esse.

At nulla prorsus necessitas cogit, si motus est, vacuum esse. Atque omnino quidem vacuū omnis motus eausa, non est. Quapropter, & Melissus idipsum præteriit, potest enim alterari plenum, ut patet. Deinde neque eius motus, qui ad locum accommodatur. Possunt enim corpora mutuo sibi cedere, etiam si nullum sit spatium separabile præter corpora, quæ mouentur. atq; hoc in cōtinuorū, sicut & in humidorū cōuersionibus patet.

Idcirco, & quispiam dubitauerit, quidnam dicent, si spatium colorem habeat, aut sonum, vacuum ne, an non vacuum, esse? At, ut patet, vacuum esse dicent, si corpus tangibile suscipere possit: Vacuum non esse, si illud suscipere nequeat. Alio uero modo id, in quo non est hoc aliquid, neq; substantia corporea illa. Quapropter quidam, & vacuum esse corporum materiam dicūt: qui quidem, & locum hoc idem asserunt esse, non recte dicentes, ut patet. materia namque separabilis non est a corporibus: Vacuum autem ut separabile quærunt. Quoniam autem de loco est pertractatum, & vacuum necesse est locum esse, si corpore careat, dictumque est quomodo est, & quomodo nō est locus in rebus: patet hoc pacto vacuum, aut separatum, aut inseparabile in ratione rerum non esse. vacuum enim non corpus: sed corporis spatium esse volunt. Quapropter, & vacuum uidetur quid esse, quia, & locus. Et per eadem sane. motus enim, qui loco accommodatur, in mentem uenit & hisce, qui locum esse quid præter corporum molem ingredientium dicunt, & hisce, qui vacuum ponunt. Atque causam motus vacuum sic esse putant, ut in illo corpora moueantur, hoc autem tale erit, qualem ipsum locum quidam inquiunt esse.

Lect.9.t.52. Et hoc patet Melissum, dum credidit remoto vacuo, omnem speciem motus auferri. Secundo excludit eandem rationem per hoc, q̄ neq; motꝰ localis tollitur, si vacuū nō sit. dato. n. q̄ nullum spatiū separabile sit præter corpora, quæ mouētur, pōt motus localis esse p hoc, q̄ corpora subintrēt se inuicem per modum inspissationis, & sic aliquid in plenum mouetur. & nō i vacuū, & hoc apparet manifeste in generationibus corporū continuorum, & præcipue in humidis, sicut vī in aqua. si. n. proiiciatur lapis in aliquā magnā latitudinē aquę, manifeste apparet fieri quasdā circulationes circa locū percussionis, quousque pars aquæ depulsæ cōmoueat aliā, & subintret ipsam. vnde, quia modica pars aquæ subintrat per quandam diffusionem in maiorem aquam circulationis prædictæ, a paruo in maius procedunt, quousq; totaliter deficiant. Secundo ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Excludit rationes ponentium vacuum in corporibus. Et primo rationem, quæ procedebat ex condensatione. & dicit quòd contingit corpora condensari, & partes corporis subintrare sibi inuicem, non propter hoc, quòd pars subintrans vadat in locum vacuum: sed ideo, quia erant aliqua foramina plena alio quo corpore subtiliori, quod facta condensatione elabitur: sicut quando aqua colliditur, & inspissatur, aer qui intus erat, excluditur. & hæc maxime apparent in spongia, & in huiusmodi corporibus porosis. Hæc igitur solutio non offendit causam condensationis, quã inferius ponit: sed ostendit, quòd etiam per hunc modum, manifeste excludi potest necessitas vacui. Secundo ibi.

Tex.cõ.63.

Tex.cõ.64.

k Excludit rationem, quæ procedit ex augmento, & dicit quòd augmẽtum contingit esse non solum per additionem alicuius corporis ingredientis in corpus augmentatum, vt sic necesse sit esse vacuum: sed etiam per alterationem, sicut cum ex aqua fit aer, maior fit quantitas aeris, quam erat aquæ. Et hęc etiam non est vera solutio rationis inductæ: sed solum instantia quædam, ne sit necesse ponere vacuum. Vera autem solutio ponitur in libro de Generatione, vbi ostenditur, quòd alimentum non sic transit in id, quod augetur quasi fit aliud corpus ab ipso, sed quia conuertitur in substantiam eius, sicut ligna apposita igni cõuertuntur in ignem. Tertio ibi.

Tex.cõ.34.

Tex.cõ.65.

l Excludit simul, & rationem de augmẽto, & rationem de aqua effusa in cinerem, & dicit, quòd vtraque impedit seipsam. Quod sic patet. est enim circa augmentũ hæc dubitatio. videtur enim, quòd non totum augeatur, vel quòd augmentum non fiat per additionem corporis: sed per additionem alicuius incorporei: aut quòd contingat duo corpora esse in eodem loco. Hanc igitur dubitationem, quę communiter videtur esse, tam contra ponentes vacuum, quam contra non ponentes, volunt soluere. Sed tamen non demonstrant, quòd vacuum sit: sed oportet eos dicere, si augmentum fit propter vacuum, quòd totum corpus sit vacuum, cum totum corpus augeatur. Et similiter dicendum est de cinere, quia, si vas plenum cinere recipit tantum de aqua, quantum vacuum, oportet dicere, quòd totum sit vacuum. Non est igitur hoc propter vacuitatem: sed propter commistionem in aqua. aqua enim commista cineri condensatur, & aliqua pars eius exhalat,

i Cõtingit autem densari non in vacuum: sed propter id, quod ea, quæ insunt, elabuntur, vt aqua collisa aerem, qui inest.

k Et augmẽtari non solum ingrediente aliquo: sed & alteratione, vt si ex aqua fiat aer.

l Omnino autem, & quæ est de augmento ratio, & de aqua in cinerẽ infusa, ipsa seipsam impedit. aut enim non augetur quodlibet, aut nõ corpore, aut contingit duo corpora in eodem esse. Dubitationem igitur volũt communem soluere, sed non demonstrant vacuũ, q̃ est. aut omne corpus vacuum esse necesse est, si penitus augetur, & augetur per vacuum. eadem autem, & in cinere ratio est. Quòd quidem igitur & ex quibus demonstrant vacuum, soluere facile sit manifestum est.

LECTIO XI.

Vòd autem non est vacuum, sic diuisum, sicut quidam dicunt, dicemus iterum. si enim est vniuscuiusq; simplicium corporum loci mutatio aliqua natura, vt ignis quidem sursum, terræ autem deorsum, & ad medium, manifestum est quòd non vacuum erit causa loci mutationis. Cuius igitur causa erit vacuum: videtur enim causa esse motus secundum locum, huius autem causa non est.

b Amplius, si est vacuum aliquid, velut locus priuatus corpore, cum sit vacuum, quò mouebitur positũ in ipso corpus? non enim in omnem partem,

& iterum partes cineris magis inspissantur humefactione, cuius est signum, quia non potest extrahi tantum de aqua, quantum prius fuit. vltimo autem concludit, quòd manifestum est, quod facile est soluere ea, ex quibus demonstrant vacuum esse.

LECTIO XI.

Possunt etiam corpora non ob ingressionem in vacuum: sed ob extrusionem eorum, quæ in ipsis insunt, dimoueri. ueluti cum præmitur aqua, fit, vt aer, qui in ipsa est, extrudatur.

Fiunt præterea incrementa non solum aliquo ingrediente: sed etiam alteratione. ueluti si aer ex aqua fiat.

Omnino autem ea ratio, quæ de accretione fit, & de aqua, quæ in cinerem infunditur, ipsa seipsam impedit. aut enim non augetur quicquam, aut non corpore, aut fieri potest vt sint duo corpora in eodem. Dubitationem igitur communem soluere uolunt: sed non vacuum esse ostendunt, aut totum corpus vacuum esse necesse est, si omni ex parte augetur, & per vacuum, vt dicunt, accrescit. Eadem est & de cinere ratio. Patet igitur per facile esse eas soluere rationes, ex quibus quidam vacuum esse ostendunt.

LECTIO XI.

Vrsus autem dicamus, vacuum hoc pacto separatũ non esse, vt quidam inquiũt esse, nam si natura cuique simplicium corporum aliqua latio competat, vt igni quidem sursum, terræ uero deorsum, atque ad medium, patet vacuum causam lationis non esse. Cuius igitur motus causa vacuum erit: eius enim esse uidetur, qui loco accommodatur, at huius causa non est.

Præterea, si est aliquid, vt locus corpore carens, cum est vacuum, quo nam feretur corpus, quod in illo positum fuerit? non n. ad vniuersum mouebitur. Eadem & ad eos accomodatur

disconuenire a corpore naturali. si ergo ponatur aliquod vacuum, quasi quidam locus priuatus corpore, non poterit assignari ad quam partem illud corpus naturaliter mouebitur. non enim potest dici quòd feratur ad quamlibet partem, quia hoc videmus ad sensum esse falsum, quia ab una parte naturaliter recedit, & naturaliter accedit ad aliam. Et hæc eadem ratio valet contra eos, qui ponunt locum esse quoddam spatium separatũ, in quod corpus mobile fertur. non enim erit assignare quomodo corpus positũ in tali loco vel mouebitur, vel quiescet: quia dimensiones spatij nullam habent naturam, per quam possit accendi similitudo, vel dissimilitudo ad corpus naturale. Et merito congruit eadem ratio de vacuo & de sursum & deorsum, & ideft de loco, cuius partes sunt sursum, & deorsum. quia illi, qui ponũt vacuum, dicunt ipsum esse locum. Et non solum ponentes vacuum, & ponentes locum esse spatium nõ possunt assignare quomodo aliquid mouetur, & quiescat secũdum locum: sed etiam non possunt conuenienter assignare quomodo aliquid sit i loco, vel in vacuo. si enim locus ponatur esse spatium, oportet q̃ totum corpus inferatur in illud spatium, & non sicut accidit apud ponentes locũ esse terminum corporis continentis: q̃ locatum est in loco sicut in aliquo separato, & sicut in quodam corpore continente, & sustentante. Et hoc videtur eẽ de ratione loci, quòd aliquid sit in loco, sicut in separato, & seorsum existente: quia, si pars alicuius corporis non ponatur seorsum ab ipso corpore, non erit in eo, sicut in loco: sed sicut in toto. Est igitur de ratione loci, & locati, quòd locus seorsum sit a locato. Et hoc non accidit, si spatium sit locus, in quod totũ, nec igitur totum corpus. non igitur spatium est locus. & si spatium non est locus, manifestum est, quod vacuum non est. Tertiam rationem ponit ibi.

Tex.cõ.66.

Tex.cõ.67.

Eadem autem ratio, & ad eos locum esse aliquid opinãtes separatum, in quem fertur quod fertur. quomodo enim mouebitur positũ aut manebit? Et de sursum & deorsum, & de vacuo conuenit eadem ratio merito. vacuũ enim locum faciunt, qui esse dicunt. Et quo iã inerit, aut in loco, aut in vacuo? non enim accidit cum totum positum sit sicut in separato loco, & sufferente corpore. pars. n. nisi seorsum ponatur, non erit in loco: sed in toto. amplius. si non est locus, vacuum non erit.

c Accidit autem dicentibus esse vacuum, tãquam necessariũ, siquidem erit motus contrarius magis esse. si aliquis intẽdat nõ contingere moueri quicquam si sit vacuũ. sicut enim propter simile dicẽtes terrã quiescere, sic & in vacuo necesse est quiescere. Non enim est quo magis & minus mouebitur, secũdum enim quòd vacuum est, non habet differentiam.

d Deinde quoniam omnis motus aut violentus aut secũdum naturã est. Necesse est aũt, siquidem sit violentus, esse & cum q̃ secundum naturam. violentus enim est extra naturam. q̃ autẽ extra naturã posterior est eo, qui est secũdum naturam. Quare si nõ secundum naturam est vnicuique Physicorum corporum motus, neq; aliorum erit motũ neque vnus. At vero motus natura his qũo erit i vacuo, cum nec vna sit differẽtia secundum vacuum & infinitum? secundũ quidem. n. q̃ infinitũ est nihil erit sursum, neq; deorsum neq; medium. secũdum autem quòd vacuum est, nihil differẽs sursum a deorsum. Sicut enim nullius neque vna est differentia, sic & non entis. vacuum autem cũ non sit aliquid, priuatio videtur esse. natura autẽ loci mutatio differens est. quare erunt quę sunt natura differentia. Si igitur non est natura, nusquã & nulla loci mutatio: aut si hoc est, non est vacuum.

c Et dicit, quòd, cum antiqui Philosophi ponerent quòd necesse est vacuum esse si est motus, econtra accidit, quia si est vacuum, non est motus. & hoc probat per quoddam simile. Quidam enim dixerunt quod terra quiescit in medio propter similitudinem partium circunferentiæ vndique: & sic, terra cum non habeat quare moueatur magis versus vnam partem circunferentiæ, quam versus aliam, quiescit. Et eadem ratione necesse est in vacuo quiescere. non enim est assignare quare magis moueatur ad vnam partem, quàm ad aliam: quia vacuum inquantum huiusmodi, non habet differentias in suis partibus, non entis enim, non sunt differentię. Quartum ponit ibi.

1.de Cæ. t com.90.

Atqui patet omnem motum, aut ui fieri, aut natura. Et si fit violentus, & cum necessario, qui natura competit esse. Quippe cum violentus quidem sit præter naturam, qui uero est præter naturã posterior sit eo, qui est secundum naturam. quare, si hisce motus non sit, qui corporum naturalium cuique suapte natura competit, neque exterorum profecto motuum quispiam erit. At quoniam pacto motus bis erit, qui natura competit rebus cum ratione uacui, ac infiniti nulla prorsus sit differentia. Nam quo infinitum est, eo nihil infra, nihil supra, nihil denique medium est. quo uero uacuum est, eo nihil inter est inter superum inferumque. nam ut nihil nulla est differentia, sic & eius qđ haud est nulla differentia assignari potest: uacuum uero non ens quid, priusquam esse uidetur. At ea latio quæ natura cõpetit, differentiam subit. quare erunt ea q̃ differentia sunt natura. Aut igitur non est natura latio usquam aut si est, uacuum in ratione rerum profecto non est.

loci mutatio, oportet, quòd vacuum non sit. Quintam ponit ibi.

Lec.8.t.48. 49

Universidad de Deusto
Biblioteca

e ¶ Circa quam considerandum est, quòd solet esse quædam dubitatio circa ea quæ proiiciuntur: oportet enim mouens & motum simul esse, vt infra in Septimo probatur, & tamen illud quod proiicitur, inuenitur moueri etiam postquàm separatum est a proiiciente, sicut apparet in lapide proiecto, & sagitta emissa per aerem. Nunc igitur supposito, q̃ vacuum non sit, soluitur ista dubitatio ex parte aeris, quo medium repletur: & hoc dupliciter: dicũt enim quidam, quòd ea quæ proiiciũtur, mouẽtur postquam non tanguntur a proiiciente propter antiperistasim, id est repercussionẽ, vel contra resistentiam: aer enim motus repercutitur ad aliũ aerem, & ille ad alium, & sic deinceps, & per talẽ repercussionem aeris ad aerem mouetur lapis. Alij vero dicũt, q̃ hoc ideo est, quia aer, qui continuus existens a proiiciente impellitur, velocius impellit corpus proiectum, quàm sit motus, quo corpus proiectum fertur naturaliter in propriũ locũ. Vnde propter velocitatẽ motus aeris non permittitur corpus proiectum, vt pura lapis, vel aliud hmõi, cadere deorsũ, sed fertur secundum impulsionem aeris. Nulla autem istarũ causarum posset poni, si esset vacuum, & ita corpꝰ proiectum nullo modo ferretur nisi quandiu veheretur, puta a manu proicientis, sed statim emissus a manu caderet: cuius contrariũ videmus: non ergo est vacuum. Sextam ponit ibi.

f ¶ Quæ talis est. Si motus sit i vacuo, nullus poterit assignare causam, propter quid illud quod mouet, alicubi stet, non enim est ratio, quare magis quiescat in vna parte vacui, q̃ in alia: neque in his, quæ mouentur naturaliter, cum non sit differentia inter partes vacui, vt supra dictum est: neque in his, quæ mouentur motu violento. Nunc enim dicimus, quòd cessat motus violentus, vbi deficit repercussio vel impulsio aeris, secundum duas causas assignatas: oportebit ergo, quòd vel quiescat omne corpus & nihil moueatur, aut si aliquid mouea tur, quòd moueatur in infinitum, nisi occurrat ei aliquod corpus maius, quod violentum motum eius impediat. Ad confirmationem autem huius rationis subiungit causam, quare ponunt aliqui motum fieri in vacuo, quia scilicet, vacuum cedit, & non resistit mobili: vnde, cum vacuum similiter cedit ex omni parte, feretur in infinitum ex qualibet parte.

Lect. 9. in principio

Tex.cõ.68.

Tex.cõ.69.

Tex.cõ.70.

Tex.cõ.71.

c Amplius nunc quidẽ proiecta mouentur, proiectore non tangente, aut propter antiperistasim, sicut quidam dicũt, aut ex eo quod pellit pulsus aer velociore motu q̃ latio pulsi secũdum quam fertur in propriũ locum: in vacuo autem nihil horum contingit esse: neque enim erit ferri, nisi aut qđ vehitur.

f Amplius nullus vtiq; poterit dicere, pp quid quod mouetur stabit alicubi: quid .n. magis hic q̃ ibi? Quare aut quiescet, aut in infinitũ, necesse est ferri, nisi aliquod impedierit maius. Amplius aũt nunc quidẽ in vacuum ob id quod cedit ferri videtur: in vacuo autẽ vbiq; similiter est huiusmodi: quare in omnem feretur partem.

LECTIO XII.

Tex.cõ.71.

Amplius autem & ex his manifestum est, quod dicitur. Videmus .n. idem graue & leue corpus velocius ferri propter duas causas, aut quia id differt per quod, vt per aquam, aut per terram, aut per aerem: aut quia id differt quod fertur, si alia sunt eadem, propter excellentiam granitatis aut leuitatis.

b Hoc igitur, per quod fertur, causa é: quia impedit maxime quidem, quod cõtra fertur, postea autem & manẽs: magis autem quod nõ facile diuiditur: huiusmodi autem grossus est. Id igitur in quo est A, mouebi tur per B, quod autem in quo est C tempus: per ipsum autem D cum sit subtilius: sed æqualis longitudo est ipsius B, quæ est ipsius D, secundum analogiam impedientis corporis: sit .n. B, quidem aqua D, vero aer: quanto igitur subtilius aer aqua, & i corporalibus tanto citius A p D mouebit, q̃ per B. Habet igit

LECTIO XII.

Ie ostendit vacuum non esse ex parte velocitatis, & tarditatis in motu. Et circa hoc duo facit: primo assignat causas, propter quas velocitas & tarditas est in motu, secundo ex illis causis argumentatur ad propositum ibi. {Hoc igitur per quod fertur, &c.} Dicit ergo primo, quòd vnum & idem corpꝰ graue, & quodcunque aliud, vtpote lapis vel aliquid huiusmodi, propter duas causas velocius ferri, aut propter differentiam medii, p quod fertur, vt per aerem, vel terram, vel aquã; aut propter differentiam ipsius mobilis, quia est, vel grauius vel leuius cæteris paribus. Secundo ibi.

Præterea nemo dicere potest, cur motum alicubi stabit: cur enim hic, quàm ibi potius stabit? Quare, aut quiescet, aut in infinitum feratur necesse est, si non potentius quippiam impedierit. Insuper nunc quidem in vacuo ex eo corpora ferri videntur, quia cedit: at in vacuo talis conditio similiter sese habet omni ex parte: quare omnem ad partem feretur.

LECTIO XII.

Tqui perspicuum id, quod dicitur & ex hisce, quæ de inceps dicemus erit. *Videmus enim idem pondus, corpus velocius duas ob causas ferri. Aut quia id differt, per quod mouetur, ut si per terram vel aquam, vel aerem moueatur: aut quia id, quod fertur, differt, si sint eadem cætera ob ponderis, aut leuitatis excessum.*

Atque id quidem, per quod fertur causa est, propterea quòd impedit: maxime quidem se econtra ferat, minus autem si maneat, & magis id, quod non est facile diuisibile: quale est id, quod magis est crassum. Pondus igitur A per B quidem medium in tempore C, feretur. Per D, uero subtilius quidem illo, longitudine uero æquale in tempore E, impedientis corporis ratione. Sit enim B quidem aqua, D autem aer: quanto igitur aer aqua subtilior, tanto celerius A, pondus per D, quàm per B, medium feretur, ut patet. Habeat igitur eandem rationem ad

Lect. 3. Tex.cõ.13.


Tex.cõ.72.

Sect. 1. tex. 71

Sect. 1. tex. 72

contrarium, vt paret in naui, cuius motus impeditur a vento: secundario autem impedit, si etiam quiescat: quia, si simul moueretur cum mobili, non impediret, sed magis iuuaret, sicut fluuius, qui defert nauem inferius. Sed inter ea, quæ impediunt, magis impedit illud, quod non facile diuiditur, & tale est corpus magis grossum: & hoc manifestat per exemplum: sit enim corpus, quod mouetur A, spatium, per quod mouetur, sit B, & tempus, in quo A, mouetur per B, sit C. Ponamus autem aliud spatium, quod sit D, æqualis longitudinis cum B, sed tamen D, sit plenum subtiliori corpore quàm B, secundum aliquam analogiam, idest proportionem corporis medii, qđ impedit motum corporis, vtputa, q̃ spatiũ B sit plenũ aqua, spatium vero D, sit plenum aere: quanto ergo aer est subtilior aqua, & minus spissus, tanto mobile quod est A, citius mouebitur per spatium D, quam per spatiũ B. Quæ est ergo proportio aeris ad aquã in subtilitate, eadem est proportio velocitatis ad velocitatem: & quanto est maior velocitas, tãto est minus tempus: quia velocior motꝰ dicitur, qui est in minori tẽpore, per æquale spatium, vt in Sexto dicetur. Vnde, si aer est in duplo subtilior, q̃ aqua, sequetur quòd tempus, in quo mouetur per B, quod est plenum aqua, sit duplum tempus, in qđ pertransit D, quod est plenum aere: & ita tempus C, in quo pertransit spatium B, erit duplum tempore, quod est B, in quo pertransit spatiũ D, & sic poterimus vniuersaliter accipere, quòd in quacunque proportione mediũ, per quod aliquid fertur ẽ subtilius, & minus impedituũ & facilius diuisibile in eadẽ proportione erit motus velocior.

Demonstratio exemplaris, ostendens quòd talis est proportio motus ad motum in velocitate, qualis est proportio medii ad medium in subtilitate.



eandem rationem qua quidem distat aer ab aqua, velocitas ad velocitatem. Quare, si dupliciter subtile est in duplici tẽpore quod est ipsum B, transibit q̃ D. Et erit in quo est C, tempus duplex eo in quo est E, & semper iam quantumcunque sit in corporalius, & minus impeditiuũ & bene diuisibilius per qđ fertur, citius mouebitur.

c Vacuum autẽ nullam habet rationem, qua excedatur a pleno, sicut neq; ipsum nihil ad numerum. Si .n. quatuor tria excedunt vno, pluribus aũt duo, & adhuc vnum pluribus q̃ duo: ipsum aũt nihil nõ amplius habent rationem, qua excedant. Necesse est .n. diuidi excedẽs in excedentiã, & in id, quod excedit. Quare & quatuor erunt quot excedunt, & nihil. Vnde neq; linea punctũ excedit, nisi cõponatur ex pũctis. Similiter autẽ vacuũ ad plenũ nullã possibile est habere rationem.

d Ergo neque motum. Sed, si per subtilissimum in tanto tali que tempore fertur per vacuũ, omnem exuperat rationem.

e Sit enim Z, vacuũ æquale aũt magnitudine his quæ sunt B & D A. ergo, si transibit, & mouebitur per Z, quodam quidem ī tempore, quod est I, sed in minori q̃ in quo est E, & hãc habebit rationẽ vacuũ ad plenum.

celeritatem celeritas, qua distat aer ab aqua, Quare, si in duplo sit aer aqua subtilior, duplo in tempore B, medium pertransibit ad id tempus, in quo per medium D. feretur, & C tempus duplum erit temporis E, atque quo subtilius est minusquam impedit, atque facilius scinditur id, per quod fit transitio, eo pondus A, celerius semper feretur.

At uacuum nullam rationem habet, qua corpore excedatur: quemad modum neque ipsum nihil ad numerum. Nam, si quatuor uno quidem tria, pluribus uero duo, & pluribus etiam quàm duo unum excedunt, nullam profectò rationem ulterius habent, quia nihilum ipsum excedunt. Id enim quod excedit in excessum ipsum, & in id, quod exceditur, necesse est diuidatur: quare ipsa quatuor erunt, id, quo excedunt, & nihil. Tecirco neque linea punctum excedit, si non componatur ex punctis. Similiter & uacuum, nullam ad plenum rationem habere potest.

Quare neq; etiam motus. Sed si p subtilissimũ tanto motu, tãto in tẽpore pondus A fertur, per uacuũ si moueb itur omnẽ profectò ronẽ exuperabit.

Sit enim Z uacuum longitudine æquale B & D plenis. Pondus igitur A si transierit. Atque aliquo quidẽ in tempore, quod sit I, minore uero quàm est tempus E fuerit motum, hãc profectò rationem, & uacuum habebit ad plenum, quam ad tempus,

c ¶ Manifestat secũdam propositionem & dicit, quod vacuũ non exceditur a pleno secundum aliquã proportionẽ: & hoc probat p hoc, quòd numerus non excedit nihil secundum proportionẽ aliquã, sed solum attenditur proportio aliqua numeri ad numerũ, vel ad vnitatẽ: sicut quatuor excedunt tria ī vno, & adhuc in pluri excedunt duo, adhuc in pluri vnũ: vnde dicitur maior proportio quatuor ad vnum, quàm ad duo, vel tria. Sed quatuor non excedunt nihil, secundum aliquã proportionem: & hoc ió, quia necesse est, q̃ omne excedens diuidatur in id, qđ exceditur, & in excedentiam, i. in id, in quo excedit, sicut quatuor diuiditur i tria, & in vnum i quo excedit tria. Si ergo quatuor excedũt nihil, sequitur q̃ quatuor diuidatur in alia quot, & nihil: quod est inconueniens. Vnde etiam non potest dici, quòd linea excedat punctum, nisi componeretur ex pũctis, & diuideretur in ea. Sit similiter non potest dici, quòd vacuum habeat aliquã proportionẽ ad plenũ: quia vacuũ nõ cadit in cõpositionem pleni. Tertio ibi:

d ¶ Ponit conclusionem concludens, quòd non est possibile esse proportionem inter motum, qui fit per vacuum, & motũ, qui fit per plenum: sed si aliquod corpus fertur per quodcunq; subtilissimum in tanto spatio, taliq; tempore, motus, qui est per vacuum, transcender omnem proportionem datam. Deinde cum dicit.

e ¶ Quia prædictam conclusionem ostensiue ex principiis suppositis deduxerat: ne qua dubitatio oriatur de principiis præmissis, vt certior sit processus, probat eandem conclusionem deducendo ad impossibile. Si enim dicatur quòd motus, qui est per vacuum, habet aliquam proportionem velocitatis ad motum, qui est per plenum, sequuntur multa inconuenientia: ponatur ergo quòd spatium vacuum sit Z, quod quidem sit æquale secundum magnitudinem spatio B, quod est plenum aqua, & spatio D, quod est plenum aere. Si autem detur quòd motus, qui est per Z, habeat aliquam proportionem secundum velocitatem ad motus qui sunt per B, & D, oportet dicere quòd motus, qui est per Z, quod est vacuum, sit in aliquo determinato tempore: quia velocitates distinguuntur secundum quantitates temporum, vt supra dictum est, si ergo dicatur, quod mobile, quod est A, transeat per spatium vacuum, quod est Z, in aliquo tempore, sit illud tempus I, quod oportet esse minus quàm tempus E, in quo pertransit spatium D, quod est plenum aere, & sic, hæc erit proportio motus per vacuum ad motum per plenum, quæ est proportio temporis E, ad tempus I, sed necesse erit ponere quòd in tanto tempore, quantum est I, mobile, quod est A, pertranseat quoddam spatium plenum subtiliori corpore ipso D. Et hoc quidem continget, si inueniatur aliquod corpus, quod differat in subtilitate ab aere, quæ ponebatur spatium plenum D, secundum illam proportionem quam habet tempus E,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad tempus I, veputa si dicatur illud corpus esse ignis, quo plenum ponatur spatium Z, secundum quòd prius ponebatur vacuum: quia, si corpus, quo ponitur plenum spatium Z, est tanto subtilius corpore, quo ponitur plenum spatium D, quantū tempus E, excedat I, sequitur q̄ mobile, quod est A, si feratur per Z, quod ē spatiū plenum subtilissimo corpore, & per D, quod est spatium plenum aere, transibit per Z, econuerso in maiori velocitate in tāto tempore, in quāto est minus E. Si ergo nullū corpus sit, in quo est Z, sed ponatur hoc spatiū vacuum, sicut & primo adhuc debebit velocius moueri. Sed hoc est contra id, quod fuit positum: positū enim erat q̄ motus fieret per spatium Z, quod est vacuum in tempore I, etsi cum in tēpore I, transeat idem spatium cum est plenum subtilissimo corpore, sequitur quod in eodem tempore trasit idem mobile vnum & idē spatium, cum est vacuum, & cum est plenum. Manifestum est ergo, quòd si fuerit aliquod tempus, in quo mobile feratur per quodcunque spatium vacuū, sequetur hoc impossibile quòd in æquali tempore transibit plenum & vacuum: quia erit accipere aliquod corpus, quod habebit proportionē ad aliud corpus, sicut habet proportionem tempus ad tempus. Deinde cū dicit.

Tex.cō.73.


Tex.cō.74.

Sed in tanto tempore quātum est in quo est I ipsius D A, transibit subtilius. Transibit autem si sit aliquid subtilitate differēs ab aere, in quo est Z, secundū hanc proportionem, quam tēpus habet, in quo est E ad tempus, in quo est I. Si enim in tāto subtilius est corpus, in quo est Z ipso D quantum exuperat E ipsum I, transibunt econtrario velocitate in tāto, quātum I ipsum Z quod est, in quo est A, si feratur. Si igitur nullum sit corpus, in quo est Z adhuc velocius pertransibit, q̄m & sicut prius: sed erat, in quo ē I. Quare in æquali tēpore transibit quod est plenū & vacuū. Sed impossibile est. Manifestū igitur q̄ si fuerit aliqd tps in quo per vacuū quodlibet ferat, accidet hoc impossibile: in æquali n. accipietur & qd̄ plenū est transire aliqd & vacuū: erit. n. aliquod analogū corpus alterū ad alterū, vt tēpus ad tempus.

f Sed sicut in capitulo est dicere, palā accidentis causa est: quia motus quidem ad motū omnis proportio est: (in tempore. n. est:) temporis autē omnis, est ad tēpus, hmitis vtrisque: vacui autem ad plenum non est.

g Secundum quidem igitur q̄ differunt per quę feruntur, hęc contingunt.

Demonstratio ducens ad impossibile, probans non esse possibile proportionem esse inter motum, qui fit per vacuum, & qui fit per plenum.



f ¶ Summatim colligit ea, in quibus virtus consilij præmissę rationis, & dicit quod sicut contingit recapitulando dicere, manifesta est causa, quare prædictum inconueniens accidat: quia scilicet quilibet motus est proportionatus cuilibet motui secundum velocitatem: quia omnis motus est in tempore, & quælibet duo tempora si sint finita habent proportionem adinuicem: sed vacui ad plenum non est proportio, vt probatum est: vnde, si ponatur motus fieri p vacuū, necesse est quòd sequatur inconueniēs. ¶ Vltimo autem epilogans concludit, quod prædicta inconuenientia accidunt, si accipiantur diuersę velocitates motuū secundum differentiam mediorum. Sed contra hanc rationē Arist. insurgunt plures difficultates. Quarum quidem prima est, quòd non videtur sequi, si fiat motus p vacuum, quòd non habeat proportionem in velocitate ad motum, qui fit p plenum. Quilibet. n. motus habet determinatam velocitatē ex proportione potentiæ motoris ad mobile: etiam si nullum sit impedimentum: & hoc patet per exēplum: & per rationēs per exemplum quidem i corporibus cęlestibus, quorum motus a nullo impedit: & tame eorum est determinata velocitas, secundum determinatum tempus: per rationem autem, qa ex hoc ipso quòd in magnitudine, p quā

tempus habebit, sed tanto in tempore quantum est I pleni D, partem aliquā transiens pondus A. Sitque illa D K. Transierit autem A pondus medium ipsum Z. Si ea etiam ratione differat subtilitate ab aere, quam E tempus ad I. tempus habet. Nam, si corpus Z. tanto subtilius sit ipso O, quanto tempus E, tempus excedit. I econtra profecto pondus A transierit illud celeritate, tanto in tempore, quantum est tempus I. si per illud feratur. Si igitur nullam in Z. fuerit corpus celerius, adhuc per illud sine mouebitur. At in I tempore motum iam erit: qua re pondus A æquali in tempore plenum & uacuum pertransibit. At hoc fieri nequit. Si igitur tempus aliquod erit, in quo per uacuum quoduis corpus mouebitur, hoc euenict impossibile, ut ex hisce quæ diximus patuit: in tempore enim æquali quippiā plenum, atque uacuum pertransibit: erit enim sic aliquod corpus ad corpus, ut ad tempus est tempus.

Vt in summa autem dicam, manifesta est huiusce causa accidentis. Nam motus quidem omnis ad motum est ratio: (est enim in tempore) & omnis temporis item ad tempus, modo sint ambo finita: sed uacui ad plenum nulla prorsus esse ratio potest.

Hæc igitur euenium ob eorum differentiam, per quæ corpora mouentur.

fit motus est accipere prius & posterius in motu: prius autem & posterius est in motu, ex temporis ratione, sequitur motum esse in determinato tempore. Sed verum est quòd huic velocitati potest aliquid subtrahi ex aliquo impediente: non igitur oportet q̄ proportio motus ad motum in velocitate, sit sicut proportio impedimenti ad impedimētum, ita q̄ si non sit aliquod impedimentum, q̄ motus fiat in non tempore: sed oportet q̄ secundum proportionem impedimenti ad impedimentum, sit proportio retardationis ad retardationem: vnde posito q̄ motus sit per vacuum, sequitur q̄ nulla retardatio accidat supra velocitatem naturalem: & non sequitur q̄ motus, qui est per vacuum non habeat proportionem ad motum, qui fit per plenū.

Huic autem obiectioni Auer. i cōmento suo resistere conatur. Et primo quidem conatur ostendere hanc obiectionem ex falsa imaginatione procedere: dicit enim q̄ ponentes prædictam obiectionem, imaginantur additionem in celeritate motus fieri, sicut fit additio in magnitudine lineæ, q̄ pars addita sit alia a parte, cui additur. Ita enim videtur prædicta obiectio procedere, ac si tardatio fiat per hoc, q̄ aliquis motus addatur alteri motui: ita q̄ subtracto illo motu addito per impedimentum retardans, remaneat quantitas motus naturalis. Sed hoc dicit non esse simile: quia cum retardatur motus, quælibet pars motus fit tardior: non autē quælibet pars lineæ fit maior. Deinde ostendere nititur, quomodo ratio Arist. necessitarē habeat, & dicit, quòd velocitas vel tarditas motus consurgit quidem ex proportione motoris ad mobile. Sed oportet mobile esse aliquo modo resistens motori, sicut patiens quodammodo est contrarium agenti, quæ quidem resistentia potest esse ex tribus. Primo quidem ex ipso situ mobilis: ex hoc enim ipso quòd mouens intendit transferre mobile ad aliquod vbi, ipsum, mobile in alio vbi existens repugnat intentioni motoris. Secundo ex natura mobilis, sicut apparet in motibus violentis, vt cum grauе picitur sursum. Tertio ex parte medii. Oia. n. hæc tria accipienda sunt simul, vt vnā resistens, ad hoc, q̄ causetur vna causa tarditatis in motu.

Quin igitur mobile secundū aūt eorū, q̄ ferunt excellentiā, hæc sunt. Videmus. n. maiorē inclinationē habētia. aut grauitatis, aut leuitatis si quo ad alia similiter se habeat figuris, citius lata p æquale spacium finitū: & sm rōnem quam habēt magnitudines adinuicē. quare, & p vacuū. Sed impossibile est: Propter quā. n. causam fertur velocius. in plenis quidē. n. ex necessitate velocius. n. dinidit ex fortitudine maius. aut. n. figura diuidit, aut inclinatione, quā hēt, qd̄ fertur, aut piectum. Aeque velocia ergo oia erunt. sed impossibile est.

Tex.cō.75.

i Quòd quidē igitur, si vacuū sit, accidat contrariū: q̄ pp qd̄ probāt esse vacuum manifestū est ex dictis. Hi igitur opinantur vacuum esse, si erit sm̄ locū mot', discretum sm̄ se. Hoc aūt idem est ei, quod est dicere, locum esse aliquod separatum. Sed hoc quod sit impossibile esse, dictum est prius.

Eorum autem, quæ feruntur excessu euenunt hæc. Cernimus enim ea corporum, quæ plus aut grauitatis, aut leuitatis habent momenti (modo eadem ipsis insit figura) celerius per æquale spatium ferri, eaque ratione, quam inter sese habent. quare & per uacuum ita ferentur. At fieri profecto nequit. Quam enim ob causam celerius mouebuntur? in plenis enim id necessario fit. Maius enim celerius ui sua medium diuidit. Nam id quod fertur. aut est iactum. figura diuidit, aut momento quod habet. Æqualis igitur celeritatis omnia erunt at fieri nequit.

Patet igitur ex hisce, quæ diximus si uacuum sit contrarium illius accidere, propter quod uacuum esse probant, qui ipsum asserunt esse. Hi namque, si motus his erit, qui loco accommodatur, uacuum separatum per se esse putant. hoc autem perinde est, atque si separatum quid locum asserum esse. Quod quidem esse non posse, prius est demonstratum.

k ¶ Ostendit non esse vacuum separatū ex velocitate, & tarditate motus, sm̄ q̄ oino causa sumit ex parte mobilis, & dicit, q̄ hæc, quæ dicentur consequēter, si consideretur dria velocitatis, & tarditatis, sm̄ q̄ mobilia q̄ feruntur, se inuicem excellunt. quia videmus, q̄ aer æquale spatium finitum, citius feruntur ea, quæ habent maiorem inclinationem, aut sm̄ grauitatē, aut sm̄ leuitatem; siue sint maiora in quantitate, equaliter grauia vel leuia existentia, siue sint æqualia in quātitate, & sint magis grauia vel leuia. hoc dico si similiter se habeant sm̄ figuras (nam corpus latum tardius mouetur, si deficiat in grauitate, vel magnitudine, q̄ corpus acutę figuræ) & sm̄ proportionem, quam habent magnitudines motæ adinuicem, vel in grauitate, vel in magnitudine est proportio velocitatis. vnde & oportebit ita esse etiam si sit motus per uacuum sm̄ q̄ corpus grauius, seu leuius, aut magis acutum velocius feratur p medium vacuū. Sed hoc non potest esse, quia non est assignare aliquam causam, pp quā vnū corpus alio velocius feratur. si. n. motus fiat p spatium plenum aliquo corpore, pōt assignari causa maioris, vel minoris velocitatis, sm̄ aliquā p̄dictarū causarum. hoc. n. est, q̄ a illud, quod mouetur maius existens, ex sua fortitudine velocius diuidit medium, vel pp aptitudinem figuræ, quia acutum est penetrabilius: aut p̄ p inclinationem maiorē, quam habet, vel ex grauitate, uel ex leuitate, uel etiam pp violentiam prohibentis: ua eunm aūt diuidi non pōt citius, uel tardius. unde sequet, quòd oia æquali velocitate mouebuntur p uacuum, sed hoc manifestę apparet impossibile. Patet igitur ex uelocitate motus, quòd uacuum non est. Attendendum est etiam, q̄ in processu huius rationis est similis difficultas sicut in prima. videtur. n. suppone re, q̄ differentia velocitatis in motibus non fit nisi pp dr̄iam diuisionis medii, cum tū in corporibus cęlestibus sint diuersæ velocitates, in quibus non est aliquod plenum medium resistēs, quod diuidi i oporteat per motum corporis cęlestis. Sed soluēda est hæc dubitatio sicut & prius.

l ¶ Vltimo autem epilogando concludit manifestum esse ex dictis, q̄ si ponatur vacuum esse, accidit contrarium eius, quod supponebant probantes esse uacuum: illi. n. procedebat, ac si motus esse non possit, si uacuum non sit. Sed ostensum est contrarium. f. si uacuum sit, quòd motus non est. Sic igitur pmissi Philosophi opinantur uacuum esse quoddam discretum, & separatum sm̄ se. f. quoddam spacium habens dimensiones separatas, & hmōi uacuum opinantur necesse esse ponere, si sit motus sm̄ locum, aut uacuum separatum, quod idem est, q̄ dicere locum esse quoddam spacium, distinctum a corporibus. quod est impossibile, ut supra ostensum est in tractatu de loco. Lec. 6. tex. com. 37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO XIII.

Ic ostendit vacuum non esse, rationibus acceptis ex parte ipsius vacui, absque consideratione motus, & hoc ostendit tribus rationibus. Dicit ergo primo, ꝙ etiam cõ-

Tex.cõ.76. siderantibus vacuum per se, absque motu videbitur, ꝙ ita sit dictũ ab aliquibus vacuum esse, sicut vere sonat nomen uacui. Nam uacuum sonat aliquid inane, & qđ non est. & inaniter, & absque ratione, & ueritate dictum est, ꝙ uacuum sit. & hoc quidem sic ostendit.

*al. in qđ quia, si aliquis ponat in aqua aliquod corpus cubum. f. qđ habet se ex superficies quadratas, oportet, ꝙ tãta quantitas aquæ recedat a loco suo, quãta est quantitas cubi. & sicut est de aqua, ita est de aere, licet non sit ita manifestũ eo, ꝙ aqua est magis sensibilis ꝙ aer. Eadẽ igitur ratione, quandocũque aliquid immittitur in aliquod corpus, quod natum est trãsmutari in aliquam partem, necesse est, nisi partes cohæreant per condensationem, aut subintrationem partium in inuicem, ꝙ transmutetur: vel secundum conditionẽ corporis cedẽtis (qñ habet exitum liberũ) vtpote, ꝙ corpus grave vt terra cedat deorsum, & corpus leue ut ignis cedat sursum: & corpus quod est respectu alicuius graue, & respectu alicuius leue, cedat in vtranque partem, sicut aer & aqua. vel quòd corpus cedat secundum conditionẽ

Tex.cõ.77. corporis interpositi, qñ. f. corpus cedens coarctatur a corpore interposito, ut non possit moueri secundum suam exigentiã, sed secundum exigentiam corporis impositi. Vniuersaliter tñ hoc verum est, ꝙ oportet corpus, in quod alterum corpus immittitur cedere corpori immisso, ne sint duo corpora simul. sed hoc non potest dici de vacuo, ꝙ cedat corpori immisso; quia uacuum non est aliquod corpus: sed qđ mouetur quocunque modo, est corpus. sed si sit aliquod spacium uacuum, & aliquod corpus immittatur in illud spacium, oportet, ꝙ corpus impositum transeat per illud spacium, quod prius erat uacuum. f. simul cum eo existens, sicut si aqua non cederet ligneo cubo, neque aer, sed ista corpora trãsirent per ipsum corpus ligneum cubum, ita ꝙ aer & aqua subintrarent ipsum corpus cubum, & essent simul cum eo. sed hoc est impossibile. f. ꝙ corpus cubũ ligneum sit simul cum spatio uacuo, quia corpus ligneum cubum habet tantam magnitudinem, quantam habet uacuum, quod ponitur quoddam spacium dimensionatũ sine corpore sensibili. Et quamuis corpus ligneũ cubicum sit calidum vel frigidum, aut graue uel leue, nihilominus tñ ipsum corpus cubicum alterum est sm̃ rationẽ ab oĩbus passionibus sensibilibus sibi accidentibus: quamuis nõ sit separabile ab eis secundum rem. Hoc aũt qđ est secundũ rõnem alterum a passionibus, est ipsum corpus lignei cubi }. i. qđ punctũ ad corporeitatem eius. Si ergo separetur hoc corpus ab oĩbus, ꝙ sunt alia ab ipso secundũ rationẽ, ita ꝙ non sit grane neque leue, sequitur, ꝙ contineat, uel occupet de spatio uacuo aliquid æquale sibi. Et sic in eadem parte sint æquali, quæ est pars loci, & uacui, erit simul corpus ligneicubi. Quo supposito, non videtur ꝙ sit assignare differentiam inter corpus cubi, & dimensiones loci, uel uacui. nam sicut dimensiones loci uel uacui sunt sine qualitatibus sensibilib⁹, ita & dimẽsiones corporis cubici, ad minus secundum rationem sunt aliæ ab huiusmodi passionib⁹: duæ autem magnitudines æqualis quantitatis non possunt differre, nisi secundũ situm. non enim potest imaginari quòd hæc linea sit alia ab illa sibi æquali, nisi inquantum imaginamur vtranque ab alio, & alio situ. vnde si ponantur duæ magnitudines simul, non videtur, quomodo possint differre. & sic, si duo corpora æqualia dimensionata sint simul, siue sint cum passionibus sensibilibus, siue non, sequitur ꝙ duo corpora sint vnum. Vnde, si adhuc corpus cubicum: & spacium quod est locus, uel uacuum remaneant duo, & simul sint, nõ põt assignari ratio, quare non quęcũque alia corpora simul esse possint in eodem. Et ita sicut corpus cubicum simul est cum spacio loci, aut uacui, ita & simul cum utroque poterit esse adhuc aliqđ tertiũ, uel quartum corpus. quod impossibile est.

LECTIO XIII.

*T uero, si per se quoque ipsum considerabimus, uanum id quod uacuum dicitur, atque inane uere uidebitur. Nã ut si in aqua quispiam cubum posuerit, tantum aquæ cedet, quantus est ipse cubus, sic & in aere fiet, sed sensu non patet. Et semper omne corpus, quod ferri potest ad id, ad quod aptũ est ferri, nisi densetur, aut ad infera, si sit terra: aut ad supera si sit ignis, aut ad utraque feratur cedendo necesse est, siue cubus, siue quoduis aliud in ipso corpus ponatur, quod ferri potest, ad id, quod est aptum ferri, nisi densetur. At hoc quidem in uacuo fieri nequit, quippe cum non sit corpus. Cubum autem æquale uacui spacium penetrasse uidebitur, perinde atque si aqua ligneo cubo non cederet, neq; aer: sed ipsum omnia penetrarent. Atqui cubus etiam tantam magnitudinem habet, quanta est ea uacui, quæ occupatur ab ipso: quæ etsi calida est, aut frigida, & grauis, aut leuis, non minus tamen ob hoc ratione ab uniuersis affectibus est diuersa. etiam si non ab illis sit separabilis. Dico autem ipsam lignei cubi molem. quare etiam si ab illis omnibus fuerit separata, & neque grauis fuerit, neque leuis, æquale sibi spacium occupabit, in eademque loci uacuine parte sibi æquali erit, ut patet. Quomodo igitur cubi moles ab æquali uacuo differt, atque loco? Et si duæ tales simul fuerint moles, cur & quotquot uolueris in eodẽ non erunt? Vnum igitur hoc absurdum, ac impossibile sequitur.

Præterea patet, id cubum ipsum habere cum transfertur, quod et uniuersa cætera corpora habent. Quare

Non enim potest dici, ꝙ simul cum corpore cubico ligneo non possit esse simul aliquod sensibile corpus propter materiam: quia corpori non debetur locus ratione materiæ, nisi secundum ꝙ materia continetur sub dimensionibus, vnde, ꝙ duo corpora non possint esse simul, non est ex parte materiæ, uel passionum sensibilium, sed solum ex ratione dimensionum, in quibus nõ potest esse diuersitas si sint æquales nisi secundum situm, vt dictum est. Vnde, cum dimensiones sint in spatio uacuo, sicut in corpore sensibili, sicut duo corpora sensibilia non possunt esse simul, ita nec corpus sensibile simul cum spatio uacuo. Hoc igitur uidetur unum inconueniens, & impossibile, quod sequitur ex præmissa positione, quòd duo corpora sint simul. Secundam rationem ponit ibi.

b ¶ Et dicit manifestum esse, quòd cubus, qui transmutatur, & ponitur in spacium uacuum, habet hoc, quod habẽt omnia alia corpora, scilicet dimensiones. si ergo dimensiones corporis cubici non differunt a dimensionibus loci secundum rationem, quare oportet facere aliquem locum corporibus extra proprium corpus vniuscuiusque, si locus nihil aliud est ꝙ corpus impassibile, ideſt absque passionibus sensibilibus? Ex quo enim corpus habet proprias dimensiones, ad nihil videtur esse necessarium, quòd ponãtur circa ipsum aliquæ aliæ dimẽsiones spacii æquales suis dimensionibus. Accidit igitur, si ponatur vacuum, vel locus esse quoddam spacium separatum, vel quod non est necessarium corpora esse in loco. Tertiam rationem ponit ibi.

c ¶ Et dicit, ꝙ si aliquid esset vacuum, oporteret, quòd manifestaretur in illis mobilibus. sed nunq̃ apparet aliquod vacuum infra mundũ: quia plenum aere, quod videtur vacuũ, non est vacuum. aer enim est aliquid, licet visu non percipiatur. Quia, si etiã pisces essent ferrei, & haberent similem apparentiã, cum aqua non posset aqua discerni ab eis per visum, nec tamen sequeretur, ꝙ aqua nõ esset, vel etiã pisces: quia nõ solum visu, sed etiã tactu discernitur illud quod tangitur. Et sic patet aerem aliquid esse: quia tactu percipitur calidus, vel frigidus. Ex his igitur apparet, ꝙ vacuum non sit aliquod spatium separatum, neque infra mundum, neque extra mundum.

LECTIO XIIII.

Ostquam Philosophus ostẽdit nõ esse vacuum, hic ostendit non esse vacuum corporib⁹ inditum. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rationem ponentium vacuum. Secũdo, improbat positionẽ eorum ibi. ¶ Si igitur rarum dicit, &c. Tertio soluit rationem ipsorum ibi. ¶ Quoniam autem vacuum, &c. Dicit ergo, ꝙ quidã Philosophi fuerunt, qui opinati sunt, ꝙ vacuum sit in corporibus, accipientes rõnem ex raro & defo. videbatur. m. eis, ꝙ rarefactio, & condensatio fieret pp vacuũ intrinsecũ corporibus. Si vero non esset sic rarũ & densum, dicebãt, ꝙ non erat possibile, ut partes alicuius corporis coirent. i. subintrarent admixtæ, & ꝙ aliqđ corpus calefieret. i. cõprimeretur p condensationẽ. Si aũt hoc nõ sit, ducebãt ad inconueniẽs, & ex pte motus localis, & ex pte motus gñationis, & corruptionis, siue motus alterationis. Ex pte qdẽ mot⁹ localis, qa oportebit dicere vel ꝙ oĩno motus nõ sit, vel ꝙ vno moto moueat totũ vniuersum, sicut dixit Xuthus Philosoph⁹. & hoc ideo: qa, si aliqđ corpus mouet loca liter, cũ accedit ad locũ plenũ alio corpore, oportet, ꝙ illud corpus inde expellatur, & tendat in alium locũ: & it erũ illud aliud corpus ibi inuentum in alũ: & nisi fiat condensatio corporum, oportebit, ꝙ oĩa corpa moueantur. Ex parte vero gñationis, si

Quare, si a loco nihil differt, quid oportet locum facere corporibus extra vniuscuiusq; corpus, si impassibile est corpus? Nihil. n. confert, si alterum circa ipsũ æquale spatiũ hmõi sit

c Amplius oportet manifestũ esse quale uacuũ sit in his quæ mouentur. Nunc aũt nusquam infra mũdũ. aer. n. aliquid est. non videtur autem, neq; aqua, si esset pisces ferrei. Tactu. n. est discretio illius qđ tangitur. Quòd quidẽ igit non separatũ sit uacuũ. ex his manifestũ est.

LECTIO XIIII.

Vnt autem quidã, qui per rarum & densum opinantur manifestũ esse. ꝙ sit vacuum. si. n. nõ est rarũ & densum, neq; coire. & calcari possibile est. si vero hoc non sit, aut oĩno motus nõ erit, aut mouetur totum, sicut dixit Xuthus: aut in æquale semper mutari aquã, & aerem oportebit. dico aũt sic, vt si ex aqua cyathi factus sit aer, simul ex æquali aere tantundem aquam fieri aut uacuum erit ex necessitate. conculcari enim, vel extendi non contingit aliter.

b Si igitur rarum dicunt. multa uacua separata habens, manifestũ est, ꝙ si neque uacuũ cõtingit esse separabile. sicut neq; locum habentem aliquod uacuum suiipsius, nec rarum sic.

c Si autem non est separabile. sed tamen ineſt aliquod uacuũ. minus quidẽ impossibile. Contingit autem, primum quidem quòd non omnis motus est causa uacuum. sed eius, qui sursum est. rarum enim leue: vnde ignẽ rarum esse dicunt.

ue alterationis sequitur hoc inconueniens, ꝙ semp fiat æqualis mutatio ex aere in aquam, & ex aqua in aerem, vtputa, si ex aqua vnius cyathi generatus est aer, oportet, ꝙ ex tanto aere, quantus est aer generatus, alibi generaretur aqua: & hoc ideo, ꝙ maior quãtitas est aeris, ꝙ aquæ, ex qua generatur. Occupat igituraer generatus maiorem locum, ꝙ aqua, ex qua generatur. & sic oportet, ꝙ vel totũ corpus vniuersi occuparet maiorem locum, uel ꝙ alibi tantundem de aere conuertatur in aquam. uel oportet dicere, quòd sit aliquid uacuum intra corpora, ad hoc, ꝙ fiat condensatio eorum, quia non opinabantur, ꝙ aliter contingeret condensari, & rarefieri corpora, nisi uacuo in eis existẽte. Secũdo ibi. 2 de Gene. Tex.cõ.73.

b ¶ Destruit positionem prędictam. Et primo ẽm vnum intellectũ. Secundo, Tex.cõ.81. sũt aliam, ibi. ¶ Si aũt non est separabile. } Dicit ergo primo, ꝙ illi, qdicunt vacuum esse i corporibus, dupliciter possunt hoc intelligere, vno modo, ꝙ i quolibet corpore sint multa quasi foramina vacua, quæ sint separata sm̃ situm ab aliis partibus plenis, sicut est videre i spongia, vel in pumice, vel in aliquo alio hmõi. alio modo, ꝙ vacuum non sit separatum sm̃ situm ab aliis partibus corporis: vtpote si dicam⁹ ꝙ dimensiones, quas dicebant esse vacuũ, subintrent oĩs partes corporis. Si aũt primo modo dicant vacuũ esse in corporibus, patet reprobatio hmõi ex præmissis. per quam. m. rõnẽ ostenditur, ꝙ nõ est aliquod vacuum separatum extra corpora, nec aliqs locus habens tale spacium ꝙ prius præter dimensiones corporum, ꝙ eandem rationem ꝙ bari potest, ꝙ nõ est aliquod corpus hoc modo rarum, quod habeat intra se aliqua spatia vacua, distincta ab aliis partibus corporis. Secũdo ibi.

c ¶ Improbat prædictã positionẽ quantum ad sedm intellectum quatuor rationibus. Dicit ergo, ꝙ si vacuũ non sic in corporibus, sicut separabile, & distinctum ab aliis partibus, sed tñ ineſt aliqđ vacuũ in corporibus, minus quidẽ est impossibile, quia non sequẽtur inconuenientia supra posita contra vacuũ separatum. Sed tñ ad hoc etiã sequuntur quædã inconuenientia. Primo, quidem, ꝙ vacuum non erit causa oĩs motus localis, vt ipsi intendebant, sed solũ motus, qui est in sursum, quia vacuũ sm̃ eos est causa raritatis. rarum aũt inuenitur esse leue, ut patet in igne leue aũt est quod mouetur sursum. vnde vacuum erit causa solum motus sursum. Secundam rationem ponit ibi.

d ¶ Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

d ¶ Et dicit q̃ ẽm istos, qui ponunt vacuũ in corporibus, va-
cuum est causa motus, non sicut in quo aliquid mouetur, vt po-
nebant causam motus vacuum, qui dicebant vacuum spaciũ de-
paratum, sed eo modo ponunt vacuum causam motus, in quan-
tum ipsum vacuum intrinsecũ defert corpora: sicut si dicamus,
q̃ vtres inflati in eo,
q̃ feruntur ipsi sur-
sum p̃ leuitatem,
deferẽt sursum quic-
quid eis cõmiscetur,
& sic vacuum additũ
corporibus fert secũ
corpus, i quo est. Sed
hoc videtur esse im-
possibile: quia tunc
oporteret, q̃ si va-
cuum moueretur, q̃
esset aliquis locus va-
cui & cum vacuum,
& locus sint idem, se
quereter, q̃ vacui in
terioris esset vacuũ
exterius, in quo fere,
qd est impossibile. Ter
tiã rõnem ponit ibi.
Tex.cõ.84. e ¶ Et dicit, q̃ si mo
tus sursum causa est
vacuum deferens cor
pus sursum, cũ nihil
sit assignare quod de
fert corp' deorsũ, nõ
erit assignare quare
grauia deorsum fe-
rantur. Quartam ra
tionem ponit ibi.
Tex. cõ.83. f ¶ Et dicit, q̃ si ra-
rum causat motum
sursum p̃p vacuita-
tẽ, oportebit, q̃ quã-
to aliquid est rarius,
& magis vacuum, tan
to velocius feratur
sursum: & si sit omo
vacuũ velocissime fe
rei. Sed hoc est impos
sq quod est omo va
cuum, nõ põt moue
ri cadẽ ratione, qua
Le.1.t.71 supra ostẽsum est, q̃
in spatio vacuo non
potest esse motus, qa
non esset comparare
velocitates vacui, &
plẽi, neque ex par-
te spatij, neq; ex par
te mobilis, ẽm aliq̃
determinatam ppor
tionem, eo quod plo
ni ad vacuum, nulla
est proportio. Non
ergo vacuum potest
esse causa motus sur-
Tex.cõ.84. sum. Deide cũ dicit.
g ¶ Soluit præmis-
sam rationem. Et pri
mo reperit eam, ma-
gis ipsam explanas,
secundo soluit eam,
Tex.cõ.84. ibi. {Nos autem dici
mus.} Dicit ergo pri
mo, q̃ quia non dici
mus esse vacuũ; neq;
in corporibus, neque
extra, oportet solue-
re, q̃ ab aliis inducuntur, qa vere ingerunt dubitationẽ. Et pri-
mo ex parte motus localis: quia aut nõ erat omo motus, nisi sit
raritas, & densitas, quã non intelligebant fieri nisi p̃ vacuũ: aut
oportebit dicere, q̃ ad motum cuiuslibet corporis erã ipsum
cælum in sursum feratur, vel aliqua pars eius, qd̃ vocat turba-
tionem cæli. Aut iterũ ex parte generationis, & corruptionis
oportebit p̃ sp̃ equalis aqua, fiat ex aere, & alibi aer ex aqua:
quia cum plus ex aere generetur q̃ ex aqua, necesse est vt fiat

d Postea motus causa non sic
vacuum, sicut in quo est: sed si-
cut vtres in eo quod feruntur
ipsi sursum ferunt: quod ipsis
cõtinuum est, sic vacuũ sursum
fert. Et etiã qualiter potest mo
tus esse vacui, aut locus vacui?
vacui.n.est vacuũ in qd̃ fertur.

e Amplius quomodo assigna-
bunt in graui, ferri deorsum?

f Et manifestum est, q̃ si quan-
to fuerit rarius, & magis va-
cuum, magis sursum feretur, &
si sit omnino vacuum, velocissi
me vtique feretur. Fortasis au
tem & hoc impossibile est mo-
ueri. ratio autem eadem. sicut
enim in vacuo sine motu om-
nia sunt, sic & vacuum quidem
est, quod est sine motu: incom-
parabiles .n. sunt velocitates.

g Quoniam autem vacuũ qui
dem non dicimus esse, alia ve-
ro vere dubitata sunt, aut mo-
tus non erit, nisi erit densitas
& raritas, aut turbabitur cælũ,
aut semper æqualis aqua ex ae-
re, & ex aqua erit & aer. mani-
festum enim est, quia plus ae-
ris ex aqua fit. Necesse igitur,
nisi fit, aut depulsum quod ha-
betur vltimum tumultuari fa-
cere, aut alibi alicubi æqualiter
mutare ex aere in aquam, vt
omne corpus totius æquale sit,
aut nihil moueri. semp.n. tranf
mutato, hoc accidet, nisi circu
lariter moueatur. Non semper
aũt in circulũ fit loci mutatio,
sed aliquando & in rectum est.
hi igitur, propter hoc vacuum
aliquid dicunt esse.

h Nos aũt dicim' ex subiectis,
qm̃ est materia vna contrario-
rũ calidi, & frigidi, & aliarum
naturalium contrarietatum. & k
ex eo quod potentia est, actu
ens fit. & non separabilis quidẽ
materia est, esse aũt alterũ est.
Et vna qdẽ est numero, & si con
tigat coloris, calidi, & frigidi,

Deinde non esse vacuum motus sic causam, ut in ipso quid moueatur. Sed ut vtres mouent id sursum, quod adiunctum est ipsis ex eo, quia sursum ipsi feruntur: sic & vacuum sursum mouere. Aliquonam pacto latio vacui potest, uel locus esse? vacui nanque vacuum id, erit ad quod feretur.

Præterea quam causam assignabunt qua grane deorsum feratur?

Et insuper patet, si quanto rarius quippiam magisque vacuum est, tanto celerius sursum feretur, quod si vacuum sit omnino, sursum ad uel celerrime ferri. An forsitan & hoc moueri non patet? ut enim demonstratum est, in vacuo cuncta immobilia, sic eadem ratione vacuum etiam demonstrabitur immobile esse. celeritates .n. comparari non possunt.

At enim cum vacuum quidem nõ esse dicamus, cætera autem uere sint dubitata, & hæc consideremus oportet. Nam aut motus non erit, si raritas densitasue non erit, aut inundabit cælum, aut aqua ex aere, & aer ex aqua semper orietur æqualis. Patet enim plus aeris ex aqua semper oriri. Necesse est igitur, si corpora nõ præmantur, atque densentur, aut id quod hæret, efficiat tandem expulsum, ut ultimum turgeat, atque tumescat. aut alio in loco æqualis aqua ex aere fiat, ut tota moles æqualis sit uniuersi. aut nihil penitus moueatur. semper enim cum aliquid mouetur, ad accidet, nisi uersetur. At non uniuersa uersantur, sed sunt & ea, quæ recto motu cientur. illi igitur ob hæc ipsa, uacuum quid dicerent esse.

Nos aũt ex his, quæ iã concessa sunt, dicimus, materia unã esse contrariorũ caliditatis, inquam, atque frigiditatis, & ceterarum naturalium contrarietatum. & ex ente potentia ens actu fieri. Atq; non esse quidẽ ipsam materiã separabilẽ, ratione uero esse diuersã. Et una numero coloris, si forte fuerit, et caliditatis, atq; frigiditatis.

ex his, quæ supponuntur in scientia naturali. & supra etiã manifestata sunt in primo huius libri. Primum est, q̃ vna est materia contrariorum, vt calidi, & frigidi, vel cuiuscunque alterius contrarietatis contrariæ. n. nata sunt fieri circa idem. Secundum est quòd omne, quod est in actu, necessario fit ex eo quod est in potẽtia. Tertium est, quod materia non est separabilis a contrariis, ita vt sit absque eis: sed tamen secundum rationem materia est aliud a contrariis. Quartum est, quòd materia

hoc, q̃ nunc est sub vno contrario, & postea sub alio, nõ est alia & aliased eadem numero. Secundo ibi.

i ¶ Et præmissis ostendit propositum in hunc modum. Eadem numero est materia contrariorum: magnum autem & paruum sunt contraria circa quantitatem: ergo eadem numero est materia magni, & parui.

Et hoc manifestũ est in trãsmutatione substantiali. cum enim generatẽ aer ex aqua, eadem materia, quæ prius erat sub aqua, facta est sub aere, nõ accipiendo aliquid, quod prius non habebat: sed illud, quod prius erat in potentia, & in materia, reductum est in actũ. & similiter est cum conuerso ex aere generatẽ aqua. sed hoc interest, q̃ cum ex aqua generatur aer, fit mutatio ex paruo in magnum, quia maior est quantitas aeris generati, q̃ aquæ, ex qua generatur: cũ autẽ ex aere fit aqua, fit econtra transmutatio a magnitudine in parvitatem. Ergo & cũ aer multus existẽs reducitur ad minorem quantitatem per cõdensationem, vel ex minori in maiorem per rarefactionem, eadem materia est, quæ sit vtrunque in actu. f. magnum & paruũ prius existens ad hęc in potẽtia. Nõ ergo condensatio fit per hoc, quòd aliquę alię partes subintrãdo adueniant, vel rarefactio per hoc, q̃ partes intrinsecæ ex trahantur, ut existimant ponentes vacuum inter corpora, sed per hoc, q̃ materia earundem partiũ accipit nũc maiorẽ, nunc minorem quãtitatem. vt sic rarefieri nihil aliud sit, q̃ materia recipere maiores dimensiones p̃ reductionem de potentia in actum: condensari autem econtrario. Sicut autẽ materia est in potentia ad determinatas formas, ita etiam est in potentia ad determinatam quantitatem. vnde rarefactio, & cõdensatio, nõ p̃cedit in rebus naturalibus in infinitum. Scio, ibi.

k ¶ Manifestat idem per exempla. Et quia rarefactio, & condensatio pertinet ad motum alterationis, ponit exemplum de aliis alterationibus: & dicit, q̃ sicut eadem materia mutatur ex frigido in calidũ, & ex calido in frigidum p̃p hoc, q̃ vtrũque eorum erat in potentia in materia, sic etiã & aliquid fit magis calidũ, nõ p̃p hoc, q̃ aliqua pars materiæ fiat calida, q̃ prius nõ erat calida cũ esset minus calidum, sed quia tota materia reducitur in actu magis, vel minus calidi. Aliud exemplum ponit de qualitate circa quãtitatem: & dicit, q̃ si circumferentia, & conuexitas maioris circuli restringatur ad minorem circulum, manifestum est, q̃ sit magis curuum, non tamen ista ratione, quòd ambitus, id est circularitas facta, sit in aliqua parte, quæ primo non fuisset curuata, sed recta: sed per hoc quòd idẽ ipsum, quod prius erat minus curuatum, magis curuatur. non enim in huiusmodi alterationibus fit aliquid magis vel minus

Et corporis ità materiã eandẽ magni, ac parui, quod quidẽ ex eo maxime patet. Nã si factus e aer ex aqua, eade materia facta est aer, nulla re in super alia assumpta: sed quod erat potentia, id tandẽ factũ est actu. Et rursus simili mõ, si orta est ex aere aqua. Eadem nãque materia nũc in magnũ ex parua, nunc in paruam ex magna uertitur molem. Simili igitur modo, si et aer ex maiore stringatur in minorẽ, & ex minore rursus in maiorẽ extenditur molem, materia ipsa, quæ est ambo potentia, sit necessium utrunque.

Nam ut ex frigido calidum, & ex calido frigidum fit, quia eadem potentia erat ambo: sic & ex calido fit magis calidũ, nulla prorsus ipsius parte tunc emergente calida, quæ non erat antea calida. eum calida minus erat. Quemadmodum neque circunferentia circuli, in minoris ambitum est reducta: siue sit eadem, siue sit alia, pars ipsius nulla facta est curua; quæ non erat antea curua, sed recta. Nõ enim ex eo quippiam minus, aut magis est tale; quia id intermittitur. quo minus, aut magis dicitur tale. Neq; fit ut flãme pars ulla sumatur, in qua caliditas, albedoque non sit. Quare & ipsa moles sensibilis, non ideo extenditur, aut constringitur, quia materies aliquid insuper accipit, aut abicit: sed quia ipsa materies utrunque subire potest. Quo fit, ut idem sit rarum et densum, & utriusque materies una.

Atqui densum quidem est graue, rarum autem leue. Amplius, sicut circuli circulatio conducta in minus non accepit aliud conceauum: sed quod erat inuexum, sic & ignis. quia si aliquis accipiat, omne calidum est. sic & omne conductione, & distentione eiusdem materiæ. Duo nanque comitantur utrunque, graue enim, & durum densa esse uidentur: leue uero, ac mol-

i Est igitur & corporis materia, & magni, & parui eadẽ. manifestum est aũt hoc. cum.n.ex aqua aer fiat eadẽ materia nõ accipiẽs aliud aliq̃d facta est, sed quod erat potentia, actu facta est: & iterum aqua ex aere similiter, aliq̃n quidẽ in magnitudinem ex parvitate, aliq̃n in parvitatem ex magnitudine. Si militer aũt, & cum multus aer existens, in minori fit mole, & ex minori maior, potẽtia cum sit, fit materia vtraque.

k Sicut.n.ex frigido fit calidũ, & ex calido frigidũ: quia eadẽ est, quæ erat potentia, sic ex calido magis calidũ, nullo facto in materia calido, quod non esset calidum, qñ erat minus calidum. Sicut quidem nec maioris circuli circulatio & conuexitas, si fiat minoris circuli, eadem cum sit, aut alia, in nullo alio factus est ambitus. qd̃ non esset ambitus, sed rectũ. non.n. deficiẽdo minus, aut maius est. neque .n. scintillę est accipere aliquam magnitudinẽ, in qua nõ & caliditas, & albedo insit. Sic igitur & prior calor posteriori, quare & magnitudo, & paruitas sensibilis corporis nõ accipiente aliquid materia extenditur, sed quia potentia est materia vtriusque. Itaque idẽ est densum & rarum, & vna materia ipsorum.

Tex.cõ.85. l Est autem densum quidẽ grave, rarum autem leue. Amplius sicut circuli circulatio conducta in minus non aliud accipit concauum; sed quod erat conductum est, sic & ignis, quodcunque aliquis accipiat, omne calidum est. sic & omne conductione & distensione eiusdem materiei. Duo .n. sunt ab vtroque denso & raro. Graue .n. & durum densa videntur esse. &

materia recipit minores dimensiones. & sic, si accipiantur diversa corpora æqualis quantitatis, vnum rarum, & aliud densũ, densum habet plus de materia. Dictum est autem supra in tractatu de loco, q̃ corpus contentum comparatur ad continens, sicut materia ad formam: & sic graue, quod tendit nersus mediũ contentum, rationabiliter est magis densum habens plus de materia. Sicut ergo circunferentia circuli maioris reducta ad minorem circulum non recipit concauitatem in aliqua sui parte, in qua non erat prius, sed quod prius erat concauum reducitur ad maiorem concauitatem, & sicut quæcũque pars ignis, quam qs recepcrit, est calida, ita & totũ corpus sit rarum, & densum con-

Lec.8.t.48.

ductione,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ductione,id est contractione, & distensione vnius, & eiusdem materiæ, secundum quòd mouetur ad maiorem, vel minorem dimensionem. Et hoc patet per hæc, quę sequuntur ex raro & denso, quæ sunt qualitates. nam ad densum sequitur graue & durum. & de graui quidem ratio assignata est: de duro autem ratio manifesta est, qa durum dicitur, quod magis resistit pulsui, vel diuisioni. qd autẽ habet plus de materia, minus est diuisibile, quia minus obedit agenti, propter hoc quòd est magis remotum ab actu. Ecõuerso autem ad rarũ sequitur leue & molle. Sed graue & durũ in aliquib⁹ dissonat, sicut in ferro & plũbo. nam plumbum est grauius, sed ferrũ est durius. Et huius ratio est, quia plumbũ habet plus de terrestri: sed id, quod est aque in eo, est imperfectius congelatum, & digestum. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.86.

Tex.cõ.87.

m ¶ Cõcludit principale propositũ. & dicit manifestum esse ex dictis, quòd nõ est vacuum aliquod spatium separatum, neq; simpliciter est extra corpus existẽs, neque existens in raro, secundum aliqua

Tex.cõ.88.

foramina vacua neq; etiam existens est in potentia in corpore raro, secũdum illos, qui non ponebãt vacuum, quod est i corporibus, separatum a pleno. Sic sic nullo modo est vacuum, nisi aliquis velit penitus vocare vacuum materiam, quæ quodam modo est causa grauitatis & leuitatis, & sic est causa motus secundum locum. Densum enim & rarum,

Tex.cõ.89.

sunt causa motus secundum contrarietatem grauis & leuis: sed secundum cõtrarietatem duri & molli, sunt causa passibilis & impassibile. nã molle est id, quod facile patitur diuisionem: durum autem econtra, ut dictũ est, sed hoc nõ pertinet ad loci mutationem: sed magis ad alterationem. Et sic concludit determinatum esse de vacuo, quomodo sit, & qũo non sit.

LECTIO XV.

Ostquam determinauit de loco, & vacuo, nunc determinat de tempore. Et primo, dicit de quo est intentio & quo ordine procedendum sit. Secundo, prosequitur propositum, ibi. ¶ Quod quidẽ igitur. ¶ Dicit ergo primo, quòd consequens est ad prædicta aggredi de tempore, in quo designat difficultatem considerationis. Et sicut de præmissis, ita & de tempore, primo oportet opponendo procedere per rationes extraneas. ¶ id est ab aliis positas, vel sophisticas, vtrum scilicet sit tempus vel non: & si est, quæ est natura eius. Secundo ibi.

Tex.cõ.90.

Tex.cõ.91.

Tex.cõ.92.

Tex.cõ.93.

Tex.cõ.94.

Lec.1.t.c.1

Tex.cõ.95.

Tertia pte 93.tex.

Lec.15.tex. com.90

contraria, rara, leue & molle. Dissonat autem graue & durum in plumbo & ferro.

m Ex dictis igitur manifestũ est, q̃ neq; disgregatũ ẽ vacuũ, neq; simpliciter, neq; ī raro, neq; potẽtia: nisi aliqs velit penit⁹ vocare vacuũ cãm loci mutatiõis. Sic aũt qua grauis est, aut leuis materia, q̃ hmõi erit vacuũ. Densum. n. & rarũ sm hãc contrarietatem motus actiua sunt: sm aũt durũ & molle, passionis. & non passionis receptiua, & non loci mutationis, sed alteratiõis magis. Et de vacuo quidẽ quomodo est, & qũo nõ est, determinatũ sit hoc modo.

LECTIO XV.

Onsequens autem dictis est aggredi de tẽpore. Primũ aũt bene sehabet opponere de ipso, & p extrancas rationes, vtrum sit eorum, quæ sunt, aut nõ entiũ: postea, quæ natura ipsius.

b Quod quidem igitur omnino nõ sit, aut vix & obscure, ex his aliquis vtiq; cõcipier. Hoc quidem. n. ipsius prius factum est, & nõ est: aliud vero futurũ, & nondũ est. Ex his aũt, & infinitum, & semper acceptum tẽpus componitur. Ex his aũt q̃ non sunt, compositum impossibile esse videtur participare aliquam substantiam.

c Adhuc autem omnis rei diuisibilis siquidem sit necesse est cũ est, aut omnes, aut quasdam partes esse. Temporis autem aliæ factę, alię vero futuræ sunt: est autem nihil cum sit diuisibile. Ipsum autem nunc non est pars. mensurat enim pars, & componi oportet totũ ex partibus. Tempus autem nõ videtur componi ex ipsis nũc.

d Amplius autem ipsum nunc quod videtur distinguere preteritum & futurum. vtrum vnũ

LECTIO XV.

Ost hæc autem consequens est de tempore tractare. Atque primo quidem dubitandum est de ipso, & per rationes exteras, si sit in ratione rerum, nec ne: deinde contemplandum est, quæ nam sit ipsius tandem natura.

Ex his itaque tempus non esse penitus, aut vix esse, aut exigue, qui spiam suspicabitur. Nam aliud ipsius fuit, atque non est: aliud est futurum, & nondum est. Ex bisce autem constat, & infinitum, & quod semper accipitur tempus. At hoc in ratione rerum esse, quæ non sunt, constat, impossibile esse uidetur.

Præterea partibilis omnis rei, si sit necesse est cum est, aut omnes partes, aut nonnullas esse. at temporis, quod quidem esse partibile constat: aliæ partes transactæ, aliæ futuræ sunt, nullaque penitus adest. Ipsum autem nunc partem non esse constat: pars nanque metitur, at ipsum nunc non metitur. Ex partibus præterea constet totum oportet: at tempus ex ipsis nunc non uidetur constare.

Insuper ipsum nunc, quod præteritum distinguere futurumque uidetur, utrum unum idemque semper

rii non mensuransipsum, sed quia ex ipso & binario componitur senarius: tempus autem non componitur ex ipsis nunc, vt infra probabitur: tps igitur non est aliquid. Deinde cũdicit. d ¶ Inquirit vtrum sit idem nunc in toto tempore. & circa hoc tria facit. Primo, mouet quæstionem. Secundo, obiicit ad vnam partem, ibi. ¶ Siquidem enim nunc. ¶ Tertio ad alteram ibi. ¶ At vero neque nunc. ¶ Dicit ergo primo, quòd nõ est facile scire, vtrũ nunc, quod videtur distinguere inter præteritum, & futurum, semper maneat idem in toto tempore, an sit aliud, & aliud. Secundo ibi.

e ¶ Ostendit quòd non sit aliud, & aliud nunc, tali ratione. Dum partes temporis, quæ sunt aliæ ab inuicẽ, nõ possunt simul esse, nisi vna cõtineat aliã, sicut magis tempus continet minus, vt annus mẽsem, mensis diem, (simul .n. est & dies. & mensis, & annus) sed vnũ nũc, cum indiuisibile sit, non cõtinet alterum. Si ergo est accipere in tempore duo nunc: necesse est, quòd illud nunc, quod prius fuit, & modo non est aliquando corrumpatur, & quòd nunquã duo nunc sint simul. Omne autem corruptum, necesse est in aliquo nunc corrumpi. Nõ autem potest dici, quòd prius nũc sit corruptum in ipso nunc priori: quia tunc erat ipsum nũc, & nihil corrumpitur dũ est. Similiter etiã nõ potest dici, quòd prius nunc corrumpatur in posteriori: quia impossibile est sic se habere duo nũc adinuicẽ, quòd sint habita, idest immediate consequentia se: sicut etiã impossibile est de duob⁹ punctis, & hoc nunc suppona tur: quia in Sexto p habitur. Sic igitur in ter qlibet duo nunc, sunt infinita nunc. si ergo prius nunc corrumpatur in aliquo posteriori nunc, sequitur q̃ illud nunc, quod est ante, simul sit cum omnib⁹ aliis nunc intermediis, q̃ est impossibile, vt dictum est. Impossibile est igitur esse aliud & aliud nunc. Tertio ibi.

f ¶ Ostendit quòd nõ possit esse vnũ & idẽ nunc, duabus rationibus. Quarũ prima talis est. Nullius diuisibilis finiti potest esse vnus terminus tantũ, neque si sit continuum secundum vnã dimensionem, vt linea, neque si secundum plures, vt superficies, & corpus. nam vnius lineę finitæ, termini sunt duo puncta: & superficiei plures lineæ, & corporis plures superficies. sed ipsum nunc est terminus temporis. cùm igitur sit accipere aliquod tempus finitum, necesse est

& idem semper permaneat, an aliud & aliud, nõ facile ẽ scire.

e Siquidem. n. nunc semper alterum & alterum: nulla aũt est earum quæ sunt in tẽpore, alia & alia pars simul est, quę nõ cõtinet, alia vero contineatur, sicut minus tempus est sub maiore: ipsum aut nunc. quod nõ est prius aũt fuit, necesse est corruptum esse aliquando: quia ipsa quidem nunc simul adinuicem non erunt. corruptum autẽ esse necesse est prius. In eodem quidem igitur corruptum esse impossibile est: pp hoc, q̃ tunc est. in alio autem nunc, corrumpi ipsum prius nũc. non cõtingit. Sic. n. impossibile est habita esse inuicem ipsa nunc, ut punctũ cum pũcto. Si igitur in eo quod consequenter est non corrũpitur. sed in alio, in mediis nunc, quę sunt infinita, simul erit. hoc autem impossibile est.

f At vero neque nunc semper manere idem posibile est. Nullius. n. diuisibilis finiti, vn⁹ terminus est, nec si in vno sit continuum, nec si in plura. Ipsum autem nunc terminus est, & tempus est accipere finitum.

g Amplius. si simul esse secundum tempus, & nec prius, nec posterius, in eodem esse, & in ipso nunc est, simul sunt, quæ in annum sunt millesimum, his quæ sunt hodie, nec prius, nec posterius nihil aliud alio. De his quidẽ igitur quæ insunt ipsi, tot opposita sint.

LECTIO XVI.

Vid autem tempus, & quę ipsius natura. similiter & ex traditis immanifestum est, & ex quibus attingim⁹ aduenientes prius. Quidam enim totius quidẽ motum dicunt. Alii aũt ipsam sphærã.

b Quãmuis circulationis pars tempus quoddam est, circulatio autẽ non est. Pars enim circulationis est, quę accipitur, sed non circulatio.

c Amplius autem si plures essent cæli, similiter esset tempus

pouere plura nunc. Secundam rationem ponit ibi.

g ¶ Illa dicuntur esse simul secũdum tempus, & nec prius nec posterius, quæ sunt in eodem nunc: si ergo est idem nunc permanens in toto tempore, sequitur quòd illa, quæ fuerunt ante mille annos, sint simul cum his, quæ sunt hodie. Vltimo autẽ epilogando concludit, tot esse opposita de ipsis nunc, quæ sunt in tempore.

LECTIO XVI.

Ostquam inquisiuit an tẽpus sit, hic disputatiue inquirit quid sit. Et primo, improbat positiones aliorum. Secũdo, inquirit, quomodo se habet tempus ad motum, qui tempori propinquissim⁹ videtur, ibi. ¶ Quo niam autem videtur maxime. Circa primum, duo facit. Primo, ponit opiniones. Secundo, improbat eas, ibi. ¶ Quamus circulationis. ¶ Dicit ergo primo, quod quid sit tempus, & quid sit natura eius, non potest esse manifestum ex his, quę tradita erant de tempore ab antiquioribus, neque p aliqua, quibus attingi possit quid ipsi circa hoc determinauerint. quidam enim dixerunt, quòd tempus est motus cæli. quidam vero, quòd est ipsa sphæra cælestis. Secundo ibi.

b ¶ Improbat positas opiniones. & primo primam. Secundo, secundam, ibi. ¶ Totius autem sphæræ. ¶ Circa primum, ponit duas rationes, Quarum prima talis est. Si circulatio est tempus, oportet, quòd pars circulationis, sit circulatio: qa pars temporis tempus est; sed pars circulationis nõ est circulatio ergo tempus non est circulatio. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Quæ talis est. Motus multiplicatur secundum multitudinem mobilium, si ergo plures essent cæli, plures essent circulationes eorum. & sic, si circulatio sit tempus, sequeretur, quod essent multa tempora simul, quod est impossibile. non

permaneat, an aliud sit, atque aliud, non discerni facile potest.

Nam si sit aliud, atque aliud semper, cum plures partes temporis, nullæ simul, nisi altera contineatur ab altera perinde minus a maiore tempore continetur, atque id, quod nunc quidem non est, antea uero fuit, necesse sit aliquando esse corruptum, ipsa nunc profecto simul non erunt. prius autem semper corruptum esse necesse est. In seipso igitur corruptum esse non potest, propterea quod tunc est, in alio uero nunc, fieri non potest ut sit corruptum. Sit enim hoc impossibile, ipsa nunc sibi hærere, ut punctis punctum. Si igitur non in eo quod est, deinceps corruptum est. sed in alio. in ipsis profecto nunc mediis simul erit, quæ quidem sunt infinita. at fieri nequit.

At uero, neque idem semper permanere potest. Nullius enim diuisibilis finiti finis est unus: siue ad unũ, siue ad plura continuum sit. At ipsum nunc finis est, tempusque sumi finitum potest.

Præterea, cum simul esse tpe, & neq; prius, neq; posterius nihil aliud sit, quam in eodem nunc esse, si priora posterioraue in hoc nunc sunt, ea profecto, quæ ante centies cẽtenos annos uti facta, simul cũ his erũt, quæ hodie no die cõficientur, et neque prius quicquam alio, neque posterius erit. De his igitur, quæ insunt ipsi, tot sint dubitata.

LECTIO XVI.

Sed quidnam sit tempus, & quæ sit ipsius natura, similiter est obscurum, & ex his, quæ a maioribus nostris tradita sunt, & ex his quæ nuper a nobis sunt dicta. Quidam enim uniuersi motum, quidam sphæram ipsam tempus esse dixerunt. quod neutrum uerum est.

Etenim conuersionis pars, tempus est quoddam: Conuersio uero non est. Pars enim conuersionis est id, quod sumptum est, non conuersio.

Præterea, si plures essent cæli, motus uniuscuiusque similiter tempus

enim est accipere duas partes temporis simul, nisi vna contineat aliam, vt supra dictum est. Mouebantur tamen hi ad ponendum

Universidad de Deusto Biblioteca

endum tempus esse circulationem, quia videbant tempora circulo quodam reiterari. Deinde cum dicit.

d Excludit secundam opinionem, & dicit. Quibusdam visum fuit, q̃ sphæra cœli esset tempus, per hoc q̃ omnia sunt in tpe, & extra oia sunt in sphæra totius, quia cœlũ cõtinet omnia. vnde concludere volebat, q̃ sphæra cœli esset tẽpus. In qua quidem ratione duplex erat defectus, quia non vniuoce dicebat esse aliquid i tempore, & in loco. Secundo, quia argumentabatur in secunda figura ex duabus affirmatiuis. Et ideo dicit quòd ista positio est magis stulta quã consideranti impossibilia, quæ ad ipsam consequuntur. Manifestũ est.n. q̃ omnes partes sphæræ sunt simul: nõ autem temporis. Deinde cum dicit.

e ¶ Inquirit quomodo se habet tempus ad motum. Et primo ostendit quòd tempus non est motus, secundo quòd non est sine motu ibi. ¶ At vero neque sine motu, &c.} Circa primũ ponit duas rationes ad ostendendũ quòd tempus nõ sit motus aut mutatio q̃d possit maxime videri, Primo, quia oĩs motus & mutatio vel est solum in ipso transmutato, vel etiam in loco ubi est transmutatum, & transmutans, quorum primũ dicitur propter motũ in substantia, & qualitate, & quantitate: secundum autem dicitur propter motũ in vbi, qui dicitur motus in loco. sed tempus est vbiq; & apud omnia: ergo tempus non est motus. Secunda ratione ponit ibi.

f ¶ Quæ talis ẽ. Omnis mutatio & motus est velox aut tardus: sed tempus nõ est huiusmodi: ergo tempus non est motus vel mutatio. Media sic probat. Tardum & velox determinãtur ex tẽpore, quia velox dicitur q̃ mouetur p̃ multum spacium in pauco tẽpore: tardum autem quod è contrario per paucum spacium in multo tpe, sed tẽp̃ non determinat tpe neq; secundũ suam quantitatem, neque secundum qualitatẽ: quia idẽ non est mẽsura suiipsius. ergo tempus non est velox, neque tardum. Et quia proposuerat, quòd mutatio est velox, aut tarda, non facta mentione de motu, subiungit, q̃ quantum ad præsens, non differt dicere motum, aut mutationem in Quinto. n. ostenditur eorum differentia. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit, quòd tempus non est sine motu: quia quando homines non mutantur secundum suam apprehẽsionem, aut, si mutãtur, tamen latet eos, tunc non videtur eis, q̃ pertranseat aliquod tempus. Sicut patet in iis, qui in Sardo, quæ est ciuitas Asiæ, dicuntur fabulose dormire apud Heroas, id est apud Deos. Animas enim bonorum, & magnorum Heroas vocabant, & quasi Deos vocabant, vt Herculis, Bacchi & similiũ. Per incantationes.n. aliquas aliqui insensibiles reddebantur, quos dicebant dormire apud Heroas: quia excitati quædã miracula se vidisse dicebant, & futura quædam prænunciabant. Tales autem redeuntes non percipiebant tempus, quod præterierat, dum ipsi sic ablorpti erant, quia illud instans primũ, in quo dormire cæperant, copulabant posteriori nunc, in quo excitabantur, ac si essent vnum. medium enim tempus non percipiebant. Sicut igitur, si non esset aliud, & aliud nunc, sed idem, & vnum, non esset tempus medium, sic & quando latet diuersitas duorum nunc, non videtur tempus esse medium. Si ergo tunc accidit non opinari tempus, cum non percipimus aliquam mutationem, sed homini videtur, quòd sit in vno indiuisibili nunc: tunc autẽ percipimus fieri tempus, quando sentimus, & determinamus, id est numerãmus motum, aut mutationem. manifestũ sequitur, quòd tempus non sit sine motu, neque sine mutatione. Vltimo ergo concludit, q̃ tempus non sic motus, nec sit sine motu.

Tex.cõ.94. Tex.cõ.95. Tex.cõ.96. Tex.cõ.97. Tex.cõ.98.

cuiuslibet ipsorũ motus. Quare multa tempora simul.

d Totius autem sphæra visa est quidem dicentib' esse tempus: quia in tempore omnia sunt, & in totius sphæra. Est autem stultius quod dicitur, q̃ quod & de hoc impossibilia considerare.

e Qm̃ aũt videtur maxime motus esse & mutatio quædã tempus, hoc cõsiderãdũ est. Vniuscuiusque quidem igitur mutatio, & motus in ipso quod mouetur est solum, aut vbi fortasse est ipsum, qđ mouetur, & transmutatur. Tempus autem simili ter. & vbique, & apud oia est.

f Amplius autem mutatio quidẽ oĩs velocior, aut tardior est. tempus aũt non est tardum. n. & velox tempore determinantur. Velox quidẽ quod in pauco multum mouetur Tardum autem quòd in multo paucum. tempus autem non determinatur tempore. neque quo quantum aliquid est. neq; quo quale. Quòd quidẽ igitur nõ est motus, manifestum est. Nihil autem differat nobis dicere in p̃senti motũ, aut mutationẽ.

g At vero, neque sine motu tẽpus est. Cum.n. nihil ipsi mutamur sm̃ intelligentiam, aut latet nos mutari, non videtur nobis fieri tẽpus, ficut neque his, qui in Sardo fabulantur dormire apud Heroas, cum expergiscuntur. Copulant.n. primum nunc posteriori nunc, & vnum faciunt remouẽtes propter in sensibilitatem mediũ. Vt igitur si non esset alterum nunc, sed idem, & vnum non esset temp', sic & quando latet alterum esse non videtur qđ mediũ est esse tẽpus. Si igitur opinari non esse tps, tunc accidit nobis, cum nõ definimus nec vnam mutationem. sed in vno indiuisibili videtur anima manere cum autẽ sentimus & determinam', tũc dicimus fieri tempus. manifestũ est, quód non est sine motu neq; mutatione tempus. Quód igitur neque motus, neque sine motu tempus est, manifestum est.

esset. Quare plura tempora simul essent.

Sphæram autem uniuersi, quidam ideo tempus esse putauerunt, quia & in tempore, & uniuersi sphæra sunt cuncta. Sed hoc adeo stultum est ut supervacaneũ sit ea impossibilia, quæ sequuntur considerare.

Cum uero motus quidam, atque mutatio quædam tempus esse maxime uideatur, id si sit consideremus oportet. Mutatio igitur motusue in ipso est, quod mutatur, duntaxat, aut ubi id est, quod mouetur, atque mutatur. At tempus ubique est æquè, & apud omnia.

Præterea, mutatio quidem omnis celerior est, atque tardior. at tempus non est. tardum enim & uelox tempore est definitum. Nam id quidem est uelox, quod in breui tempore magnum: id autem tardum, quod in longo parnum spacium transit. At tempus, nec ut quantum quid est, nec ut quale, tempore definitur. Tempus igitur non esse motum satis iam patuit. At nihil impræsentiarum interest uero nomine, motu an mutatione utamur.

At uero non sine mutatione tempus esse uidetur. nam, cum ipsi nihil mente mutamur, aut non animaduertimus nos esse mutatos, non uidetur nobis tempus fuisse. Quemadmodum nec hisce, quod ferunt in Sardo apud Heroas dormire, cum fuerint expergefacti. Comungunt enim nunc ipsa, prius, inquam, atque posterius, unumque faciunt: medium ob sensus occupationem, tempus excipientes. Vt igitur si non aliud atque aliud, sed unum idemque nunc esset, tempus sane non esset. sic & cũ latet aliud, atq; aliud esse, medium ipsum non esse tempus uidetur. Quod si tunc sit, ut tempus esse non arbitremur, cum nullam definimus mutationem, sed in uno, atque indiuisibili anima manere uidetur: cum uero senserimus, definierimus q; mutationem tunc tempus fuisse dicimus, patet profecto sine motu, mutationeue tempus non esse. Quæ, cum ita sint, patet, tempus nec motum esse, nec esse etiam absque motu.

LECTIO XVII.

Tex.c.130. Tex.c.114. Tex.c.103. Tex.c.108. Tex.cõ.99. Tex.c.102. Tex.cõ.99. Scda 101. Infra.

Postquam Philosophus disputatiue inquisiuit de tẽpore, hic incipit determinare veritatem. Et primo determinat veritatem de tempore. Secundo, mouet quasdam dubitatiões circa veritatem determinatam, & soluit eas, ibi. { Dignum autem.} Circa primum, duo facit. Primo determinat de tempore secundum se. Secundo per comparationem ad ea, quæ tempore mẽsurãt ibi. { Quoniam autem est tempus, &c.} Circa primum, tria facit. Primo manifestat, quid sit tempus. Secundo, quid sit nunc temporis, ibi. { Et sicut motus semper, &c.} Tertio ex definitiõe motus assignata assignat rationes eorum, quæ dicuntur de tempore, ibi. { Quòd quidẽ igitur tempus, &c.} Circa primum, duo facit. Primo ponit temporis definitionem. Secundo, manifestat eam, ibi. { Signum autem.} Prima pars diuiditur in tres particulas, secundum tres partes definitionis temporis, quas inuestigat. Secunda pars incipit, { Quoniam autem quod mouetur, &c.} Tertia, ibi. { Determinamus autem, &c.} Primo ergo inuestigat hãc particulam, quòd tempus est aliquid motus. vnde dicit, q̃ quia inquirimus quid sit tempus, hinc incipiendũ est, vt accipiamus quid motus sit tempus. Et q̃ tẽpus sit aliquid motus, per hoc manifestum est, quòd simul sentimus motum & tempus. Contingit enim quandoque quòd percipimus fluxum temporis, quãmuis nullum motum particularem sensibilem sentiamus. vtpote, si simus in tenebris, & sic visu non sentimus motum alicuius corporis exterioris. & si nos non patiamur aliquam alterationem in corporibus nostris ab aliquo exteriori agente, nullum motum corporis sentiemus, & tamen, si fiet aliquis motus in anima nostra, puta secundum successionẽ cogitationum, & imaginationum, subito videtur nobis, quòd fiat aliquod tempus. & sic percipiendo quemcunque motum p̃cipimus tempus. & similiter econtra, cum percipimus tempus, simul percipimus motum. vnde, cum non sit ipse motus, vt probatum est, relinquitur, quòd sit aliquid motus. Habet autem dubitationem quod hic dicitur de perceptione temporis & motus. si enim tempus consequatur aliquem motum sensibilem extra animam existentem, sequitur, q̃ qui non sentit illum motum non sentiat tempus, cuius contrarium hic dicitur. si autem consequatur motum animæ, sequitur, quòd res non comparẽtur ad tempus nisi mediãte anima, & sic tempus erit non res naturæ, sed intentio animę ad modum intentionis generis & speciei. Si autem consequatur vniuersaliter omnem motum: sequitur, q̃ quot sunt motus, tot sint tempora, quod est impossibile: quia duo tempora non sunt simul, vt supra habitum est. Ad huius igitur euidentiam sciendum est, quòd est vnus primus motus, qui est causa omnis alterius motus, vnde quæcunque

Lec.16. t.c. 95. & 96.

sunt in esse transmutabili habent hoc ex illo primo motu, qui est motus primi mobilis. Quicunque autem percipit quencunque motum, siue in rebus sensibilibus existentem siue in anima, percipit esse transmutabile, & per consequens percipit primum motum, quem sequitur tempus. Vnde quicunque percipit quemcumque motum, percipit tempus: licet tẽpus non consequatur nisi vnum primum motum, a quo omnes alii causantur, & mensurantur. & sic remanet tantum vnum tempus. Secundo ibi.

b ¶ Inuestigat secundam particulam positam in definitione temporis. Supposito enim, quòd tempus sit aliquid motus, consequens, scilicet ipsum, restat inuestigandum, secundum quid tempus cõsequatur motum, quia secundum prius & posterius. Circa hoc ergo, tria facit. Primo ostendit, quomodo in motu inueniatur prius & posterius. Secundo, quomodo prius & posterius se habeat ad motum, ibi. { Est autem prius & posterius.} Tertio, quòd tempus sequitur motum secundum prius & posterius, ibi. { At vero & tempus.} Circa primum, duo facit. Primo, ostendit, quòd continuitas est in tempore ex motu & magnitudine. Secundo, quòd etiam prius & posterius, ibi. { Prius autem & posterius.} Dicit ergo primo, quòd omne, quod mouetur, mouetur ex quodam in quid

Tertia 99. Tex.100. Infra.

LECTIO XVII.

Accipiendũ autem, quoniam quærimus quid sit tempus, hinc incipientibus, quidnam ipsius motus est. simul enim motum sentimus & tempus. Et nanque si sint tenebræ, & nihil per corp' patiamur: motus autẽ aliquis in anima fiat, subito simul videtur fieri quodammodo temp'. At vero, & cum tẽpus videtur fuisse aliquod, simul & motus aliquis fuisse videtur. Quare, aut motus, aut aliquid motus est tempus: quoniam autem nõ est motus, necesse est motus alicuius esse ipsum.

b Quoniam autem quod mouetur, mouetur ex quodam in quiddam, & omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinẽ motus. Propter id enim, quòd magnitudo continua est, & motus continuus erit: quia vero motus, & tempus. Quantus enim motus est, tantum & tempus videtur fieri.

c Prius autem & posterius in loco primum sunt. hęc aũt positione sunt determinata. Qm̃ aũt in magnitudine pri' & posterius est, necesse est in motu prius & posterius esse proportionaliter iis, q̃ sunt ibi. At vero & ĩ tpe est prius & posterius propter id, quia sequitur semper alterum alterum ipsorum,

b ¶ Distinguit motum p se a motu per accidens ex parte mouentis, & dicit quòd similiter prædicta distinctio, quæ posita est ex parte mobilis, attendi potest ex ipso mouente. Tripliciter enim dicitur aliquid mouere. Vno mõ per accidẽs, sicut musicꝰ ædificat. Alio modo, secundum partem, inquantum aliqua pars eiꝰ mouet, sicut, homo dicitur percutere, quia manus eius percutit. Tertio modo, dicitur aliqd mouere primo & per se, sicut Medicus sanat. Tertio ibi.

c ¶ Procedit ad distinguẽdum motum eodem modo ex parte termini. Et primo p̃mittit quędã præambula. Secundo ponit diuisionem ibi. {Est autẽ & in illis.} Circa primũ tria facit. Primo ponit quot requirantur ad motum. Secundo cõparat ea adinuicem ibi. {Alterum enim est quod.} Tertio solui tquandam dubitationem ibi. {Quod quidem igitur.} Dicit ergo primo, quòd ad motum requirũtur quinque. Primo, requiritur primum mouens, a quo, scilicet, est principium motus, secũdo, requiritur mobile, quod mouetur. Tertio, tẽpus in quo est motꝰ, & præter ista tria requirũt duo termini, vnus. s. ex quo incipit motus, & alius, in quem motus procedit. omnis enim motus est a quodã, in quiddam. Secũdo ibi.

d ¶ Comparat præmissa adinuice. Et primo mobile ad duos terminos motus. Secundo duos terminos motꝰ adinuicem ibi. {Magis autem in quod}. Dicit ergo primo, quòd id quod primo, & per se mouetur alterum est a termino in quẽ tendit motus, & a termino a quo motus incipit. Sicut patet in istis tribus, lignum, calidum, & frigidum. In motu enim calefactionis lignum quidem est subiectum mobile, aliud vero, scilicet, calidum est terminus ad quem, aliud autem, scilicet frigidum, est terminus a quo. Dicit autem id quod primum mouetur esse alterum ab vtroque termino, quia nihil prohibet illud quod mouetur per accidens, esse alterum terminorum: subiectum enim vt li-

Similis est, & in eo quod mouet diuisio. Aliud enim per accidens mouet. Aliud parte, quia ipsius aliquid mouet. Aliud per se primo, ut Medicus quidem sanat, manus autem percutit.

Cum autem sit quippiam, quod primo mouet, & quippiam quod mouetur, & tempus in quo: & præter hæc id, ex quo, & id ad quod (omnis nanque motus ex quopiam in quippiam est.)

Aliud est enim id, quod primo mouetur, & id in quod, atque ex quo mouetur. ueluti lignum, & calidum, atque frigidum: quorum aliud est quod, aliud ad quod, aliud ex

Lec.12.tex. tom. 61. vt lignum, est quod calefit per seipriuatio vero & contrarium, vt frigidum, est quod calefit per accidens, vt in primo dictum est. Quòd autem mobile sit alterum ab vtroque termino, consequenter probat per hoc, quòd motus est in subiecto, sicut in ligno: non autem est in altero terminorum, neque in specie albi, neque in specie

Tex.cõ.4. nigri. Et hoc patet p hoc, q̃ illud, in quo est motus, mouetur: terminus autem motus, neque mouet, neque mouetur: siue terminus motus sit species, ideſt, qualitas, vt in alteratiõe: siue sit locus, vt in motu localitis, siue quantum, vt in motu augmẽti, & decrementi. sed mouẽs mouet subiectũ {quod mouetur}, ideſt in terminũ ad quẽ. Quia ergo motus est i subiecto, quod motus est, non autem in termino: manifestũ est q̃ subiectũ mobile ẽ aliud a termino motus. Tertio ibi.

e ¶ Cõparat vtrunque terminorum adinuicẽ, & dicit, quòd mutatio magis denominat a termino ad quem, quàm a termino a quo: sicut corruptio dicitur mutatio in non esse, quàmuis id quod corrumpitur mutetur ex esse: contrario generatio est mutatio in esse, quãuis incipiat a nõ esse. Nomen autem generationis ad esse pertinet, corruptionis vero ad non esse. Huiusmodi autem ratio est, quia p mutationẽ aufertur terminus a quo, & acquiritur terminꝰ ad quẽ. vnde motus videtur repugnare termino a quo, & cõuenientiam habere cũ termino ad quem, & propter hoc ab eo denominatur. Deinde cum dicit.

Lect.3.tex. cum.6. f ¶ Soluit quãdam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo præmittit duo, quæ ex præmissis sũt manifesta, quorum primum est, quod in tertio dictũ est, quid sit motus. Secundum est, quod i precedentibus immediate dictum est, quòd {species} ideſt qualitas, & {locus} & quæcunque {passione} ideſt passibiles qualitates, quæ sunt termini motus, non mouentur, cum in eis non sit motus, vt dictum est. vt patet in scientia, quæ est quædam species, & calore, qui est quædam passio, vel passibilis qualitas. Secundo ibi.

g ¶ Ponit tertium, de quo est dubitatio, & dicit, quòd aliquis dubitare potest, vtrum {passiones} ideſt passibiles qualitates, vt calor, & frigus, & albedo & nigredo, ex quo non mouentur, sint quidam motus. Tertio ibi.

e ¶ Ducit ad inconueniens, si hoc ponatur. Cum enim al-

aliud vero in quod, aliud ex quo. Motus aũtem manifestũ, q̃ in ligno, non in specie est. neque. n. mouet, neq; mouet species, aut locus, aut quãtũ hoc. Sed est mouens. & quod mouetur, & in quod mouetur.

e Magis autem ab eo in quod, quàm ex quo mouetur, denominatur mutatio. Vnde corruptio in non esse, mutatio est, quàmuis ex esse mutetur, quod corrumpitur. Et generatio in esse, quãmuis ex non esse.

f Quid quidem igitur motus sit, dictum est prius. Species autem, & locꝰ, & passiones, in quę mouent quę mouẽtur, immobilia sunt, vt scientia, & calor.

g Et dubitabit aliquis, si passiones motus sunt, albedo autem passio est.

h Erit enim ad motum mutatio. Et fortasis non est albedo motus: sed albatio.

i Est autem & in illis, & quod est secundum accidẽs, & quod est secundum partem, & secundum aliud, & quod primo est. & non secũdum aliud. Vt quod fit album, in id quod intelligitur, mutatur secundum accidens: colori enim accidit intelligi. In colorem autem, quia pars album coloris est, & in Europã, quia pars Europæ Athenæ sunt. In album autem colorem per se.

k Quomodo igitur per se mouetur, & quomodo secundum accidens, & quomodo secundum aliud aliquid, & quomodo ipsum primum in mouẽte, & in eo quod mouetur, manifestum est, & quòd motus non in specie: sed i eo quod mouetur, & mobili secundum actum est.

Mutatio nanque magis ab eo, ad quod est, quàm ab eo ex quo est, nuncupatur. Qua propter corruptio mutatio est ad id quod non est, & si id quod corrũpitur, ex ente mutatur. Et generatio ad ens est mutatio, & si id, quod generatur ex nõ ente mutatur.

Quid igitur est motus, prius est dictum. Forma autem, & affectus, & locus. ad quæ mouentur ea, quæ subeunt motum, immobilia sunt, ueluti scientia, & caliditas.

Dubitauerit tamen quispiam, si affectus sunt motus: albedo autem, est affectus.

Ad motum enim erit mutatio. At fortasse non albedo est motus, sed de albatio.

Est autem & in illis id, quod est per accidens, & id quod est per partem, atque per aliud: & id etiam quod primo, & non per aliud est. Id enim, quod dealbatur, ad id quidem quod intelligitur, mutatur per accidens: colori enim accidit, ut intelligatur. Ad colorem autem, quia album pars est coloris: & in Europam, quia Athenæ pars sunt Europæ. Ad colorem autem album per se.

Patet igitur, quomodo per se quippiam mouetur, & per accidens, ac per aliud: & quomodo idem primum est in mouente, & in subeunte motum: & motum non in forma, sed in eo quod mouetur, in ipsoque mobili actu.

k ¶ Epilogat quod dixerat, & dicit, q̃ manifestum est, quomodo aliquid per se mouetur, & quomodo secũdum accidens, {& quomodo secundum aliquid aliud} ideſt, secundum partem. Et iterum, quomodo hoc, quod dico primo, & per se, inuenitur tam in mouente quàm in mobili. Dictum est enim, quid est mouens primo, & per se, & quid est quod mouetur primo, & per se. Et iterum dictum est, quòd motus non est in specie, ideſt, in qualitate, quæ est terminus motus: sed est in eo quod mouetur, sine in mobili, secundum actum, quod idem est. Deinde cum dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Infra.

1 ¶ Ostendit de quo motu sit agendum. Et primo ostendit propositum: secundo manifestat quoddam quod dixerat, ibi {Ex medio autem.} Dicit ergo primo, quòd mutatio, quæ est per accidens, dimittenda est: siue per accidens accipiatur ex parte mouentis, siue ex parte mobilis, siue ex parte termini. Et hoc ideo, quia motus per accidens est indeterminatus: est enim in omnibus, sicut in terminis, & in omni tempore, & omnium subiectorum vel mouentium: quia vnius infinita possunt accidere. Sed mutatio, q̃ nõ est ẽm accidens, non est in omnibus: sed est tantum in cõtrarijs & medijs: quãtum ad motum qui ẽ in qualitate, quantitate, & vbi {& in contradictione} quantũ ad generationem, & corruptionem: quorum termini sunt esse & non esse: & hoc patet p inductionẽ. Sub arte autem non cadunt nisi ea q̃ sunt determinata: nam in infinitorũ non est ars.

Tex. cõ. 6.

Tex. cõ. 7.

Secundo ibi,

m ¶ Manifestat qđ dixerat. s. q̃ motus sit i mediis: dicit, quòd cõtingit mutari ex medio ad vtrumq; extremorũ & e contrario: inquãtum. s. possumus vti medio vt contrario respectu vtriusq; extremi. Medium. n. in quantum habet conuenientiã cum vtroque extremorum, est quodammodo vtrunque eorũ: & ideo põt dici hoc ad illud, & illud ad hoc: sicut fidicã, q̃ media vox inter grauem & acutam {est grauis ad vltimam} id est per cõparationem ad acutam & {est subtilis} id est acuta per comparationem {ad extremã} id est ad grauem. Et fuscum est nigrum, per comparationem ad album, & e contra.

l Secundũ igitur accidens mutatio dimittatur. i oĩbus enim est, & semper & omnium. Quæ vero non secundũ accidens est, non est in omnibus. sed in contrarijs, & medijs, & in contradictione. Huius autem fides ex inductione est.

m Ex medio autem mutatur. vtrutique enim ipso, sicut quod est contrarium, ad vtrũq;. Et enim quodammodo mediũ, vltima. Vñ & ad hoc, ad illa, & illa ad hoc quodammodo dicuntur, contraria. vt vox media grauis ad vltimam, subtilis ad extremam. Et fuscũ album ad nigrũ & nigrum ad album.

LECTIO II.

2 Postquam Philosophus distinxit motum per se, a motu per accidens, hic dividit mutationem & motum per se in suas species. Vbi considerandum est q̃ Aristo. supra in Tertio, vbi motum definiuit, accepit nomen motus secundum q̃ est commune omnibus speciebus mutationis: & hoc modo accipit hic nomen mutationis: motum autem accipit magis stricte, pro quadam mutationis specie. Dividitur ergo pars ista in partes duas: quia primo dividit mutationem in suas species: quarum vna est motus. In secunda subdividit motum in suas species, ibi {Si igitur prædicamenta} Circa primum duo facit. primo ponit divisionẽ mutationis. Secũdo manifestat partes divisionis. ibi {Ex non subiecto quidem.}

Tex. cõ. 6.

Circa primum tria facit. Primo premittit quædam necessaria ad divisionem mutationis. Secundo concludit ex præmissis mutationis divisionem. ibi {Quare necesse est.} Tertio excludit quandam obiectionem, ibi {Quæ enim est ex non subiecto.} Dicit ergo primo, quòd cum omnis mutatio sit a quodam in quiddam, vt manifestatur ex ipso mutationis nomine, quod denotat aliquid esse post aliud, & aliud esse prius. & aliud posterius, necesse est his suppositis, quòd omne quod mutatur, quatuor modis mutetur. Aut enim vtrumque terminus est affirmatus, & sic dicitur aliquid mutari ex subiecto in subiectum. Aut terminus a quo est affirmatus, & terminus ad quẽ est negatus, & sic dicitur aliquid moueri ex subiecto in non subiectũ. Aut e cõtrario terminus a quo, est negatus, & terminus ad quem affirmatus, & sic dicitur aliquid moueri ex non subiecto in subiectũ. Aut vterque terminus est negatus, & sic dicitur aliquid mutari ex non subiecto in non subiectum. Non enim recipitur hic subiectũ eo modo quo sustinet formam: sed omne id, quod affirmatiue significatur, dicitur hic subiectũ. Secundo ibi.

b ¶ Concludit ex præmissis divisionẽ mutationis: & dicit, quòd necessario ex præmissis sequitur, quòd tres sint mutationis species: quarum vna est ex subiecto in subiectum, sicut cum aliquid mutatur de albo in nigrum. Alia autem est ex subiecto in nõ subiectum: sicut cum aliquid mutatur de esse in non esse: tertia est e contra ex nõ subiecto in subiectũ: sicut cũ aliquid mutatur de non esse in esse. Tertio ibi.

c ¶ Excludit quandam obiectionem. Posset. n. aliquis obiicere, q̃ cum præmiserit quatuor modis aliquid mutari, debuisset concludere, quatuor esse species mutationis, & nõ tres tantũ. Sed hanc obiectionẽ excludit dicens, q̃ nõ potest esse aliqua mutationis species de nõ subiecto in nõ subiectũ: quia ois mutatio est inter oppositas: duæ aũt negationes nõ sunt oppositæ. Neq; n. dici potest, q̃ sint cõtrariæ, neq; q̃ sint cõtradictoriæ. Et hmõi signũ est: quia quascunq; negationes cõtingit simul esse veras de aliquo vno & eodẽ, sicut lapis, nec est sanus nec eger. Vnde, cum mutatio per se sit solũ in contrarijs & contradictione (vt supra dictũ est:) sequitur q̃ ex negatione in negationẽ, nõ sit mutatio per se. sed solũ sic mutatur aliquid per accẽs. Cum. n. aliquid fit de albo nigrũ, fit etiã per accẽs de non nigro nõ albũ: & per hũc modũ dixit, aliquid mutari ex nõ subiecto in nõ subiectũ. Quod aũté est per accidens in aliquo genere,

Tex. cõ. 8.

Mutatio igitur ea quæ est per accidens omittatur: est enim in omnibus, & semper, ac omnium. Ea uero, quæ non per accidens est, non in omnibus est: sed in contrarijs, & in medijs, & in contradictione, cuius fides est ex inductione.

G *Fit autem e medio mutatio, utitur enim ipso ut contrario ad utrunque. Est enim medium quodammodo ipsa extrema. Quapropter, & hoc ad illa, & ad hoc contraria quodammodo dicuntur, ceu media fidium grauis ad ultimam dicitur, & acuta ad primã. fuscum etiam album ad nigrum dicitur, & nigrum ad album.*

LECTIO II.

H *Vm autem omnis mutatio, e quopiam sit ad quippiam (ut ipsum quoque nomen significat, quorum aliud prius, aliud posterius est) id quod mutatur, mutari quatuor modis potest. Aut enim e subiecto ad subiectum, Aut e non subiecto ad nõ subiectum, Aut e non subiecto ad subiectum, Aut e subiecto ad non subiectum mutatur. Dico autem in subiectum, quod affirmatione significatur.*

I *Quare ex dictis tres mutationes est necesse esse. eam quæ e subiecto est ad subiectum, & eam, quæ e subiecto ad non subiectum, & eam quæ e non subiecto est ad subiectum.*

K *Ea namque, quæ est e non subiecto ad non subiectum, non est mutatio, quia per oppositionem non est. neque enim contraria, neque contradictoria est.*

genere, non potest esse species illius generis. & ideo ex non subiecto in non subiectum, non potest esse aliqua mutationis species. Deinde cum dicit.

d ¶ Manifestat partes positæ diuisionis. Et circa hoc tria facit. Primo, manifestat duas partes diuisionis. Secundo, ostendit q̃ neutra earũ est mot' ibi. {Si igitur quod non est.} Tertio, concludit q̃ residua pars diuisionis est motus ibi. {Quoniam aũt motus.} Circa primum duo facit. Primo manifestat vnam partem diuisionis. Secundo, secũdam ibi. {Quæ vero ex subiecto in non.} Dicit ergo primo, q̃ illa mutatio, quæ est ex non subiecto in subiectũ, est inter opposita secundum cõtradictionem, & vocatur generatio, quæ est mutatio de non esse in esse. Sed hęc ẽ duplex: quędã enim est simplex generatio, qua aliq̃d simpliciter generatur, alia vero est generatio quędam, qua aliquid secundũ quid generat. Et ponit exemplũ de vtraque generatione. & primo de secunda, dicens, q̃ cum aliquid mutatur de nõ albo in album. {est generatio huiusmodi albi} & nõ simpliciter. Et secũdo de prima, & dicit q̃ {illa generatio, quæ est ex non esse simpliciter i ens, quod est substantia, est generatio simpliciter, secundum quã simpliciter dicimus aliquid fieri, & nõ fieri.} Cum enim generatio sit mutatio de non esse in esse, secũdum illum modum dicitur aliquid generari, quo ex non esse in esse mutatur. Cũ autem ex non albo fit album, non mutatur aliquid ex nõ esse simpliciter in esse simpliciter. Quod enim mutat proprie, subiectum est, subiectum autem albi est aliquod ens actu. Vnde, cum subiectũ maneat i tota mutatione, etiã in principio mutationis erat ens actu, simpliciter loquendo, non tamen erat ens actu hoc, scilicet album, & ideo nõ dicitur fieri simpliciter: sed fieri hoc, scilicet album. Subiectum vero formæ substantialis non est aliquod ens actu: sed ens in potentia tantum, scilicet materia prima. quæ in principio generationis est sub priuatione, in fine vero sub forma, & ideo secundum generationem substantiæ fit aliquid simpliciter. Et ex hoc haberi potest, quòd secundum nullam formã, quæ præsupponit aliam formam in materia, attenditur generatio simpliciter: sed solũ ẽm quid, quia quælibet forma facit ens actu. Secũdo ibi.

e ¶ Manifestat aliã partem diuisionis. & dicit q̃ illa mutatio, quæ est ex subiecto in non subiectũ, vocatur corruptio. Sed quędã est corruptio simpliciter, quæ. s. est ex esse substantiali in nõ esse: quædã vero est in oppositam negationem cuiuscunque affirmationis, sicut de albo in non albũ, quæ est corruptio hmõi, sicut & de generatione dictum est. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit, q̃ neutra prædictarum partium est motus. Et primo, q̃ generatio nõ sit motus. Secũdo quòd neq; corruptio ibi. {Neque iam corruptio.} Primũ probat duab' rõnibus. Quarũ prima talis ẽ. Qđ simplr nõ est hoc aliquid non põt moueri: quia quod nõ est, non mouetur. sed qđ generatur simpliciter nõ est hoc aliquid, est enim nõ ens simpliciter. ergo qđ generat simpliciter, nõ mouetur. ergo generatio simplex nõ est motus. Ad manifestationem aũt primæ propositionis, dicit, quòd nõ ens dicitur tripliciter, & duobus modis dictũ non ens non mouetur. Tertio modo dictũ mouetur per accidens. Vno mõ dr ens & nõ ens ẽm diuisionem, & compositionẽ propositionis, prout sunt idem cum vero & falso, & sic ens & non ens sunt in mente tm, si Lec. 4. t. 4. sue in rõne tantum, vt dicitur in 6. Metaphy. vnde non competit eis motus. Alio mõ dicitur non ens, quod est in potẽtia, ẽm quòd esse in potentia opponitur ei, qđ est esse i actu simpliciter, & hoc etiam nõ mouetur. Tertio mõ dicitur non ens, quod est in potẽtia, quæ non excludit esse i actu simpliciter, sed eẽ actu hoc, sicut nõ album dicitur nõ ens, & nõ bonum, & huiusmodi non ens cõtingit moueri: sed per accidens, secundum quòd huiusmõdi non ens accidit alicui existenti in actu, cui competit moueri, sicut cũ non est albus homo. Quòd autem id, quod simpliciter non est hoc aliquid, nullo modo moueatur, nec per se, neque per accidens, patet ex hoc, quòd impossibile est quod non est moueri. vnde impossibile est generationem esse motum. Illud enim quod nõ est, sit siue generatur. Tex. cõ. 7 & 8. Et quamuis, vt in primo huius dictum est, ex non ente fiat aliquid per accidens, ex ente aũt in potentia, per se, nihilominus tamen verum est dicere de eo quod fit simpliciter, quòd simpliciter non est. vnde moueri non põt, & eadem ratione nec quiescere. vnde generatio nec motus est, nec quies. Hæc igitur incõuenientia sequuntur, si quis ponat generationem esse motũ. s. q̃ non ens moueatur & quiescat. Secundam rationẽ ponit ibi.

g ¶ Quæ talis est. Omne, quod mouetur, est in loco: sed quod nõ est, nõ est in loco, quia posset de eo dici q̃ alicubi esset. ergo qđ non est, non mouetur, & sic idẽ quod supra. Veritas autem primæ propositionis apparet ex hoc, quòd cum motus localis

d Ex nõ subiecto igitur in subiectũ mutatio secundũ cõtradictionem, generatio est. alia quidẽ simpliciter simplex, alia vero quędam cuiusdam. vt ea, quæ ex non albo in albũ, generatio quidẽ, hmõi est. Quæ vero ex nõ esse simpliciter in substantiam est, generatio simpliciter est, sm quam fieri, & non fieri simpliciter aliq̃d dicim'.

e Quæ vero ex subiecto, in nõ subiectum, corruptio est. Simpliciter quidem, quæ ex substãtia ad non esse, est, quædam autem est, quę est in oppositam negationẽ, sicut dictum est in generatione.

f Si igitur quod nõ est, dicitur multipliciter, & neq; quod est secundum compositionem, aut diuisionem contingit moueri: neq; quod est secundum potentiam, quod ei, quod est simpliciter secũdum actum oppositũ est (quod. n. est non album, aut non bonum, tamen contingit moueri secundũ accidens, erit. n. homo non albus. Quod aũt simpliciter non hoc aliquid est hoc nullo modo contingit moueri. impossibile ẽ enim quod non est moueri. Si autem hoc, & generationem esse motum, impossibile erit. Fit. n. quod non est. Si enim & quod ex non ente maxime secũdum accidẽs fit: sed tamen verum est dicere quòd est, quod nõ est, de eo qđ fit simpliciter. similiter autem, & quiescere. Hæc igitur accidunt inconuenientia, si mouetur, quod non est.

g Et si omne, quod mouetur, in loco est, quod autem non est, non est in loco (esset enim alicubi.)

Ea igitur mutatio, quæ per contradictionem ex non subiecto est ad subiectum, generatio est. alia simplex quæ est simpliciter, alia quædam quæ est cuiusdam. ueluti ea quidem, quæ est ex non albo ad album, huius est generatio, ea uero, quæ est ex eo, quod non est simpliciter ad substantiam, generatio simpliciter est, qua quidem simpliciter fieri, & non aliquid fieri dicimus.

Ea uero, quæ ad non subiectum est ex subiecto, corruptio est: simpliciter quidem ea, quæ est substantia ad ipsum non esse. Quædam autem ea, quæ est ad negationem oppositam, ut in generatione est dictum.

Si igitur id, quod non est, multis dicitur modis, & neque id moueri potest, quod in compositione diuisioneque consistit: neque id, quod est potentia, quod quidem ei opponitur, quod est simpliciter. nam id quidem, quod est non album, aut non bonum, moueri per accidens potest. esse enim id homo potest, quod est non album, id autẽ, quod non hoc simpliciter est. nullo pacto moueri potest. fieri enim non potest, ut id, quod non est, moueatur. Impossibile est profecto generationem esse motum: id enim quod haud est generatur. Nam etsi quam maxime per accidens generatur, uere tamen de eo quod simpliciter generatur id dici potest. ipsum inquam id esse, quod haud est. Simili sane modo fieri etiam nequit, ut ipsum idem quiescat. Hæc igitur difficilia accidunt huic, moueri inquam id, quod non est.

Et si omne quod mouetur in loco sit: id autem quod non est in loco non sit (erit enim alicubi:) id profecto quod haud est, non mouetur.

sit primus motũ, oportet quòd omne quod mouetur, moueatur secundum locum, & ita sit in loco. Remoto enim priori, remouebitur quæ consequenter sunt. Deinde cum dicit.

h ¶ Probat quòd corruptio non sit motus: quia motui nihil contrariatur nisi motus vel quies: sed corruptioni contrariatur generatio, quę neque est motus neq; quies, vt ostensum est, ergo corruptio non est motus. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 9. i ¶ Concludit ex p̃missis, quod reliqua pars supra positæ diuisionis sit motus.

Cũ enim motus sit quædam mutationis species: quia in eo é aliquid post aliud, quod supra dixit ad rationẽ mutationis pertinere: motus autem neque est generatio, neque corruptio, quæ sunt mutationes secundum cõtradictionem: relinquitur ex necessitate cum nõ sint nisi tres species mutationis, quòd motus sit mutatio de subiecto in subiectum. Ita tamen

Te. cõ. 10. quòd per ⸗ duo subiecta ⸗ideſt, per duo affirmata, intelligam' contraria, aut media: quia etiam priuatio quodammodo est contrarium, & quandoque significatur affirmatiue, vt nudum, quod est priuatio, & album & nigrũ quæ sunt contraria.

h Neq; iam corruptio motus est. Cõtrarium.n. motui motus est aut quies. Corruptio autem generationi contrarium est.

i Quoniam autem motus mutatio quędam est, mutationes autem tres sunt dictæ. Harum autem, quæ sunt secundum generationem & corruptionem, non sunt motus: hæ autem sunt secundum cõtradictionem necesse est ex subiecto in subiectũ mutationem, motum esse solũ. Subiecta autem, aut contraria, aut media sunt. Etenim priuatio ponitur contrarium, & mõstratur affirmatione nudũ, & album, & nigrum.

LECTIO III.

Igitur prædicamenta diuisa sunt, substãtia, & qualitate, & vbi, & quando, & ad aliquid, & quantitate & facere, & pati, necesse est tres esse motus. & eum qui quantitatis, & eum qui qualitatis, & eũ, quiescendum locum.

b Secundum substantiam autem nó est motus: eo quòd nullum entium est substantiæ contrarium.

LECTIO III.

a Ostquam Philosophus diuisit mutationem in generationem, & corruptionem, & motum, hic subdidit motum in suas partes. Et quia oppositorum est eadem scientia, primo assignat species motus, secundo, ostendit quot modis immobile dicatur. ibi ⸗ Immobile autem. ⸗ Circa primum duo facit. Primo ponit quandam conditionalem, per quam accipitur diuisio motus in suas partes: secũdo, manifestat conditionalẽ præmissam. ibi ⸗Secundum substantiam autem. ⸗ Concludit ergo ex præmissis, ꝙ cum motus sit de subiecto in subiectum, subiecta autem sint in aliquo genere prædicamentorũ: necesse est ꝙ species motus distinguantur ſm genera prædicamentorũ: cum motus denominationem & speciẽ a termino trahat, vt supra dictum est. Si ergo prædicamenta sunt

Tex.cõ. 10.

Tex.cõ. 14. diuisa in decem rerum genera. ſ. substantiam, & qualitatẽ &c. vt dictum est in libro Prædicamentorum, & in quinto Metaphysicæ & in tribus illorum inueniatur motus, necesse est esse tres species motus. ſ. motus, qui est in genere Quãtitatis: & motus, qui est in genere Qualitatis, & motus, qui est in genere Vbi qui dicitur secundum locum. Qualiter autem motus sit in istis generibus: & qualiter pertineat motus ad prędicamentũ actionis & passionis, in Tertio dictum est. Vnde nunc breuiter dicere sufficiat, quòd quilibet motus est in eodem genere cum suo termino, non quidem ita quòd motus qui est ad qualitatem, sit species qualitatis: sed per reductionem. Sicut enim potentia reducitur ad genus actus, propter hoc quòd omne genus dicitur per potentiam & actum: ita oportet quòd motus, qui est actus imperfectus, reducatur ad genus actus perfecti. Secundũ autem quòd motus cõsideratur, vt est in hoc ab alio, vel ab hoc in aliud: sic pertinet ad prædicamentum actionis & passionis. Secundo ibi.

F b ¶ Manifestat conditionalem præmissam. Et primo ostendit quòd in aliis generibus a tribus prędictis, nõ potest esse motus: secundo, ostendit quomodo in istis tribus generibus motus sit ibi. ⸗ Quoniam autem neque substantiæ. ⸗ Circa primũ tria Tex.cõ.11 facit: quia primo ostendit quòd in genere substantiæ non est motus: secũdo quòd nec in genere ad aliquid ibi. ⸗neque est in ad aliquid. ⸗ Tertio quòd ued in genere actionis & passionis, ibi ⸗neq; agẽtis, neque patientis. ⸗ Prętermittit autem tria prædicamenta, scilicet quando, & situm, & habere. Quãdo enim significat in tempore esse, tempus autem mensura motus est: vnde per quã rationem nõ est motus in actione & passione, quæ pertinent ad motum, eadem ratione nec in quando. Situs autem ordinẽ quendam partiũ demonstrat, ordo vero relatio est, vnde sicut in ad aliquid non est motus, ita nec in situ. Et similiter Habere dicitur secundũ quandam habitudinem corporis ad id, quod et adiacet: vnde in his non potest esse motus, sicut nec in relatione. Quod ergo motus nõ sit in genere substantiæ: sic probat. Omnis motus est inter contraria, sicut supradictũ est: sed substantiæ nihil est contrarium, ergo secundum substantiam non est motus. Habet autem Tex.cõ.12 dubitationem quod hic dicitur, propter hoc quòd idem Philosophus dicit in libro secundo de Generatione, quòd ignis est Tex.cõ.13 contrarius aquæ: & in primo libro de Cælo dicitur, quòd Cælum non est generabile nec corruptibile, quia non habet contrarium. Vnde videtur relinquere, quòd ea, quæ corrumpuntur, vel sunt contraria, vel ex contrarijs composita. Dicunt autem quidam ad hoc, quòd vna substantia potest esse alteri cõtraria, vt ignis aquæ, secundum suam formam, non secundum suum subiectum. Sed secundum hoc, probatio Arist. non valeret: sufficeret enim ad hoc ꝙ motus sit in substantia, ꝙ formæ substantiales sint contrariæ. Est enim motus de forma in formam, quia & in alteratione subiectum non est contrariũ subiecto, sed forma formæ. Et ideo aliter dicendum, ꝙ ignis est cõtrarius aquæ secundum qualitates actiuas & passiuas: quæ sunt

K calidum, frigidum, humidum, & siccum, non autem secundum formas substantiales. Nõ enim potest dici ꝙ calor sit forma substantialis ignis, cũ in aliis corporibus sit accidens de genere qualitatis. Quod enim est de genere substantiæ, non potest esse alicui accidens. Sed hæc etiam responsio difficultatem patitur. Manifestum est enim, ꝙ propriæ passiones causantur ex principiis subiecti, quæ sunt materia & forma. Si igitur propriæ passiones ignis & aquę sunt contrariæ, cum contrariorũ sint cõtrariæ causæ: videtur ꝙ formæ substantiales sint cõtrariæ. Item Tex.cõ.14 Tex.cõ.15 in 10. Metaphy. probatur, ꝙ oẽ genus diuiditur per contrarias differentias: differentię autẽ sumuntur a formis, vt in Octauo eiusdẽ libri habetur: videtur ergo ꝙ sit cõtrarietas in formis substantialibus. Dicendũ est igitur, ꝙ contrarietas differentiarũ, quæ est in oibus generibus, attenditur ſm cõem radicẽ contrarietatis, ꝙ quidẽ est excellẽtia & defectus: ad quam oppositionẽ oĩa cõtraria reducuntur: vt in Primo huius habitũ est. Oẽs. n. differẽtiæ diuidẽtes aliqd genus, hoc modo se hãt, ꝙ vna earũ ẽ vt abundãs, & alia vt deficiens respectu alterius. Propter quòd

Aristoteles

LECTIO III.

I Igitur prædicamenta diuisa sint, & aliud sit substantia aliud quantitas, aliud qualitas, aliud ubi, aliud ad aliquid, aliud actio, aliud passio, tres esse motus necesse est, quantitatis, qualitatis, & loci.

Substantia uero, motus non est, propterea quòd nihil substantiæ contrarium est.

I

Aristoteles dicit in 8. Metaphysicæ, ꝙ diffinitiones rerum sunt sicut numeri, quorum species variantur per additionem & subtractionem vnitatis. Non autem oportet quòd in quolibet genere sit contrarietas secundum propriam rationem huius & illius speciei: sed solum secundum communem rationem excellentiæ, & defectus.

Quia enim cõtraria sunt quæ maxime distant, oportet ꝙ in quocũq; genere inueniatur cõtrarietas, ꝙ inueniantur duo termini maxime distantes, inter quos cadãt omnia, quæ sunt illius generis. Nec hoc sufficeret ad hoc ꝙ in illo genere esset motus, nisi de vno extremo in aliud cõtingeret cõtinue pertransire. In quibusdã ergo gẽbus hæ duę conditiones desunt, vt patet in numeris. quamuis .n. oẽs species numerorum differant secundum excellentiam & defectũ: tamen non est accipere duo extrema maxime distantia in illo genere. est enim accipere minimum numerum. ſ. dualitatẽ, non tamen maximum. Similiter inter species numerorum non est continuitas, quia quælibet species numerorum formaliter perficitur per vnitatem, quæ indiuisibilis est, & alteri vnitati non continua. Et similiter etiam est in genere substantiæ. Sunt enim formæ diuersarum specierum abinuicem differentes, secũdum excellentiam & defectum, inquantum vna forma est nobilior alia, & propter hoc ex diuersis formis possunt causari diuersæ passiones. vt obiectum est ⸗tẽ vna forma speciei secũdũ propriã suam rationem non habet cõtrarietatem ad aliam. Primo quia in formis substantialibus non attenditur maxima distantia inter aliquas duas formas, ita ꝙ ab vna earum non veniatur ordinatim nisi per media: sed materia, dũ exuitur vna forma, potest

Tex.cõ. 24. indifferenter recipere diuersas formas absq; ordine. Vnde Aristoteles dicit in 2. de Generatione, quòd cum ex terra fit ignis, non oportet ꝙ fiat transitus per media elementa. Secundo, quia cum esse substantiale cuiuslibet rei sit in aliquo indiuisibili, nõ potest aliqua continuitas attendi in formis substantialibus, vt motus continuus possit esse de vna forma in aliam secũdum remissionem vnius formæ, & intensionem alterius. Vnde probatio Aristotelis, qua probat in substantia non esse motum, quia non est ibi contrarietas, est demonstrativa, & non probabilis tãtum vt Commentator innuere videtur. Licet possit & alia ratione probari ꝙ motus non est in substãtia, quam supra posuit, quia scilicet subiectum formæ substantialis est ens in potentia tantum. In qualitatibus autem tertiæ speciei, manifeste apparet contrarietas secundum vtranque rationem, & quia qualitates possunt intendi & remitti, vt sic possit esse continuus motus de qualitate in qualitatem, & quia inuenitur maxima distãtia in vno gne inter duo determinata extrema, sicut i coloribus, inter album & nigrum, in saporibus, inter dulce & amarum, in quantitate autem & loco, alterum istorum manifeste inuenitur, scilicet continuitas: sed aliud, scilicet maxima distantia determinatorum extremorum non inuenitur in eis, si secundum communem rationem quantitatis & loci accipiantur: sed solum secundum ꝙ accipiũtur in aliqua re determinata, sicut in aliqua specie animalis vel plantæ est aliqua minima quantitas, a qua incipit motus augmenti, & aliqua maxima, ad quam terminatur. Similiter etiam in loco inueniuntur duo termini maxime distantes, per comparationem ad motum aliquem, in quorum vno incipit motus, & in aliud terminatur, siue sit motus naturalis, siue violentus. Secundo ibi.

c ¶ Ostendit ꝙ non est motus in genere ad aliquid. In quocunque enim genere est per se motus, nihil illius generis de novo inuenitur in aliquo, absque eius mutatione, sicut nouus color non inuenitur in aliquo colorato, absque eius alteratione. Sed contingit de nouo verum esse, aliquid relatiue dici ad alterum altero mutato, ipso tamen non mutato. ergo motus nõ est per se in ad aliquid: sed solum per accidens, inquãtum scilicet, ad aliquam mutationẽ consequitur noua relatio. sicut ad mutationem secundum quantitatem sequitur æqualitas, vel inæqualitas, & ex mutatione secundũ qualitatẽ, similitudo vel dissimilitudo. Hoc autem quod hic dicitur, in quibusdam nõ videtur habere difficultatem, in quibusdam aũt sic. Sunt enim quędam relationes, quæ non sunt aliquid realiter in eo, de quo prædicatur: quod quidem quandoque contingit ex parte vtriusque extremi, sicut cum dicitur, idem eidem idem, hæc enim identitas relatio in infinitũ multiplicaretur, si quæ libet res esset sibi eadem per relationem additã. manifestum est enim, quòd quod libet sibipsi est idẽ. Est ergo hæc relatio secundum rationem tantum, inquantum scilicet, vnam & eandem rem ratio accipit, vt duo extrema relationis. Et similiter est i multis aliis. Quædam vero relationes sunt, quarum vna realiter ẽ in vno extremo, & alia secũdum rationem tantum in altero, sicut scientia & scibile. scibile enim relative dicitur, nõ quia ipsum

Tex.cõ.20. refertur per aliquam relationem in ipso existentem: sed quia aliud refertur ad ipsum, vt patet per Philosophum in 5. Metaphysi. & similiter est cum columna dicitur dextra animali. Dextrum enim & sinistrũ sunt relationes reales in animali, quia in eis inueniuntur determinatę virtutes, in quibus huiusmodi relationes fundantur. in columna aũt non sunt secundum rem, sed secundum rationem tantum, quia non habet prædictas virtutes, quæ sunt fundamenta harum relationum. Quædam vero relatiua sunt, in quibus ex parte vtriusq; extremi inuenitur relatio realiter existens, sicut in æqualitate & similitudine: in vtraque enim inuenitur quantitas, vel qualitas, quę est huius relationis radix, & simile etiam apparet in multis aliis relationibus. In illis igitur relationibus quæ non ponunt rem aliquam nisi in vno extremorum, non videtur difficile quòd mutato illo extremo, in quo relatio realiter existit, de nouo dicatur aliquid relatiue de altero absque sui mutatione: cum nihil ei realiter adueniat. Sed in illis, in quibus relatio inuenitur realiter in vtroq; extremorũ, vt difficile ꝙ aliquod relatiue dicatur de vno ꝙ mutationẽ alteri⁹ absq; mutatione sui: cũ nihil de nouo adueniat alicui absq; mutatione eius, cui aduenit. Vn dicendũ est, ꝙ si aliquis per suã mutationẽ efficiatur mihi æqualis, me non mutato, ista æqualitas primo erat in me quodammõdo, sicut in sua radice, ex qua habet esse reale. ex hoc. n. ꝙ habeo talem quãtitatem, comperit mihi ꝙ sim æqualis omnibus illis, qui eandem quãtitatem habent. Cum ergo aliquis de nouo accepit illam quantitatem, ista communis radix æqualitatis determinatur ad istũ, & ideo nihil aduenit mihi de nouo ꝙ hoc, quòd incipio esse alteri æqualis per eius mutationem. Tertio ibi.

d ¶ Probat ꝙ non sit motus in genere actionis & passionis. Actio enim & passio non differunt subiecto a motu: sed addũt aliquam rationem, vt in tertio dictum est. Vnde idem est dicere Lect. 4. t. c. 20. & 22. ꝙ motus sit in agere & pati, & ꝙ motus sit in motu. Circa hoc ergo tria facit. Primo, proponit & intendit. Secundo, probat propositum ibi. ⸗primum quidem cum contingit. ⸗ Tertio, ponit quandam distinctionem ad propositi manifestationem ibi. Tex.cõ.17. ⸗Omnino autem quoniã mouetur. ⸗ Dicit ergo primo, ꝙ sicut motus non est eius, quod est ad aliquid, ita etiam non est agentis & patientis, neque etiam, vt absolute loquamur, est mouentis aut mouti, quia non potest esse ꝙ aliquis motus sit alicuius motus, neque quòd generatio sit generationis, quæ sunt species mutationis: neque etiam quòd mutationis sit mutatio, quæ est genus eorum, & etiam corruptionis. Secundo ibi.

e ¶ Probat ꝙ mutationis non possit esse mutatio, & hoc per sex rationes. Quarum prima est. Si mutationis sit mutatio, hoc potest intelligi dupliciter. vno modo vt mutatio sit mutationis sicut subiecti, quod mouetur: sicut aliqua mutatio est hominis, quia homo mouetur, puta, de albedine in nigredinem. Sic ergo potest intelligi quòd motus, aut mutatio sit mutationis, aut motus vt subiecti, ita ⸗ quòd motus, aut mutatio moueatur, puta quòd caleſcat, aut infrigidetur, vel moueatur secundum locum, aut secundum augmentum & diminutionem. Sed hoc est impossibile, quia mutatio non est de numero subiectorũ, cũ nõ sit substãtia ꝙ se subsistẽs. nõ ergo põt esse mutatio mutationis

vt subiecti. Alio modo potest intelligi, vt sit motus mutationis vt termini, ita scilicet, quòd aliquod subiectum moueatur ex vna specie mutationis in alteram, sicut ex calefactione in frigidationem, aut sanationem: vt duæ mutationes intelligantur duo termini vnius mutationis, sicut ægritudo & sanitas intelliguntur duo termini mutationis, cũ homo mutatur a sanitate in ægritudinem. Sed non est possibile q̃ aliq̃d subiectum moueatur per se de mutatione in mutationẽ, sed solũ per accidẽs. Et quòd hoc non sit possibile per se, probat dupliciter: primo quidem sic. Omnis enim motus est mutatio ab vna specie determinata in aliam speciẽ determinatam: & similiter generatio & corruptio, quæ conditidũtur motui habẽt determinatos terminos: sed est differentia intantũ quòd generatio & corruptio sunt in terminũ oppositũ {sic} idest, secundum contradictionem: sed motus est in terminum oppositum {non similiter} sed secundum cõtrarietatem. Si igitur aliquod subiectũ mutetur de mutatione in mutationem, puta de ægrotatione in dealbationẽ: simul, dum mutatur subiectum de sanitate in ægritudinem, mutabitur etiã ex hac mutatione in aliam. Dũ enim subiectum adhuc est partim in termino a quo, mouet in terminũ ad quẽ, sicut dum aliquis habet aliquid de sanitate, mouetur ad ægritudinem. Si ergo motus de sanitate in ægritudinem sit terminus a quo, alicuius motus, dum adhuc durat ista mutatio, quã scilicet, aliquis mutatur de sanitate in ægritudinem, simul mutabitur subiectum de hac mutatione in aliam, quæ succedit in subiecto huic mutationi. Manifestum est autem, quòd quando prima mutatio fuerit terminata, scilicet cum iam quis ex sanitate mutatus est in ægritudinem, poterit de inceps succedere sibi quæcunque alia mutatio. Nec hoc est mirum, quia contingit terminatã prima mutatione, subiectum quiescere, & nulla mutatione mutari, & eadem ratione contingit quòd mutetur alia quacunque mutatione. Si igitur est aliquis motus de prima mutatione in secundam mutationem, quæ succedit in subiecto, sequetur quòd motus sit de prima mutatione in quancunque aliam indeterminate. Fit hoc est contra rationem motus per se: quia omnis motus est de determinato ad determinatum terminum: non enim corpus mouetur per se de albo in quodcunque, sed in nigrum aut medium. Patet ergo quòd duæ mutationes nõ sunt per se termini mutationis alicuius. Secundo autem probat idem per aliam rationem. Quia si mutatio quædam per se est de mutatione precedente in mutationem subsequentem, non oportet quòd semper sit mutatio in mutationem {contingentem} scilicet quam contingat simul esse cum mutatione precedente: sicut dealbatio simul potest esse cum ægrotatione, sed sanatio non potest simul esse cum ægrotatione, quia sunt contrariæ mutationes. Contingit tamen quòd ægrotationi succedat in eodem subiecto sicut dealbatio, ita & sanatio. Et hoc est quod dicit quòd mutatio, quæ ponitur esse de vna mutatione in aliam, non semper est in mutationem contingentem, cũ quandoque succedat non contingens. Et illa etiam mutatio non contingens est {ex quodã in quodam alterum} idest inter duos alios terminos, quare ista mutatio non contingẽs, in quam aliquis mutatur de ægrotatione erit sanatio opposita ægrotationi. Quòd autem hoc sequatur inconueniens, patet ex propositione supra inducta, scilicet quòd simul dum est prima mutatio, mutabitur in secũdam: simul ergo dum aliquis mouetur ad ægritudinem, mutabitur ad sanationem. Sanationis autẽ terminus est sanitas: est enim de quodam in quoddam aliud, vt dicit. Vnde relinquitur, quòd simul, dum aliquid mouetur ad ægritudinẽ, moueatur etiam ad sanitatem: quod est mouri ad duo contraria simul & intendere ea simul: quod est impossibile. Si igitur manifestũ est, quòd nulla mutatio est per se de vna mutatione in aliam. Sed quòd hoc contingat esse p accidẽs, vt præmisit, manifestat subdens: q̃ per accidens hoc contingit, sicut quando subiectum nunc mutatur vna mutatione, & postmodũ alia: puta, si aliquid dicitur mutari per accidens de recordatione in obliuionem, vt in quamcunque aliã mutationẽ: quia subiectum mutationis quandoque mutatur in scientiam, quandoq; in aliquid aliud, puta in sanitatem. Secundam rationem ponit ibi.

f ¶ Præmittit duas conditionales. Quarum prima est, quòd si mutatio est mutationis, vel generationis generatio, quocunque modo necesse est procedere in infinitum: quia eadem ratione generatio secunda habebit aliam generationem, & sic in infinitum. Secunda conditionalis est, quòd si ordinentur hoc modo generationes, & mutationes, quod mutatio sit mutationis, & generatio generationis, si vltima mutatio vel generatio erit, necesse est quòd prima sit. Hanc autem secundam conditionalem sic probat. Sit enim aliquid, quod generetur simpliciter, puta ignis: si generationis est generatio, oportet dicere, q̃ etiam ista simpliciter generatio aliquando generabatur, & hoc ipsum fieri fiebat: cum autem fiebat ipsa generatio nondũ erat illud, quod generatur simpliciter, scilicet ignis, quia aliquid nõ est, dum fit, sed quando iam factum est, tunc primo est q̃ diu erat fiebat generatio ignis, ignis nondum erat factus: nondum ergo erat: & iterum ipsa generatio suæ generationis eadem ratione aliquando fiebat: & sicut quando fiebat generatio ignis, nondum erat ignis, ita sequitur quòd quandiu fiebat generatio generationis ignis, nondum esset generatio ignis: ex quo manifestum est quòd generatio ignis esse non potest, nisi completa sua generatione: & eadẽ ratione nec illa, nisi fuerit precedens, & sic

aut locum, mutat, aut augmentatur, aut diminuitur? Hoc autem impossibile est. Non.n. subiectorũ aliquid est mutatio. Aut ex eo, quia, aliquod aliud subiectum ex mutatione mutatur in alterã speciem, vt hõ ex ægritudine in sanitatẽ. Sed neq; hoc possibile est, nisi secũdũ accidẽs. Hic.n. motus ex alia specie in aliã, mutatio est, & generatio, & corruptio similiter, ꝑter qđ hę sunt in opposita sic, motus aũt non similiter. Similiter igitur mutabitur ex sanitate in ægritudinẽ, & ex ipsa hac mutatione, ĩ aliam. Manifestũ aũt q̃ cum infirmetur, mutat' erit in quamlibet: contingit.n. quiescere. Et amplius, nõ in cõtingentẽ semper & illa, ex quo dam in quoddã alterũ est. Quare & oppositа erit sanatio: sed secũdũ quod accidit, vt si ex recordatione in obliuionem mutatur, quoniam cui ineſt illud mutatur aliquãdo in scientiã, aliquando vero in sanitatem.

f Amplius aũt in infinitum vadit, si erit mutationis mutatio, & generationis generatio. Necesse est igitur esse primam, si vltima erit, vt si simpliciter generatio fiebat aliq̃, & quod fit, fiebat. Quare nondum erat quod fit simpliciter: sed aliq̃d cum fit & factum est iam, & iterum fiebat hoc aliquando. quare nondum erat tunc, quod fit. Quoniam autem infinitorum non est primum, non erit quid

aut accrescit, aut decrescit? at hoc fieri nequit. Mutatio nanque non subit rationem subiecti. Aut hoc ipso q̃ aliquod aliud subiectum ex una mutatione ad aliam mutationis speciem, perinde ut homo ex ægritudine ad sanitatem mutatur. At neque hoc esse potest, nisi per accidens. hic enim

G *motus ex alia forma in aliam est mutatio, & generatio & corruptio modo eodem, hoc excepto, has quidem ad sic opposita esse: motum autem non similiter. Simul igitur in morbum e sanitate mutatur, & ex hac ipsa mutatione ad aliam. Patet igitur cum ægrotauerit ad quamuis fore mutatum, quiescere nanque potest. Et insuper, non ad quamuis semper, & illam, ex aliquo nimirum in aliquod*

H *aliud erit. Quare & oppositа sanatio erit, non ergo motus est motus, nisi per accidens. uelut si ex recordatione in obliuionem mutatur, quia cui illud ineſt, id interdum in scientiam, interdum in sanitatem mutatur.*

Præterea, si mutationis est mutatio, generationisque generatio, in infinitum erit abitio. Necesse est autem, & priorem esse, si posterior erit: ueluti, si generatio simplex

I *aliquando fiebat, & ipsum fiens fiebat. Quare nondum erat fiens simpliciter: sed aliquod fiens, ataq; iam fiens, & hoc rursus aliquando fiebat. Quare nondum erat tum fiens. Cum autem infinitorum primum quicquam non sit, primum ipsum non erit,*

Tex.cõ.12. Tex.cõ.13. Tex.cõ.14. Te. cõ. 15. Tex.cõ.16. Tex.cõ.17. Tex.cõ.18.

& sic vsq; ad primam. Si ergo non fuerit prima generatio, non erit vltima, quæ est generatio ignis: sed si procedatur in generationibus in infinitum, nõ est accipere primam mutationem, vel generationem, quia in infinitis non est primum. vnde sequitur q̃ neq; fit {habitum} idest consequenter se habens in generationibus, & mutationibus. Si aũt non sit aliqua generatio, nec mutatio, nihil fit, neque mouet. Si ergo generationis sit generatio, & mutationis sit mutatio, nihil fit, neq; mouetur. Est ãt attendendum, quòd hæc rõ nõ excludit, quin mutatio possit sequi mutationẽ per accidens in infinitũ: quod oportet dicere secundũ opinionem Arist. qui posuit motum ætернũ. Sed inté dit ostendere, sicut prius dictũ est, q̃ mutatio nõ sit mutationis per se in infinitũ. Sic.n. postrema depẽderẽt ex infinitis precedentibus, & nunq̃ finirentur. Tertiã rõnem ponit ibi.

g Quæ talis est. Eidem motui contrariãt & mot⁹ & quies: sicut ascensioni contrariatur descensus, & quies in loco inferiori, & similiter generatio & corruptio contrariantur: cõtraria aũt nata sunt fieri circa idẽ. ergo quicquid generãt pòt corrumpi. Sed si generationis est generatio: oportet q̃ generatio generetur. ergo generãtio corrumpitur. Sed qđ corrumpitur oportet esse, sicut. n. generatur qđ nõ est, ita corrumpitur qđ est. ergo oportet q̃ {cum fiat quod fit,} idest cum generatur aliquid generatione existente, tũc ipsa generatio corrũpatur: non quidem statim cum generatio desierit, neq; iterũ in posteriori tempore: sed simul, quod videtur conueniens. Est aũt considerãdum, q̃ generatio est vt terminus eius quod generatur sicut substãtia, quia gñatio est transmutatio ad substantiam, qđ autem est generationis subiectum, non est id qđ generatur: sed materia eius. Vnde Arist. nõ recedit a suo proposito: quo intendebat ostendere, q̃ mutatio non est mutationis, vt termini. Quartam rationẽ ponit ibi.

h ¶ Quæ talis est, in oi generatione oportet esse aliquã materiam, ex qua fiat illud quod generatur, sicut in omni mutatione oportet esse aliquam materiam vel subiectum, vt in alteratione subiectum est corpus, quantum ad corporales alterationes, & anima quantũ ad animales. si ergo generatio generetur, oportet q̃ sit aliqua materia ipsius generationis, quæ scilicet, in specie generationis transeat, sicut materia ignis generati, transit in spẽm ignis, & talem materiã non est assignare. Ponit etiã sub eadem rõne aliud medium, quia. sin qualiber generatione vel mutatione oporteat esse aliquem terminum, in quẽ aliquid mouetur: & hmõi terminum oportet esse hoc aliquid demonstratum, vel determinatum, hmõi aũt non est nec motus, neq; generatio. Nõ est ergo possibile, q̃ gñationis, aut motus sit aliqua gñatio. Quintã rõnem ponit ibi.

i ¶ Quæ talis est. Sicut se hẽt gen⁹ ad genus, sic & ipẽs ad speciẽ. si igit generationis sit gñatio, oportebit q̃ & doctrinæ generatio sit doctrina. Sed hoc apparet manifeste falsũ. Doctrina. n. est gñatio scientiæ, & non generatio doctrinæ. ergo nec generationis põt esse gñatio. Sextam rationem ponit ibi.

k ¶ Quæ talis est. Si mutationis sit mutatio vel sicut subiectũ vel sicut termini, cũ tres sint spẽs mot⁹. s. motus in vbi, & motus in quantitate, & qualitate, sequet q̃ vna harũ spẽrum possit esse subiectũ alterius, & terminus etiã suipsius. Sequeretur ergo q̃ loci mutatio alteret, vel etiã feratur ẽm locũ: quæ qui dẽ euidentius apparent inconuenientia in speciali q̃ in cõi. Nõ ergo dicẽdũ est, q̃ mutationis sit mutatio, aut gñatiõis generatio. Tertio ibi.

l ¶ Ostendit, qõ possit esse mutatiõis mutatio, & dicit q̃ cum tripliciter aliquid moueatur, (vt supra est dictũ,) vel secundũ accidẽs, vel secundũ partẽ, vel p se, solũmodo p accidens cõtingit mutari mutationẽ: inquãtũ .s. subiectũ mutatiõis mutat, puta, si aliquis dum sit sanus currat, aut discat, tunc. n. sanatio curret, aut discet per accidens, sicut musicus edificat. Sed de eo qđ mouẽt p accidẽs, nõ intendẽdus nunc tractare, hoc enim supra iam prætermisimus. Lec.1.t.c.6.

vltimum: quare neq; habitum, neque fieri igitur, neq; moueri possibile ẽ, neq; mutari nihil.

g Amplius eiusdem motus cõtrarius est, & adhuc quies: & generatio. & corruptio. Quare & quod fit (cum fiat quod fit) tũc corrũpitur. neq; enim cũ mox fit neque posterius: esse enim oportet quod corrumpitur.

h Amplius oportet materiam subesse, & ei, quod fit. & ei, qđ mutatur. Quæ igitur erit materia? sicut alterabile, vt corpus, aut anima, sic aliquid quod fit, motus aut generatio. Et iterũ aliquid, in quod mouet. Oportet enim aliquid esse huiusmodi ex hoc, in hoc motum: non motum aut generationem.

i Similiter autem, & quomodo erit? nõ enim erit doctrina, doctrinæ generatio. Quare neque generationis generatio, neque quędam cuiusdam.

k Amplius, si tres species sunt motus harum aliquam necesse est esse subiectã naturam, & in quã mouet. Loci ergo mutatio nẽ alterari, aut ferri continget.

l Omnino autem, quoniã mouetur omne quod mouetur tripliciter, aut in eo quod est secundum accidẽs, aut quia pars aliqua, aut quia per se: secundũ accidens solum contingit mutari mutationẽ, vt si qui sanus fit, currat, aut discat. Hanc aũt sm accidens dimisimus olim.

LECTIO IIII.

Voniam autem neque substãtiæ, neq; ipsius ad aliquid. neq; ipsi' facere aut pati. relinquitur sm quale, aut quantũ, & vbi, motũ esse solũ, ĩ vnoquoq; enim horum est contrarietas.

quare, neque id erit quod hæret. Impossibile est igitur generari quicquã, moueri, aut mutari.

Præterea, eiusdem est contrarius motus & quies: insuper, & generatio atque corruptio. Quare ipsum fiens tunc corrumpitur, cum fit fiens, neque enim statim fiens: neque posterius: fit enim oportet, id quod corrumpitur.

Præterea, & ei, quod generatur, & ei, quod mutatur, materiam subesse oportet. Erit igitur, ut alterabile corpus est, aut anima. sic aliquid id quod fit motus, uel generatio. Et aliquid rursus ad quod mouentur. Oportet enim huius ex hoc, ad hoc motum aliquid esse, non motum, uel generationem.

Et insuper quo pacto erit? non enim generatio perceptionis, erit perceptio. Quare neque generationis erit generatio, neque quædam cuiusdam.

Præterea si tres mutationis species sunt, subiectam naturam harum aliquam esse, & ea, in quam mouentur necesse est. Veluti lationem alterari, aut ferri necesse est.

Omnino autem, cum omne quod mouetur trifariam moueatur, aut quia p accidens mouetur, aut quia pars aliqua mouetur, aut quia per se mouetur: per accidens duntaxat mutari mutatio potest. ueluti si is, qui sanatur, currit uel discit. At eam quæ est per accidens, iamdudũ omisimus.

LECTIO IIII.

Vm autem neq; in substantia, neque in relatione, neque in actione, passioneue sit motus, restat in qualitate, quantitate ac ubi, tantummodo motum esse: in unoquoque nanque istorum, contrarietas est.

LECTIO IIII.

Stẽso, q̃ nõ est motus in substãtia, neq; in ad aliqd, neq; in actione & passione, cõcludit in q̃bus gñb⁹ sit mot⁹. Et circa hoc tria facit. Primo, inducit cõclusionẽ intẽtã. Scõo ostẽdit, qualiter sit motus in vno quoq; triũ generũ ibi. {Motus quidẽ igit} Tertio remouet quãdã dubitationẽ ibi. {Quæ aũt est in eadem specie.} Dicit ergo primo, q̃ cũ motus nõ sit, nec in substãtia, nec ĩ ad aliqd, nec in Tex.cõ.19. Infra.

Universidad de Sevilla
Biblioteca

facere & pati, vt ostensum est: Relinquitur quòd motus sit so lum in istis tribus generibus, scilicet qualitate, & quantitate, & vbi, quia in vnoquoque horum generum contingit esse con trarietatem, quam requirit motus. Quare autem prætermit tia genera, scilicet, quando, situm, & habere, & quomodo in istis tribus generibus, in quibus est motus, sit contrarietas, supra ostensum est. Secundo ibi.

Lect. 3. t. com. 10.

b Motus quidē igitur sīn quale, alteratio sit, huic enim alludit cōe nomen. Dico aūt quale non in substantia, (& nanq; differētia quale est:) sed quod passiuum, secundum quod dicitur pati aut impassibile esse.

b ¶ Ostendit qualiter sit motus in prædictis generibus. Et primo qualiter sit in qualitate. Secundo, qualiter in quantitate ibi. ¶ Qui vero secundum. ¶ Tertio, qualiter in vbi ibi. ¶ Qui autem secundum locum. ¶ Dicit ergo primo, ꝙ motus, qui est in qualitate, vocatur alteratio. Huic enim genitori alludit hoc commune nomen, quod est alteratio. nam alterū solet dici quòd differt secūdum qualitatem. Loquimur autem nunc de qualitate, nō secundum quòd quale inuenitur in genere substantiæ, sed ꝙ differentia substantialis dicitur predicari i eo quod quale: sed de qualitate passiuo, quod continetur in tertia specie qualitatis, ſm qd quale dicitur aliquid pati, aut non pati, vt calidū, & frigidum, album, & nigrum, & huiusmodi. In his.n. contingit esse alterationem, vt in septimo probabitur. Secundo ibi.

Tex. cō. 19.

Lect. 4. t. cō. 11 & 12

c Qui vero secundum quantum, secundum commune quidem innominatus est: sed secūdum vtrunq;, Augmētum, aut Decrementum. qui enim est in perfectam magnitudinē, Augmentum est, qui vero ex hac, Decrementum.

c ¶ Ostendit, quomodo sit motus in quantitate, & dicit quòd motus, qui est in quantitate, nō est nominatus secundū suum genus, sicut alteratio: sed nominatur secundū suas species, quę sunt augmentum, & decremētum. Mor' enim qui est ab imperfecta magnitudine ad perfectā, vocatur augmentū, qui vero est a perfecta magnitudine in imperfectū, vocat' decremētū. Tertio ibi.

Tex. cō. 20

d Qui autem est secundum locum, & secundum proprium & cōe innominatus est. sit autem latio vocata, quod cōmune est. quamuis dicantur ferri hæc sola proprie, cum nō in seipsis sit stare mutātibus locum, & quęcunque non ipsa seipsa mouent secundum locum.

d ¶ Ostendit, qualiter sit motus in vbi, & dicit quòd motus secundum locum non habet nomen commune generis, neque nomina propria specierum: sed impositum est ei nomen commune, vt vocetur latio: quamuis hoc nomen sit proprium omnino motus localis in communi. Illa enim sola dicuntur proprie ferri, quæ sic mouentur secundum locum, quod non est in potestate eorum quòd stent, & huiusmodi sunt illa, quæ non mouentur a seipsis secundum locum: sed ab aliis. Ideo autem imponi posuit nome cōmune motui in qualitate: quia qualitates sunt contrariæ secundum propriam rationem sualium specierum: secundum quas continentur sub genere qualitatis. Contrarietas autem in quantitate non est secundum rationem suarum specierum: sed secundum perfectum & diminutum, vt supra dictum est, & secundum hoc denominantur species. Sed in loco est contrarietas solum per comparationem ad motum, respectu cuius duo termini maxime distant: & ideo, quia ista cōtrarietas est secundum id, qđ omnino extraneum est ab hoc genere, nō potuit motus, qui est in hoc genere, habere nomen, neq; in generali, neq; ſm partes. Deinde cū dicit.

Lect. 3. t. 10. lib. 4

e ¶ Manifestat quod dam quod poterat esse dubium, ostendēs ad quā speciem motus reducatur motus, quæ est secundū magis & min', puta, cū aliquid de magis albo fit minus albū, & econtrario. posset enim alicui videri ꝙ reduceretur ad motū augmēti & decremēti. Sed ipse ostendit ꝙ reducitur ad motū alterationis, & dicit quòd mutatio, quæ est in eadem specie qualitatis, puta in albedine vel in magis, vel in minus, est alteratio. Et hoc probat p hoc ꝙ alteratio est mutatio de cōtrario in contrarium: secundum qualitatem, qđ contingit dupliciter. ¶ Aut simpliciter. ¶ cum aliquis mutatur de albo in nigrum, vel ecōtra. ¶ Aut sic. ¶ scilicet, quando aliquid mutatur de magis albo in minus album, & ecōtra. Et ꝙ sic mutari sit mutari de contrario in contrarium probat per hoc, quòd cum aliqđ mutatur de magis albo in minus album, potest dici mutari de contrario in contrarium, quia appropinquat ad contrarium, scilicet, ad nigrum. cum autem mutatur aliquid de minus albo in magis album, idem est ac si mutaretur de cōtrario in cōtrariū, scilicet de nigro in ipsum album, ex hoc enim fit magis album, quia magis recedit a nigro, & perfectius participat albedinem. Et nihil differunt quantum ad hoc ꝙ sit alteratio, ꝙ mutetur aliquid de cōtrario in cōtrariū. ¶ Vel simpliciter, vel sic ¶. ſ secundū magis & minus, nisi ꝙ qñ mutatur aliquid simpliciter de cōtrario in cōtrariū, necesse est ꝙ sint duo contraria in actu termini alterationis, vt albū & nigrū: sed mutatio secundū magis & minus est, inquantum est plus & minus de altero contrariorum, vel nō est. Vlterius ibi.

e Quæ autem est in eadem specie mutatio in magis, & minus alteratio est. Quæ enim ex contrario aut in contrarium, motus est, aut simpliciter, aut sic. In minus quidem enim vadēs, in contrarium dicetur mutari: in magis autem tanquā ex contrario in seipsum. Differt enim nihil sic mutari, aut simpliciter nisi quòd sic oportebit contraria esse. Magis autem & minus est quo plus aut minus contrarij inest, aut non.

f Quòd quidē igit' hi tres soli motus sunt, ex his manifestū ē.

f ¶ Concludit ex dictis tres solum prædictas species motus esse. Deinde cum dicit.

g Immobile autē est, & quod omnino impossibile est moueri, sicut sonus inuisibilis. Et qđ in multo tēpore vix mouetur. Aut quod tarde incipit: quod dicitur grauiter mobile. Et qđ

g ¶ Ostendit quot modis dicitur immobile, & ponit tres modos. Primo enim dicitur immobile illud, qđ nullo modo est aptum natū moueri, vt Deus: sicut dicitur inuisibile, quod non est natum videri, vt sonus. Secundo modo dicitur immobile, quod difficile

difficile est moueri. & hoc dupliciter. vel quia postquam incepit moueri, mouet tarde & cum magna difficultate, sicut siquis dicat claudum immobilem, vel quia difficile est, ꝙ incipiat moueri, & per multum tempus oportet ad hoc laborare: sicut si dicamus, ꝙ aliquis mons, vel aliquod magnum saxum, est immobile. Tertio modo dicitur aliquid immobile, quod natum est moueri, & potest de facili mouerī non tamen mouetur quando natum est moueri, & vbi, & eo modo, quo natum est moueri. & hoc solum proprie dicitur quiescere: quia quies est contraria motui. Et accipit hic contrarietatem large, secundum ꝙ etiam includit privationem. Vnde concludit, ꝙ oportet, ꝙ quies sit privatio in susceptiuo motus. Cōtrarium enim & privatio non est nisi in susceptiuo sui oppositi. Vltimo ibi.

Tex. cō. 21.

h ¶ Epilogat quæ dicta sunt dicens manifestum esse ex dictis, quid sit motus, & qđ quies, & quot sunt mutationes, & quales mutationes possunt dici motus.

Tex. cō. 22.

LECTIO V.

POstquam Philosophus diuisit mutationem & motum in suas species, hic p cedit ad determinādum de vnitate, & contrarietate motus in suas species. Et circa hoc, duo facit. Primo, præmittit quædam necessaria ad sequentia. Secundo, p sequitur principale propositū, ibi. ¶ Vn' autem motus. ¶ Circa primum, tria facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo, exequitur propositum, ibi. ¶ Simul igitur. Tertio, recapitulat, ibi ¶ Quid quidem igitur. ¶ Dicit ergo primo, ꝙ dicendum est post prædicta, quid est simul, & quid est extraneum, vel separatū, & quid est tangere, & quid est mediū, & quid consequenter, & quid habitum, & quid continuum. & in quibus hæc nata sunt esse. Præmittit autem hæc, quia horū diffinitionibus vtitur in demonstrationibus consequentibus per totum librum, sicut & in principio Euclidis ponuntur definitiones, quæ sunt sequentium demonstrationum principia. Secundo ibi.

Tex. cō. 23.

b ¶ Exequitur propositum. Et primo, diffinit quæ præmissa sunt. Secundo, comparat ea adinuicem, ibi. ¶ Manifestum autē ꝙ primum. ¶ Circa primum, tria facit: Primo diffinit ea, quæ pertinent ad tangere. Secundo, ea quæ pertinent ad hoc quod est consequenter ibi. ¶ Medium vero. ¶ Tertio, ea quæ pertinent ad continuum, ibi. ¶ Continuum autem ¶ Et quia in definitione eius quod est tangere, ponitur simul, ideo primo definit ipsum, & dicit, ꝙ illa dicuntur esse simul ſm locum, quæ sunt in vno loco primo, & dicitur primus locus vnicuiusque, qui est proprius locus eius. Ex hoc enim aliqua dicuntur esse simul, ꝙ sunt in vno loco proprio: non autem ex hoc, ꝙ sunt in vno loco cōmuni: quia secundum hoc posset dici, ꝙ omnia corpora essent simul, quia omnia continentur sub cœlo. Dicit autem, ꝙ simul dicuntur hæc esse ſm locum ad differentiam eorum, quæ dicūtur esse simul tempore: hoc enim non est nunc ad propositum.

aptum natum est moueri, potestque moueri: non mouetur autem tunc cum aptum natum est, & vbi & sic, quod quidem quiescere voco immobiliū solum. Contrarium enim quies motui est. quare priuatio erit susceptiui.

B

h Quid quidem igitur est motus & quid quies, & quot mutationes, & quales motus, manifestum ex dictis.

LECTIO V.

POst hec autem dicam', quid est simul. & quid separatim, & quid est tangere, & quid est medium, & consequenter, & quid habitū: & quid continuum. & in qualibet re vnumquodque horum in esse aptum natum sit.

C

b Simul igitur dicuntur hæc esse secundum locum, quęcunque in vno loco sunt primo. Separatim autē quæcunque sunt in altero. Tangere autem quorum vltima simul.

c Medium vero, in quod aptū natum est primum pertingere quod mutatur, quām in quod vltimum mutatur. ſm naturam continue mutationem patiēs. In minus autem est medium in tribus vltimum qđ cōtinue. n. mutationis contrarium est. Cō tinue autē mouetur, qđ nihil, aut pauciſſimū deficit rei, non

D

Per oppositum autē dicuntur esse separatim, vel seorsum, quæcunque sunt in alio & alio loco. Tāgere autem se dicuntur, quorum sunt vltima simul. Vltima autem corpora sunt superficies, & vltima superficierum sunt lineæ, & vltima linearum sunt puncta. Si ergo ponatur, ꝙ duæ lineę se tangant in suis vltimis, duo puncta duarū linearum se tangentium, continebuntur sub vno puncto loci continentis. Nec ꝓpter hoc sequitur, ꝙ loca tum sit maius loco: quia punctum additū puncto nihil maius efficit. Et eadem ratione se habet in aliis. Secundo ibi.

tunc cum est aptum moueri, & vbi, & quemadmodum est aptum, mouetur, quod quidem solum immobilium, quiescere uoco. Est enim motus contraria quies. quare fit, ut ipsa sit prima susceptiui.

Quid igitur est motus, & quid quies, & quot sunt mutationes, & quot motus, per ea quæ diximus, perspicuum iam euasit.

LECTIO V.

POst hæc dicamus, quid est simul esse, & seorsum, & quid tangere, et quid inter, & quid deinceps, & quid hærēs, & continuum, & quibus horum unū quodque competere aptum est.

Simul igitur ea loco dicuntur esse, quæ uno in loco sunt primo. Seorsum autem ea, quæ in diuersis sunt locis. Ea dicuntur tangere, quorum extrema sunt simul.

Id est inter, ad quod prius accedere aptum id, quod mutatur, quàm ad id, quod ultimum mutatur, secundum naturam continue subiens mutationē.

atque hoc est in minimis tribus. est enim ultimum mutationis contrarium ipsum. Continue autem id mouetur, quod nihil, aut per parum rei, non tēporis, intermittit. Nihil enim intercapedo prohibet, fierique potest ut

Et c ¶ Definit ea, quæ pertinent ad hoc qđ consequenter se habet. & circa hoc, tria facit. Primo definit medium, quod ponitur i definitione ei', quod est consequenter. Secundo, definit hoc, quod est consequenter, ibi. ¶ Consequenter autē. ¶ Tertio, infert quoddam corollarū ex dictis, ibi. ¶ Quoniam autē omnis mutatio. ¶ Dicit ergo primo, ꝙ medium est, in quod primo aptum natum est peruenire id qđ continue mutatur se cundum naturam, q̄ in vltimum terminū motus in quem mutatur. Sicut si aliquid mutatur de A in C per B dummodo sit cōtinuus motus. primo peruenit ad B q̄ ad C. Medium autē potest quidem esse i pluribus: quia inter duo extrema plū esse multa media: sicut inter album & nigrū sunt multi colores medii. Sed ad minus oportet ꝙ sit in tribus: quorū duo sunt

extrema, & vnum medium. Sic igitur medium est per quod in mutatione peruenitur ad vltimum: sed vltimū mutationis est contrarium. Dictum est enim supra, ꝙ motus est de contrario in contrarium. Et quia in diffinitione medii posuerat continuationem motus. Consequenter ostendit quid dicatur continue moueri. Potest autem continuatio motus ex duobus attendi: & ex tēpore in quo mouetur: & ex re per quam transit, sicut est magnitudo in motu locali. Ad hoc igit, ꝙ sic motus continuus requiritur ꝙ nulla interpolatio sit in tempore: quia quantumcūque modicum interpolaretur motus secundum tempus, non esset continuus. Sed ex parte magnitudinis, per quam transit motus, potest esse aliqua media interpolatio sine præiudicio continuationis motus, sicut patet in transitibus viarum, in quibus ponuntur lapides abinuicem modicū distantes, per quos trāsit homo de vna parte viæ ad aliam, motu continuo. Hoc est ergo quod dicit, qđ continue mouetur illud quod nihil aut pauciſſimum deficit rei. ¶ idest, quod non habet interpolationem ex parte rei, per quam transit. Aut si deficit pauciſſime deficit. Sed tempus non potest, nec pauciſſimum deficere, si sit motus continuus. Quomodo autem res possit deficere in motu continuo manifestat subdens, ꝙ nihil prohibet aliquid moueri continue cum defectu rei, sed non temporis. Sicut si aliquis Citharizans, ſtatim post hypaten. i. primam chordam grauem, tonet vltimam acutam, intermissis quibusdam chordis in medio. Sed iste defectus est rei, in qua est motus, non autem temporis. Hoc autem, quod dictum est de continuitate motus, intelligendum

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ista in motu locali, q̃ in aliis motibus. Sed quia non est manifestum, quòd vltimum in motu locali sit contrarium, quia locꝰ videtur esse contrarius loco, ideo hoc manifestat, & dicit, ꝙ contrarium sĩn locum est qđ plurimum distat sm̃ lineam rectam. Et intelligendum est plurimam distantiam esse sm̃ comparationem ad motũ, & mobilia, & mouentia, sicut maxime distant sm̃ locum per comparationem ad motum grauium, & leuium, centrum, & extremitas cæli quo ad nos. Secundũ aũt motum meum, vel tuum maxime distat id, quo intendimus ire ab eo, a quo incepimus moueri. Quid autem sibi velit qđ dixit ſ sm̃ rectitudinem. ⸗ Exponit subdens, ⸗ minima autẽ finita. ⸗ Ad cuius intellectum considerãdum est, ꝙ minima distantia, quæ est inter quęcunq; duo pũcta, signata est linea recta, quam contingit vnam tantum esse inter duo puncta. Sed lineas curuas cõtingit i infinitũ multiplicari inter duo puncta, sĩn ꝙ duæ lineæ curuæ accipiuntur, vt arcus maiorũ, vel minorum circulorũ. Et quia omnis mensura debet esse finita; alias non posset certificare quantitatem, quod est ꝓpriũ mensuræ, ideo distãtia maxima, quæ est inter duo, non potest mensurari sĩn lineã curuam, sed solũ sm̃ lineam rectam, quæ est finita, & determinata. Secundo ibi.

Tex.cõ.25.

Tex.cõ.26.

d ¶ Diffinit hoc qđ consequenter se habet, & quandam speciem eius .ſ. habitũ. & dicit, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid dicatur esse consequenter ad alterum, duo requiruntur: quorum vnum est, ꝙ sit post aliqđ primum quodam ordine, vel sm̃ positionem, sicue in his, quæ sunt sm̃ ordinem in loco vel {secundum speciem} sicue dualitas est post vnitatẽ, vel quocunque alio modo aliqua determinate ordinentur, sicut sm̃ virtutẽ, sm̃ dignitatem, sm̃ cognitionẽ, & huiusmodi. Aliud quod requiritur est, ꝙ inter id, quod est consequenter, & id cui est consequenter, non sit aliquid medium de numero eorum, quæ sunt in eodem genere, sicut linea consequenter se habeat ad lineam, si nulla linea sit in medio, & similiter est de vnitate ad vnitatem, & de domo ad domum. Sed nihil prohibet ad hoc, ꝙ aliquid sit consequenter alteri, ꝙ aliquid sit medium inter ea alterius generis: sicut si aliquod animal sit medium inter duas domus. Quare autem dixerit {& cuius est consequenter, & quod est post primum} manifestat subdẽs, ꝙ omne, quod dicitur consequenter, est respectu alicuius, & non tanquã prius, sed tanquam posterius. Non enim dicitur, ꝙ vnũ sit consequenter duobus, neque noua luna secundæ, sed

Tex.cõ.27.

Tex.cõ.28.

tpis Nihil.n. prohibet deficientiam rei non tpis: & statim etiã post hypatem sonare vltimam, sed rei in quam mouetur. hoc aũt & in his, quæ sunt sm̃ locũ, & in aliis mutationibus manifestũ est. Contrarium aũt sm̃ locum est, sm̃ rectitudinem distãs plurimum. Minima autem finita: mensura autem finitum est.

d Consequenter aũt est quòd cum post primũ solum sit, aut positione, aut spẽ, aut alia, aut aliquo sic determinato, nullũ mediũ est eorũ, quæ sunt in eodẽ genere, & cuius cõsequẽter est: dico aũt vt linea, lineæ, sm̃ ꝙ sunt lineę. aut vnitati vnitas, sm̃ ꝙ sunt vnitates aut domui, domus: aliud aũt nihil ꝓhibet esse medium. Consequenter.n. alicui cõsequẽter, ac posterius aliquid. non.n. vnum, consequẽter est duobus, neque noua luna secundæ consequenter, sed hæc illis. Habitum aũt est, qđ cum consequenter est, tangit.

e Qm̃ aũt oĩs mutatio in oppositis est: opposita aũt sunt & contraria, & quæ sm̃ contradictionem sunt, contradictionis aũt nihil est mediũ, manifestũ est ꝙ in contrariis erit mediũ.

f Cõtinuum autem est quidẽ quod habitum aliquid est. Dico aũt esse continuum, cũ idem fiat & vnus vtriusque terminꝰ eorum, quæ tanguntur: & sic significat nomen continui: hoc autem esse non põt, cũ duo sint vltima. Sed hoc determinato, manifestum est ꝙ in his est continuũ, ex quibus vnum aliquod aptum est fieri secundum contactũ. Et sicut aliquãdo fit continuũ vnũ, sic & totũ erit vnũ. vt aut conclauatione, aut colla, aut tactu, aut ad nascẽtia.

g Manifestum autem, & quod primum est id, quod consequẽter est. Contactum quidem.n. necesse est consequenter esse.

post primam fidium, ultima continuo sonet, sed rei, in qua mouetur. atque hoc & in motu, qui loco accommodatur, & in cæteris motionibus patet. Cõtrarium autem, id est in loco, quod plurimum recta linea distat. Minima enim est finita, & finitũ mensura.

Deinceps, id est, inter quod post principium aut positione, aut forma, aut aliquo alio definitum: & id, ad quod deinceps dicitur esse nihil eorũ cadit, quæ in eodem genere sunt. vt linea ad lineam, uel lineæ, aut unitas ad unitatem, uel unitates, aut domus ad domum: nihil uero prohibet inter ipsa quippiam aliud esse. quod enim deinceps est ad quippiã, est deinceps, & est quid posterius illo. Non enim ipsum unum ad duo, aut calendæ ad nonas, sed hæc ad illa deinceps sunt. Herens autem id est, quod deinceps est, atque insuper tangit.

Quoniam autem omnis mutatio est in oppositis, hæc autem sunt contraria, & quæ secundum contradictionem dicuntur, & nihil est medium cõtradictionis, patet ipsum quod est inter, in contrariis ipsis esse.

Continuum autem est quid hærens. Dico autem tunc continuum esse, cũ utriusque fines, quibus se tangunt, unum, idemque fuerunt facti: atque ut nomen significat continentur. quod quidem esse nõ potest, si extrema sint duo. Hoc definito, patet in his esse continuũ, ex quibus aptum est unum quid fieri tactu: & ut sit ipsum continuum unum. sic & ipsum totum fore unum. ueluti clauo. uel glutine, uel tactu, uel copulatione.

Patet etiam primum id esse, quod est deinceps. Quod enim tangit, id deinceps esse necesse est: non omne autem, quod deinceps est, tangit.

Tex.cõ.29.

Tex.cõ.30.

Tex.cõ.31.

Infra. Tex.cõ.32

tur arbori, & continuatur quodammodo ei. Deinde cum dicit.

g ¶ Comparat tria præmissorum adinuicem, de quibus principaliter intendit, scilicet consequenter se habens. Contactum, & continuum. Et circa hoc, tria facit. Primo comparat consequenter se habens ad contactum. Secundo contactum ad continuum, ibi. {Et si continuum.} Tertio infert quoddam corollarium ex dictis, ibi. {Quare si est vnitas.} Dicit ergo primo manifestum

nifestum esse, quòd consequenter se habens, est primum inter cætera præmissa ordine naturæ, secundum ꝙ dicitur esse prius a quo non conuertitur consequentia essendi, quia omne contactum necesse est esse consequenter. Oportet .n. inter ea, quæ se contingunt, esse aliquem ordinem ad minus positione: sed non oportet omne, quod consequenter se habet, esse tangens: qa ordo potest esse in quibus non est tactus, sicut in separatis a materia. Vnde hoc, quod est consequenter, ꝓinuenitur in iis, quę sunt prior secundum rationẽ. inuenitur enim in numeris, in quibꝰ non inuenitur tactꝰ, qui inuenitur solum in continuis: numeri autem secundum rationem sunt priores continuis quantitatibus, sicut magis simplices, & magis abstracti. Secũdo ibi.

h ¶ Comparat contactum ad cũtinnũ. & dicit, ꝙ eadem ratione contactum est prius quam cõtinuũ. quia, si aliquid est cõtinuum, necesse est, ꝙ sit tangens, sed nõ est necessarium, si tãgit, qđ sit cotinuum. Et hoc probat per rationẽ vtriusque. Nõ enim necessariũ est, ꝙ vltima aliquorum sint vnum, quod est de ratione continui, si sunt simul, qđ est de ratione contacti: sed necesse est contrario, si vltima sunt vnum, ꝙ sint simul, ratione qua potest dici, quòd vnum sit simul sibiipsi. Si aũt hoc qđ dico simul, importat habitudinem distinctorũ, nõ possunt esse vnum, quæ sunt simul: & secundum hoc nec cõtacta esse possunt, q̃ sunt continua. sed communiter accipiẽdo. Vnde concludit, ꝙ ſinsertus}. i. continuatio secundũ quã vna pars inseritur alter in vno termino, est vltimus in ordine generationis, aut specialia sunt posteriora communibus, sicut prius generat animal q̃ homo. Et ideo dico esse vltimũ insertum, quia necesse est aliqua se tãgere adinuicem, si vltima eorum sunt adnata} ideſt naturaliter vnita. Sed non est necessarium, ꝙ omnia, quæ se tangunt ꝙ sint naturaliter adnata adinuicem. Sed in quibus non potest esse contactus, manifestum est ꝙ in his non potest esse {consertus}. i. continuatio. Tertio ibi.

i ¶ Concludit quoddam corollarium ex dictis .i. quòd si vnitas & punctus sunt separata, sicut quidam dicunt, ponentes mathematica separari secundum esse, sequitur ꝙ vnitas & punctũ non sunt idem. & hoc manifestum fit duabus rationibus. Primo quidem, quia puncta sunt in his, quæ nata sunt se tangere;

quod consequenter autem non omne tangere. vnde in prioribus rõne consequenter est, vt in numeris, tactus aũt non est.

Et si continuũ est, necesse est etiã tangere. si uero tangit, non dum continuum est. Non.n. necesse est vnũ esse ipsorũ vltima, si simul sint. sed si vnũ sunt, necesse est & simul esse. Quare in sertus vltimus, est sm̃ generationem: necesse est. n. tangere si adnata erunt vltima. Contacta autem non omnia adnata sunt. in quibus aũt nõ est tactꝰ manifestũ est, ꝙ nõ est cõsertus in his.

Quare, si est vnitas & pũctũ, qualia dicunt separata; nõ possibile est vnitatem, & punctum esse idem. His quidem ineſt tangere. vnitatibus aũt consequenter. Et horum quidem contingit esse mediũ: oĩs.n. linea medium punctorũ est: harum aũt non est necesse. nullum.n. medium est dualitatis & vnitatis.

Quid igitur est simul, & separatim, & quid tangere, & quid medium, & quid cõsequenter, & quid habitum, & quid continuum: & in quolibet vnũquod que eorum ineſt. dictum est.

LECTIO VI.

VNus autẽ motus dicit multipliciter. Vnum enim multipliciter dicimus. Genere igit vnus est sm̃ figuras prædicameti. Loci mutatio .n. omni loci mutationi genere vnus est. Alteratio aũt a loci mutatione altera gñe est.

b Specie autem vnus est, cum genere est vnus & in indiuidua specie fit, vt coloris quidẽ sunt differentiæ. Iam igitur alius specie denigratio, & dealbatio. Omnis aũt dealbatio omni

Quapropter ipsum deinceps esse, est & in hisce, quæ sunt ratione priora, uelut in numeris, tactus uero non est.

Et si continuum est, tangat necesse est. si uero tangat, nondum continuum est, non enim si simul sint extrema ipsorum, unum ipsa esse necesse est: sed si sint unum, & simul, esse necesse est. Quare copulatio ultima est generatione. Tangunt enim necesse est, si copulabuntur extrema: ea uero, quæ tangunt, non uniuersa sunt copulata. In quibus autem tactus non est, in hisce patet nec copulationem esse.

Quare si punctum est separatim, ac unitas (ut quidam dicunt) unitatem ac punctum idem esse impossibile est. Puncto enim competit tactus: unitatibus esse deinceps. Et inter illa quidẽ esse aliquid potest: communis enim linea est inter puncta: inter unitates autem nihil esse necesse est: nihil est.n. inter dualitatem, ac unitatem.

Quid igitur est simul esse, seorsumque, quid tangere, quid inter atq; deinceps esse, quid est hærens, atque continuum, & quibus horum unumquodque competit, satis iam diximus.

LECTIO VI.

VNus autem motus multis dicitur modis. Vnum enim ipsum multipliciter dicimus. Genere igitur unus est motus per prædicamenti figuras. Lationes namque omnes unus genere motus sunt. Alteratio autem a latione genere est diuersa.

Specie uero est unus, quando & genere est unus: & in indiuidua specie est, ueluti coloris quidem sunt differentiæ. Igitur dealbatio, & denigratio, diuersi sunt specie motus. Omnes igitur dealbationes eædem in specie

Infra.

Tex.cõ.33.

Tex.cõ.34.

Tex.cõ.36.

Tex.cõ.46.

Tex.cõ.32.

mento vbi: differt autem genere ab alteratione, quæ est in prædicamento qualitatis, vt supra dictum est. Secundo ibi.

b ¶ Ostendit, quomodo motus sit vnus specie. Et primo ostẽdit propositum. Secundo mouet quandam dubitationem, ibi. {Dubitabit autem aliquis.} Dicit ergo primo, ꝙ motus dicitur vnus specie, cum non solum est vnus secundum genus, sed etiam secũdum speciem indiuiduam. i. specialissimã, quę non diuiditur in alias species. Sunt enim quędam species, quæ diuiduntur, sicut color species est qualitatis, sed tamen habet differentias, quibus in species diuersas diuiditur. Vnde motus, qui sunt secundum colores

Universidad de Deusto
Biblioteca

cotes, pñt esse diuersi specie, sicut dealbatio & denigratio: sed F
ois dealbatio est eadem sm spēm, similiter & ois denigratio: ga
albedini nō sunt amplius spēs, in quas diuidatur. Sed si sunt
quædam, quæ sunt simul genera & spēs, manifestum est, q̄ mo-
tus, qui conueniunt in spē subalterna (sunt vt vnum spē) .i. sm
quid vnus: sed simpli
citer non sunt vnus
spē, sicut scia quæda
est spēs existimationis, & genus diuersa-
rum sciarum. Vnde
ois doctrinatio, quæ
est motus ad sciam,
est quodāmodo vna
spē, non tñ simplici-
ter: quia doctrinatio,
qua docetur gramā-
tica, est simpliciter
alia spē ab ea, qua do
cetur geometria. At-
tendendum est aūt,
Tex.cō.32. q̄ in positis, vnitate & diuersitatem mo-
tus determinauit sm genera, & spēs in qui
bus contingit motū
esse, quia motus quo
dammodo reducitur
ad genus rerum, in
Tex.cō.33. quibus est motus. Se
cundo ibi.
c ¶ Mouet quandā dubitationem circa
præmissa. Vtrum .s. ex necessitate sit vn⁹
Tex.cō.34. spē motus, cū aliq̄d idē mutatur multo-
ties de eodē in idē: sicut si vnum punctū
sm Geometras, qui imaginantur punctū
moueri, moueat ex hoc loco in hunc lo
cum multories. Et hoc quidem videtur
secundum præmissa. Si enim motus, qui
sunt in eadem specie vt in albedine, sunt
Tex.cō.35. idem spē, multo magis duo motus, qui
sunt in eundem locū numero. Si aūt hoc
concedatur, sequitur inconueniens .s. q̄
motus rectus sit vn⁹ spē motui circulari.
Contingit .n. ab hoc
loco in hūc locū, pri
mo quidem moueri
circulariter, quasi p
arcum quendā, post-
modum vero motu
recto quasi per lineā
rectam. Et similiter
sequitur in motibus
animalium, q̄ ambu
latio, quæ est per li-
neam rectam, sit ea-
dem sm spem voluta
tioni, qua aial per li-
neam circulare vol-
uendo se mouetur.

dealbationi idē sm spēm erit, & ois denigratio, denigrationi albedini aūt non amplius. vnde specie vnus est dealbatio albationi omni. Si aūt sunt quę dam, quæ & genera simul & spē cies sunt. manifestum est, q̄ spē vt vnum erit, simpliciter vnus spē non. vt doctrinatio: sed scia G quidem spēs existimationis, ge nus aūt scientiarum aliarum.

c Dubitabit aūt aliquis si spē vnus motus sit, cum ex eodem idē in idē mutetur, vt vnū punctum ex hoc loco in hunc locū iterum & iterum. Si autem hoc est, erit circulatio rectitudini eadē, & volutatio ambulatio-ni. Aut determinatum est si id, in quo est, alterum est spē, qm alter motus est: circulare autē H a recto alterum spē est. Genere igitur & spē motus vnus, sic est.

d Simpliciter aūt vnus motus est q̄ substātia q̄dē vn⁹ & nume ro est. Quis aūt hmōi sit, mani festū est diuidentibus. Tria .n. sunt sm numerū, circa quæ dici mus motum vnum, quod, & in quo, & q̄n. Dico aūt quod. q̄n necesse est esse aliquid q̄d mouetur, vt hoiem aut aurum. & in aliquo hoc moueri, vt in lo-co, aut in passione. & q̄n in tem I pore. n. omne mouetur. Horū aūt triū, genere quidē, aut spe cie esse vnū, est in re in qua mo uetur. habitum aūt erat in rpe. Simpliciter aūt vnū esse in oīb' his est. & nāque in quo est. vnū oportet esse & indiuisibile. vt spēm. Et ipsum q̄n vnum tps. & non deficiens. Et q̄d mouetur vnum esse, non sm accidens, vt album ni grum fieri, & Coriscū ambulare, vnum aūt est Coriscⁿ & album, sed sm accidens. neq; commune. esset enim duos ho-mines simul sanari secundum eandem sanitatem. vt ophthal miæ. sed non vnus hic est, sed specie vnus est.

hanc autem dubitationem soluit sm̄ premissa. Determinatū est enim q̄ si id, in quo est motus, est alterum spē, & motus est alter specie. vt sic ad hoc, q̄ motus sit idem spē, non solum requ ritur identitas termini sm spēm, sed etiā identitas eius, p quod transit motus. Manifestum est aūt, q̄ linea recta, & circularis sūt diuersæ sm spēm. vnde motus circularis, & rectus, & volutatio, & ambulatio, non sunt idem sm spēm, quamuis sint circa eosdē terminos, quia via non est eadem sm spēm. Sed si sint idem ter-mini, & eadem via sm spēm, sunt idem motus sm spēm: & mul-

ro magis, si termini, & via sunt eadē numero, motus iterati erit idem secundum speciem. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit tertium modum, quo motus dr vnus numero. Et Tex.cō.36.
circa hoc, duo facit. Primo manifestat quis motus sit vnus nu-
mero. Secundo, circa hoc mouet quasdam dubitationes, ibi {So
cratem aūt. } Dicit
ergo primo, q̄ sm̄ dī-
ctos modos non di
cit motus vnus sim-
pliciter, sed sm̄ quid
.s. genere & spē. Ter-
tio aūt modo dr mo-
tus simplr vnus, qui
est vnus numero sm̄
suam essentiā. Quis
autem motus sit hoc
modo vnus, manife-
stum erit distinguen
do ea, quæ requiru
tur ad motum. Sunt
enim numero tria,
circa quæ consistit
vnitas motus. .s. subie
ctum, quod mouet:
& genus, vel spēs, in
qua est motus: & tps
q̄n mouetur. Et mani
festat singula. Quod
mouetur quidem di
ctum est, quia neces-
se est aliquid esse in
quocūque motu q̄d
mouetur, sicut hoies
aut aurū, vel quod-
cūque corpus. Et sic
necesse est hoc, vel
quæcunque alia mo-
bilia moueri in ali-
quo genere, vel spē,
puta in loco. {aut in
passione }. i. in passi-
bili qualitate. Et sicut
liter necesse est consi
derare q̄n mouetur,
quia omne quod mo
uet, mouetur in tpe.
Contingit aūt de nu
mero horum trium,
inueniri vnum gene
re, aut spē re, i qua
est motus, sicut loco
vel qualitate. Sed in
tpe non est attendē-
da quantum ad vni-
tatem motus, vnitas
generis, vel spēi, cum
non sit nisi vnū tps
sm̄ spēm, sed q̄d sic
habitū. i. cōtinuo cō-
sequens absque in-
terpollatione. vnitas
aūt motus sm̄ quam
dicitur simplr vnus,
consistit in vnitate
oium horū. Oportet
enim id, in quo est
motus, esse vnum, &
indiuisibile, eo mo-
do quo species spe-
cialissima indiuisibi-
lis dr. Et iterū opor-
tet ipsum tps, q̄n sit
motus, esse vnum &
tinuum {& non deficiens }. i. absque interpollatione. Et ter-
tio oportet id, quod mouet esse vnū. Sed excludit duos mo-
dos vnitatis subiecti, qui non sufficit ad hoc, q̄ motus sit vnus
simpliciter. Primus modus est sm̄ accidens, sicut Coriscus, & al-
bus, sunt vnum sm̄ accidens, non tñ motus proprius Corisci, &
motus proprius albi est unus. Motus .n. proprius albi est nigru
fieri, & motus proprius Corisci est ambulare. qui quidem mo-
tus differunt. Secundus modus, est vnitas generis, vel spēi: non-
ad hoc, q̄ sit vnus motus numero, sufficit, q̄ subiectum sit vnū,
sicut

cie sunt. & omnes iidem denigrationes, albedinis autem non sunt. quapropter dealbatione omnes, unus specie motus sunt. Quod si sint aliqua, quæ genera sunt & species simul, patet unum quidem in illis specie motum esse. non absolute tamen specie unum, qualis est disciplina, si scientia existimationis quidem est species, scientiarum autem genus.

Dubitauerit autem quispiam, si unus sit specie motus, cum ex eodem, in idem idem mutatur, ueluti punctū unum ex hoc loco, in hunc locum iterum, iterumue. At si sit conuersio recta que latio idem erunt specie motus, & uolutatio item, ac ambulatio. An definitum est diuersum esse motum si id, in quo fit motus specie sit diuersum? Circuflexum autem a recto specie differt. Genere igitur, specieue motus, hoc pacto est unus.

Absolute autem is unus est motus, qui substantia & numero unus est. Sed quisnam sit talis patefiet, facta diuisione. Tria enim numero sunt, circa quæ motū dicimus esse. quod, in quo, & quando. Dico autem hoc pacto: esse enim quippiam quod mouetur necesse est, uelut hominem, aut aurum. & in aliquo hoc moueri, ceu in loco, aut in affectu. & quando, omne enim quod mouetur in tempore mouetur. Esse igitur genere aut specie unum: in ipsa re, in qua fit motus, consistit. hærere autem, in tempore erat. At esse simpliciter unum in unuersis hisce consistit: Etenim id, in quo fit motus, unum & indiuiduum esse oportet: ueluti formam: & tempus unum esse: & non intercapedines fieri. Et id, quod mouetur unum non per accidens esse, ut album nigrescere, & Coriscum ambulare. unum autem est Coriscus, ac album, sed per accidens. Neque commune. Fieri enim potest, ut duo simul homines eadem sanatione sanentur, ex oculorum morbo, in sanitatem eorundem pergentes. At non unus motus hic est, sed specie unus.

sicut aliquod cōe vel genus vel spēs. contingit .n. duos hoies in A
eodem tpe sanari, & secundū eandem spēm sanationis, puta qa
sanantur de ophtalmia, quæ est infirmitas oculorum: & sic con
currit vnitas ipsius qñ, & eius in quo, et vnitas subiecti secun-
dum speciem. Non tamen hæ duæ sanationes sunt vnus motus
Tex.cō.36. numero, sed vnus spe
cie. Secundo ibi.
e ¶ Introducit quā-
dam dubitationem.
Et circa hoc, tria fa-
cit. Primo ponit id
quod videtur in pri-
mo aspectu de vnita
te motus secundum
numerum. Secundo
Tex.cō.37. mouet dubitationē
circa hoc, ibi {habet
autē dubitationē. }
Tex.cō.38. Tertio, determinat
veritatem, ibi {eadē
ratio est. } Dicit ergo
primo, q̄ contingit
aliquod vnum mo-
bile, vt Socratem, se-
cundum alterationē
eandem specie alte-
rari in vno tpe, &
iterum in alio: sicut
si sanetur bis de oph
thalmia. Hæc autem
Tex.cō.38. iterata alteratio, erit
vnus motus nume-
ro, vt videtur in pri
mo aspectu, si sanitas
quæ acquiritur sit ea
dem numero. Et hoc
erit si contingat id
quod est corruptum,
iterum fieri vnum
numero, quod vide-
tur impossibile. Sani
tas enim, quæ in pri
ma alteratione fuit
acquisita, postmodū
fuit corrupta: & non
potest recuperari ea
dem numero. Sed vi
detur, q̄ si recupere-
tur eadem numero,
q̄ alteratio sequens
esset vnus numero
Tex.cō.39. motus cum prima. si
vero recuperetur eadē sanitas nu-
mero erit quidē mo
tus idem specie, sed
non vnus numero.
Secundo ibi.
f ¶ Mouet quandā
aliam dubitationem
circa hoc. & dubita-
tio talis est. Si aliquis
continue perseueret
in sanitate, vel i quo
cunque alio acciden
te, vtrum vna sanitas
vel quicunque alius
habitus aut passio possit esse in corporibus. Et videtur, q̄ non,
quia quibusdā Philosophis visum fuit, q̄ omnia subiecta, quæ
habent aliquas qualitates, aut habitus, sunt in continuo motu,
& fluxu. Si ergo in aliquo, qui sanus perseuerat, vna & eadem
sanitas est, quæ fuit in mane, & quæ est nunc in meridie, vel se-
ro non videtur ratio posse reddi, quare etiam si deficit aliquis
a sanitate, & iterum accipiat sanitatem, secunda sanitas recupe-
rata non sit vna numero cum sanitate prius habita. Hanc autē
dubitationem Arist. non soluit, quia non est ad propositū, sed
magis ad considerationem Metaphisici spectat: ad quem perti-
net considerare communiter de vno & multo, & eodem & di-
uerso. Et iterum quia illa dubitatio super falso fundatur. .s. quod
Tex.cō.22. omnia fiat in continuo motu, & fluxu, quod Heraclitus opina-
tus est. & hoc Arist. improbat in quarto Metaphys. Nec tamen
est similis ratio, quia quandiu sanitas manet, licet varietur ho

c Socratem aūt sm̄ alterationē eandem alterari specie, in alio aūt tpe, & iterum in alio: siquidē contingit corruptum iterū vnum fieri numero, erit & hic vnus, si vero non idem quidem sm̄ speciē, vnus aūt numero nō.

f Habet aūt dubitationē huic B
similem, & vtrum vna sanitas, & omnino habitus, & passiones, substantia sint in corporibus. Moueri nāque videntur habentia & fluere. Si igitur eadē & vna sit mane, & nunc sanitas, quare non & cum deficiens accipiat iterum sanitatē, & hæc & illa vna numero erit?

g Eadem enim ratio est. Nisi C
q̄ in tantum differunt: quia si duo idem hoc sunt, sicut nume ro motus vnus, & habitus esse necesse est. vnus .n. numero actⁿ vnius numero. Si vero habitus vnus est, fortasis alicui non vi debitur vnus & actus esse. Cum enim pauset ambulās: non am-

mo secundum sanitatem, vt puta si fiat homo magis vel minus sanus, non intercipitur esse sanitatis, sicut intercipitur quando totaliter corumpitur sanitas. Tertio ibi.
g ¶ Determinat veritatem circa id quod prædixerat. Dixerat enim supra, q̄ si sit eadem qualitas, quæ recuperatur, erit idem

Si Socrates autem eadem alteratione specie diuersis temporibus alteratur, si corruptum iterum unum numero peri potest, erit & hæc alteratio una, si non potest, erit eadem specie, sed non numero una.

Existit autem huic similis dubitatio si una sit ipsa sanitas habuus ipsi omnino, atque affectus in corporibus ipsis necne. Ea nanque, quæ habent moueri, fluereque uidentur. Si eadem igitur, atque una sit mane, & nunc sanitas, cur & cum rursus quispiā amissam recuperauerit, & hæc & illa non una numero erit?

Est enim eadem ratio. Verum hoc interesse uidetur, quod si habitus sint duo, duo erunt & ipsi actus, sicut si actus sit unus & habitum unum esse necesse est. Vnus enim actus numero, unius numero habitus est. At si habitus sit unus. non fortasse quippiam uidebitur unus etiam actus esse. Cum enim cessauerit quispiam ambulare, non est ipsa ambulatio. rursus autem ambulante, erit. Quod si una & eadē est: idem ac unum & corrumpi & esse persæpe potest. Hæ igitur dubitationes extra præsentem considerationem esse uidentur.

LECTIO VII. D

Voniam autem continuus est omnis motus, & simpliciter quidem vnum necesse est & continuum esse: siquidem omnis diuisibilis est. & si continuus, vnus. Non enim omnis fiet continuus omni, sicut neque aliud nullū contingenti contingens, sed quorū vnum sunt extrema. Vltima autem aliquorum quidē nō sunt. aliquorum autem sunt, sed spe E

LECTIO VII.

Vm autem omnis motus continuus sit, si omnis est diuisibilis, eum qui simpliciter unus est et continuum esse necesse est: & si continuus est, unus est. Non .n. omnis omni continuus fieri potest, sicut nec aliud quoduis cuiuis: sed quorum ultima unum fieri possunt. Vltima uero quorundam non sunt, quorūdā sunt, at diuersa specie, atque æquinoca. Quo nanque modo tanget aut unum fiet, ultimum lineæ ambulationi

tiones sunt extra principalem intentionem, & ideo sunt prætermittendæ.

LECTIO VII.

Postquam Phylosophus posuit, q̄ tria requiruntur ad hoc, q̄ sit vnus motus simpliciter. .s. vnitas tempo ris & rei, in qua est motus & subiecti, hic probare intendit hoc. Cum enim multipliciter dicatur vnū simpliciter, vno modo sicut aliquod indiuisibile est vnum, alio modo sicut continuum est vnum; motus non potest dici vnus simpliciter sicut indiuisibile: quia nullus motus indiuisibilis est. vnde relinquit, q̄ hoc modo dicat vnus sicut continuus, & q̄ hoc sit motui esse vnū simplr, quod est ei esse cōtinuum, & ipsa continuitas motus sufficiat ad eius unitatem. Sequitur .n. q̄ si

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est continuus, ꝙ sit vnus. Quæcunque igitur requiruntur ad continuitatem motus, requiruntur ad eius vnitatem. Ad continuationem autem motus requiruntur tria, quorum primum est vnitas speciei. Non enim omnis motus potest continuari oi motui, sicut etiam in aliis continuis non indifferenter qualecunque esse contingit aliquid cōtinuari potest cuicunque, qualecunque illud esse contingat. sed illi

Tex.cō.40. cōtinuari possunt, quorum vltima contingit esse vnū, quod est de ratione continui, vt supra dictum

Tex.cō.17. est. Sed quæda sunt quæ nulla vltima habent vt formę, & indiuisibilia omnia: & ideo eorum non potest esse cōtinuatio. Quorūdā vero sunt aliqua vltima, quæ sunt diuisibilia & quantitatem habentia, quę{sunt æquiuoca}.i. non conuenientia in nomine,

Tex.cō.41. & ratione: & illa ēt non possunt continuari. Nec etiam potest esse contactus in quibusdam eorū. nō enim potest dici, ꝙ linea, & ambulatio se contingant, vel ꝙ vnum sit eorum vltimum, quod est continuari adinuicem. Ex quo patet, ꝙ ea quæ sunt diuersorum generum, vel specierū, non possunt continuari adinuicem. Ergo motus, qui differunt genere, vel specie, possunt esse habiti, idest consequēter adinuicem se habere sicut aliquis post cursum potest statim febricitare: cursus autē & febricitatio sunt in diuersis generib⁹.

Tex.cō.42. Et in eōdem genere, scilicet loci mutationis vna mutatio est, quæ cōsequenter se habet ad aliam, cum tamen non sit continua: sicut patet in diffusione sapidis, vtputa cum candela de manu in manum

Tex.cō.43. transfertur. sunt n. ibi diuersi motus nō continui. Vel potest intelligi, ꝙ motum localem liquoris, quo flamma sustentatur, quem appellat diffusionem, consequitur motus localis flammæ quæ nomine lampadis significatur. Prædictæ igitur mutationes, quia differunt genere, vel specie, non sunt continuę, cum non possint habere vnum vltimum, quod ponitur esse de ratione continui. Vnde possunt quidem motus specie, vel genere differentes esse consequenter se habentes & habiti .i. quodammodo se tangentes absque alia interpositione temporis, inquantum tempus est cōtinuum; quod quidem eadem ratione habet continuitatē, qua & motus. .i. inquantum est ei vnum vltimū. Nihil aūt prohibet in vno instanti temporis, ad quod continuantur partes eius, terminari vnum motum, & incipere aliū alterius generis, vel etiā speciei. & sic motus illi erunt habiti, sed non continui. Et ideo secundum præmissa sequitur, ꝙ ad hoc ꝙ motus sit continuus,

cie differētia & æquiuoca sunt. qūo nāque tanget, aut vnū fiet vltimum lineæ, & ambulationis? Habiti igitur sunt, & qui neque idem specie, neque idē genere sunt. Postquam enim cucurrit aliquis, statim febricitabit. & vt lampas ex diffusione, loci mutatio est habita, continua autem non. ponitur. n. continuum, quorum vltima vnum sunt. Quare habiti, & consequēter sunt, quia tempus continuū est. Continuum autem est quia motus continui sunt. Hoc autē est cum vnum vltimum fiat ambobus. Vnde necesse est eundē secundum speciem esse, & vni⁹, & in vno tempore simpliciter continuum motum & vnum. tempore quidem, vt nō immobilitas interfit: indeficienti. n. quiescere necesse est. Multi igitur, & non vnus motus est, quo rū quies in medio ēst: quare, si aliquis mot⁹ statu occupetur. neque vnus est, neq; continu⁹. Intercipitur aūt, si in medio tēpus est. Qui autem specie non vnitur, non vnus motus est, & si non deficiat tempus. Tempus quidem enim vnum est, specie autem motus alius est. motum enim vnum, necesse est specie vnum esse. hunc autem, simpliciter vnum esse non est necesse. Quis igitur motus simpliciter vnus est, dictum est.

b Amplius autem dicitur vn⁹ & perfectus. siue sm̄ genus, siue sm̄ speciem, siue sm̄ substantiā sit: sicut & in aliis perfectum, & totum vnius est. Est aūt aliquā do, etsi imperfectus sit, vnum dicitur, si solum sit continuus.

c Amplius autē aliter præter prædictos. dicitur motus vnus regularis. Irregularis enim nō

ue? Hærentes igitur erunt & hi qui non idem specie, & hi, qui non idem genere sunt. Post cursum. n. quempiā continuo febres aggredi possunt: & ut facis ipsius ex successione motio, latio est hærens, continua uero non est. Posit ū est enim ea continua esse, quorum ultima sunt unum. quare herentes quidem & deinceps ex eo sunt, quia tempus cōtinuum est. Continuus autem est, quia motus continui sunt, hoc autem est, cum utrorumque extremum est unum. Quapropter eum motum, qui simpliciter continuus, ac unus est eundem esse specie, ac unius, & uno in tempore esse necesse est. Vno quidem in tempore, ut immobilitas inter partes non sit. intercapedine enim mobile quiescat, necesse est. Multi igitur et nō unus hi motus sunt, inter quos media quies cadit. Quare si quis motus intercipitur statu, is neque unus, neque continuus est. Intercipitur autem si in medium tempus cadit. specie autē unum esse oportet, quia ultima eius, qui non unus est specie, unum euadere nequeunt, & si tēpus non intercipit. tempus enim est unum, ille uero specie est diuersus. Etenim motum unum & specie unum esse necesse est, hunc autem non necesse est simpliciter unum esse. Quis igitur motus unus est absolute, iam diximus.

Præterea motus unus & hisce dicitur, qui est perfectus siue genere sit, siue specie, siue numero unus, quemadmodum & in cæteris perfectum ipsum, ac totum, ipsius unius est. Interdū autem, etsi imperfectus est, unus dicitur, modo continuus sit.

Insuper & alio modo pter dictos, unus hisce dicitur motus, ꝙ uniformis est. Differmis. n. aliqua ex parte non

requiritur, ꝙ sit vnus secundum speciem; quæ quidem vnitas speciei est in motu ex re, in qua est motus inquantum est indiuisibilis secundum speciem. Secundo requiritur ad continuitatem motus, ꝙ sit vnius subiecti, quia diuersorum subiectorum motus possunt esse habiti, sed non continui, sicut dictum est de mutatione candelæ per motum diuersarum manuum. Tertio requiritur ad cōtinuitatem motus & vnitatem, ꝙ sit vnus tempore ad hoc, ꝙ non interueniat aliqua immobilitas, vel quies. quia, si deficeret aliquod tempus motui, in quo. .s. non moueretur, sequeretur ꝙ in illo quiesceret. si autem quies interponitur, erāt multi motus & nō vnus. Multi enim motus, & nō vnus sunt, quorum quies in medio est. Vnde si aliquis motus sit, qui intercipiatur quiete, non erit neque vnus, neque continuus. Intercipitur aūt quies, te si tēpus sit in medio, vt ostensum est. vnde requiritur ad cōtinuitatem mot⁹, ꝙ sit vnū tēpus continuum. Sed iſi hoc non sufficit, quia motus, qui non est vni⁹ speciei, non est continuus, etiam si tempus non deficiat: quatenus si sit unum secundum tēpus, erit alius secundum speciem. Quia necesse est ad hoc, ꝙ sit motus un⁹ continuus, ꝙ sit un⁹ sm̄ speciem, sed non sequitur, ꝙ motus, qui est unus secundum speciē, sit unus simpliciter. Sic ergo patet, ꝙ tria prędicta requiruntur ad hoc, ꝙ sit unus motus simpliciter. Et hoc est quod concludit, quod dictum est, quis motus sit simpliciter vnus. Dein de cum dicit.

b ¶ Positis tribus modis principalibus unitatis motus, hic ponit duos alios modos secundarios, qui magis pertinent ad

ſum tardius tranſit, in E F, F G, duas & ipſas indiuiduas ptes, igitur & tẽpus H M, in tres ſane ptes īdiuiduas diuidetur. In æquali nãq; tpe, magnitudine quorum vnum eſt, quòd in omni tempore velocius & tardius moueri. Secundum eſt, quòd velocius plus pertranſit de magnitudine in æquali tempore. Tertium eſt, quòd contingit eſſe exceſſum velocitatis ad velocitatem, & longitudinis pertranſitæ ad longitudinem ſecundum diuerſas proportiones, puta ſecundum duplicem, quæ eſt proportio duorum ad vnum, & ſecundum hemioliam, quæ habet totum & dimidium, quæ alio nomine dicitur ſexqualtera, vt proportio trium ad duo, vel ſecundum quantamcunque aliam proportionem. Ex his autem ſuppoſitis ſic procedit. Sit hæc proportio velocis ad velox, vt inueniatur aliquid velocius altero ſecundum hemiolium, ideſt ſexqualteram proportionem. & ſit ita, quòd velocius pertranſeat vnam magnitudinem, quæ ſit A B, C D, compoſitam ex tribus magnitudinibus indiuiſibilibus, quarum vna ſit, A B, alia B C, tertia C D, in eodẽ autem tempore oporter, quòd tardius ſecundum prædictam proportionem pertranſeat magnitudinem compoſitam ex duabus indiuiſibilibus magnitudinibus, quæ ſit magnitudo, E F, F G. Et quia tempus diuidi poteſt, ſicut etiam magnitudo, neceſſe eſt quòd tempus, in quo velocius pertranſit tres indiuiſibiles magnitudines, diuidatur in tria indiuiſibilia, quia oportet qp æquale in æquali tempore pertranſeat. Sit ergo tempus diuiſum in K L, L M, M N, tria indiuiſibilia. Sed quia tardius in eodem tempore mouetur per E F, F G, quæ ſunt duæ magnitudines indiuiſibiles, neceſſe eſt quòd tempus diuidatur in duo media, & ſic ſequetur quòd indiuiſibile diuidatur. oportebit enim quòd tardius vnam magnitudinem indiuiſibilem pertranſeat in vno indiuiſibili tempore & dimidio, non enim poteſt dici, quòd vnam indiuiſibilem magnitudinem tranſeat in vno tempore indiuiſibili, quia ſic non prius moueretur velocius quàm tardius. Ergo relinquitur quòd tardius pertranſeat indiuiſibilem magnitudinem in pluri, quàm in vno indiuiſibili tempore, & in minori quàm duobus, & ſic oportebit vnum indiuiſibile tempus diuidi. Et eodem modo ſequitur, quòd indiuiſibilis magnitudo diuidatur, ſi ponatur quòd tardius moueatur per tres indiuiſibiles magnitudines, in tribus indiuiſibilibus temporibus. velocius enim in vno indiuiſibili tempore mouebitur per plures quàm per vnam indiuiſibilem magnitudinem, & per minus quam duas. Vnde manifeſtum ſit, quòd nullum continuum poteſt eſſe indiuiſibile.

Demonſtratio ſecunda, per quã probatur idem quod ſupra. Et ſumitur ex proportione cuiuslibet finiti ad quodlibet finitum, ſumendo tps infinitum, & magnitudinẽ finitam.

C. Tempus infinitum.



D

E ¶ Ponit qp eadem demonſtratio eſt ducens ad impoſſibile, ſi dicatur qp lõgitudo ſit infinita, & tẽpus finitũ. Quia accipietur aliquid lõgitudinis infinitæ, quod erit finitum: ſicut accipiebatur aliquid tẽporis infiniti, quod eſt finitũ. Deinde cũ dicit.

E

Demonſtratio, probans idem quod ſupra, aſumẽdo tempus finitum, & magnitudinem infinitam.

Tempus finitum.



h ¶ Probat quòd nullum continuum eſt indiuiſibile. Et primo, oſtẽdit quod inconueniens ſequitur ſi hoc ponatur. Secundo, ponit demonſtrationem ad illud inconueniens ducentem ibi. {Quoniam enim in omni tempore.} Dicit ergo primo, manifeſtum eſſe ex dictis, quòd neque linea, neque planum ideſt. ſuperficiens, neq; omnino aliquod continuum, eſt atomus. i. indiuiſibile: tũ propter prædicta, quia videlicet, impoſſibile eſt aliquod continuum ex indiuiſibilibus componi, cũ tamen ex continuis poſſit componi continuum, tum etiam quia ſequeretur, qp indiuiſibile diuidere tur. Secundo ibi.

Tex.cõ. 21

i ¶ Ponit demonſtrationem ad hoc inconueniens ducentem, in qua primo, præſupponit quædã ſuperius manifeſta-

Lect. 3. tex. com. 16.

tempore contingat velocius & tardius moueri. Secundum eſt, quòd velocius plus pertranſit de magnitudine in æquali tempore. Tertium eſt, quòd contingit eſſe exceſſum velocitatis ad velocitatem, & longitudinis pertranſitæ ad longitudinem ſecundum diuerſas proportiones, puta ſecundum duplicem, quæ eſt proportio duorum ad vnum, & ſecundum hemioliam, quæ habet totum & dimidium, quæ alio nomine dicitur ſexqualtera, vt proportio trium ad duo, vel ſecundum quantamcunque aliam proportionem. Ex his autem ſuppoſitis ſic procedit. Sit hæc proportio velocis ad velox, vt inueniatur aliquid velocius altero ſecundum hemiolium, ideſt ſexqualteram proportionem. & ſit ita, quòd velocius pertranſeat vnam magnitudinem, quæ ſit A B, C D, compoſitam ex tribus magnitudinibus indiuiſibilibus, quarum vna ſit, A B, alia B C, tertia C D, in eodẽ autem tempore oporter, quòd tardius ſecundum prædictam proportionem pertranſeat magnitudinem compoſitam ex duabus indiuiſibilibus magnitudinibus, quæ ſit magnitudo, E F, F G. Et quia tempus diuidi poteſt, ſicut etiam magnitudo, neceſſe eſt quòd tempus, in quo velocius pertranſit tres indiuiſibiles magnitudines, diuidatur in tria indiuiſibilia, quia oportet qp æquale in æquali tempore pertranſeat. Sit ergo tempus diuiſum in K L, L M, M N, tria indiuiſibilia. Sed quia tardius in eodem tempore mouetur per E F, F G, quæ ſunt duæ magnitudines indiuiſibiles, neceſſe eſt quòd tempus diuidatur in duo media, & ſic ſequetur quòd indiuiſibile diuidatur. oportebit enim quòd tardius vnam magnitudinem indiuiſibilem pertranſeat in vno indiuiſibili tempore & dimidio, non enim poteſt dici, quòd vnam indiuiſibilem magnitudinem tranſeat in vno tempore indiuiſibili, quia ſic non prius moueretur velocius quàm tardius. Ergo relinquitur quòd tardius pertranſeat indiuiſibilem magnitudinem in pluri, quàm in vno indiuiſibili tempore, & in minori quàm duobus, & ſic oportebit vnum indiuiſibile tempus diuidi. Et eodem modo ſequitur, quòd indiuiſibilis magnitudo diuidatur, ſi ponatur quòd tardius moueatur per tres indiuiſibiles magnitudines, in tribus indiuiſibilibus temporibus. velocius enim in vno indiuiſibili tempore mouebitur per plures quàm per vnam indiuiſibilem magnitudinem, & per minus quam duas. Vnde manifeſtum ſit, quòd nullum continuum poteſt eſſe indiuiſibile.

Demonſtratio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *demonstratio q̄ nullum continuum est indiuisibile.*



LECTIO V.

POstquam ostendit Philosophus, q̄ nullum continuum ex indiuisibilibus cōponitur, neque indiuisibile esse, ex quibus apparet motum esse diuisibilem, hic determinat de diuisione motus. Et primo, præmittit quędā necessaria ad motus diuisionem. Secundo, de ipsa motus diuisione determinat ibi. ¶ Mot⁹ aūt est diuisibilis dupl'r. ¶ Circa primū duo facit.

Tex.cō.24.

Tex.cō.33.

Tex.cō.25. Primo, ostēdit q̄ in indiuisibili tēporis, non cōtingit esse motum neq; quietem: ise cundo, ostendit q̄ in diuisibile non potest moueri ibi. ¶ Quod

Tex.cō.35. mutatur aūt omne. ¶ Circa primū duo facit. Primo, ostēdit q̄ indiuisibile tpis est ipsum nunc. Secūdo,

Tex.cō.26. q̄ in nunc nihil mouetur aut quiescit ibi. ¶ Quod aūt nihil in ipso nūc mouetur. ¶ Circa hoc tria facit. Primo, proponit qđ intendit. Secūdo ponit ea, ex quibus probari potest propositū ibi. ¶ Est enim aliquid vltimum eius. ¶ Tertio, proponit id quod ad hæc consequitur ibi. ¶ Necesse igitur. ¶ Circa primū cōsiderādum est, q̄ aliquid dicitur nunc secundum alterum, & non secundum seipsum, sicut dicimus nunc agi, quod in toto præsenti die agit, tamen totus dies presens non dicitur præsens secundum seipsum, sed secundum aliquid sui. Manifestum est enim q̄ totius diei aliqua pars præterijt, & aliqua futura est. quod aūt præterijt, vel futurum est, non est nunc. sic ergo patet q̄ totus dies præsens, non est nunc primo & per se. sed per aliquid sui. & similiter nec hora, nec quodcunq; aliud tempus. Dicit ergo, q̄ id quod dicitur nunc primo, & per se, & non secundum alterum, ex necessitate est indiuisibile, & iterum ex necessitate est in omni tempore. Secundo ibi.

b Probat propositum. Manifestum est enim q̄ cuius libet continui finiti, est accipere aliquod vltimum, extra quod nihil est eius, cuius est vltimum, sicut nihil lineę est extra punctū, quod terminat lineam. Tempus aūt præteritū est quoddam continuū finitum ad præsens, est ergo accipere aliquod vltimum eius, q̄ factum est, ideſt præteriti, extra quod nihil est præteriti, & infra quod nihil est futuri. Et similiter est accipere aliquod vltimū futuri, infra quod nihil est præteriti, & illud vltimum est terminus vtriusq;, s. præteriti & futuri, quia cum totū tempus sit cōtinuum, oportet q̄ præteritū & futurum ad vnū terminum copulentur. Si igitur de aliquo demonstretur q̄ ipsum sit tale per seipsum, quod est esse nunc per seipsum, & non per aliquid sui, simul cum hoc manifestum erit q̄ sit indiuisibile. Tertio ibi.

c ¶ Ostendit quoddam consequens ad præmissa. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit, supposito q̄ nunc sit indiuisibile, q̄ oporteat idem nunc esse, quod est terminus præteriti & terminus futuri. Secundo, ostendit q̄ econuerso, si est idem vtrunque nunc, oportet q̄ nūc sit indiuisibile ibi. ¶ At vero si idē est. ¶ Circa primum duo facit. Primo, concludit ex dictis, q̄ necesse est eundem esse nunc, qđ est vltimum vtriusq; temporis, ideſt præteriti & futuri. Secundo ibi.

Tex.cō.27.

d ¶ Probat talem rationem. Si est alterum nunc, quod est principium futuri, & alterum qđ est finis præteriti, oportet q̄ hæc duo nunc, vel sint eo sequenter ad inuicē, ita q̄ immediate sibi succedāt, vel oporteat q̄ vnum sit seorsum ab altero, distans ab eo. Sed nō potest dici q̄ vnum consequenter se habeat ad alterū, quia sic sequeretur tēpus componi ex nūc aggregatis, quod nō potest esse, pp id quod nullū continuum cōponitur ex impartibilibus, vt supra ostēsum est. Nec etiā dicipotest, q̄ vnū nūc sit seorsum ab altero distans ab eo, quia tūc oporteret q̄ inter illa duo nunc esset tēpus medium. Hoc est enim natura oīs continui, q̄ inter quælibet duo indiuisibilia sit cōtinuum mediū, sicut inter quælibet duo puncta, linea. Quod aūt hoc sit impossibile ostēdit dupliciter, primo, quia si aliquod esset tepus medium inter prædicta duo nunc, sequeretur q̄ aliquod vnū uocum eiusdē generis esset medium inter duos terminos, quod est impossibile. Non.n. est possibile q̄ inter extrema duarū linearū se tangentium, vel consequenter se habentium, sit aliqua linea media. hoc.n. esset contra rationem eius, quod est consequenter. quia cōsequenter sunt, ut supra dictum est, quorū nihil est medium proximi generis, & sic,

Lec.3.text.

Lec.5.text cō.25.

tudinē transit æqualē. Diuidatur itaq; in H K I. L M, indiuisibiles partes. Rursus cū mobile tardius magnitudinem, E F. F G. eodē int pe transeat, diuidetur et ipse duas ptes æquales. Qđ si ut indiuiduū diuidatur, et id qđ mouetur nō in indiuiduos: sed in maiore tpe partē indiuiduā transeat. Patet igitur nullā continui partem, parte carere.

LECTIO V.

AT uero necesse est, & ipsum nunc, quod per se primoque non per aliud dicitur, indiuisibile esse, atque omni in tempore tale inesse.

Est enim extremum transacti temporis quiddam, citra quod nihil futuri temporis est. & in super consequentis, ultra quod nihil transacti temporis est. quod quidem utrorumque tem porum finem diximus esse. Hoc igitur si tale per se, idemque demonstrabimus esse, patebit etiam, & indiuisibile esse.

Necesse est itaque, idem nunc ipsum esse, quod finis utrorumque tem porum est.

Nā, si sit aliud atq; aliud deinceps alterum quidem ad alterum sane non erit, propterea quod continuum non ex indiuisibilibus constat. si uero sit seorsum utrunque, inter ea medium tempus erit. Omne nanq; continuum tale est, ut inter fines aliquid sit uniuocum. At si tempus sit illud, diuisibile erit ut patet. Demonstratum est enim omne tempus diuisibile esse. quare sit, ut nunc ipsum diuisibile sit.

sunt K L, L M, M N. Iterum autem quoniam deductum est, tardius per E F. F G, & tempus secabitur in gemina. Diuidetur ergo atomum, & impartibile. Non enim in atomo transit: sed in pluri. Manifestum ergo est, quòd nihil continuorum impartibile est.

LECTIO V.

NEcesse est autem, & ipsum nunc, quod non secundum alterum: sed per se & primum dictum, indiuisibile esse, & in omni tempore huiusmodi esse.

b Est.n. aliquid vltimū ei⁹ qđ factum est, cuius sup hoc nihil futuri est, & iterū futuri est, cuius sup hoc nihil est illius qđ factum est, qđ vtiq; diximus vtrorumq; esse terminū. Hoc aūt si demōstretur, qñ hoc hmōi est per se. & ipsum, simul manifestum erit q̄ indiuisibile est.

c Necesse est igitur, idem esse ipsum nunc, quod vtrisq; temporibus vltimum est.

d Si.n. alterum est, consequenter non erit alterum alteri. propter id, quod non est continuū ex impartibilibus. si aūt seorsum est vtrunque, inter ea erit tempus. Omne enim continuū huiusmodi est, vt aliquid sit vni nocū inter terminos. At vero, si tempus, mediū est, diuisibile erit. omne enim tempus, ostensum est. quòd diuisibile sit. quare diuisibile est ipsum nunc.

& sic, cum tempus futurum consequenter se habeat ad præteritum, impossibile est quòd inter terminum futuri, & terminum præteriti cadat aliquod tempus medium. Alio modo ostēdit idē sic. Quicquid est medium inter præteritum & futurum, dicitur nunc: si igitur tempus aliquod sit medium inter extrema tēporis præteriti, & futuri: sequitur q̄ totū illud dicatur nūc. sed omne tempus est diuisibile, ut ostensū est: ergo sequitur q̄ ipsum nunc sit diuisibile. Et quamuis supra posuerit principia, ex quibus probari potest q̄ nunc sit indiuisibile: quia tamen conclusionē non deduxerat ex principiis, hic consequēter ostēdit q̄ nūc sit indiuisibile ibi.

Tex.cō.28.

e Et hoc triplici ratione. Quarum prima est, quia si nunc sit diuisibile, sequetur quod aliquid de præterito sit in futuro, & aliquid futuri sit in præterito. Cū enim nunc sit extremum præteriti, & extremū futuri: omne autem extremum est in eo cuius est extremum, sicut punctum in linea: necesse est quòd totum nunc & sit in tempore præterito, vt finis, & in tēpore futuro, ut principium. Sed si nunc dividatur, oportet q̄ illa diuisio determiner præteritū & futurū: cū oium partiū tpis vna cōparet ad aliā, vt præteritū ad futurū: sequet ergo, q̄ ipsius nūc aliquid sit præteritū, & aliquid futurū. & ita cū nunc sit in præterito & in futuro, sequet q̄ aliquid futuri sit in præterito, & aliquid præterit sit in futuro. Secundam rationem ponit ibi.

Tex.cō.29.

f ¶ Quia si nunc sit diuisibile, non erit nunc secundum seipsum, sed secundum alterum; nullum enim diuisibile est sua diuisio, qua diuiditur: ipsa autem diuisio temporis est nunc. Nihil enim aliud est diuisio continui quàm terminus communis duabus partibus: hoc autem intelligimus per nunc, quod est terminus communis præteriti & futuri. Sic ergo manifestum est, quòd id, quod est diuisibile, non potest esse nunc secundum seipsum. Tertiam rationem ponit ibi.

g ¶ Quæ talis est. Semper facta diuisione temporis, una pars est præterita, & alia futura. Si igitur & nunc dividatur, oportet quòd aliquid eius sit præteritum, & aliquid futurum. sed non idem est præteritum, & futurum: sequitur ergo, quòd ipsū nunc non sit idem sibiipsi, quasi totum simul existens, quod est contra rationem eius quod dicitur nunc. Cum enim dicimus nunc, intelligimus simul in præsenti esse. Sed oportebit multam diuersitatem esse in nūc & successionem, sicut & in tēpore, quod multipliciter est diuisibile. Sic ergo ostenso quòd nunc sit diuisibile, quod erat consequens ad hoc quod dicebatur non esse idem nunc, quod est extremum præteriti & futuri, & destructo cōsequente, concludit destructionem antecedētis. Et hoc est quod dicit quòd, si hoc est impossibile inesse ipsi nūc, scilicet quod sit diuisibile, necesse est dicere, quòd idem sit nūc quod est extremum vtriusq; temporis. Deinde cum dicit.

A

h ¶ Ostendit quòd econtrario, si idem est nunc præteriti & futuri, necesse est quòd nunc sit indiuisibile: quia si esset diuisibile, sequerentur omnia prædicta inconuenientia. Et sic ex quo non potest dici quòd nunc sit diuisibile, quasi existente altero nunc præteriti, & altero nunc futuri, nec etiam est diuisibile si ponatur idē, concludit manifestū esse ex dictis, quòd necesse est in tempore esse aliquid indiuisibile, quod dicitur nunc. Deinde cum dicit.

i ¶ Ostendit q̄ in nunc non potest esse nec motus, nec quies. Et primo ostendit de motu. Secundo de quiete. ibi. At uero neque quies esse. ¶ Dicit ergo primo, manifestum esse ex his, quæ sequuntur, q̄ in nūc nihil possit moueri. quia si aliquid pōt moueri in nunc, oporteret in nūc moueri duo mobilia, quorū unum sit uelocius, & aliud tardius. Sit ergo ipsū nūc. N, & aliqđ corpus velocius moueat in N. p A ß magnitudinem. sed tardi⁹ in æquali minus mouet: ergo tardius in hoc instanti mouet per minorē magnitudinem, quæ est A G. Sed uelociꝰ idem spatium pertrā sit in minori q̄ tardius. qđ ergo corpus tardi⁹ mouebat per AG magnitudinem in toto ipso nūc, sequitur q̄ velociꝰ moueat p eandē magnitudinem in minori q̄ nunc, ergo nunc diuidit. Sed ostensum est quòd nunc est indiuisibile: ergo non potest aliquid moueri in nunc. Secūdo ibi.

Quod si sit diuisibile, erit aliquid præteriti in futuro, & futuri etiam in transactō. Id enim quod uidetur præteritum tempus, & consequens terminabit.

Præterea, nec ipsum nunc per se, sed per aliud erit. Diuisio enim

B *non est ipsius, quod est per se.*

Et insuper ipsius nunc aliud transactum, aliud consequens erit, & non semper idem, aut præteritum, aut futurum, neque nunc idem. multa est enim diuisionibus, diuisibile tempus. Quòd si hæc ipsi nunc inesse non possunt, ipsum profectō nunc quod est utroq; in tempore: idem esse necesse est.


At uero si sit idem, patet & indiuisibile esse. Nam si diuisibile sit, ea

C *rursus euenient, quæ antea accidebāt. Esse igitur ī tpe indiuisibile quid, quod ipsum nunc dicimus esse, ex his ce, quæ diximus; p̄spicuū iam euasit.*

Atqui nihil in ipso nunc moueri ex hisce patebit, quæ deinceps dicemus. Nam si quippiam in ipso moueri possit, fiet ut celerius in ipso, ac tardius moueatur. Sit itaq; nunc ipsum N, atq; in ipso celerius mobile longitudinē transeat A B literis designatā. Igitur mobile tardius minorē in eadē longitudinē pertransibit. Designetur. & ipsa, & sit A G. Quoniam aūt mo

D *bile tardius in toto nunc ipso longitudinē A G. p̄transiit celerius mobile p eandē in minore sane mouebitur. quare ipsum nunc diuidetur: at erat indiuisibile: fieri ergo non potest, ut quicquam in ipso nunc moueatur.*

Demonstratio ostendens, q̄ in ipso nunc, motus esse nō pōt.



Universidad de Deusto
Biblioteca

k ¶ Ostendit idem de quiete, tribus rationibus. Quarum prima, talis est. Dictum est enim in Quinto, ꝙ illud quiescit, quod est aptum natum moueri, & non mouetur quando aptum natum est moueri, & secundum illam partem qua natura est moueri: uel eo modo, quo natum est moueri. Si enim aliquid caret eo, quod non est natum habere, vt lapis visu: aut eo tempore, quando nō est natum habere, vt cæcus ante nonum diē, aut in ea parte, qua non natum est habere, sicut in pede uel in manu: aut eo modo, quo non natum est habere, vt, si homo nō videat ita acute ut aquila, non propter hoc dicitur esse priuatum uisu, quies autē est priuatio motus, unde nihil quiescit nisi qđ est aptū natū moueri, & quādo, & sicut natum est moueri. sed ostēsum est, quòd nihil aptū natum est moueri in ipso nunc: ergo manifestū est, quòd nihil qescit in nunc. Secundam rationem ponit ibi.

T.com. 30.

Tex. cō. 20.

l ¶ Quæ talis est. Illud, qđ mouetur in toto aliquo tempore mouetur in quolibet illius temporis, in quo natū est moueri: & similiter qđ quiescit in aliquo toto tēpore, quiescit in quolibet illi⁹ temporis, in quo natū est quiescere. Sed idem nunc est in duobus temporibus, in quorū uno toto quiescit, & in altero toto mouetur, sicut apparet in eo, qđ post quietem mouetur, & post motum quiescit. Si igitur in nunc aliquid natum est quiescere & moueri, sequeretur quòd aliquid simul quiesceret & moueret. quod est impossibile. Tertiā rationē ponit ibi.

T.com. 31.

T.com. 32.

T.com. 33.

m ¶ Quæ talis est. Illud dicimus quiescere, quod se habet similiter, & nunc: & prius, & secundum se totum, & secundum partes suas. Ex hoc enim dicitur aliquid moueri, quod nunc & prius dissimiliter se habet, vel secundum locum, vel secundum quātitatem, vel secundum qualitatem. Sed in ipso nunc non est aliquid prius: quia sic nunc esset diuisibile (quia li prius, pertinet ad præteritū) ergo non contingit in nunc quiescere. Ex hoc autē vlterius cōcludit, quòd necesse est oē quod mouetur, et oē quod quiescit, moueri & quiescere in tempore. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 7.

n ¶ Ostendit quòd omne quod mouetur est diuisibile, tali ratione. Omnis mutatio est ex quodam in quiddam: sed quando aliquid est in termino ad quem mutatur, vlterius non mutatur sed tam mutatum est non enim simul aliquid mouetur, & mutatum est, vt supra dictum est: quando uero aliquid est in termino ex quo mutatur, secundum se totum & sm omnes partes suas, tunc non mutatur. dictum est enim quòd illud, quod similiter se habet, & ipsum, & omnes partes eius, non mutatur, sed magis quiescit. Addit aut & omnes partes, quia, cum aliquid incipit mutari, non simul totum egreditur de loco, quem prius occupabat, sed pars post partem. Neque iterum potest dici quòd sit in utroque termino secundum se totum, & secundum partes suas dum mouetur: sic enim aliquid esset simul in duob⁹ locis. Neque iterum pōt dici quòd in neutro terminorum sit: loquimur. n. nunc de proximo termino, in quem mutatur, & nō de ultimo extremo. Sicut, si ex albo aliquid mutetur in nigrū, nigrum est ultimum extremum, fuscum vero est proximum. Et similiter, si sit vna linea diuisa in tres partes æquales, scilicet linea A B C D, manifestum est, quòd mobile in principio motus est in parte A B, sicut in loco sibi æquali. contingit tamen in aliqua parte sui motus non esse, neq; in A B, neque in C D. quandoque enim est totum in B C. Cum ergo dicitur quòd illud, quod mutatur, quando mutat, non potest in neutro esse, accipitur non extremus terminus, sed proximus. Relinquitur ergo, quòd omne quod mutatur dum mutatur, secundum aliquid sui est in vno, & secūdum aliquid sui est in altero. sicut, cum aliquid mutatur de A B in B C in ipso moueri, pars quæ ægreditur de loco A B, ingreditur locum B C. Et quod mouetur de albo in nigrum, pars, quę definit esse alba, fit fusca uel pallida. Sic igitur manifestū est quòd omne quod mutatur, cum sit partim in vno & partim in altero, est diuisibile. Sciendum est autem quòd Commentator in hoc loco mouet dubitationem de hoc, quòd, si Arist. non intendit hic demonstrare ꝙ mobile sit diuisibile, nisi de mobili quod mouetur motu, quę dixit esse in solis tribus generibus scilicet quantitate, qualitate, & ubi, demonstratio sua non erit uniuersalis sed particularis: quia ēt quod mutatur sm substantiam diuisibile inuenit. Vnde videtur, ꝙ intelligat de eo, quod transmutatur sm quamcunq; transmutationem, ut includatur generatio & corruptio in substantia. Et hoc ēt ex ipsis verbis eius apparet. non enim dicit, quod mouetur, sed quod mutatur. Sed tunc videtur sua demonstratio non ualere. quia aliquæ trāsmutationes sunt indiuisibiles, sicut ipsa generatio substantialis & corruptio, quæ non sunt in tempore: & in huiusmodi transmutationibus non est uerum, quòd illud, quod mutatur, sit partim in uno partim in alio. non enim cum ignis generatur, partim est ignis, partim non ignis. Et inducit ad hoc plures solutiones, quarum vna est Alex. dicentis, quòd nulla transmutatio est indiuisibilis, aut in nō tempore. Sed hoc reprobatur. quia per hoc destruitur quoddam probabile & famosum apud Arist. & omnes peripateticos, scilicet quòd aliquæ transmutationes sint in non tempore, ut illuminatio, & alia huiusmodi. Inducit ēt solutionem Themistij dicentis, ꝙ etsi sit aliqua transmutatio in non tpe, tamen hoc latet, & Arist. utitur eo, quod est manifestum. s. quòd trasmutatio sit in tpe. Et hoc reprobat, quia eodē modo se habet de diuisione mutationis & mutabilis. Et adhuc uidetur latētius diuisibilitas mobilis q̄ mutationis. Vnde demonstratio Arist. non esset efficax: quia posset aliquis dicere, ꝙ licet ea, quæ mutantur, mutationibus maxime diuisibilibus, sint diuisibilia, sunt tñ aliqua mutabilia latentia, quæ sunt indiuisibilia. Ponit ēt solutionem Auempace dicēs, ꝙ hic non agitur de diuisione mutabilis sm quantitatē, sed de diuisione mutabilis sm ꝙ subiectū diuiditur per accidēcia contraria, de quorum uno mutatur in alterum. Et addit postea suā solutionē, ꝙ illæ mutationes, quæ dicuntur fieri in non tēpore, sunt

At uero nec in eodem quicquam quiescere potest. Quiescere. n. id dicebamus, quod est aptum ut moueatur, & non mouetur tunc, cum aptum est moueri, et ubi, & quēad modū moueri est aptum, quare, cum in ipso nunc nihil sit aptum moueri, patet nihil etiam in eodem quiescere aptum esse.

Præterea, si nunc ipsum in utrisq; tēporibus idem est, sicq; potest, ut in horum temporum altero toto quippiam moueatur, ī altero toto quiescat. atque id quod toto in tempore mouetur, in quonis ipsius mouebitur, in quo ipsum moueri potest: & id, quod quiescit simili modo quiescet, fiet profecto ut idem moueatur simul, atque quiescat. Ipsum enim nunc ultimū utrorumque temporum est.

Insuper id quiescere dicimus, quod similiter se habet, & ipsum, & partes nunc atque prius: at in ipso nunc non est prius (ut patet:) quare non fit, ut in ipso quicquam quiescat. Quæ cum ita sint: necesse est, & id quod mouetur, & id quod quiescat, in tempore moueatur atque quiescat.

Omne autem quod mutatur diuisibile esse necesse est. Nam cum e quodam in quoddam sit omnis mutatio, cum est quidem in eo in quod est mutatum, non ulterius, ut patet, mutatur: cum uero est in eo, ex quo est mutatio, & ipsum & omnes partes nondū mutatur. Quod enim eodem modo se

sunt termini quorūdam motuum indiuisibilium. Accidit ergo aliquid transmutari in non tempore, inquantum, scilicet quòd motus terminatur in instanti. Et quia illud, quod est per accidens, prætermittitur in demonstrationibus, ideo illo Arist. in hac demonstratione vtitur, acsi omnis mutatio sit diuisibilis & in tempore. Sed si quis recte consideret, hæc obiectio nō est ad propositum. Non enim Arist. in sua demonstratione utit quasi principio, ꝙ omnis sit mutatio diuisibilis, cùm magis econuerso, ex diuisione mobilis procedat ad diuisionem mutationis, vt infra patebit. et sicut ipse post dicet, diuisibilitas per pri⁹ est in mobili, quam in motu, uel mutatione. Sed vtitur principiis per se notis, quæ necesse est concedere in quacunque mutatione, scilicet ꝙ illud quod mutatur, quando est secundum totum & partes in termino à quo mutatur, nondum mutatur secundum illam mutationem; & ꝙ quando est in termino ad quem, non mutatur, sed mutatum est: & ꝙ non potest esse nec in utroque totum, nec in neutro, sicut expositum est. Vnde ex necessitate sequitur, ꝙ in qualibet mutatione, illud quod mutatur, dum mutatur, fit partim in uno termino, & partim in alio. Sed hoc diuersimode inuenitur in diuersis mutationibus. In illis enim mutationibus, inter quarum extrema est aliquod medium, contigit ꝙ id, quod mutatur, dum mutatur, partim sit in uno extremo, & partim in alio secundum ipsa extrema. In illis uero, inter quarum terminos non est aliud mediū, id, quod mutatur non est secundum diuersas partes suas in diuersis extremis secundum ipsa extrema, sed secundum aliquid ei adiunctum. sicut cum materia mutatur de priuatione ad formam ignis, deum est in ipso mutari, est quidem sub priuatione secundum seipsam, sed partim est sub forma ignis non secundū seipsam, sed secundum aliquid ei adiunctum, scilicet secundum dispositionem propriam ignis, quam partim recipit antequam formam ignis habeat. Vnde infra probabit Arist. ꝙ etiam generatio & corruptio sunt diuisibiles: quia quòd generatur, prius generabatur: & quod corrumpitur prius corrumpebatur. Et forte hoc modo intellexit Alex. ꝙ omnis transmutatio est diuisibilis scilicet vel secundum seipsam, vel secundum motum ei adiunctum. Sic etiā intellexit Themistius, ꝙ Arist. assumpsit id quod erat manifestum: & pretermisit id, quod erat latens: quia nondum erat locus tractandi de diuisibilitate vel indiuisibilitate mutationum, sed hoc reseruatur in posterum. In omnibus tamen vel diuisibilibus uel indiuisibilibus saluatur quod Arist. hic dicit: quia etiam quę dicuntur indiuisibiles mutationes, sunt quodammodo diuisibiles non secundum propria sua extrema, sed per ea quæ eis adiungūtur. Et hoc est quod Auer. voluit, ꝙ hoc est per accidens: aliquas mutationes esse in non tempore. Est etiam hic alia dubitatio. Non enim videtur hoc verum in motu alterationis, ꝙ id quod alteratur, partim sit in uno termino & partim in altero, dum alteratur. Non enim sic procedit motus alterationis, ꝙ prius vna pars alteretur, & postea alterat: sed totum prius est minus calidum, & postea magis calidum. Vnde etiam Arist. in lib. de Sensu & sensato dicit, ꝙ non similiter se habet in alteratione sicut in latione. latione nanque rationabiliter medium prius attingunt. Quæcūq; vero alterantur non adhuc similiter. Contingit enim simul alterari: & non dimidium prius, uelut aquam omnem simul coagulari. Est autem ad hoc dicendum ꝙ Aristo. in hoc Sexto libro agit de motu secundum ꝙ est continuus. Continuitas autem primo & per se & proprie inuenitur in motu locali tantum, qui solum potest esse continuus & regularis, ut ostendetur in octauo. Et ideo demonstrationes in hoc libro positæ pertinent quidem ad motum localem perfectè, ad alios autem motus non totaliter, sed secundum ꝙ aliquid continuitatis & regularitatis participant. Sic ergo dicendum est, ꝙ mobile secundum locum, semper prius subintrat locum, in quem tendit secundum partē quam secundum totum: in alteratione autem est quidem vt sic, est autem ut non. Manifestum est enim quòd omnis alteratio fit per uirtutem agentis quod alterat, cuius virtus quando fuerit maior, tanto magis corpus alterare potest. quia igitur alterans est finitæ virtutis, vsq; ad determinatam quantitatem corpus alterabile subditur eius virtuti, & simul recipit impressio-

Tex. cō. 33.

A

B


C

Loc. 1. 4. 15.

nem agētis, vnde simul alteratur totum, non pars post partem. Sed illud alteratum iterum alterat aliquid aliud sibi coniunctum: est tamen minoris efficaciæ in agēdo, & sic inde, quousq; deficiat virtus alteratiua, sicut ignis calefacit vnam partē aeris statim, & illa calefacta calefacit aliam, & sic pars post partem alteratur. Vnde & Arist. in libro de Sensu & sen. post uerba præmissa subiungit: {At tamen si multū fuerit quod caleſiat aut coagulatur, habitum ab habito patiē. Primū autem ab ipso faciente trāsmutari necesse est, & simul alterari, & subito. } Verū tamen & in hoc ipso quod simul alteraſ, est quandā successionem considerare. qa cùm alteratio fiat p contactum alteratis, partes alterati quanto magis appropinquāt ad corpus alterās, perfectius a principio recipiunt impressionem alterantis: & sic successiue secundum ordinem partium ad perfectam alterationem perueniunt, & maxime quādo in corpore alterabili est aliquid contra resistens alteranti. Sic ergo id, quod concludit (ꝙ videlicet id, ꝙ mutatur, dum mutatur partium est in termino a quo, & partim in termino ad quem: quasi vna pars prius perueniat ad terminum ad quem quàm alia) simpliciter & absolute verum est in motu locali: in motu autem alterationis aliqualiter, (vt dictum est.) Quidam uero econuerso dixerūt, quòd hoc, quod hic dicitur, magis habet veritatem in motu alterationis, q̄ in motu locali. Dicunt. n. ꝙ hoc, quod dicitur, ꝙ id ꝙ mutatur partim est in termino a quo, & partim in termino ad quē, non sic est intelligendum, ꝙ una pars eius quod mouetur sit in uno termino, & alia in alio, sed est referendum ad partes terminorum: quia scilicet id quod mouetur partē habet de termino a quo, & partem de termino ad quem, licet illud qđ mouetur de albedine in nigredinē, primo non habet perfecte albedinē, nec perfecte nigredinē, sed aliquid participat imperfecte de utroq;. In motu autem locali hoc non uidetur verum nisi secundū id quod mouetur, dū est in medio duorum terminorū, quodāmodo aliquid participat de utroq; extremo, sicut si terra moueatur ad locum ignis, dum est in loco aeris in suo motu pars habet vtriusq; termini, inquātum. s. locus aeris & est sursum respectu loci terræ, & deorsum respectu loci ignis. Hæc aūt expositio extorta est, & contra opinionem Arist. Et primo quidem apparet hoc ex ipsis uerbis Arist. Concludit n. necesse igitur quidē aliquid in hoc esse, aliud uero in altero mutātis, i. eius quod mutatur. Loquitur ergo de partibus mobilis, non de partibus terminorū. Secundo ex eius intentione, inducit n. ad probandum, id quod mutatur esse diuisibile: quod non posset concludi ex prmissis. Vnde & Auempace dixit, ꝙ nō intēdit hic probare ꝙ mobile sit diuisibile in partes quantitatiuas, sed sm formas: inquantū. s. id quod mutat de cōtrario in cōtrariū, dū est in ipso mutari, habet aliquid de vtroq; cōtrario. Sed intētio Arist. est expresse ostēdere, ꝙ mobile ē diuisibile in suas partes quātitatiuas, sicut & alia cōtinua. Et sic vtitur in sequentib⁹ demonstrationib⁹. Nec hoc videt esse cōueniēs, qđ dicūt qdā, ꝙ p hoc probatur ēt diuisibilitas mobilis sm continuitatē. Quia p hoc ꝙ mobile, dum mouetur participat vtrumq; terminum, & non statim habet perfecte terminum ad quem, manifestū est mutationem esse diuisibilem sm continuitatem. & ita, cū diuisibile non possit esse in indiuisibili, sequit ꝙ ēt mobile sit diuisibile, vt cōtinuū. Manifeste. n. Arist. in sublequentibus ostēdit diuisionem motus ex diuisione mobilis. Vnde si intenderet cōcludere diuisionē mobilis p diuisionem motus, esset demonstratio circularis. Tertio apparet hanc expositionē esse inconuenientē ex ipsa expositione Arist. cū dicit { Dico aūt in quod mutatur primū sm mutationē } Ex quo apparet ꝙ nō intēdit dicere, ꝙ partim sit in termino a quo, & partim in termino ad quem pp hoc ꝙ sit in medio, quod participat vtrumq; extremū, sed quia sm vnā partē sui est in uno extremo, & sm aliā in medio. Sed circa hāc expositionē Arist. dubiū esse videt quod dicit { in qđ primum mutatur } non. n. videtur posse accipi in quod primū mutat pp diuisibilitatē magnitudinis in infinitū. Et ideo dicēdū est, ꝙ id, in quod primū mutat in motu locali, dicitur locus, qui contangit locum a quo mutatur, ita ꝙ nihil est eius. Si. n. acciperetur secūdus locus, qui haberet aliquid primi, non esset accipere primum locum, in quem mutatur. Quod sic patet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ostenso, q si accipiatur aliquis secundus locus, qui habeat aliquid primi loci, non est accipere primum locum, in quem mobile mutatur,




Sit locus vnde mutatur aliquod mobile A B, & locus ei con tractus æqualis sit B C, quia enim A B, diuisibile est, diuidatur in puncto D, & sumatur de loco B C, versus C quod est æquale ei quod est B D, & sit illud G C. Manifestum est igitur, q mobile prius mutatur ad locum D G, q ad locum B C, & iterum, cum A D, sit diuisibile, erit accipere aliū locum priorē: & sic in infinitum. Et similiter in motu alterationis accipiendū est primum in quod mutat, mediū alterius speciei, sicut cum mutatur de albo in nigrū, accipi debet fuscum, non aūt minus album.

LECTIO VI.

Remissis quibusdam quæ sunt necessaria ad diuisionem motus, hic incipit agere de diuisione motus. Et diuiditur in partes duas. In prima agit de diuisione motus. In secunda ex determinatis excludit quoldā errores circa motum ibi. {Zeno autem deratiocinatur.} Prima aūt pars diuiditur in partes duas. In prima determinat de diuisione motus. In secunda de diuisione quietis ibi. { Quoniam autem omne qđ mouetur. } Prima diuiditur i duas. In prima agit de diuisione motus. In secunda de finito & infinito circa motum (vtrunque enim videtur ad rationem continui pertinere, scilicet diuisibile, & infinitū) ibi. {Quoniam autem omne quod mouetur in tē pore mouetur.} Prima pars diuiditur in duas. In prima, ostendit quomodo motus diuiditur. In secunda agit de ordine partiū motus ibi. {Quoniam autem omne quod mutatur ex quodam.} Circa primum duo facit. Primo, ponit duos modos quibus motus diuiditur. Secundo, ostendit quæ sunt illa quæ simul diuiduntur cum motu ibi. {Quoniā aute omne quod mouetur in aliquo.} Circa primum duo facit. Primo, ponit modos quibus motus diuiditur. Secundo, exponit eos ibi. {Sit igitur ipsius A B,} Dicit ergo primo, q duobus modis diuiditur motus. Vno modo, secundum tempus, quia ostensum est q motus non est in nunc sed in tempore. Alio vero modo, diuiditur secundum motus partium mobilis. Sit enim A C, mobile & diuidaē, ostensum est enim omne quod mouetur diuisibile esse. Si ergo ipsum A C, totum mouetur, necesse est q moueatur vtraque pars eius, scilicet A B & B C. Est autem considerandum, q diuisio motus secūdum partes mobilis, potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt pars post partem moueatur, quod quidem non est possibile in eo, quod secundum se totum mouetur, quia eius quod secundum se totum mouetur, omnes partes simul mouentur, non quidem seorsum a toto, sed in ipso toto. Alio modo, pōt intelligi ista diuisio motus secundum partes mobilis, sicut & diuisio cuiuslibet accidentis, cuius subiectum est diuisibile, attenditur secundum diuisionem sui subiecti, sicut si totum hoc corpus est album, secundum diuisionem corporis diuiditur per accidens albedo. Et sic accipitur hic diuisio motus secundum partes mobilis, vt sicut vtraque pars mobilis simul mouetur in toto, ita motus vtrarumque partium sint simul. Et per hoc, ista diuisio motus, quæ est secundum partes mobilis, est alia ab illa, quæ est secundum tempus, in qua duæ partes motus non sunt simul. Si tamen motus partis vnius comparetur ad motum partis alterius, non simpliciter, sed secundum aliquod signum determinatum, sic motus vnius partis etiam tempore præcedit motum alterius partis. Si enim mobile A B C, moueatur in magnitudine E F G, ita q E F, sit æquale toti A C, manifestum est, quòd hoc signum F, secundum prius pertransibit B C, quàm A B, & secundum hoc simul curret diuisio motus secundum partes temporis, & secundum partes mobilis. Secundo ibi.

Ostensio quòd motus unius partis comparatus ad motum alterius partis, non simpliciter, sed secundum aliquod signum determinatum, tempore præcedit motum alterius partis.



LECTIO VI.

Motus aūt est diuisibilis dupliciter. vno quidē modo tempore, alio vero, secundum motus partū illius, quod mouetur. Vt si ipsum A C mouetur totum, & A B, mouebitur, & B C.


b Sit igitur ipsius quidē A B, qui est D E. motus: B C autem qui est E F motus partium. necesse est igitur totū, in quo est D F ipsius A C esse motum. mouebitur enim sm̄ hunc. quippe cū vtraque partiū mouetur sm̄ vtrunque. nulla. n. mouebitur sm̄ alterius motum. Quare totus motus, totius est magnitudinis motus.

Motus autem duobus est diuisibilis modis. uno quidem modo tempore, altero uero ratione partium eius quod subit motum. ueluti si A C totum mouetur: & A B, & B C sane mouebitur.

Atque, sit partis quidem A B motus D E, partis uero B C motus E F. Totum igitur motum D F ipsius A C mobilis motum esse necesse est. Etenim hoc ipso motu mouebitur, quippe cum utraque pars, utroque moueatur motu. & nihil alieno motu, sed proprio moueatur. Quare totus motus totius est magnitudinis motus.

b ¶ Manifestat posi tos modos. Et primo ostendit, quòd motus diuiditur secundum partes mobilis. Secūdo, q diuidatur sm̄ partes tpis, ibi. {Alius autem secundum tēpus est.} Primum ostendit tribus rationibus. Quarum prima talis est. Ex quo, moto toto mouentur partes, motus illius partis quæ est A B, sit D E, & motus alterius partis, quæ est B C, sit E F. Sicut ergo totum mobile A C componit ex A B, & B C, ita totus motus D F componitur ex D E, & E F. Cū ergo vtraque partiū mobilis moueatur sm̄ vtranque partium motus, ita tamen q neutra pars mobilis mouetur sm̄ motum alterius partis (quia sm̄ hoc totus motus esset vnius partis, quæ moueretur motu suo, & motu alterius partis) oportet dicere, q totus motus D F, sit totius mobilis A C, & sic motus totius diuiditur p motū partiū. Secundā rōnem ponit ibi.

Prima demonstratio ostendens quòd motus diuiditur secundum diuisionem mobilis.




c ¶ Quæ

c ¶ Quæ talis est. Omnis motus est alicuius mobilis. totus aūtem motus D Z, neque est alterius partium, quia neutra mouetur secundum totum motum: sed vtraque mouetur secundum partes motus, vt dictum est. Neque iterum potest dici q sit motus cuiuscunque alterius mobilis separati ab A C, quia si totus ille motus esset toti' alterius mobilis: sequeret quòd partes huius motus essent partium illius mobilis: sed partes huius motus, qui dicitur D Z, sunt partiū huius mobilis, quę sunt A B C, & nullarum aliarū, quia si essent & harū, & aliarum, sequeretur quòd vnus motus esset plurium, quod est impossibile. Relinquitur ergo, quòd totus motus sit totius magnitudinis, sicut & partes partium, & ita mot' totius diuidit sm̄ partes mobilis. Tertiam rationē ponit ibi.

Tex.cō.34.

c Amplius aūt, si omnis mot' alicuius est, totus aūt motus, q est in quo est D Z, neq; partium est neutræ (partis enim vtraq; est, neque alterius nullius, cuius enim totus, toti', & partes, partium sunt: partes autem ipsius D Z, sunt ipsarum, quę sunt A B C, & nullarum aliarū, plurium enim nō erat vnus mot') & vtique totus motus erit ipsius A B C, magnitudinis.

Demonstratio secunda, ostendens idem quod supra.



d ¶ Quę talis est. Omne, quod mouetur, habet aliquē motum. si igit totus motus, qui est D Z, non sit totius mobilis, qđ est A C, oportet q aliquis alius motus sit eius. Et sit ille motus T I. Ab hoc ergo motu, qui est T I auferatur per diuisionē motus vtrarūq; partium, quos oporteat esse æquales iis, quæ sunt D E Z, hac ratione, qa vnius mobilis nō est nisi vn' mot'. vnde nō potest dici, quòd motus partiū, quæ auferūtur a motu T I, qui ponit esse totius, sint maiores aut minores q̄ D E, & E Z, qui ponebantur motus earūdem partiū. Aut ergo motus partium consumunt p diuisionem totum T I, aut deficiūt ab eo, aut superexcedunt. Si consumunt totum T I, & non excedunt, nec deficiunt, sequitur q mot' T I, sit æqualis D Z, qui est motus partium, & non differat ab eo. Si autem motus partium deficiunt a T I, ita q T I, excedat D Z, in K I, ista pars motus, quæ est K I, nullius mobilis erit. Non. n. est mot' totius A C, neque partium eius, quia vnius nō est nisi vnus motus, & tā toti quām partibus assignatus est iam alius motus. Neque iterū

Tex.cō.35.

Tex.cō.36.


Tex.cō.37.

potest dici quòd sit alicuius alterius mobilis, quia totus T I, est quidam motus cōtinuus, & motus continuus oportet quòd sit continuorum (vt in quinto ostensum est, vnde non potest esse q pars huius motus continui, qui est T I, sit alicuius mobilis, quod non continuetur cum A B C. Similiter etiam sequitur inconueniens, si dicatur quòd mot' partium excellat secundum diuisionē, quia sequetur q partes excedant totum, quod est impossibile. si ergo hoc e impossibile quòd excedat, vel deficiat, necesse est q mot' partiū sit æqualis & idem motui totius. Deinde concludit. Hæc igitur diuisio est secundū motus partium, & necesse est quòd talis partitio inueniatur in motu propter hoc, quòd omne, quod mouetur est partibile. Secundo ibi.

Lec. 7.t.c.4.

Præterea, si motus quidem omnis alicuius est motus, totus autem D E, motus, neque A B, neque B C, est partis (pars enim partis est motus, neque cuiquā tribuitur alii, cuius nanque totius totus est motus, eius & partium partes sunt. partes autem D E Z, partium A B C, & non aliorum sunt motus, plurium enim unus motus esse non potest) totus profecto motus D Z, totius A C, magnitudinis motus erit.

Demonstratio tertia ostendens id quod supra.



Insuper si totius A C, magnitudinis alius quidā sit motus, ceu T I, auferentur ab ipso utrarunq; partiū mot', q qđē æquales erūt motib' D E, et E Z. Vnus. n. unius est motus. quare, si totus T I, motus in motus partium diuiditur, mot' T I, motui D Z, erit æqualis. Sin uero ſlabit aliquid ut T K, hic nullius erit motus, ut patet. Neq; n. totius, neq; partium, quia motus unius est unus. At neq; cuiquam alii tribuetur, continuus. n. motus, continuorum quorundā est motus. Eadē erit profecto rō, & si D E Z, excesserunt in diuisione motus T I. Quare, si hoc esse non potest, eundem atque æqualē esse necesse est. Hæc igitur diuisio ratione partiū eius, quod mouetur, atq; cuiuslibet partibilis ipsam esse, necesse est.

Alia aūt est temporis ratione. Nā cum oīs motus in tempore sit, & omne tempus sit diuisibile, minor autem in minori tēpore fiat, omnis motus uti tempus diuidatur necesse est.

Cū ät oē, qđ mouetur, in aliquo moueatur, & tpe al quo, mobilis q; totius sit motus, ea dē esse diuisiones, & tpis & motus, & ipsius moueri, et eius, q̄

e ¶ Cōcludit, q motus diuidatur secundū diuisionē tpis taliter. Oīs mot' est in tpe: & omne tempus est diuisibile, vt probatū est. cum ergo in minori tēpore sit minor motus, necesse est q omnis motus diuidatur secundum tempus. Deinde dicit.

Lec. 3. tex. c.36


f ¶ Ostendit quæ simul diuidantur cum motu. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit quinq; quæ simul diuiduntur. Secundo, ostendit q in oībus prędictis simul inuenitur finitum & infinitum ibi. {Et in ipso finita esse.} Tertio, ostendit in quo horum inuenitur diuisio & infinitū ibi. {Secundum autem maxime est.} Circa primū duo facit. Primo, proponit qđ intēdit. Secundo, manifestat propositū ibi. {Accipiatur enim tēpus.} Dicit ergo, q quia omne quod mouet, mouetur in aliquo, & secūdum aliquod genus vel speciē, & iterum in aliquo tēpore, & iterum cuiuslibet mobilis est aliqs motus, necesse est q ista quinque similiter diuidantur, scilicet tēpus, & motus, & ipsum moueri, & mobile qđ mouetur, & id i quo est mot', vel locus, vel qualitas, vel quantitas.

Sed tamen nō est eo dem modo diuisio omnium eorum, in quibus est motus: sed quorundam quidem per se, quorundam vero per accidens. Per se quidem omnium eorum quæ pertinent ad genus quietantis, vt est in motu locali, & etiam in augmento, & decremento. Per accidens vero in iis, quæ pertinent ad qualitatem, vt in motu alterationis. Secundo ibi.

e ¶ Manifestat qđ dixerat. Et primo, quantū ad hoc quòd tempus & motus simul diuiduntur. Secundo, quòd motus & ipsum moueri simul diuiduntur ibi. Tex.cō.38. {Eodem autem modo.} Tertio, ostendit idem de motu, & eo, in quo est motus ibi. { Similiter autem demonstrabitur. Circa primum duo facit. Primo, ostendit quòd ad diuisionem temporis diuiditur motus. Secundo, quòd econuerso ad diuisionem motus diuiditur tempus ibi. {Similiter autem & si motus.} Dicit ergo primo. Ponatur quòd tempus in quo aliquid mouetur sit A, & motus, qui est in hoc tempore, sit B, manifestum est autem, quòd si aliquid mouetur per totam magnitudinem in toto tempore, quòd in medietate temporis mouetur per minorem magnitudinem. Idem est autem moueri toto motu, & per totam magnitudinem: & per partem motus, & per partem magnitudinis. vnde manifestum est, quòd si in toto tempore mouetur toto motu, quòd in parte temporis mouebitur minori motu: & iterum diuiso tempore, inuenietur minor motus, & sic semper. Ex quo patet, quòd secundum diuisionem temporis, diuiditur motus. Secundo ibi.

Tex.cō.38.
Tex.cō.38.
Tex.cō.39.
Infra.

Demonstratio ostendens quod motus diuiditur secundum diuisionem temporis.



f ¶ Dicit quòd econuerso, si motus diuiditur, & tempus diuiditur. si per totum motum mouetur in toto tempore, & ipsius moueri, & eius, quod mouetur. & eius in quo motus est. Sed non omniū similiter est in quibus motus est: sed quanti quidem secundū seipsum, qualis autem secundum accidens.

g Accipiatur enim tempus in quo mouetur, in quo A, & motus in quo B. Si igitur secūdum totum motum in toto tempore est motum, in medio per minorem, & iterum hoc diuiso, p minorem hui⁹, & sic semper.

h Similiter autem, & si motus diuisibilis sit, & tempus diuisibile. si enim per totum in toto, per medium in medio. & iterum per minorem in minori.

i Eodem autem modo, & ipsum moueri diuidetur. sit enim in quo est C, ipsum moueri. Secundum igitur medium motū, minor erit toto, & iterum secundum medietatis medium, & sic semper.

k Est autem, & ponentem secundum vtrunque motum ipsum moueri, vt secundum D C & C F, dicere, quòd totum erit secundum totū. Si nanq; aliud, plus erit ipsum moueri secundum eundem motum, sicut determinauimus, & motum diuisibilem in partium motus esse. Accepto enim ipso moueri secundum vtrunque, continuum erit totum.

Accipiatur enim tempus in quo quippiam mouetur, & sit A, & motus sit B. Si igitur in toto tempore motum est, in illius dimidio, motu minore est motum. Quo rursus diuiso, minori motu rursus est motum, & sic semper.


Simili modo, si motus est diuisibilis, & tempus est diuisibile, si enim toto motu, toto in tempore motum est, si dimidio in dimidio, & minore rursus in minore, est motum.

Ipsum quoque moueri, modo diuidetur eodem. sit enim ipsum moueri C. In dimidio igitur motus, minus erit toto, & in dimidio rursus dimidij, & ita semper diuidetur.

Licet etiam ipsum moueri quod est partis utriusque motus D E, & E F designando, totum totius dicere esse. Nam si sit aliud, plura motus eiusdem erunt moueri: sicut & motum in motus partium (prius ostendimus) diuisibilem esse. Accommodatum enim ipsum moueri parti utrique motus, continuum totum erit.

Infra.

Demonstratio ostendens, qnòd motus diuiditur secundum diuisionem moueri.



k ¶ Probat quòd econuerso, motus diuiditur secundum diuisionem eius quod est moueri. Sint enim duæ partes motus D C, & C F, secundum quarum vtranque aliquid mouetur. Et sic si partibus eius quod est moueri respondent partes motus, oportet dicere, qp toti respondeat totum. quia si aliquid plus esset in vno quàm in altero, erit hic argumētari de moueri ad motum, sicut supra argumentati sumus, quando ostendimus qp motus totius est diuisibilis in motus partium, ita quòd quod nō potest deficere nec excellere. Similiter etiā & partes eius quod est moueri nō possunt excedere partes motus, nec deficere, quia enim necesse est accipere secundum vtranque partē motus, hoc quod est moueri, necesse est quòd totum moueri sit continuū, correspōdens toti motui, & ita semper partes eius, quod est moueri, respondent partibus motus, & totum toti, & sic vnum diuiditur secundum alterum. Deinde cum dicit.

Tex.33.34.


Demon-

medium motus mouebitur in medio tempore, & semper minor erit motus in minori tempore, si sic mobile idem, vel eque velox. Deinde cum dicit.

i ¶ Ostendit quòd motus & moueri simul diuiduntur. Et circa hoc duo facit. Primo, ostēdit quòd ipsum moueri diuiditur secundum diuisionem motus. Secundo, quòd motus diuiditur secundum diuisionē eius, quod est moueri ibi. {Est autem & ponētem.} Dicit ergo primo, qp eodem modo probatur quòd ipsum moueri diuitur secundum diuisionem tēporis & motus. & ipsum moueri sit C. Manifestum est autem, quòd non tantū mouetur aliquid secundum partē motus, quantum secundum totum motum. Manifestū est ergo, quòd secundum medium motum, pars eius, quod est moueri, erit minor toto ipso moueri, & adhuc minor secūdum medietatis medium, & sic semper procedetur. ergo sicut tēpus & motus semper diuiduntur, ita & ipsum moueri. Secundo ibi.

Infra.

Demonstratio ostendens quòd moueri diuiditur secundum diuisionem motus.



Tex.cō. 39 l ¶ Ostendit idem de eo in quo est motus, & dicit quòd eodem modo demonstrari potest, quod lōgitudo, in qua mouetur aliquid secūdum locum, sit diuisibilis secundū diuisionem temporis, & motus, & ipsius moueri. Et quod dicimus de longitudine in motu locali, est etiam intelligendum de omni eo, in quo est motus, nisi quòd quędam sunt diuisibilia p accidēs, sicut qualitates ī motu alterationis, vt dictum est. Et inde est quòd omnia ista sic diuiduntur, quia illud qđ mutat est diuisibile, vt ostensum est supra. Vnde vno horum diuiso, oportet qp oīa diuidātur. Deinde cum dicit.

Lct. 5. tex. com. 32.

Tex.cō. 40. m ¶ Ostendit quòd sicut consequuntur præmissa diuisibilitatem, ita se sequuntur in hoc quod est esse finita, vel infinitarita quòd si vnum istorum fuerit finitum, omnia erunt finita, & si infinitum similiter. Deinde cum dicit.

Tex.cō. 41. n ¶ Ostēdit in quo præmissorum primo inueniatur diuisibilitas, & finitum seu infinitū, & dicit qp maxime ab ipso, qđ mutatur, cōsequitur de omnibus aliis quòd diuidantur, & quòd sint finita vel infinita, quia illud qđ est primum naturaliter ī motu, est ipsum mobile, & statim ipsi ex sua natura inest esse diuisibile, & esse finitum vel infinitum: & sic ex ipso, ad alia deriuatur diuisibilitas, vel finitum. quo modo autem ipsum mobile sit diuisibile, & per ipsum alia diuidantur, ostensum est prius. Sed quomodo etiam hoc sic se habet de infinito, ostendetur inferius in hoc eodem

Tex.cō. 23.
Tex.cō. 60.

sexto libro.

l Similiter autem demonstrabitur, & longitudo diuisibilis, & omnino illud omne, in quo est mutatio, prēter quędā, quæ secundum accidēs. quod enim mutat, est diuisibile, vno enim diuiso, omnia diuidentur.

m Et in ipso finita esse, aut infinita similiter se habebit in omnibus.

n Secutum autem maxime est, diuidi omnia, & infinita esse ab ipso mutante, mox enim inest mutāti diuisibile, & infinitum. Diuisibile igitur ostensum est prius, infinitū autem in sequentibus erit manifestum.

LECTIO VII.

Voniam autem omne quod mutat, ex quodam in aliquid mutatur, necesse est quod mutatur, cum mutatum est, esse in quo mutatum est.

b Quod mutatur enim, ex quo mutatur distat, aut deficit ipsum, & aut idem est mutari, & deficere, aut sequitur ad mutari ipsum deficere, aut quod est mutarū esse, defeciſſe. similiter .n. vtrunq; se hēt ad vtrūq;. Qm̄ ergo vna mutationū quæ secūdum contradictionem est, quando mutatum est ab eo, qđ non est, in esse defecit non ens, erit igitur in esse. omne enim necesse est esse, aut non esse. Manifestum igitur, quòd in mutatione, secundum contradictionem, quod mutatum est erit in quo mutatum est. Si autē īhac, & in aliis est. similiter .n. in vna, & in alijs est.

LECTIO VII.

Ostquam Philosophus ostendit qualiter diuidatur motus: hic determinat de ordine partium motus. Et primo inquirit an sit primum in motu. Secundo ostendit quomodo ea quæ sunt in motu præcedunt se inuicem ibi. {Quoniam autem omne quod mutatur in tempore mutatur.} Circa primum duo facit. Primo, ostendit quod id in quo primum mutatum est, est indiuisibile. Secundo, ostendit quomodo in motu possit inueniri primum, & quomodo non possit ibi. {Dicitur autem in quo primum mutatum est.} Circa primum duo facit. Primo, præmittit quoddam, quod est necessarium ad propositi ostensionem. Secundo, ostendit propositum ibi. {In quo autem primo mutatum est.} Circa primū duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, probat propositum ibi. {Quod mutatur enim.} Dicit ergo primo, quod quia omne quod mutatur, mutatur de vno termino in alium, necesse est oē qđ mutat, qn̄ iam mutatum est, esse ī termino ad quē. Secundo ibi.

Tex.cō. 30.
Tex.cō. 44.
Infra.

b ¶ Probat propositū duabus rōnibus. quarū prima est particularis, secūda vīs. Prima ratio talis est. Omne qđ mutatur, oportet qp aut distet a termino a quo mutat, sicut patet in motu locali, in quo locē a quo mutatur, remanet, & mobile p motum sit distās ab eo, aut oportet qp ipse terminꝰ a quo, deficiat, sicut est in motu alterationis: cū .n. ex albo fit nigrum: ipsū albedo deficit. Et ad huius propositionis manifestationem subiungit, qp vel mutari est idē, quod est deficere, vel ad hoc qđ est mutari sequitur ipsum deficere, & ad hoc quod est mutatū esse, sequitur defeciſſe, sc̄a termino a quo. vnde manifestū est, qp sunt idē subiecto, licet differant rōne. Nam deficere dicitur per respectum ad terminum a quo, mutatio autē magis denominatur a termino ad quem. Et ad manifestationem eiꝰ quod dixerat, subdit quòd ʒ similiter vtrunque se habet ad vtrunque, ʒ scilicet, sicut se habet deficere ad mutari, ita defeciſſe ad mutatum esse. Ex præmissis autem argumentatur ad propositum ostendendum in vna specie mutationis, quæ scilicet, est inter contradictorie oppositā, scilicet inter esse, & non esse, vt patet in generatione & corruptione. Patet enim ex præmissis, quòd omne quod mutatur deficit a termino a quo, & quod mutatū est iam defecit. Quando igitur mutatum est aliquid a non esse in esse, iam deficit a non esse sed de quolibet verum est dicere, qp aut est, aut non est;

Id.n. quod mutatur, exit ab eo ex quo mutatur, aut ipsū relinquit. Atq; aut idē est mutari atq; relinquere, aut sequitur relinquere quide mutari, relinquisse aūt esse mutatū. Nā ad vtrūq; similiter se habet vtrunque. Cum igitur una mutationum sit ea, cuius termini contradictoriā subeunt oppositiō nē, patet cum mutatū est quippiam in id quod est, ex eo quod haud est, id iā ipsum, qđ haud est reliquisse: quo fit, ut sit in eo quod est, oē nanq; quoduis, aut esse, aut non esse necesse est. Patet igitur ipsum mutatū ea mutatione, cuius termini cōtradictoriā subeunt oppositionē in eo esse, in qđ est mutatū. quod si in hoc ita est, & in cæteris ita erit. Similiter enim in una, & in cæteris, hoc sese habet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex.cō.43. quod ergo mutatū est de nō esse in esse, mutatum est in esse. & similiter quod mutatum est de esse in non esse, oportet quod sit in non esse. Manifestum ergo est quòd in mutatione, quæ est secundū contradictionem, quod mutatū est, est in eo, ad quod mutatū est. Et si est verū in ista mutatione, pari ratione est verum in aliis mutationib⁹. Ex quo patet id, qđ primo propositum est. Secundam rationem ponit ibi.

Tex.cō.43. c ¶ Et dicit ꝙ hoc idem potest esse manifestum considerando secūdum vnamquamq; mutationē. Et manifestat in mutatione locali. Omne enim quod mutatum est, necesse est esse alicubi, vel in termino a quo, vel in aliquo alio. Sed quia illud, quod mutatū est, iam defecit ab eo ex quo mutatum est, necesse est quòd sit alibi. aut igitur necesse est quòd sit in hoc, de quo intendimus, scilicet in termino ad quem, aut in alio, & si est in hoc, habetur propositum. si autem in alio ponamus ꝙ aliquid moueatur in B, & quando mutatum est nō sit in B, sed in C, tunc oportebit dicere, quòd etiā de C, mutetur in B, quia C, & B, non sunt habita, ideſt consequenter se habentia. Oportet enim quòd tota huius mutatio sit continua, & in continuis vnum signum non est consequenter se habens ad alterum, quia

Lec.1.t.c.1. necesse est quòd cadat i medio aliquid sui generis, vt supra probatum est. vnde sequetur, si illud quod mutatum est, quādo mutatum est, sit in C, & de C, mutatum in B, quod est terminus ad quem, ꝙ qñ mutatum est, tunc mutatur in quod mutatū est, qđ est impossibile. non enim simul est mutari & mutatum esse, vt

Lc.5.t.c.32 supra dictum est. Nihil autem differt si huiusmodi termini C, & B accipiantur in motu locali, vel in quacunque alia mutatione. Necesse est ergo vniuersaliter verum esse, quòd id quod mutatum est, quādo mutatum est, est in hoc ad quod mutatum est, ideſt in termino ad quem. Ex hoc vlterius cōcludit quòd illud, quod factum est, quando factum est, habet esse, & quod corruptum est quando corruptum est, est non ens. Ostēsum est enim vniuersaliter hic de omni mutatione, & maxime manifestū est in mutatione, quæ

Tex.cō.44. est secundum contradictionem, vt ex dictis patet. Sic igitur manifestū est, quòd id, quod mutatū est, cum primo mutatū est, est in illo ad qđ mutatum est. Addit autem {primo} quia postquam mutatum est ad aliquid, posset exinde moueri, & ibi non esse: sed quādo primo mutatum est, oportet ꝙ ibi sit. Deinde cum dicit.

d In quo aūt primo mutatum est id quod mutatum est, necesse est atomū esse. Dico aūt primo, quod nō propterea ꝙ alterū aliquid ipsius sit, hmōi est. Sit igitur diuisibile qđ est A C, & diuidatur secundū B. Si igitur in A, mutatū est, aut iterū i B C, nō vtiq; in primo quod est A C, quod mutatum est, erit.

Demonstratio probans quòd illud quod mutatum est, est in eo, in quod mutatum est.



c Amplius autem, & secundū vnamquāq; accipientibus manifestum est, si quidem necesse est quod mutatū est alicubi esse, aut ex quo mutatum est, aut in aliquo. Qm̄ aūté ex quo mutatū est, defecit, necesse est, aut esse alicubi, aut in hoc, aut in alio erit. Si igitur in alio, vt in ipso C, quod in ipsum B, mutatum est. iterum ex C, mutatur in B, non enim erat habitum ipsi B, mutatio enim cōtinua est, quare quod mutatum est, quādo mutatum, mutatur in quod mutatum est: hoc autem est impossibile. necesse ergo qđ mutatū est esse in hoc, in quod mutatum est. Manifestū igitur est, & quod factum, cū factum est, erit, & quod corruptum est, nō erit. vniuersaliter enim dictum est, & de omni mutatione, & maxime est manifestum in ea, quæ est secundum cōtradictionem. Quòd igitur id quod mutatum est, cum mutatū est primo, in illo est, manifestum est.

Præterea, si quequæ sumatur, hoc etiam in vniuersis esse patebit, si ipsum mutatum alicubi, aut in aliquo est, necesse est. Quoniá enim id e quo est mutatū relinquit, atque ipsum alicubi esse necesse est, aut i hoc erit, aut in alio. At si in alio, ut in C, id profecto quod in ipsum B est mutatum; rursus in B, mutatur ex C, ipsum nanque C, non erat ipsi cohærens B, mutatio enim continua est. quo fit ut ipsum mutatum, cum est mutatum, ad id mutetur, in quod est mutatum, quod fieri nequit. Id ergo, quod est mutatum, in eo esse, in quod est mutatum, necesse est. Patet igitur & ipsum factum tum esse, cum factum est, & ipsum corruptum, tum non esse, cum est corruptum, Hoc enim, & si de omni mutatione est dictum, maxime tamen in ea dilucidum est, cuius termini contradictoriam subeunt oppositionem. patet igitur ipsum mutatum in eo esse, in quod est mutatum, cum mutatum est primo.

d ¶ Ostendit quòd mutatum esse primo, & per se est in indiuisibili. & dicit quòd illud tempus, in quo primo mutatum est, quod mutatum est, necesse est quòd sit atomum, ideſt, indiuisibile. Quare autem addit {primo} exponit subdens ꝙ in illo primo dicitur aliquid mutatum esse, in quo non dicitur mutatum esse, ratione alicuius suæ partis. sicut si dicatur aliquod mobile mutatum esse in die, quia mutatum est in aliqua parte illius diei, non enim primo mutatur in die. Quòd autem illud temporis in quo primo mutatum est, sit indiuisibile, sic probat.

Demonstratio ostendens, quòd id, in quo aliquid primo mutatum est, non est tempus, neque aliquid diuisibile: sed instans, & indiuisibile.



Id autem in quo primo quippiam est mutatum, indiuiduum esse, necesse est. Atque id dico primum: quod non ex eo est tale, quia aliquid ipsius est tale. Sit enim diuisibile literis A C, designatum, atque diuisum in B, si igitur in A B, aut rursus in B C, est mutatum, non in ipso primo A C, est mutatum, sin in utroque

Si enim sit diuisibile, sit A C, & diuidat̄ sm B, necesse est dicere ꝙ aut i vtroq; mutatū sit, aut in vtraq; parte muterur, aut i vna parte mutetur, & in alia sit mutatū sed si in vtraq; parte mutatum est, nō primo mutatum est, in toto: sed in parte. Si vero detur quòd transmutetur in vtraq; parte, oportebit dicere ꝙ transmutetur in toto. (Sic.n.dē aliquid in toto tpe mutari, quia mutat̄ in qualibet eius parte.) Hoc aūt est cōtra positū. positū.n. erat qđ in toto AC, erat mutatū. si aūt detur ꝙ in vna parte mutat̄ & in alia sit mutatū, sequitur idē inconueniens, s.ꝙ nō sit primo mutatū in toto, quia cum pars sit prior toto, & prius mutetur aliquid in parte temporis q̄ in toto, sequetur ꝙ sit aliquid prius primo, quod est impossibile. ergo oportet dicere, quòd id tēpus in quo aliquid mutatum est, sit indiuisibile. Ex hoc autem vlterius cōcludit, ꝙ omne quod corruptum est, & omne quod factū est, est in indiuisibili temporis factum & corruptum, quia generatio, & corruptio

ptio sunt termini alterationis. vnde, si quilibet mot⁹ terminat̄ A in instanti {idem est. n. primo mutatū esse, qđ terminari motū} sequit, ꝙ gnatio & corruptio sint in instanti. Deinde cū dicit.

e ¶ Ostendit quō in motu possit accipi primū. Et circa hoc, duo facit. Primo, proponit veritatem. Secundo, ꝓbat, ibi {Sit.n.primū.} Dicit ergo primo, ꝙ hoc qđ dr̄ {in quo primo mutatū est aliquid} pōt intelligi dupl̄r. Vno mō, in quo primo mutatio est pfecta, vel terminata: tunc.n. verū est dicere, ꝙ mutatū est qñ iā mutatio est facta. Alio mō pōt intelligi {in quo primū mutatū est}. i. i quo primo incēpit mutari, non in quo primo fuit verum dicere, ꝙ iā mutatū esset. Primo igit̄ mō accipiendo. s. sm̄ terminationē mutationis, dr̄ in motu, & est in eo qđ primo mutatum est. Contingit .n. aliqñ primo terminari mutationē: qa cuiuslibet mutatiōis est aliquis termin⁹. Et hoc mō intelleximus qđ primo mutatū est, eē indiuisibile: & ostensum est hoc, hac rōe, qa est finis .i. terminus mot⁹: ois aūt terminus continui indiuisibilis est. Sed, si accipiatur qđ primo mutatū est ido mō dicendi. s. sm̄ principium. i. sm̄ primā partem motus, sic nō est in quo primo mutatū est. non. n. est accipere aliqđ principiū mutationis. i. aliquā primam partem mutationis, quā non p̄cedat alia pars. Sic̄ etiā non est accipere aliquid primum in

Tex.cō.47. tpe, i quo primo mutetur. Secundo ibi. f ¶ Probat, ꝙ nō est accipere primum, in quo mutatum est ex parte principii. & primo rōne accepta ex

Tex.cō.48. parte tpis. Secdo ex parte mobilis, ibi. {Neque itaque in eo qđ mutatū est.} Tertio, ex parte rei, in qua motus est, ibi. {ipsū aūt qđ mutat̄.} Circa primum, ponit talem rōnem. Si est aliqđ tpis, i quo primo mutatū est, sit illud A D. Hoc igitur aut est diuisibile, aut indiuisibile. si est indiuisibile, sequent duo inconuenientia: quorum primum est, ꝙ ipsa nunc in tpe sint habita. i. cōsequentia.

Lec.6.tex. cō.36.37. Quod quidem inconueniens hac ratione sequitur, ꝙ tps diuiditur sicut & motus, vt supra ost̄ sum est. Si aūt aliqua pars motus fuerit in A D, necesse est dicere, ꝙ A D sit aliqua pars tpis; & ita tps erit cōpositum ex indiuisibilibus. Indiuisibile autem

Si autē transmutabatur in vtroque: necesse est enim in vtroq; transmutatum esse: aut transmutari: & vtique in toto transmutabatur: sed erat mutatum. Eadem autē ratio: & si in hoc quidem mutatur: in hoc autem mutatum est. Erit enim aliquid primo prius. Quare non erit vtique diuisibile in quo mutatum est. Manifestum est igitur quia & quod corruptum est. & quod factū est: in athomo hoc quidem corruptum: hoc autem factum est.

e Dicitur autem in quo primo mutatum est dupliciter. Aliud quidem in quo primo perfecta est mutatio. Tunc enim verum est dicere, quòd mutatum est. Aliud vero in quo primo cepit mutari. Secundum quidem igitur finem mutationis; quod primum dicitur existit, & est: contingit enim perfici mutationē: & est mutationis finis: quod ostensum est indiuisibile esse: ꝓpter id quod finis est. Quod autem secundum principium omnino non est: nō enim principium est mutationis: neque in quo prius quis mutabitur.

f Sit enim primum, in quo sit A D. Hoc igitur indiuisibile qdem non est: accidit enim habita esse ipsa nunc. Amplius autem si in C A tempore omnino quieſcit: ponatur enim quiescens & in A quieſcit. Quare si impartibile est A D simul quiescet. & mutatū erit. In A quidē enim quieſcit. In D. autem mutatum est: quoniam autem non est impartibile: necesse est diuisibile esse. & in quolibet huiusmodi mutatum esse: diuiso enim ipso A D siquidem in neutro mutatum est, neque in toto est A D. si autem in ambobus mutatur in omni: si vero in altero tātum mutatum est, nō in toto primo. Quare necesse est in quolibet mutatū esse: manifestum igitur est, ꝙ non est in quo primo mutatum est: infinitæ enim diuisiones sunt.

mutatur. In utroque enim aut mutatum esse, aut mutari necesse est, & in toto sane mutatur. At mutatum esse supponebatur. Eadem est ratio & si in altero mutatur: in altero est mutatum. Erit enim quod prius primo. Quare non erit id diuisibile, in quo est mutatum. Patet igitur tam corruptum quàm generatum: in indiuiduo corruptum esse, ac generatum.

Bifariam autem dicitur id, in quo primo quippiam est mutatum. Vno modo, in quo primo finita mutatio est. Tunc enim uere dicere licet illud esse mutatum. Altero, in quo primo mutari cepit. Id igitur quod in fine mutationis dicitur primum: est, uereque dicitur esse, Nam & sit ut finiatur tādem mutatio: & est exitus finisue mutationis. Quem iam & ostendimus in diuisibilem esse: propterea quod ultimum est. At quod in principio mutationis dicitur primum: id omnino non est. Non est enim mutationis principium. nec id, in quo primo temporis mutabitur.

Sit enim primum A D. Hoc igitur indiuisibile quidem non est. Accidet enim ut sit habitum ipsa nunc. Præterea si in F A tempore toto quiescit: ponatur enim in illo quieſcere: & in A, quoque quieſcit. Quare si ipsum A D partibus uacet: simul quiescet atque erit mutatum. In A nanque quieſcit: in D uero mutatum est. Cum autem non sit partibus uacans: diuisibile necesse est esse. Atque in quauis eius parte mutatum esse. Etenim A D diuiso: si in neutra quidem parte mutatum est, neque in toto sane mutatum est. Sin in ambabus mutatur: in toto quoque mutatur. Quod si in altera est mutatum: non in toto primo mutatum est. Quare necesse est in quacunque esse mutatum. Patet igitur non esse id, in quo primo mutatum est: quippe cum diuisiones sint infinitæ.


Lec.5. te.e. 29.& 30.

diem. Manifestum est ergo, ꝙ non est accipere aliquid tpis, in quo primo mouetur, ita. s. quòd non sit accipere aliquā partem eius, in qua prius moueat. Sicut si daret, ꝙ dies est in quo primo aliquid mouetur, hoc non pōt esse, quia in parte eius. s. in prima hora diei, primo mouetur, q̄ in toto die. Secundo ibi.

Demonstratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Demonstratio prima, sumpta ex parte tpis, ostendens, q̃ non est accipere primũ in quo mutatũ est ex pte principu.



Tex.cõ 48. g ¶ Ostendit idem ex parte mobilis concludens ex præmissis quòd neque in ipso quod mutatur est accipere aliquid, quod primo mutetur. Q̃d quidem intelligẽdum est secundum quòd per motum totius, vel partis, aliquod determinatum signum pertranſitur. Manifestũ est enim, quòd primo pertranſit aliquid determinatum prima pars mobilis, & secundo, secunda, & sic deinceps: alioquin, si intelligeretur de motu absolute, non haberet locũ quod hic dicitur. Manifestum est enim, quòd simul mouetur totum, & omnes partes eius, sed non simul pertranſit aliquid determinatũ, sed semper pars ante partem. Vnde sicut non est accipere primam partem mobilis, ante quam non sit alia minor pars, ita non est accipere aliquam partem mobilis, quæ primo moueatur. Et quia tempus & mobile similiter diuiduntur, vt supra ostensum est, cõueniẽter ex eo q̃d demonſtratum est de tempore, concludit idem de mobili, & probat sic. Sit mobile ipsum D E: & quia omne mobile diuisibile est, vt supra probatum est, sit pars eius, quæ primo mouetur D F, & moueatur D F pertranſeundo aliquod determinatum signum in tempore quod sit H I. si igitur D F. mutatum est in toto hoc tempore, sequitur, quòd illud quod mutatum est in medio temporis, sit minus & prius motum quàm D F, & eadem ratione erit aliud prius isto, & iterum aliud prius illo, & sic semper: quia tempus in infinitum diuiditur. Manifestum est ergo, quòd in mobili non est accipere aliquid, quod primo mutatum est. Et sic patet, quod primum in motu non potest accipi neque ex parte temporis, neque ex parte mobilis. Tertio ibi.

Tex.cõ 49.


Tex.cõ 32.

g Neque igitur in eo quod mutatum est, aliquid ipsius prius est, quod mutatũ est. Sit enim D F, quod primo mutatum est ipsius D E, omne enim, quod mutatur, diuisibile esse demonstratum est: Tempus autem, in quo D F, mutatum est, sit in quo H I. Si ergo in omni D F mutatum est in medio minus est quod mutatum est, & prius est ipso D F, & iterũ hoc aliud & illo alterum. & sic semper. quare nihil erit primum mutantis quod mutatũ est. Quòd igitur neque in eo quod mutatur, neque in quo mutatur tempore nihil prius sit, manifestũ ex his, quæ dicta sunt.

h Ipsum autem quod mutatur, aut secundum quod mutatur, non amplius similiter se habebit. Tria nanque sunt, que esse dicuntur in mutatione, q̃d mutatur. & in quo. & in quod mutatur, vt homo, tempus, & album. homo igitur & tempus diuisibilia sunt: de albo autem alia ratio est, propter id quod secundum accidens omnia diuisibilia sunt. cui enim accidit album aut quale, illud diuisibile est. Quoniam quæcunque dicuntur secundum seipsa diuisibilia. & non secundũ accidens,

I

Demonstratio secunda, ostendens idem, quod supra, sumpta ex parte mobilis.



At uero nec ipsius mutati quicquã erit primum, quod est mutatum. Sit enim ipsius D F mutatum primum D F, nam omne quod mutatur. demonstratum est diuisibile esse. Tempus autem, in quo D F, mutatum est, sit H I. Si igitur in illo toto ipsum D F, est mutatum, in dimidio minus fuit mutatum, & prius ipso D F, & hoc rursus aliud prius, & sic semper. Quare nihil erit eius quod mutatur quod primum est mutatum. Patet igitur ex his quæ diximus, neque eius quod mutatur, neque temporis, in quo mutatur, primum aliquid esse.

Ipsum autem, quod mutatur, non eodem modo se habebit. Tria nanque esse dicuntur in ipsa mutatione, id quod mutatur, & id, in quo, atque id quo mutatur, ut homo, tempus, atque albedo. Homo igitur, ac tempus, diuisibilia sunt, sed de albedine est alia ratio, atque tamen per accidens, omnia diuisibilia sunt. cui nanque albedo, uel qualitas accidit, id est diuisibile. Nam neque in his erit primum quæ per se, & non per accidens dicuntur diuisibilia, quales sunt magnitudines ipsæ. sit enim mobile A B, motum ex B in C, primum igitur, si

K

h ¶ Ostendit idem ex parte rei, in qua est motus. Permittit tamen, quòd non similiter se habet de eo { quod mutatur } vel vt melius dicatur { secundum quod mutatur } sicut de tempore & mobili. cum enim sit tria accipere in mutatione, scilicet mobile, quod mutatur, vt homo: & in quo mutatur, vt tempus: & in quod mutatur, vt album, horum duo, scilicet tempus, & mobile, sunt semper diuisibilia. Sed de albo est alia ratio, quia album non est diuisibile per se, sed tã ipsum, quàm omnia alia huiusmodi, sunt diuisibilia per accidens, in quãtum scilicet illud cui accidit album, vel quæcunque alia quæ litas, est diuisibile. Diuiso autem albi per accidens, potest esse dupliciter. Vno modo secundum partes quantitatiuas, sicut si superficies alba diuidatur in duas partes: album, per accidens diuisũ erit alio modo, secundũ intẽsionem, & remissionẽ. quod enim vna & eadẽ pars sit magis, vel minus alba, non est ex ipsa ratione albedinis: quia si esset separata, non diceretur secundum magis & minus (sicut neque substantia suscipit magis, neque minus) sed ex diuersimodo participandi albedinem ex parte subiecti diuisibilis. Prætermisso igitur hoc quod diuiditur per accidens. si accipiamus ea secundum quæ est motus, quæ diuiduntur per se, & non per accidens, neque etiam in his erit primum, & manifestat hoc primo in magnitudinibus, in quibus est motus localis. Sit enim magnitudo spatii, in quo est A B & diuidatur in C, detur ergo, q̃ ex B in C aliquid primo moueatur. Aut igitur B C, est diuisibile, aut indiuisibile. Si indiuisibile, sequitur, q̃ impartibile erit continuum impartibili, quia eadem ratione secunda pars

motus

motus erit in impartibili { sic enim oportet diuidere magnitudinem, sicut & motum, vt supra de tempore dictum est } Si autem B C, sit diuisibile, erit accipere aliquod signum prius, id est propinquius ipsi B, quam C, & sic prius mutatur ex B I in illud, quàm in C, & iterum illo erit accipere aliud prius, & sic semper, quia diuisio magnitudinis non deficit. Patet ergo, quòd nõ est accipere aliquod primum, in quod mutatum sit in motu locali. Et similiter manifestum est in mutatione quantitatis, quæ est augmentum, & decrementum: quia hæc etiam mutatio est secundum aliquod cõtinuum, scilicet secundum quantitatem accrescentem, vel subtractam: quæ cum sit in infinitum diuisibilis, non est in ea accipere primum. Et sic manifestum est, quòd in sola mutatione, quæ est secundum qualitatem, contingit aliquid esse indiuisibile per se. Inquantum tamen est diuisibile per accidens, similiter non est accipere primum in mutatione tali. siue accipiatur successio mutationis inquantũ pars post partem alteratur. Manifestum est enim, quòd non erit accipere primã partem albi, sicut nec primam partem magnitudinis. siue accipiatur successio alterationis, secundum q̃ aliquid idem est albius, vel minus album: quia subiectum infinitis modis potest variari secundum magis album, & minus album. Et sic motus alterationis potest esse continuus, & non habens aliquid primum.

Tex.cõ 50.

Tex.cõ 51.

neq; in his erit primũ, vt in magnitudinibus. Sit.n. in quo est A B magnitudo: motum aũt sit ex B in C primũ. igitur si indiuisibile erit B C, impartibile impartibili erit cõiunctũ. Si vero diuisibile, erit aliquid ipso C prius, in quod mutatũ est: & ilo iterũ aliud, & sic semper: pp id q̃d nullo modo deficit diuisio. quare non erit primũ in q̃d mutatũ est. Similiter aũt est & i quãcitatis mutatione. erenim hæc in continuo erit. Manifestum igitur, quòd in sola mutatione quæ sit qualitatem est, contingit indiuisibile p se esse.

B

LECTIO VIII.

C Voniã aũt omne quod mutatur, in tpe mutatur: d̃ aũt in tpe mutari, & sicut primo, & sicut sm alterũ, vt in anno, qa in die mutat: in quo primo tpe mutatur id, q̃d mutatur, & in qualibet huius necesse est parte mutari. Manifestũ est igitur & ex definitione: primũ.n. sic diximus. sed & ex his manifestũ est. sit.n. in quo primo mouetur q̃d mouetur Y C, & diuidatur sm K. oẽ.n. tps diuisibile est, in Y K tpe igitur aut mouetur, aut nõ mouetur: & iterũ in K R similiter si igitur in neutro mouetur quiescet itaq; i toto. moueri.n. id. q̃d in nulla huius parte mouẽt. impossibile est. si vero in altera solũ mouẽt, non vtique in primo mouet. q̃d est. Y R: sm enim vtrunque motus est. Necesse est igitur, in quolibet ipsius Y K motum ipsum esse.

D

Demonstratio tertia ostendens idem quod supra, sumpta ex parte magnitudinis.



E

LECTIO VIII.

Postquam Philosophus ostendit qualiter sit accipere primum in mutatione, & qualiter non, hic ostendit ordinem eorum, quæ in motu inueniuntur ad inuicem. Et primo præmittit quædam necessaria ad propositum ostendendum. Secundo, ostendit propositum


ibi. { Ostenso autẽ hoc } Dicit ergo primo, q̃ omne quod mutatur, mutatur in tempore, vt supra ostensum est. Tex.cõ 52. Lc.5.t.c.32

indiuisibile sit ipsum B C parte uacans, erit hærens parte uacanti: Sin diuisibile, erit aliquam ipso C prius, in quod est mutatum, et illo rursus aliud prius, & sic semper: nunquam enim diuisio deficit. Quare non erit quicquam primum, in quod est mutatum. similiter res se habet, & in quantitatis mutatione. nam & hæc in continuo est. Patet igitur in solo qualitatis motu, per se indiuisibile esse posse.

LECTIO VIII.

Vm autem omne q̃d mutatur, in tpe mutetur: mutari uero in tpe dicatur, et ut in primo, & ut per aliud, quo pacto in anno mutari dicitur, quia mutatur in die: id sane, quod mutatur, in quacunque eius tpis parte mutari, in quo primo mutatur, necesse est. Id ita esse patet quidem, et ex definitione ipsius primi. sic.n. ipsum antea definiebamus. Patebit autem & ex his, quæ deinceps dicemus. sit enim tempus A B, in quo quippiam primo mouetur: atque cum omne tempus sit diuisibile, diuidatur in C: in tẽpore igitur A C mouetur, aut non mouetur: & eodem modo rursus in ipso C B. Si igitur neutra in parte mouetur, in toto sane quiescit. impossibile est enim moueri si nulla in parte eius moueatur. si in altera tantum mouetur, non in A B tempore primo mouetur: per aliud enim in ipso mouetur. Ergo quæcunq; in parte tpis moueatur necesse est.

Demonstratio probans, q̃ id quod mouetur primo in aliquo tempore: mouetur in qualibet parte illius temporis.



Lec.1.t.c.1.

b ¶ Pro-

Universidad de Sevilla Biblioteca


b ¶ Procedit ad principale ꝓpositū oñendē. Et circa hoc, duo facit. Primo, inducit demonstrationes ad ꝓpositū oñendū. Secundo, excludit veritatē determinatā, ibi. ¶ Quare necesse est. ¶ Circa primū, duo facit. Primo oñdit, ꝙ añ oē moueri ꝓcedit mutatū esse. Secundo, ꝙ econuerso ānō quodliber mutatū esse ꝓcedit moueri, ibi. ¶ Non solū

Tex.cō.52. aūt ꝙ mutat. ¶ Primū oñdit tribus rōnibus, quarū prima, talis est. Detur, ꝙ in XR prima tpe, aliqđ mobile motū sit ꝓ K L magnitudinē: manifestū est, ꝙ si accipiatur aliud mobile æque velox, qđ simul incepit esse moueri cū ipso in medietate tpis, motū erit ꝓ medium magnitudinis, cū ergo sit æque velox illud mobile, qđ

Tex.cō.53. ponit moueri ꝓ tota magnitudinē, sequit ꝙ etiā ipsum in eodem tpe. ſ. in medietate tpis XR motū est iam ꝓ eandē magnitudinem, quæ. ſ. est pars totius magnitudinis K L. sequeť ergo, ꝙ illud qđ mouetur, prius est mutatum. ut aūt illud qđ hic dř, manifestius intelligatur, considerā dum est, ꝙ sic ut punctus nōiat terminū lineæ, ita mutatū esse nōiat terminum mo

Tex.cō.54. tus, quancunque aūt lineam, vel partem lineæ accipias, semper est dicere, quòd ante consummationem lineæ totius, sit accipere aliquod pūctum, sm̄ qđ linea diuidaſ, & sic ante quemlibet motum, & ante quamcūque partem motus, est accipere aliqđ mutatū esse. Quia dum mobile est in moneri ad aliquē terminum, iam pertransiuit aliquod signum, respectu cuius iā dř mutatū esse. sed sicut punctum infra lineā est in potentia ante lineæ diuisionē, in actu aūt, qñ iam linea est diuisa, cum punctum sit ipsa lineæ diuisio: sic hoc qđ dico, mutatū esse, infra motum est in potentia, qñ motus non ibi terminatur: sed si ibi terminetur, erit in actu. Et quia qđ est in actu, notius est eo qđ est in potentia, ideo Arist. probauit, ꝙ illud, quod continue mouet iā mutatū, est aliquid ꝑ aliud mobile æque velox, cuius motus iā terminatus est. Sicut si quis ꝓbaret, ꝙ in aliqua linea esset punctum in potentia per hoc, ꝙ alia linea eiusdē rationis esset diuisa in actu. Secundam rationem ponit ibi.

Demonstratio prima, probans, quòd ante omne moueri præcedit mutatum esse, sumpta a magnitudine.



b Oñso aūt hoc, manifestū est, ꝙ oē qđ mouet, necesse est motū eē prius. Si. n. XR primo tpe ꝓ KL. motū est magnitudinē: in mediate qđ æque velociter mouet & simul inceptū est, mediū erit motū. Si aūt æque velox in eodē tpe motū est aliquid, & alterū necesse est ꝓ eandē motum esse magnitudinem. quare erit motum prius, quod mouetur.

c Amplius aūt, & si in ī tpe qđ est, XR motū esse dicimus, aut oīno in quolibet tpe: in accipiē do vltimum ipsius tpis, nunc: (hoc. n. determinans est, & medium ipsorum nunc tps est:) & in aliis similiter dicetur motū eē. Medietatis aūt vltimū, diuisio est quare & ī medio motū erit: & oīno ī qualiber partiū. semp .n. simul cū diuisione, tps est de terminatū ab ipsis nunc. Si igit oē tps diuisibile est: mediū aūt ipsorum. nunc tps est oē: quod mutat, infinities mutatū erit.

d Amplius autem, si id quod continue mutatur, & non corrumpitur, neque pausat a muta


c ꝙ Quæ talis est. In toto tempore XR, vel in quocunque alio, dicitur aliquid mutatum esse, per hoc, quòd accipitur vltimum nunc ipsius temporis: non quòd in nunc moueatur aliquid, sed quia in nunc terminatur motus. Vnde hic non accipit mutatum esse pro eo, quod est aliquando moueri, sed pro eo, quod est terminari motū. Ideo autem necesse est terminari motum in vltimo nūc tpis mēsurantis motum, qa ipsum nunc determinat tempus, ideſt, est terminus ipsius, sicut punctum lineæ. & oportet omne tempus esse medium inter duo nunc, sicut linea est inter duo pūcta. Quia ergo moueri est in tempore, sequitur, quòd motum esse sit in nunc, quod est terminus tēporis. & si ita est de motu, qui est in toto tēpore, oportet etiā quòd similiter dicatur de partibus motus, quæ sunt in partibus temporis. Iam enim ostensum est, quòd si aliquid mouetur primo in toto tempore, quòd mouetur ī qualibet parte temporis. Quælibet autem pars tēporis accepta terminatur ad aliqđ nūc. oportet enim, quòd vltimum medietatis temporis sit ¶ diuisio ¶. i. ipsum nunc, quod diuidit inter duas partes temporis. Quare sequitur, quòd illud, quod mouetur per totum, sit prius motum in medio, propter nunc, quod determinat medium. Et eadem ratio est de qualibet alia parte temporis. Qualitercunque enim diuidatur tempus, semper inuenietur quælibet pars temporis determinari a duobus nunc: & post primum nunc temporis mensurantis motum, quodcunque aliud nunc accipiatur, in eo iam motum est: quia illud nunc, quodcunque accipiatur, est terminus temporis mēsurantis motum. Quia igitur omne tempus diuisibile est in tempora: & omne tempus est medium inter duo nunc, & in omni nunc: quod est vltimum temporis mensurantis motum, aliquid motum est, sicut probatum est, sequitur quòd omne quod mutatur sit infinities mutatum: quia mutatum esse, est terminus motus, sicut punctum lineę, & nunc temporis. Sicut ergo in qualibet linea est signare infinities punctum ante punctum, & in quolibet tempore infinities nunc, ante nunc, propter hoc, quòd vtrunque est diuisibile in infinitum, ita in quolibet moueri est signare infinities mutatum esse; quia motus est in infinitum diuisibilis, sicut linea & tempus, vt supra probatum est. Tertiam rationem ponit ibi.

Præterea, si in AB toto, uel quouis oīno tpe propterea motū dicimus quippiā esse, qđ ipsius ultimū nunc accipimus: (id est. n. qđ terminat: atque inter ipsa nunc semper est ips:) in cæteris etiam sane simili modo motum esse dicetur. Dimidii aūt extremum, est ipsa diuisio. quare & dimidio motum erit: & in quacunq; omnino parte. Semper. n. per diuisionem cōtinui, tempus ab ipsis nunc terminatum euadit. Quòd si omne tps est diuisibile: & id quod est inter, nunc ipsa tempus est (uti diximus) omne profectō, quod mutatur, infinities est mutatum.

Præterea, si id, quod continue mutatur, & non est corruptū, neque cessauit a motu: aut mutari, aut esse muta

Lc.6.t.c.38

Demonstratio secunda, probans idem quod antea, sumpta a tempore.



d ¶ Quæ talis est. Omne quod mutatur ¶ si non corrumpitur, neque pausat a mutatione ¶. i. neque desinit moueri, quasi continue mutatum, necesse est, quòd in quolibet nunc temporis, in quo mouetur, vel mutetur, vel sit mutatum: sed in nunc non mutatur, vt ostensum est: ergo necesse est, quòd in quolibet nunc temporis mensurantis motum continuum, sit mutatum. Sed in quolibet tempore sunt infinita nunc: quia

Lc.5.t.c.38

quia nunc est diuisio temporis, & tempus est in infinitum diuisibile: ergo omne quod mutatur, est infinities mutatum. Et ita sequitur, ꝙ ante omne moueri, sit mutatum esse: non quasi extra ipsum moueri existens, sed in ipso, vt terminans aliquam partem eius. Secundo ibi.

Tex.cō.57. e ¶ Probat, quòd econuerso, ante omne mutatum esse, præcedat mutari. Et primo ex parte temporis. Secundo, ex parte rei sm̄ quam est motus, ibi. ¶ Amplius autem in magnitudine. ¶ Circa primum, tria facit. Primo, proponit propositum. Secundo, demonstrat quoddam necessarium ad probandum propositum, ibi. ¶ Omne enim quod ex quodam. ¶ Tertio, inducit probationem principalis propositi, ibi. ¶ Quoniam igitur. ¶ Dicit ergo primo, quòd non solum omne quod mutatur, necesse est mutatum esse iam; sed etiam omne quod mutatum est, necesse est prius mutari: quia mutatum esse est terminus eius quod est moueri. Vnde oportet, quòd ante mutatum esse præcedat moueri. Secundo ibi.

Infra. Tex.cō.56. f ¶ Ponit quoddam necessarium ad propositi probationem. ſ. ꝙ omne quod mutatur ex quodam in quiddam, sit mutatum in tempore. Sed aduerte, ꝙ hic mutatum esse non est idem quòd terminari motum. supra enim ostensum est, ꝙ id tpis, in quo primo dicitur mutatū esse, est indiuisibile. sed accipitur hic mutatum esse, sm̄ ꝙ significat, ꝙ aliquid prius mouebatur: quasi dicat, omne quod mouebatur, mouebatur in tpe. Et hoc probat sic. Si hoc non est verum, sit aliquid mutatum ex A in B. i. ex vno termino in alterum, in ipso nunc: hoc posito, sequitur, ꝙ


Lc.7. a pri. qđ est in ipso A i. in termino a quo, in eodem nunc nondum est mutatum, quia iam supra ostensum est, ꝙ illud quod mutatum est, qđ mutatum est, non est in termino a quo, sed magis in termino ad quem: sequeretur ergo, ꝙ simul esset ī A & in B, oportet ergo dicere, ꝙ in alio nunc sit in A, & in alio nunc mutatum sit. Sed inter quælibet duo nūc est tps medium, quia duo

Tex.cō.3. nunc non possunt esse sibi coniuncta immediate, vt supra ostensum est. Relinquitur ergo, ꝙ omne quod mutatur, mutatur in tempore. Videtur autem id quod hic concluditur, habere instantiam in generatione, & corruptione inter quorum terminos non est aliqđ medium. Si enim in ter nunc, in quo est in termino a quo, & inter nūc, in quo est ī termino ad quem, sit tempus medium, sequetur, ꝙ aliquid sit medium inter esse, & nō esse: quia in

Tex.cō.55. illo medio tpe, id qđ mutatur, neque esset ens, neque non ens. sed quia ratio, quæ hic ponitur demonstratiua est: oportet id qđ hic dicitur aliquo modo etiam in generatione & corruptione saluari: ita tñ, ꝙ aliquo modo ēt hmōi mutatiōes sint momentaneæ, cum non possit esse aliqđ medium inter extrema earum. Est igitur dicendum, quòd illud quod mutatur de non esse in esse, vel econuerso, nō est simul in non esse & esse, sed sicut in Octauo dicetur, non est dare vltimum instans, in quo id qđ generatur, sit nō ens: sed est dare primum instans, in quo est, ita ꝙ in tpe præcedenti illud instans, est non ens. Inter tps aūt, & ī stans, qđ terminat motum, non est aliquod medium: & sic non oportet, ꝙ sit mediū inter esse & non esse. Sed quia tps qđ præcedit instans, quo primo est qđ generatur, mensurat aliquē motum: sequitur, ꝙ sicut illud instans, in quo primo est quod generatur, est terminus præcedentis tempois mensurantis motum, ita incipere esse est terminus præcedentis motus. Si ergo generatio dicatur ipsa inceptio essendi, sic est terminus motus, & sic est in instanti: quia terminari motum, quod est mutatum esse, est in indiuisibili temporis, vt supra ostensum est. Si aūt generatio ac- Tex.cō.44.

Lect.17. Tex.cō.69. cipiatur ipsa incœptio essendi cum toto motu præcedente, cuius est terminus, sic non est in instanti, sed in tempore: ita quòd in toto tempore præcedenti est non ens illud quod generatur, & in vltimo instanti est ens. Et similiter dicendum est de corruptione. Tertio ibi.

Demonstratio probans, quòd omne quod mouetur, mouetur in tempore.



tum in quocunque: necesse est ut mutetur: in ipso autem nunc fieri nequit: in quocunque sane temporis puncto mutatum sit ipsum, necesse est. Quare si temporis puncta sint infinita, omne nimirum quod mutatur, infinities est mutatum.

Non solum aūt id qđ mutatur, necesse est esse mutatū: sed etiam ipsum mutatum, prius mutetur necesse est.

Omne nanque quod ex quopiam in quippiam est mutatum, in tempore est mutatum. Sit enim in ipso nunc ex A mutatum in B: in eodem igitur nunc, in quo est in A, mutatum non est. nā & in A, & in B simul erit. Ipsum nā que mutatum nō esse in hoc ipso, cum est mutatum, antea demonstrauimus. Quòd si in alio sit mutatum: inter illa profecto medium tempus erit. nō sunt enim hærentia ipsius tēporis puncta.

Cum igitur in tempore sit mutatum: tempus autem omne sit diuisibile: in dimidio sane mutatum est, & in dimidii dimidio rursus, & sic semper. quare antea mutabatur.

Præterea id, quod dictum est, in magnitudine magis est manifestum, propterea quòd magnitudo continuū est, in qua mutatur id, quod mutatur.

g ¶ Probat principale propositum tali ratione. Omne quod mutatum est, in tempore mutabatur, vt probatum est: omne autem tempus est diuisibile: quod autem in aliquo tempore mutatur, in qualibet parte illius temporis mutatur: ergo oportet dicere, ꝙ illud qđ mutatum est in toto aliquo tempore, mutabatur prius in medietate temporis, & iterum in medietate medietatis: & sic semper procedetur, pp hoc, quòd tēpus est in infinitum diuisibile. Ergo sequitur, ꝙ omne quod mutatū est, prius mutabatur: & ita ante omne mutatum esse, præcedit mutari. Deinde cum dicit.

Tex.cō.58. h ¶ Ostendit idem ratione accepta ex parte eius, secundum quod mutabatur. Et primo, quantum ad motus, qui sunt in quantitate. Secundo, quantū ad alias mutationes. ibi ¶ Eadem enim demonstratio est. ¶ Dicit ergo primo, quòd hoc quod dictum est ex parte temporis, cōmuniter ad omnem mutationem, manifestius potest accipi ex parte magnitudinis: quia magnitudo est manifestior ¶ tempus, & magnitudo continua

est ¶

Universidad de Deusto
Biblioteca

est finor & tempus: & in ea aliquid mutatur, scilicet illud, qđ mouetur secundum locū, vel quod mouetur secundum augmentum & decremẽtum. Sit ergo aliquid mutatum ex C in D. non autem potest dici quod totum quod est C D, sit indiuisibile: quia oportet, q̄ C D sit pars alicuius magnitudinis, sicut motus, qui est ex C in D, est pars motus totius. Similiter n. diuiditur magnitudo & motus, vt supra ostensum est. Si autem aliquod indiuisibile sit pars magnitudinis, sequitur quòd duo impartibilia erunt immediate coniuncta, quod est impossibile, vt supra ostensum est, non ergo potest dici, quòd totum C D sit indiuisibile. Ergo necesse est, quòd id quod est inter C & D, sit quędam magnitudo, & per consequens, q̄ in infinitum diuidi possit. Sed semper prius mutatur in parte magnitudinis, q̄ sit mutatum per totam magnitudinem: ergo necesse est, omne quod mutatū est prius mutari: sicut necesse est, quòd ante quamlibet magnitudinem totam, sit pars ei⁹. Secūdo ibi.

Tex.cō.58.

Le.6.t.c.7.

Lec.1.a pri.

Tex.cō.59.

tatur. Sit enim mutatum ex C in D: ergo si indiuisibile est ipsum C D. impartibile erit impartibili coniunctum. Quoniā autem hoc impossibile est, necesse est magnitudinem esse qđ inter est, & in infinita diuisibile. Quare si in illa mutaẽ prius, necesse ergo omne quod mutatum est, mutari prius.

h Eadem enim demonstratio est, & in non continuis, vt in cōtrariis & contradictione. Accipiemus. n. tps, in quo mutatum est, & iterum eadem dicemus.

i Quare necesse est, mutatum omne mutari prius, & qđ mutatur. mutatum esse. & est ipso mutari, mutatū esse prius: ipso autem mutatum esse. mutari. & nullo modo comprehenditur primum. Causa autē huius est, non esse impartibile impartibili coniunctum. In infinitum. n. diuisio est, sicut in iis. quæ augmentantur, & minuūtur lineis.

k Manifestū igitur, qm̄ qđ factū est, necesse est fieri pri⁹, & quod fit factum esse. quæcunque diuisibilia & continua sunt, non tamen semper quod fit, sed aliud aliquando, vt illius aliquid, sicut domus fundamẽtum. Similiter aūt & in eo quod corrumpitur, & eo quod corruptū est. mox enim inest ei quod fit, & quod corrumpitur, cum sit cōtinuum, infinitum quoddam.


Sit enim ex C quippiam mutatum in D. Sequitur C D indiuisibile sit, partibus uacanti, partibus profectò uacanti hærebit. Quod, si id fieri nequeat, medium ipsum magnitudinem esse necesse est, diuisibileque esse in in finita. quare prius in illa mutatur. omne ergo mutatum, prius mutari necesse est.

Eadem est enim & in bisce, quæ non continua sunt, demostratio, ut in contrariis, & in bisce, quæ contradictoriam subeunt oppositionem. Sumemus enim id tempus, in quo est mutatum, & eadem rursus dicemus.

Quare mutetur ipsum mutatum, & mutatum si id quod mutatur, necesse est, atque mutari, prius est ipso mutatum esse, & mutatum esse, ipso mutari, ac nunquam primum sumetur. Causa autem huius est, partibus uacans, non esse uacanti partibus hærens. In infinitum enim ipsa diuisio proficiscitur, ut in crescentibus, ac decrescentibus intueri lineis, licet.

Quæ cum ita sint, patet necesse esse, & id quod est factum, fieri prius, & id quod fit, antea factum esse, modo diuisibilia atque continua sint. Nō tamen semper quod fit, factum est prius; sed interdum aliud; ceu illius aliquid, ut in ædibus, fundamentum. Similiter sit, & in eo quod corrumpitur, & corrupto. inest enim ei quod fit, & ei quod corrumpitur infinitio quædam; quippe cum continuum sit utrunque. & impossibile est, aut fieri

Demonstratio probans, quòd ante omne mutatum esse præcedit mutari.



li ¶ Ostendit, quòd idem necesse est esse in illis mutationibus, quæ non sunt secundum aliqua continua, sicut de alteratione, quæ est inter contrarias qualitates, & de generatione & corruptione, quæ sunt inter contradictorie oppositas. Licet enim in his non possit hoc demonstrari ex parte rei secundum quam est motus, accipietur tamen tēpus, in quo sunt huiusmodi mutationes, & eodē modo procedetur. Sic igitur in tribus mutationibus. s. alteratione, & corruptione, & generatione, habet locū sola prima rō in aliis aūt tribus. augmento, & decremento, & loci mutatione, habet locum vtraque. Deinde cum dicit.

i ¶ Concludit principale propositum. Et primo, in communi. Secundo, specialiter quantum ad generationem, & corruptionem, ibi. ¶ Manifestum igitur. ¶ Cōcludit ergo primo ex præmissis, q̄ necesse est omne mutatum, prius mutari: & quod mutatur, prius esse mutatum. Et sic verum est dicere, q̄ hoc ipso qđ est mutari, prius est mutatū esse: & iterum, hoc ipso, quod est mutatū esse, est prius mutari. & ita manifestum fit, quòd nullo modo comprehenditur aliquid primum. Et huiusmodi causa est, quia in motu non coniungitur impartibile impartibili, ita q̄ totus motus componatur ex impartibilibus: quia si hoc esset, esset accipere aliquod primū: hoc autem non est verū, quia motus est diuisibilis in infinitum: sicut etiam & linea, quæ in infinitum diminuuntur per diuisionem, & in infinitum augmentātur p additionem oppositā diminutioni, dā scilicet quod subtrahitur ab vno, alteri additur, vt in Tertio est ostensum. Manifestum est enim in linea, quòd ante quālibet partē lineæ est accipere punctum in medio illius partis: & ante illud punctum medium est accipere aliquam partem lineæ, & sic in infinitum. non tamen linea est infinita: quia ante primum punctum lineæ non est aliqua pars lineę. Et similiter considerandū est in motu: qa cū quælibet pars motus sit diuisibilis, ante quamlibet partem motus est accipere indiuisibile aliquod in medio illius partis, quod est mutatum esse, & ante illud indiuisibile est accipere partem motus, & sic in infinitum. Non tamen sequitur, q̄ motus sit infinitus: quia ante primum indiuisibile motus non est aliqua pars motus. Illud tamen primum indiuisibile, non dicitur mutatum esse, sicut nec primum punctum lineæ dicitur diuisio. Secundo ibi.

k ¶ Ostendit idem specialiter in generatione & corruptione. Et hoc ideo, quia aliter se habet mutatum esse ad mutari in generatione & corruptione, & aliter in aliis. In aliis enim mutarum esse, & mutari est secundum idem, sicut alteratum esse, & alterari est secundum album. Nam alterari est mutari secundū albedinem, alteratum autem esse, est mutatum esse secundum albedinem. & idem dicendum est in motu locali, & augmento, & decremento. Sed in generatione secundum aliud est mutatū esse, & secundum aliud mutari. nam mutatum esse est secundū formam: mutari uero non est secundum negationē formæ, quæ non suscipit magis & minus secundum se, sed mutari est secundum aliquid adiunctum negationi, quod suscipit magis & minus, quod est qualitas. Et ideo generatū esse est terminus eius, quod est alterari, & similiter corruptum esse. Et quia motus denominatur a termino ad quem, vt in principio Quinti dictum est, ipsum alterari, quia habet duos terminos, scilicet formam substantialem, & qualitatem, dupliciter nominatur, quia potest dici & alterari, & fieri & corrumpi. Et hoc modo accipit hic fieri & corrumpi, pro ipso alterari secundum q̄ terminatur ad esse, vel non esse. Vnde dicit quod illud ¶ quod factum est necesse est

se est prius fieri, & illud, quod fit, necesse est factum esse: quæcunque tamen sunt diuisibilia & continua. ¶ Quod quidem ponitur, vt Commentator dicit, ad excludendum quædam, quę indiuisibiliter fiunt absque motu continuo, sicut intelligere, & sentire: quæ etiam non dicūtur motus nisi æquiuoce, vt in Tertio de Anima dicit.

f ¶ Ponit solutionem, & dicit, quòd Zeno in hoc decipiebatur, quòd accipiebat ex vna parte mobile moueri iuxta magnitudinem motam, & ex alia parte accipiebat, quòd moueretur iuxta magnitudinem quiescentem, æqualem magnitudini motæ. Et quia supponitur æqualis velocitas mobilium, volebat, quòd secundum æquale tempus, esset æqualitas æque velocium circa æquales magnitudines: quarū vna mouetur, & alia quiescit. Quod patet esse falsum. quia cum aliquid mouetur iuxta magnitudinem quiescentem, non est ibi nisi vnus motus: sed quando aliquid mouetur iuxta magnitudinē motam, sunt ibi duo motus. & si sint in eādē partem, addetur de tempore: si aūt sint in oppositas partes, diminuetur de tempore secundum quantitatem alterius motus. Quia si magnitudo iuxta quam aliquod mobile mouetur, in eandem partē moueatur æquali velocitate, vel etiā maiori, nunquā mobile poterit eam pertransire. Si vero minori velocitate magnitudo moueatur, pertransibit eā quandoque, sed in maiori tempore, quàm si quiesceret. Econtrario autem est, si magnitudo moueatur ī oppositum mobilis: quia quantum magnitudo velociꝰ mouetur, tanto mobile in minori tempore eam pertransit: quia vterque motus comparatur ad hoc, quòd inuicem se pertranseant. Tertio ibi.


unq̄ tardissimū attingere psequendo. Quare solutionē utriusq; eādē esse necesse est. Id uero qđ cēset nunq̄ id attigi qđ antecedit, falsum est profectō, nā cū antecedit, nō attingitur. Rursumq̄ attingitur tandē, si dabit magnitudinē finitā id qđ mouetur transire. hæ sunt igitur duæ rationes Zenonis.

Tertia uero est ea, quæ quiescere dicit sagittam cum fertur, de qua paulo ante diximus. Accidit autem id ex eo, quia tempus sumitur ex suis punctis constare. Quod si non dederis, ratio continuo expirabit.

Quarta est ea, quæ de his est æqualibus molibus, quæ propter æquales alias moles æquali celeritate: partim e calce stadii, partim e contra mouentur. Vbi fieri putat, ut duplo tempori, dimidium sit æquale.

Rationis autem fallacia in existimatione illa consistit. ea nanque, quorum alterum fertur per quiescēs, alterum per id quod mouetur, æqualem magnitudinem celeritate æquali transire, in æquali tempore censet. hoc autem falsum est.

Sint quiescentes quidē æquales moles A A A A, sup has aūt mouean tur moles B B B B, incipiendo a me-



g ¶ Manifestat quod dixerat ī terminis. Ponatur enim, qp sint quatuor magnitudines æquales sibi inuicem, in quarū qualibet ponatur A, & sint istæ magnitudines stantes. i. non motæ: vt si intelligatur, qp sit aliquod spatium quatuor cubitorū in quorū qualibet describat A. Et sint aliæ quatuor magnitudines æquales sibi inuicē, in quarū qualibet describatur B, vt puta, si intelligamus, qp sit vnum mobile quatuor cubitorū. Incipiant aūt hæ magnitudines moueri a medio spatii. Sint etiam quatuor magnitudines aliæ æquales numero, & magnitudine, & velocitate


tate ipsis B, & scribatur in istis C, & incipiant moueri ab vltimo spatii, scilicet a primo A. Hac ergo suppositione facta, continget, quòd primum B, per suum motum perueniet ad hoc, quod sit simul cum vltimo A, & iterum primum C, per suum motum perueniet, vt sit cum primo A oppositō vltimo: & simul etiam cum hoc erit cum vltimo B, quasi transiens ⁊ secus inuicem motorum ⁊ id est iuxta omnia B, quæ inuicem ei contra mouentur. Cum autem hoc factum fuerit, constat, quòd istud primum C transiuit omnia A, sed ipsum B non transiuit nisi media. cum ergo B, & C sint æquales velocitatis: & æque velox minorem magnitudinem in minori tempore transeat, sequitur, quòd tempus, in quo B peruenit ad vltimum C, sit dimidium temporis, in quo C peruenit ad primum A oppositum. in æquali enim tempore, vtrunque, scilicet B, & C est iuxta vnumquodque, id est inæquali tempore C & B pertranseunt quodcunque A. Hoc igitur supposito, quòd tempus, in quo B peruenit ad vltimum A, sit dimidium temporis, in quo C peruenit ad primum A, oppositum, vlterius considerandum est quomodo Zeno volebat concludere, quòd hoc dimidium temporis sit equale illi duplo. Ex quo enim ponitur tempus motus ipsius C, duplum temporis motus ipsius B, ponatur quòd in prima medietate temporis B quiescebat, & C mouebatur: & sic C in illa medietate temporis peruenit vsque ad medietatem spatii, vbi est B, & tunc B incipiat moueri ad vnam partem, & C ad aliam. quando autem B peruenit ad vltimum A, oportet quod pertransierit omnia C, quia simul primum B, & primum C sunt in contrariis vltimis, scilicet vnum in primo A & aliud in vltimo. Et sicut ipse dicebat C in equali tē pore fit iuxta vnum quodque B, in quan to tempore pertransit vnumquodque ipsorū A. Et hoc ideo, quia ambo. ſ. B, & C in æquali tempore p transeunt vnū A. Et sic videtur quòd, ſi B in æquali tempore p transit in quanto p transit ipsum C: qđ C in æquali tempore pertransit ipsum B, & ipsum A: ergo tempus, in quo C p transit omnia B, est equale tempori, in quo pertransiuit omnia A. Tempus aūt, in quo C pertransit omnia B, est æquale tempori, in quo C, vel B pertransit medietatem ipsorū A, vt dictum est. Probatum est autē, quòd tempus, in quo ipsum ß pertransit medietatē ipsorum A, est dimidium temporis, in quo C pertransit omnia A, ergo sequitur, quòd dimidium sit equale duplo. quod est impossibile. Hæc igitur est ratio Zenonis. Sed incidit in fallitatem prædictam. i. quia scilicet accipit, quòd C in eodem tempore pertranseat B contra motum, & A quiescens, quod est falsum, vt supra dictum est. Deinde cum dicit,

Tex.cō.83.

incipientes a medio ipsorū A, quæ æquales sint his ſm̄ numerum, & magnitudinem: aliæ autem, in quibus ipsa C C C C, ab vltimo, æquales numero his, & magnitudine, & eque veloces ipsis B. Contingit igitur primū B, simul cum vltimo A, esse: & primum C secus inuicem motorum. Accidit autē ipsum C iuxta omnia A trāsire & ipsum B secus media A. Quare medium esse tempus, equale enim vtrunque est secus vnumquodque. Simul aūt accidit, ipsum B secus omnia C transactum esse. simul. n. erit primum B, & primum C in contrariis vltimis, in equali tempore ad vnumquodque factum ipsorū B quātum quidem ipsorum A, vt ait, propter ambo æquali tempore secus ipsa A fieri. Ratio igitur hec est. Incidit autem, ob id quod dictum est, falsum.

h At vero secundum eam, quæ in contradictione est mutationem, nihil nobis, erit impossibile. vt si ex non albo in album mutetur, & in neutro est. tanquam ergo neque album erit: neque non album. Non enim, ſi non totum in quolibet est non dicetur album. aut nō album: album. n. dicitur, aut non albū, nō ꝙ totum sit huiusmodi, sed ꝙ plures, aut magis ꝓpriæ partes. non idem aūt est non esse in hoc, & nō esse in hoc totū. Similiter aūt est, & in esse, & in non

Demonſtratio, quòd ſi magnitudo moueatur in oppoſitum mobilis: mobile in minori tempore eam pertranſibit.



dio ipsarum molium, numero & magnitudine æquales: C C C C, uero bis æquales modo eodem, & æque celeres: super ipsas B, incipiendo a prima, quæ est in medio ipsarum A, mo tu contrario moueantur. Accidit igitur primam B, atque C molem simul in ipsis esse extremis: & C, quidem uniuersas A moles, B uero dimidium ipsarum pertransiuisse. Quare sit ut sit dimidium tempus. Vtraque enim æquali in tempore molium unamquāque transiuit: & insuper accidit ſi per omnes moles C transiuisse. Prima nāque C & B moles in contrariis sunt extremis, tanto in tempore per unamquamque B molium mota, quanto quamque molium A transiuit, ut dicit, propterea, quòd utraque æquali in tempore per A moles est mota, Ratio igitur, hæc est. Fit autem ob id, quod diximus, falsum.

At uero neque in ea mutatione, cuius termini contradictoriam subeūt oppositionem, impossibile quicquam nobis euenit. ueluti quippiam ſi e non albo in album mutetur, atque in non albo est, neque album, neque non album esse. non enim ſi non totum in utrouis sit, non dicetur album, aut non album esse. Album enim dicimus, aut non album, non quia totum, sed quia plurimis partibus sit, aut maxime præcipuis, tale. non est autem idem non esse in hoc, & non esse in hoc, totum. Similiter sese habet & in eo quod est, & in eo quod haud est,

h ¶ Ponit rationem, qua Zeno excludebat mutationem, quæ est inter contradictoria. Dicebat enim sic. Omne quod mutatur, dum mutatur in neutrum terminorū est: quia dum est in termino a quo, nondum mutatur, dum autem est in termino ad quem, iam mutatum est. Si ergo aliquid mutetur de vno contradictorio in aliud, sicut de non albo in album, sequitur, quòd dum mutatur, neque sit album, neque non album. Quod est impossibile. Licet autem hoc inconueniens sequatur aliquibus, qui ponunt impartibile moueri, tamen nobis, qui ponimus, quòd omne quod mouetur est partibile, nullum accidit ipossibile. Non enim oportet ſi non est totum in altero extremorum, quòd propter hoc non possit dici, aut album, aut non album. Contingit enim, quòd vnas pars eius sit alba, & alia non alba. Non autem dicitur aliquid album, vel non album, ex eo, quòd totum sit huiusmodi, sed quia plures, & principaliores partes sunt tales, quæ magis propriè sunt natæ tales esse: quia non idem est non esse in hoc, & non esse totum in hoc, scilicet in albo, vel non albo. Et quod dictum est de albo, vel non albo, intelligendum est de esse, vel non esse simpliciter: & in omnibus, quæ

correspondentur secundum contradictionem, sicut calidum & non calidum, & huiusmodi. Semper enim oportebit, ꝙ sit in altero contra oppositorum illud, quod mutatur: quia denominabit ab eo, qđ principali' inest: sed non sequitur, quòd semper sit totum in neutro existentium, vt Zeno putabat. Sciendum est autem, quòd hæc responsio sufficit ad repellendum rationem Zenonis: quod hic principaliter intenditur. Quomodo autem circa hoc se habeat veritas in Octauo plenius ostẽdetur. Non enim, in quolibet verum est, quòd pars ante partem alteretur, vel generetur: sed aliquando totum simul, vt supradictum est, & tunc non habet locum hęc responsio, sed illa quæ ponitur in Octauo. Deinde cum dicit.

esse & in aliis, quę sĩn contradictionem sunt: erit.n. ex necessitate i altero oppositorũ in neutro aũt, non semper totum.

Iterum aũt est in circulo, & in sphęra, & omnino in his, quę in ipsis mouentur: quia accidet ipsa quiescere. In eodem.n. loco, sĩn tps quoddã sunt, & ipsa, & partes. quare quiescet simul, & mouebuntur. Primum nanque, partes non sunt in eodem nullo tempore. Postea, & totũ mutatur semper in alterũ. non enim eadem est ab ipso A accepta circulatio & quæ est ab ipso B & C, & aliorũ vnũquodq; signorum, nisi sicut musicus homo, & homo, qa accidit. Quare mutatur semper altera in alteram, & nequaquam quiescet. Eodem autem modo est, & in sphæra, & in aliis, quæ in seipsis mouentur.

atque in cæteris, quæ contradictoriam subeunt oppositionem. Etenim in oppositorum quidem altero necessario erit totum, aut in neutro semper erit.

In circulo rursus, ac sphæra, & in iis omnino, quæ in seipsis mouentur, non eueniet ipsa quiescere, in eodem enim loco tẽpore quodã, vt inquiunt, & ipsa, & partes sunt. quo fit, vt quiescant simul, ac moueantur. Primo nanque partes non sunt eodem in loco tempore vllo. Deinde, totum etiam in alium semper locum mutatur. Nõ est enim eadem circunferentia quę ab A & B, & C, sumitur cæterorumque quolibet puncto, nisi vt musicus homo, & homo, quia id accidit. quare in aliam alia semper mutatur, & nunquam quiescet. Idem est modus, & in sphæra, atque in cæteris, quæ in seipsis mouentur.

Le.17.tex.com.67.

Tex.cõ.84.

Tex.cõ.85.

Le.8.t.c.59

Tex.cõ.86.

LECTIO XII.


Stensis autem his, dicimus, ꝙ impartibile non contingit moueri, nisi sĩn accidens, vt corpore moto, aut magnitudine, in qua

LECTIO XII.

Demonstratis autem his, dicimus id quod partibus uacat, moueri non posse, nisi per accidens: veluti, si corpus, uel magnitudo, in qua est, moueatur. quemquandoque quidem secundus locus est partim coniunctus primo loco, & partim ab eo diuisus, vt poteſt in his considerari quæ mouentur motu recto. Si enim aliquod cubitale corpus moueatur de A B loco, in B C locum: quorũ vterque locus sit cubitalis, dum mouetur ab vno loco, in alium, oportet quòd partim deserat vnũ, & subintret alium: sicut si deserat de loco A B quantum est A D, subintrabit in locum B C, quantum est B E: manifestũ est ergo, quòd locus D E, est alius a loco A B, non tamen totaliter ab eo seiunctus, sed partim. Si autem daretur, quòd illa pars mobilis, quæ subintrat secundum locum, regrederetur in partem loci, quam mobile deserit, essent duo loca: & tamen in nullo ab inuicem separata, sed solum differrent secundum rationem

Demonstratio, quòd totum ex circulo transferatur, sicut transferuntur partes.

¶ Soluit rationem Zenonis, quæ destruebat motum sphæricum. Dicebat enim, ꝙ non est possibile aliquid circulariter, vel sphęrice moueri, vel quocunque alio modo, ita quòd aliqua moueantur in seipsis, id est non progrediendo a loco, in quo sunt, sed in ipsomet loco. Et hoc probabat tali ratione. Omne illud, quod per aliquod tempus secundum totum & partes est in vno & eodem loco, quiescit: sed omnia huiusmodi sunt in eodem loco, & ipsa, & partes eorum secundum aliquod tẽpus, etiam dum ponuntur moueri: ergo sequitur, ꝙ simul moueantur & quiescant, quod est impossibile. Huic autem rationi obuiat Philosophus dupliciter. Primo, quantum ad hoc quod dixerat: partes sphæræ motæ esse in eodem loco per aliquod tempus. contra quod Arist. dicit ꝙ partes sphæræ motæ, in nullo tempore sunt in eodem loco: Zeno enim accipiebat locum totius: & verum est, ꝙ dum sphæra mouetur, nulla pars exit extra locum totius sphæræ. Sed Arist. loquitur de proprio loco partis, secundum quòd pars potest habere locum. Dictum est enim in Quinto, quòd partes continui sunt in loco in potentia. Manifestum est autem in motu sphęrico, quòd pars mutat proprium locum, sed non locum totius. quia vbi fuit vna pars, succedit alia pars. Secundo obuiat ad prædictam Zenonis rationem, quantum ad hoc quod dixit, quòd totum manet in eodem loco per tempus. Contra quod Aristo. dicit, quòd etiam totum semper mutatur in alium locum, quod sic paret. Ad hoc enim, quòd sint duo loca diuersa, non oportet, quòd vnus illorum locorum sit totaliter extra alium: sed



LECTIO XII.

Postquam Philosophus soluit rationes Zenonis improbantis motum, hic intendit ostendere, quòd impartibile non mouetur, per quod destruitur opinio Democriti, ponentis atomos per se mobiles. Et circa hoc, duo facit. Primo, proponit intentionem. Secundo probat propositum. ibi. ¶ Mutetur.n.ex A B, in B C. Dicit ergo primo, ꝙ suppositis his, quę supra ostensa sunt, dicendum est, ꝙ impartibile non põt moueri, nisi forte p accns: sicut punctũ mouet in toto corpore, vel quacũque alia magnitudine, in qua est punctũ, scilicet,

Le.7.t.c.44

Tex.cõ.87.

7.com.88.

scilicet linea vel superficie. Moueri autem ad motum alterius contingit dupliciter. Vno modo, quando id quod mouetur ad motum alterius, non est aliqua pars eius. sicut illud quod est in naui mouetur ad motum nauis: & albedo etiam mouetur ad motum corporis: cum non sit pars eius. Alio modo, sicut pars mouetur ad motum totius. Et quia impartibile dicitur multipliciter sicut & partibile, ostendit quomodo accipiat hic impartibile: & dicit, ꝙ impartibile hic dictum illud quod est in diuisibile secundum quantitatẽ. Dicitur enim & aliquid impartibile secundum speciem sicut si dicamus ignem imparti bilem: aut aerem: quia nõ poteſt resolui in plura corpora specie diuersa. Sed tale impartibile nihil prohibet moueri. Intendit ergo excludere motum ab impartibili secundum quãtitatem. Et quia dixerat quòd pars mouetur ad motum totiⁿ, & aliquis posset dicere quòd pars nullo modo mouetur. subiungit quòd sunt ali qui motus partium, inquantum sunt partes, qui sunt diuersi a motu totius, inquan tũ est motus totius. Et hãc differentiam aliquis maxime põt considerare in motu sphærico: quia nõ est eadem velocitas partium quæ mouentur circa centrum: & partium ¶ quæ sunt extra ¶ idest versus superficiem exteriorẽ sphęre: & q̃ é etiã velocitas totius: ac si motus iste non sit vnius sed diuersorũ. Manifestum é enim quòd velocius est, quod in equali tempore pertransit maiorem magnitudinem. Dum autem sphera mouet, manifestum est quòd maiorem circulum pertransit pars exterior sphęrę quam pars interior, vnde maior é velocitas partis exterioris quàm interioris. Tamen velocitas totius, est eadem cum velocitate interioris, & exterioris partis. Ista autem diuersitas motuum intelligenda est secundum quòd partibus continui conuenit moueri, scilicet in potentia. Vnde actu est vnus motus totius & partium: sed potentia sunt diuersi motus partium, & adinuicem, & a motu totius. Et, sic cum dicitur pars moueri per accidens ad motum totius, est tale per accidens, quòd est in potentia per se: quod non est de motu per accidens, secundum quod dicuntur accidentia, vel formæ per accidẽs moueri. Posita igitur distinctione eius quod mouetur, explicat suã intentionem: & dicit, quòd id quod est impartibile secundum quantitatem, poteſt moueri quidem ad motum corporis per accidens: non tanquam pars: quia nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus: vt ostensum est: sed sicut mouetur aliquid ad motum alterius quod non est pars eius: sicut sedens in naui mouetur ad motum nauis. Sed per se non contigit impartibile moueri. Hoc autem idẽ supra probauit non ex principali intentione: sed incidenter. Vnde preter rationem supra positam, hic magis explicat veritatem, & rationes addit efficaces ad propositum ostendendum. Secundo ibi.

Lec.1.

Lec.5.Tex.com.29.

Probat propositũ tribus rationibus. Quarum prima talis est. Si ponatur quòd impartibile moueatur, moueatur ex A B, in B C. Nec differt quantum ad hanc rationem, vtrum ista duo scilicet A B, & B C sint duæ magnitudines, siue duo loca, ut in motu locali, & augmenti & decrementi: vel duę species ¶, i. duæ qualitates, sicut in motu alterationis, vel sicut duo contradictorie opposita, vt in generatione, & corruptione. & sit tempus E D, in quo aliquid mutatur de vno termino in alterum primo, idest non ratione partis. In hoc ergo tempore, necesse est quòd id, quod mutatur, aut sit in A B, scilicet, in termino a quo, aut in B C, idest, in termino ad quem: aut aliquid eius est in uno termino, alia uero pars eius est in altero. omne enĩ quod mutatur, oportet quòd aliquo horum trium modorum se habeat, sicut supra dictum est. Non autem potest dari tertiũ membrum, scilicet quòd sit in utroque secundum diuersas partes sui: quia sic sequeretur, quòd esset partibile, & positum erat, quòd esset impartibile. Sed similiter non potest dari secundum membrum, ſ. ꝙ sit in B C, i. in termino ad quem, quia qñ est in termino ad quem, tunc iam ẽ mutatum, ut ex superioribus patet. ponebatur tamen ꝙ in hoc tempore mutaretur. Relinquitur ergo, ꝙ in hoc toto tempore, in quo mutatur indiuisibile: sit in A B, & in termino a quo. ex quo sequitur, quòd quiescat. nihil enim est aliud quiescere, quàm quòd aliud sit in uno, & eodem per totum aliquod tempus. cum enim in quolibet tempore sit prius & posterius,

Lec.2.Tex.com.83.

Lec.7.Tex.com.40.

si tempus

b Mutetur.n.ex A B, in B C, siue ex magnitudine in mãgnitudinem, siue ex specie in speciẽ, siue sĩn contradictionẽ. tps aũt sit in quo primo mutatur D: ergo necesse est ut in tempore, in quo mutatur aut in A B esse, aut in B C, aut aliquid quidem huius in hoc, aliud vero in altero. omne n. quod mutatur sic se habuit. in utroq; igitur, non erit aliquid ipsius: partibile.n. utriq; esset. At uero neq; in B C, mutatũ enim erit: cõcessum est autem mutari. Relinquitur igitur ipsum in A B esse, eo quo mutatur tempore: quiescet ergo In eodem enim esse per tempus quoddam, quiescere est. Quare non contingit impartibile moueri, neq; omnino mutari. Solum enim sic esset ipsius motus, si tempus esset ex ipsis nunc. Semper enim in ipso nũc motum esset, & mutatum: quare moueri quidẽ nequaquam est, motum autem esse semper. hoc autem quod impossibile sit ostensum est. neque enim ex ipsis nunc tps, neque linea ex ipsis punctis, neq; motⁿ ex momentis est. Nihil.n. aliud facit hoc dicens, q̃ motum ex indiuisibilibus. sicut si tempus ex ipsis nunc, aut magnitudinem ex punctis.

admodum si id, quod est in nauigio, latione nauigii: uel totius motu pars moueatur. Vacare autem in partibus dico, quod est indiuisibile quantitate. Partium enim motus, & inter se se differunt: & a totius etiam motu: atq; in sphæra maxime, differentiã ipsam quispiam intuebitur. Non enim eadem erit celeritas earum partium, quæ propinquæ sunt centro, & earum, quæ sunt ab eo distantes, totiusq; sphæræ, quo patet non unum omnium esse motum. Vt igitur diximus, sic ipsum quod partibus uacat moueri põt, ut isce qui sedet in currente naui, & mouetur, per se autem moueri non potest.

Mutetur enim ex A B, in B C, siue in magnitudine ex magnitudine, siue in forma ex forma, siue ex termino in oppositum contradictorie terminum. Tempus autem in quo primo mutatur sit D. igitur ipsum eo in tempore quo mutatur, aut in A B, aut in B C, aut partim in hoc, partim in altero esse necesse est. omne nanque quod mutatur sic se habet. At aliquid ipsius in utroque non erit; fuit enim partibile, neque erit in B C, erit enim mutatum: supponitur uero mutari. Restat igitur ipsum in A B esse eo tẽpore, quo mutatur: quiescit ergo. Quod enim est in eodem tempore quodam, id quiescere dicebamus. Quare non fit, ut id quod uacat partibus moueatur, aut omnino mutetur. Hoc tantum pacto, motus ipsius esset: si tempus suus ex punctis constaret. Semper enim in ipso nunc motum esset, atque mutatum, ut moueatur quidem nunquam: semper uero sit motum. at hoc esse non posse, prius est demonstratum. Neq; enim tempus ex nunc ipsis: neque linea ex punctis, neque motus ex suis momentis constat. Nam nihil aliud asserit qui id dicit, quàm motum ex hisce quæ partibus uacant constare: perinde atque si tempus ex nunc ipsis asseueret, aut magnitudinem ex punctis constare.

si tempus est diuisibile, quicquid per aliquod tempus est in F
eodem & eodem, similiter se habet nunc & prius, quod est quie-
scere. Sed hoc est impossibile, quòd aliquid dum mutatur quie-
scat. relinquitur ergo quòd non contingit impartibile moueri,
neque aliquo modo mutari. Hoc enim solo modo posset motus
aliquis esse ex indiui-
sibilis, si tempus com-
ponere ex ipsis nõe,
quia in nunc est sem
per motũ esse, vel mu
tatum, & quia quod
mouetur ẽ, inquantũ
huiusmodi non mo-
uetur, sequitur ꝙ in
nunc nihil mouetur,
sed sit motum. Sic igi
tur posset poni indi
uisibile moueri i ali
quo tẽpore, si temp⁹
ex ipsis nunc compo
neretur, quia posset
dari, ꝙ in quolibet
ipsorum nũc. ex qui-
bus componitur tem
pus, esset in uno, &
in toto tempore ⁊ .i.
in omnibus nunc esset in multis: & sic
in toto tempore mo
ueretur, nõ aũt in ali
quo nunc. Sed quòd
hoc sit impossibile,
scilicet tempus com
poni ex ipsis nunc,
ostensum est prius.
ostẽsum est.n.supra,
ꝙ neque tempus cõ-
ponitur ex ipsis nũc,
neque linea ex ipsis
punctis, neque mo-
tus componitur ex
momentis, ut p mo-
mentum intelligam⁹
hoc quod est muta-
tum esse. Qui enim
hoc dicit, quòd indi
uisibile mouet, aut
quòd motus compo
natur ex indiuisibi-
libus, nihil aliud fa-
cit quàm quòd tem-
pus componatur ex
nunc, aut magnitu-
do ex punctis, quod
est impossibile. ergo
& impossibile est im
partibile moueri. Se
cũdam rationem po
nit ibi.

T.com.89.

Tex.cõ.90.

l.c.1.a prĩ. in fin.

c Amplius aũt ex hiis mãnifestum est, ꝙ neque punctum ne-
que aliud indiuisibile vllũ con
tingit moueri. Omne.n.qđ mo
uetur, impossibile est prius per
maius moueri seipso, quàm aut
per æquale, aut p minus. Si igit
hoc manifestũ est, quia & punc-
tũ per minus, aut æquale mo- G
nebitur primum. Qm autem in
diuisibile ẽ, impossibile ẽ min⁹
moueri prius. p æquale ergo si
bi ipsi, quare erit linea expũctis
sp.n. p æqualẽ motũ, oẽm lineã
punctũ mensurabit. si aũt hoc
impossibile est, & moueri indi
uisibile impossibile est,

d Amplius aũt si oẽ in tpe mo
uetur, & in ipso aũt nunc nihil;
oẽ aũt tempus diuisibile, erit
vtiq; aliquod tẽpus minus quo H
libet eorum quę mouentur, in
quo mouetur per tantum, quã
tum ipsum motũ ẽ. Hoc igitur
erit tempus in quo mouetur,
propter id quod mouetur oẽ
in tempore. tempus autem om
ne, diuisibile esse ostensum est
prius. Si igitur punctum moue
tur, erit aliquod tempus mi-
nus, in quo ipsum motum est,
sed impossibile est: in minori
enim necesse minus moueri.
quare erit diuisibile id qđ indi
uisibile ẽ in min⁹, sicut & tps in
tẽpus. Solummodo enim moue
bit impartibile & indiuisibile;
si erit in ipso nũc possibile mo-
ueri atomo. Eiusdem enim ra-
tionis est in ipso nunc moueri,
& indiuiduum aliqđ moueri.

c Et dicit, quòd ex his, quæ sequuntur, potest esse manifestum,
quòd neque punctum, neque aliud quodcunque indiuisibile
potest moueri. Et ista ratio specialis est de motu locali. Omne
enim quod mouetur secundum locum, impossibile est, quòd
prius pertranseat maiorem magnitudinem ipso mobili, quàm
æqualem, vel mino
rem, sed semper mo
bile prius pertrãsit
magnitudinẽ æqua-
lem sibi aut minorem, quàm maiorẽ.
Si ergo hoc ita se ha
bet, manifestum est,
quia & punctum si
mouetur, prius per-
transibit aliquid mi
nus se, aut æquale si-
bi, quàm longitudi-
nem maiorẽ se: sed
impossibile est quòd
pertranseat aliquid
minus se: quia est in
diuisibile. relinqui-
tur ergo quòd per-
transibit æquale si-
bi. & ita oportet ꝙ
numeret omnia pũcta, quæ sunt in li-
nea, quia semp punc-
tum, cum mouea-
tur motu æquali ti-
nea, propter hoc ꝙ
mouetur per totam
lineam, sequitur ꝙ
totam lineam men-
suret. hoc autem fa-
cit numerando om-
nia punct. sequitur
ergo quòd linea sit
ex punctis. ſ. ergo
hoc est impossibile,
impossibile est quòd
indiuisibile moueat.
Tertiam rationem
ponit ibi.
d ¶ Quæ talis est.
Omne quod moue-
tur, mouetur in tem
pore, & nihil moue-
tur in ipso nunc, vt
supra probatum est;
cstensum est autem
supra, quòd omne
tempus est diuisibi-
le: ergo in quolibet
tempore, in quo ali-
quid mouetur, erit
accipere minus tem-
pus, in quo mouetur
aliquod minus mobile, quia manifestum est, quòd supposita ea-
dem velocitate, in minori tempore pertranseat minus mobile
aliquod signum datum, quàm mobile maius, sicut in minore
tempore pars quàm totum, vt ex superioribus patet. ⁊ Si ergo
punctum mouetur, erit accipere aliquod tempus minus tem-
pore, in quo ipsum mouetur. sed hoc est impossibile, quia sequ-
retur quòd in illo minori tempore moueretur aliquid minus
quàm punctum. & sic indiuisibile esset diuisibile in aliquod mi
nus, sicut tempus diuiditur in tempus. Hoc enim solo modo
posset moueri indiuisibile, si esset possibile aliquid moueri in
nunc indiuisibile: quia sicut non esset accipere aliquod
minus ipso nunc, in quo mouetur, ita non oporte-
ret accipere aliquod minus mobile. Et sic patet,
quòd eiusdem rationis est, quòd fiat mo-
tus in nunc, & quòd indiuisibile ali-
quod moueatur: hoc autem est
impossibile, quòd scilicet,
in nũc fiat mot⁹. ergo
impossibile est ꝙ
indiuisibile
moueatur.

I

Le.5.t.44


Le.3.t.44

Præterea neque punctum, neque indiuisibile quicquam moueri ex his etiam patet. fieri namque non potest: ut id quod motu cietur, maius seipso transeat prius, quàm aut per æquale, aut minus se moueatur. Quod si ita sit, patet & punctum seipso minus, aut æquale prius transire. At cum indiuisibile sit, fieri non potest, ut per minus antea moueatur. per æquale ergo sibi mouebitur. quo fit, ut ex punctis linea constet. punctum enim transeundo sibi sem per æquale totam quam transit lineam metietur. Quod si id esse non potest, fieri quoque nequit, ut indiui sibile moueatur.

Insuper. si omne motu cietur in tẽpore, & nihil in ipso nunc mouetur: omneque tempus sit indiuisibile, erit utique tempus eo tempore minus, in quo transit id quod mouetur æquale spatium sibi. Id enim in quo mouetur tempus erit plane, propterea ꝙ omne quod mouetur, in tẽpore motu cietur. tempus autem omne diuisibile esse, prius est demonstratum. Si igitur punctum mouetur, erit aliquod tempus eo tempore minus, in quo motum est ipsum per æquale spatium sibi. at esse non potest in minore nanque transeat minus necesse est. quo continue fit ut indiuisibile, in se minus sit diuisibile: quemadmodum et tempus in tempus. Enimuero unice id quod partibus uacat atque indiuisibile moueretur, si fieri posset ut in ipso nũc indiuiduo quippiam moueatur. Eiusdem enim est rationis in ipso nunc moueri, & indiuisibile quid moueri.

Demonstratio, ꝙ impossibile est impartibile per se moueri.

Duæ magnitudines.



K

LECTIO XIII.

PHilosophus ostendit, quòd impartibile non mouetur, hic intendit ostendere, quòd nulla mutatio est infinita, quod est contra Heraclitum, qui posuit omnia moueri semper. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ nulla mutatio est infinita secundum priam speciem, secũ do ostendit, quomo do possit esse infinita tempore. ibi. ⁊ Sed sic contingit. ⁊ Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd mutatio non est infinita secundũ speciem in aliis mutationib⁹ præter mo tum localem: secun do ostendit idem in motu locali. ibi ⁊ Loci autem mutatio. ⁊ Prima ratio talis est. Supra dictum est, ꝙ omnis mutatio est ex quodam in quid-dam. Et in quibusdã quidem mutationi-bus, quæ scilicet sũt inter contradictorie opposita, vt genera-tio & corruptio, vel inter contraria, vt al teratio, & augumen tum & decrementũ, manifestũ est ꝙ ha-bent præfixos termi nos. vnde in his mu tationibus, quæ sunt inter cõtradictorie opposita, terminus est vel affirmatio, uel negatio sicut ter minus ġnationis est esse, corruptionis ve ro non esse. Simili-ter illarum mutatio num: quæ sunt inter contraria, ipsa con-traria sunt termini, ad quos, sicut ad quę dam vltima, muta-tiones hmõi termi-nantur. Vnde sequi-tur, quòd cum om-nis alteratio sit de contrario in contra rium, quòd omnis al teratio habeat ali-quem terminum. Et similiter dicendum est in augumento & decremẽto, quia ter minus augumẽti est perfecta magnitudo, & dico perfectam se cundum conditionem propriæ naturæ talia enim perfectio ma gnitudinis competit homini, & equo. Terminus autem decre-menti est id, quod contingit esse in tali natura maxime remo tum à perfecta magnitudine. Et sic patet quòd quælibet prædi-ctarum mutationum habet aliquid vltimum, in quod termina tur: nihil autem tale est infinitum, ergo nulla prædictarum mutationum potest esse infinita. Secundo ibi.

Tex.cõ.91.

Tex.94.

B

Tex.cõ.92.

Tex.cõ.93.

b Loci autem mutatio, sic qui dem non erit finita, non enim omnis in contrariis est. Sed quoniam impossibile est deci-sum esse sic ex eo, quia non con tingit decidi: (multipliciter enim dicitur impossibile) non contingit sic impossibile deci-di neque omnino impossibile factum esse fieri neque mutari impossibile: contingit vtiq; mu tari in quod impossibile est mu tari. Si ergo quod fertur muta-tur in aliquid, & possibile est mutari, quare non erit infinitus motus, neq; feretur in infinito: impossibile est enim trãsire ip sum. Quod igitur sic non sit in-finita mutatio, vt non finiatur terminis, manifestum est.

c Sed si sic contingit vt tẽpore sit infinitus idẽ existẽs & vnus, cõsiderandũ est. Nõ vno quidẽ enim facto nihil forte, phibet, vt si post loci mutationẽ altera E tio fit, & post alterationẽ augu-mẽtũ, & iterum generatio. sic

LECTIO XIII.

MVtatio autem nulla est infinita. è quopiam enim in quippiam est omnis, & ea, quæ in contradictorijs, & ea, quæ in contrarijs est. Quare mutationum quidem earum, quæ in contradictorijs sunt, affirmatio atq; negatio finis est. generationis quidem id quod est, corruptionis autem id, quod non est. Mutationum uero, quæ inter contraria sunt, ipsa contraria sunt extrema: hæc enim ultima sunt mutationis, quare, & alterationis omnis (alteratio nanque ex contrariis est quibusdam) Similiter et accretionis decretionisue. Nam accretionis quidem, id est extremum, quod est magnitudinis perfectæ, quæ accommodatur naturæ finis. decretionis uero, casus ab hoc ipso remotione.

Latio autem hoc quidem modo nõ erit finita. non enim omnis est in contrariis. Sed quoniam quod hoc pacto est, impossibile diuisum fore, ut non contingat ipsum fore diuisum, id ut di uidatur non potest. (multipliciter enim impossibile dicitur) atque quod ita est impossibile fecari non possit: Et omnino quod factum fore non potest, id fieri non contingit, & id profecto quod mutatum fore non potest in id mutari nequit, in quod mutatum fore non potest. Si igitur id quod fertur in quippiam mutatur, & in illud sane fore mutatum potest. Quare motus non est infinitus, neque quicquam per infinitum feretur, fieri enim non po-test, ut illud unquã pertranseat. Patet igitur hoc pacto nullã infinitã esse mu tationem, ut non sit finibus terminata.

D

Verum considerandum est, si sic esse possit, ut una eademque, tempo-re sit infinita. Nam, si non fiat una, nihil forsitam prohibet, ueluti si alte-ratio fiat post lationem, & accretio post alterationem, & generatio rur-sus post illam. sic enim semper quidẽ

A nis loci mutatio est inter contraria simpliciter. Dicuntur enim contraria quæ maxime distant. Maxima autem distantia simpliciter, accipitur quidem in motibus naturalibus gra-uiũ & leuium. Locus enim iguis a centro terræ, habet maxi-mam distantiam secundum distantias determinatas talibus cor poribus in natura. vnde tales mutationes sunt inter con-traria simpliciter. Vnde de huiusmodi mutationibus pos-set ostendi, quòd nõ sunt infinitæ, sicut & de aliis. Sed ma-xima distãtia in mo-tibus violentis, aut voluntariis, non ac-cipitur simpliciter se cundum aliquos ter minos certos, sed secundum propositum aut uiolentiam mouentis, qui aut non vult, aut nõ po test ad maiorem di-stantiam mouere. vnde est ibi secun-dum quid maxima distantia, & per con sequens contrarie-tas, non autem sim pliciter. & ideo non poterat ostendi per terminos, quòd nul la mutatio localis esset infinita. vnde consequẽter hoc o-stendit alia ratione, quæ talis est. Illud quod impossibile est esse decisum, non cõ tingit decidi. Et, quia multipliciter di citur aliquid impos-sibile, scilicet, quod omnino non contin git esse: & quod non de facili potest esse, ideo interponit de quo impossibili hic intelligat. intelligit enim de eo, quod sic est impossibile, quòd nullo modo contin-git esse. Et eadem ra tione id quod est im possibile factum eẽ, impossibile est fieri. sicut, si impossibile est contradictoria es se simul, impossibile est hoc fieri. Et pari ratione, illud quod impossibile est muta tum esse in aliquid, impossibile est quòd mutet in illud, quia nihil tẽdit ad impos-sibile. Sed omne qđ mutatur secundum locum, mutatur in aliquid: ergo impossibile est per motum peruenire in illud. Sed infinitum non potest pertransiri. Non ergo fertur aliquid localiter per infinitum. Sic ergo nullus mo tus localis est infinitus. Et ita uniuersaliter patet, quòd nulla mutatio potest esse sic infinita, ut non terminetur certis termi-nis, a quibus speciem habet. Deinde cum dicit.

Ostendit, quomodo motus possit esse infinitus tempore: & dicit, quòd considerandum est utrum contingat motum sic es-se motum infinitum tempore, ut semper maneat unus, & idem numero. Quòd enim motus duret per infinitum tempus, non existente uno ipso motu, nihil prohibet. quod sub dubitatione dicit, addens ⁊forte.⁊ quia posterius de hoc inquiret. Et ponit

exemplum

Universidad de Deusto
Biblioteca

exemplum. sicut si dicamus, q̄ post loci mutationem est alteratio: & post alterationem, est augmentum: & post augmentum iterum generatio, & sic in infinitum. sic enim semper posset motus durare secundum numerum, quia ex huiusmodi motibus, non fit unum numero, vt in Quinto ostensum ē. Sed quòd motus duret tempore infinito, ita quòd semper unus maneat numero, hoc non contingit nisi in una specie motus. Motus enim circularis potest durare unus, & continuus tempore infinito, vt in Octauo ostendetur. Lc.6.t.c.39 Lc.15

F enim semper quidem erit in tē pore motus, sed non unus, pro pter id q̄ non est vnus ex oīb'. Vt aūt fiat vnus, nō cōtingit in finitum esse tpe præter vnum, hic autem est circulatio.

erit tempore motus, sed non unus: quia non est unus ex universis. Vt autem unus infinitus tempore fiat, præter unum non potest: hic autem est ipsa conversio.

Sexti libri Physicorum finis.

ARISTOTELIS
DE PHISICO AVDITV
LIBER SEPTIMVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclarissimis commentariis.

LECTIO PRIMA.

Te.com.1. POstquam Philosophus in præcedentibus libris determinauit de motu secundum se, & de consequentibus ad ipsum, & de partibus eius, hic incipit determinare de motu per comparationem ad motores & mobilia. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit esse primū motum, & primum motorē. In secunda inquirit, qualis sit motus primus, & primus motor. & hoc in Octauo libro ibi {Verum autem motus aliquā do &c. } Prima autē pars diuiditur in partes duas. In prima parte ostēdit esse primum motum, & primum motorem. Et quia ea, quæ sunt unius ordinis habent aliquam comparationem adinuicē: ideo in secunda parte determinat de comparatione motuum ad inuicem: ibi. {Dubitauit aūt aliqs &c. } Circa primum tria facit. Primo præmittit quoddā, quo indiget ad proptosiū ostendendum. Secūdo hoc ostendit propositū ibi. {Quoniam autem omne quod mouetur. } Tertio manifestat quoddam quod supposuerat ibi. {Primum aūt moūs &c. }

Tex.1. Proponit ergo primo quòd necesse est, omne quod mouetur, ab aliquo alio moueri. Quod quidem in aliquibus est manifestum. Sunt enim quędam, quæ non habent in seipsis principium sui motus, sed principium motus ipsorum est ab extrinseco, sicut in his quæ per violēriam mouentur. Si ergo aliquid sit, quod non habeat in seipso principium sui motus, sed principium sui motus est ab extrinseco, manifestum est quòd ab alio mouetur. si uero sit aliquod mobile, quod habeat in seipso principium sui motus circa hoc potest esse dubium, an ab alio moueatur. & ideo circa hoc instat, ad ostendendum quòd ab alio mouetur. Si ergo aliquid tale ponatur non moueri ab alio: accipiatur mobile A B, cui quidem moueri conueniat secundū se & primo, non autem ex eo quòd aliqua pars eius mouetur: sic enim non moueretur secundum se, sed secundum partem. oportet autem, si aliquid mouet seipsum non motum ab altero, quòd sit primo & per se motum. sicut si aliquid est calidum non ab alio, oportet quòd sit primo & per se calidum. Hoc ergo dato, procedit ad propositum ostendendum dupliciter. Primo quidem excludendo illud, unde maxime uideri posset q̄ aliquid non ab alio moueatur, secundo directe ostendendo, q̄ nihil potest a seipso moueri. ibi. {Amplius autem quod a seipso

Tex.2. mouetur, &c. } Id autem, ex quo maxime videtur, quòd aliquid non moueatur ab alio, est, quia non mouetur ab aliquo exteriori, sed ab ipso interiori principio. Dicit ergo primo, quòd opinari quòd A B moueatur a seipso, propter hoc quòd totū mouetur, & non mouetur ab aliquo exteriori, simile est, ac si aliquis diceret, quòd mobile, cuius vna pars mouetur, & alia mouet, moueat seipsum propter hoc, q̄ non discernitur quę pars sit mouens, & quę sit mota. sicut, si huiusmodi mobilis, quod est D E Z, pars quæ est D E, moueat partem quæ est E Z, & non uideatur quę pars earum sit mouens, & quæ sit mota. Vult autem per primum mobile A B, quod totum mouetur, & a principio interiori mouente, intelligi aliquod corpus animatum, quod totum mouetur ab anima. per mobile autem D E Z vult intelligi corpus aliquod, quod nō totum mouetur, sed una pars eius corporalis est mouens, & alia mota, in quo quidem mobili manifestum est quòd id quod mouetur, ab alio mouetur: & ex hoc vult simile ostendere de corpore animato, quod uidetur mouere seipsum. Hoc enim ei conuenit inquantū vna pars aliam mouet, scilicet, anima corpus, ut in Octauo plenius ostendetur. Secundo ibi. D.316. Lc.10.


LECTIO I.

H *Mne quod mouetur ab alio mouetur necesse est. Si igitur in se non habeat principium motus, ab alio patet ipsum moueri. si in se habeat, accipiatur ipsū A B, quod quidem moueatur non ex eo, quia quid sui cietur. Primum igitur A B putare a se moueri, quia & totum ab externo nullo mouetur: simile est atque siquis cum ipsum D G mouet ipsum G F, simulque cum eo mouetur ipsum D G F a seipso moueri putaret, quia non perspicit utrum ab utro moueatur, utrum D G A G F, an G F ab ipso D G.*

I

Demonstratio probans, omne quod mouetur, ab alio moueri, quamuis non appareat ipsum mouens.

K



Ostendit

b ¶ Ostendit directe, q̄ omne quod mouet ab alio mouetur, A tali ratione. Omne quod mouetur a seipso, non quiescit a suo motu, per quietem cuiuscunque alterius mobilis. & hoc accidit quasi per se notum. Ex hoc autem ulterius concludit, quòd, si aliquod mobile quiescit ad quietem alterius, quòd hoc mouetur ab altero. Hoc autem suppositio cōcludit quòd necesse est, omne quod mouetur, ab aliquo alio moueri. Et quòd hoc sequatur ex præmissis, sic probat. Illud mobile, quod supposuimus a seipso moueri, scilicet A B, oportet diuisibile esse, quia omne quod mouetur est diuisibile, ut supra probatū est. & quia diuisibile est, nullam inconueniēs sequitur, si diuidatur. Diuidatur ergo in puncto C, ita quòd una pars eius sit B C, & alia A C. si ergo B C est pars eius, quod est A B, necesse est q̄ quiescente B C parte, quiescat totum A B. Si ergo non quiescat totum quiescente parte: accipiatur quòd totū moueat, & una pars quiescat: sed quia pars ponitur quiescere, non poterit poni totum moueri nisi ratione alterius partis. sic ergo B C quiescēte, quod est una pars, nullum totum, cuius una sola pars mouetur, mouetur primo & per se: non ergo mouebitur A B primo & per se: quod erat suppositum. Ergo oportet q̄ B C quiescente, quiescat totum A B. Et sic illud quod mouetur pausabit} ideſt desinet moueri ad quietem alterius. Sed supra habitum est, quòd si aliquid quiescit & desinit moueri ad quietem alterius, hoc ab altero mouetur: ergo A B ab altero mouetur. Et eadem ratio est de quolibet alio mobili, quia oē quod mouetur est diuisibile. & eadem ratio ne oportet quòd quiescente parte quiescat totum. Manifestū est ergo, quòd omne quod mouetur ab aliquo alio mouetur.

li.6.t.c.32.

b Amplius qđ a seipso mouetur, nullo modo pausabit cum mouetur, in stando aliquid alterū. qđ mouetur. Necesse ē ergo, si aliqd pausat qđ mouetur in stando aliquid alterum, hoc ab altero moueri. Hoc aūt manifesto facto, necesse est oē qđ mouet, moueri ab aliquo. Quoniam. n. acceptū est A B moueri diuisibile erit. oē. n. qđ mouetur diuisibile est. Diuidatur igitur in C. necesse igitur B C quiescēte, quiescere & A B. si. n. nō, accipiatur moueri. B C igit̄ qescente. mouebitur utiq; A C nō ergo mouetur p se A B, sed concessum est p seipsū moueri primum. Manifestum igitur q̄ B C quiescente. qescet & A B, & tūc pausabit quod mouetur. Sed. si aliquid in quiescēdo aliud stat, & pausat moueri, hoc ab altero mouetur. Manifestū est igitur, q̄ oē quod mouetur, ab aliquo mouetur, & non a se. Diuisibile. n. est oē quod mouetur, & parte quiescēte, quiescet totū.

B

C

Deinde quod a seipso mouetur, id numquam ex eo moueri desinet. quia aliquid aliud fietit, mouerique cessauit. igitur siquid ex eo moueri desinit, quia quippiam aliud fietit, id ab alio moucatur necesse est. Hoc enim patefacto, omne quod mouetur, ab aliquo moueatur necesse est. Cum enim ipsum A B moueri sit sumptū, diuisibile erit profectō, omne nanque quod mouetur, diuisibile est. Sit igitur diuisum in C. Igitur B C quiescente, & ipsum A B quiescat necesse est. Quod si non quiescat mente sumatur moueri. B C igitur quiescente, A C mouetur. Non ergo per se mouetur ipsum A B. at per se primo moueri supponebatur. Patet igitur B C quiescente, & A B quiescere, ac tunc cessare moueri. At si quid ex eo moueri desinit, quia quiescit aliud, id ab alio plane mouetur. Patet igitur omne quod mouetur, aliquo motum cieri. Omne enim, quod mouetur est (ut patuit) diuisibile, parteque quiescente, & totum ipsum quiescet.

Demonstratio probans, quòd cessans a motu per cessationem alterius, ab alio mouetur.



B

¶ Contra istam autem Aristot. probationem multipliciter obiicitur. Obiicit enim Galenus cōtra hoc quod dicit Aristot, quòd si una tantū pars eius mobilis mouetur, & reliqua quiescat, quòd totum non per se mouetur. dicens hoc esse falsum, quia ea quę mouentur secūdum partem, per se mouentur. Sed deceptus est Galenus ex æquiuocatione eius quod est per se. Per se enim quandoque sumitur secundum q̄ opponitur ei tantum quod est per accidens, & sic quod mouetur secundum partem mouetur per se, ut Gal. intellexit. Quandoq; uero sumitur secundum quòd opponitur simul ei, quod est per accidens, & ei quòd est secundum partem. & hoc dicit̄ non solum per se, sed etiam primo. Et sic accipit per se Aristot. hic. quod patet. quia eū concluderet {non ergo mouetur per se A B} subiungit. {Sed

concessum est quòd per seipsum moueri primum. } Sed magis urget obiectio Auicennæ, qui obiicit contra hanc rationem, dicens eam procedere ex suppositione impossibilis, ex quo sequitur impossibile, & non ex eo quòd ponitur aliquid a seipso moueri. Si enim ponamus aliquod mobile a seipso moueri primo & per se, naturale est ei quòd moueatur & secundum totum & secundum partes. Si ergo ponat quòd aliqua pars eius quiescat, erit positio impossibilis. & ex hac positione sequitur impossibile, ad quod Arist. inducit. s. q̄ totum moueatur non primo & per se, ut positum est. Huic autem obiectioni posset aliquis obuiare dicendo, quòd licet impossibile sit partē quiescere secundum determinatam naturam, inquantum est corpus talis speciei, utputa cœlum vel ignis: non est tamen impossibile, si ratio communis corporis consideretur: quia corpus, inquantum corpus, non prohibetur quiescere uel moueri. Sed hanc respōsione excludit Auic. dupliciter. Primo quidem, quia pari ratione posset dici de toto corpore, quòd nō prohibetur quiescere, ex hoc q̄ corpus est, sicut dicitur de parte. & ita superfluum fuit assumere ad probationem propositi diuisionem mobilis & quietem partis. Secundo, quia aliqua propositio simpliciter reditur impossibilis, si prædicatum repugnet subiecto ratione differentiæ specificæ, quāmuis non repugnet ei ratione generis. Est enim impossibile quòd homo sit irrationalis, quāmuis non impediatur, irrationalem esse ex hoc, quòd est animal. Sic igitur simpliciter impossibile est, quòd par corporis, mouentis seipsum quiescat, quia hoc est contra rationem talis corporis, licet nō sit contra rationem communem corporis. Hac igitur responsione remota, Auerrois aliter soluit, & dicit, q̄ aliqua conditionalis potest esse uera, cuius antecedens est impossibile, & consequens est possibile, sicut ista, si homo est asinus, est animal irrationale. Concedendum est ergo, quòd impossibile est, quòd, si aliquod mobile ponitur mouere seipsum, quòd uel totum uel pars eius quiescat, sicut impossibile est ignem non esse calidum, propter hoc quòd est sibiipsi causa caloris. Vnde hæc conditionalis est vera, si mobilis mouentis seipsum pars quiescit, totum quiescit. Aristo. autem, si verba eius diligenter considerentur, nunquam utitur quiete partis, nisi per locutionem habentem vim conditionalis propositionis. Non enim dicit q̄ quiescat B C. {Sed necesse est B C quiescēte, quiescere & A B. } Et iterum {quiescente parte, quieuit totum. } & ex hac conditionalis vera, Aristo. propositum demōstrat. Sed dicit Auerrois quòd ista demonstratio non est de genere demonstrationū simpliciter, sed de genere demonstrationum, quæ dicuntur demōstrationes signi, vel demonstrationes quia, in quibus est vsus talium conditionalium. Est autem hæc solutio conueniens quantum ad hoc quod dicit de veritate conditionalis. Sed videtur dicendum, quòd non sit demonstratio quia, sed propter quid. continet enim causam, quare impossibile est aliquod mobile mouere seipsum. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd aliquid mouere seipsum nihil aliud est, quam esse sibi causa motus. quod autem est sibi causa alicuius, oportet quòd primo ei conueniat quia quod est primum in quolibet genere, est causa eorum quæ sunt post. vnde ignis, qui sibi & aliis est causa caloris, est primū calidum. Ostendit autem Arist. in Sexto, quòd in motu non inuenitur primum, neque ex parte temporis, neque ex parte magnitudinis, neque etiam ex parte mobilis, propter horum diuisibilitatem: non ergo potest inueniri primum, cuius motus non

Tex.cō.39.

dependere

dependeat ab aliquo priori. motus enim totius dependet a motibus partium, & diuiditur in eas, ut in Sexto probatum est.

Tex.cō.33. Sic ergo occidit Aristot. causam quare nullum mobile mouet seipsum: quia non potest esse primum mobile, cuius motus nō dependeant a partibus, sicut si ostenderem, quòd nullum diuisibile potest esse primum ens: quia esse cuiuslibet diuisibilis depēdet a partibus, vt sic hæc conditionalis sit uera, Si pars non mouetur, totum non mouetur, sicut hæc conditionalis é vera, Si pars non est, totum non est. Vnde & Platonici, qui posuerunt aliqua mouere seipsa, dixerunt q̄ nullum corporeum, aut diuisibile mouet seipsum: sed mouere seipsum est tantummodo subsistantię spirituales. quæ intelligit seipsam, & amat seipsam (uniuersaliter omnes operationes motus appellando) quia & huiusmodi operationes, scilicet sentire, & intelligere, etiam Aristo. in tertio de anima nominat motum, secundum quòd motus est actꝰ perfecti. Sed hic loquitur de motu secundum quòd est actus imperfecti. idest existētis in potētia, secundum quem motum indiuisibile nō mouetur, ut in sexto probatum est, & hic assumitur. Et sic patet, quòd Aristoteles ponens, omne quod mouetur ab alio moueri, a Platone, qui posuit aliquid mouere seipsum, non dissentit in sententia, sed solum in uerbis.

Tex.com.4. Te.28. Tex.4. Tex.cō.55. Te. com.5.

LECTIO II.

POstquam ostendit Philosophus, q̄ omne quod mouet, ab alio, hic accedit ad principale propositum ostendendum, scilicet, q̄ sit primus motꝰ & primꝰ motor. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secūdo probat propositū ibi {Si.n. nō est, sed in infinitum procedet &c.} Dicit ergo primo, quòd cum ostensum sit uniuersaliter, quòd omne quod mouetur, ab aliquo alio mouetur, necesse est hoc etiam uerū esse in motu locali, scilicet vt omne quod mouetur in loco, ab altero moueatur. Applicat autem specialiter ad motum localem, quod supra uniuersaliter demonstratum est: quia motus localis est primus motuum, ut in Octauo ostenditur, & ideo secundum hunc motum procedit hic ad demonstrādum primum motorem. Accipiatur igitur aliquid q̄d mouetur secundum locum hoc mouetur ab altero, aut ergo il

Voniam omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, necesse est, & omne quod mouetur in loco moueri ab altero: & mouens igitur ab altero, quoniā & ipsum mouetur, & iterum G hoc ab altero, non autem in in finitum abibit, sed stabit alicubi, & erit aliquid, quod primo causa erit motus.

b Si enim non est, sed in infinitum procedet, sit A quidem, quod ab ipso B moueatur B uero ab ipso C: C aūtem ab ipso D, & hoc igitur modo in infinitum ascendat. Quoniam ergo simul mouens mouetur & ipsū quod mouetur, manifestū est, H quoniam simul mouetur, & A & B. cum enim mouetur A, mouebitur B, & cum mouetur B, & ipsum C, & cum C, ipsum D. erit igitur simul motus, qui est A. & B. & reliquorum uniuscuiusque. et accipere igitur unumquodque istorum poterimus. et nanq; si unumquodq; ab unoquoq; mouetur. nihilminus vnus numero vniuscuiusq; est motus, & non infiniti in ultimis, quoniam quod mouetur omne ex quodam in quiddam mouetur, aut numero accidit eundem esse motum aut genere, aut specie. Numero quidem igitur dico eundē motum, qui ex eodem in idem numero, & in tempore eodē fit, ut ex hoc albo, quod est unum numero, in hoc nigrum, secundum hoc tempus, quod est unum numero, si enim secundum aliud, nō adhuc unus erit numero, sed specie. Genere autem motus vnus est, qui in eodem predicamento subſtantiæ, uel alterius generis est. Specie autem, qui ex eadem specie in idē specie, ut ex albo in nigrum, aut ex

LECTIO II.

VM autē omne quod mouetur ab aliquo moueatur, necesse est, & id quod in loco mouetur ab alio moueatur: & id igitur quod mouet ab alio moueatur necesse est, cum moueatur & ipsum, & hoc ab alio rursus: at non in infinitum hoc proficiscitur. sed stabit tandem alicubi, atque erit quippiam, quod primo causa erit ut omnia moueantur.

Quod, si non sit ita, sed sit in infinitum profectio, moueatur A quidem a B, ipsum autem B moueatur a C, & C rursus a D, & hoc in infinitum hoc modo proficiscitur. Cum igitur simul moueatur & id quod mouet, simul A & B mouebuntur. nam, cum B mouetur, mouebitur & ipsum A: & item, cum B mouetur, ipsum C sane mouebitur: & similiter cum C mouetur, mouebitur ipsum D. Motus igitur ipsius A simul erit cum motu ipsius B, & cæterorum cuiusque: & unumquodque igitur ipsorum, & motum cuiusque poterimus sumere. Nam & si a singulis, singula simul mouentur, non minus tamen uniuscuiusque motus unus est numero, & non infinitus extremis, cum omne quod mouetur, e quodam ad quoddam proficiscatur. Fit enim ut aut numero, aut genere, aut specie sit idem motus. Numero igitur eum motum dico eundem esse, qui in eodem numero tempore, ex eodem in idem numero fit, ut bisce, qui hac ex albedine, quæ est una numero, hanc in nigredinem, hoc in tempore, quod sit unum numero fit. nam, si in alio atque alio fiat, unus specie non numero motus erit. Genere autem idem est motus, qui eodem in prædicamento, aut in substantia, aut in alio genere fit. Specie uero est unus, quo ex eodem specie ad idem specie pergitur, ut motus, qui est ex albo in nigrū, aut in malum e bono. Hæc autem & in superioribus dicta sunt. Accipiatur

quòd unum ab omnibus, sed singula a singulis: nihilominus tamen licet sint infinita mouentia & mobilia, tamen uniuscuiusque mobilium motus est unus numero. Et licet omnes motus sint infiniti numero non tamen sunt in infinitis in ultimis, }idest per priuationem ultimorum, sed uniuscuiusque motus est finitus habens determinata ultima. Et quod uniuscuiusque infinitorum mobilium motus sit vnꝰ numero & finitus, probat. Quia, cum omne quod mouetur, moueatur inter duos terminos, ex quodam scilicet, in quiddam, necesse est, quòd secundum diuersum

sum modum identicatis terminorum, etiam ipse motus sit diuersimode vnus, scilicet aut numero, aut specie, aut genere. A

Numero quidem est idem motꝰ, qui est ex eodē termino a quo in idem numero, sicut in terminum ad quem: ita tamen quòd sit etiam in eodem numero tempore: & cum hoc oportet, quòd sit eiusdem mobilis numero. Et ad exponendum quod dixerat, subiūgit quòd motus numero vnus est ex eodem in idem, sicut ex hoc albo, quod significat vnum numero, i hoc nigrum, quod etiam nominat aliquid idem numero, & secundum hoc tempus determinatum, quod etiam est unum numero: quia, si esset motus secundum aliud tempus, licet æquale, non esset numero vnus, sed specie tantum. Sed motus est vnus genere, qui est in eodem prædicamento, vel subſtantię, uel cuiuscunque alterius generis, sicut omnis generatio subſtatiæ est eadē genere, & omnis alteratio similiter. Sed motus est specie unus, qui est ex eodem secundum speciem, in idem secundum speciem, sicut omnis denigratio, quæ est ex albo in nigrum, est eadem specie, B

Tex.cō.3. & omnis deprauatio, quæ est ex bono in malum. Et hæc etiam in Quinto dicta sunt. His igitur duobus suppositis, scilicet quòd simul mouetur & mouens & motum: & quòd porcest accipi motus vniuscuiusque mobilium tanquam finitus & unus, accipiatur motus huius mobilis quod est A, & sit E: & motus ipsius B sit Z, & motus C D, & omnium consequentium sit G T. Tempus autem in quo mouetur A, sit K. Sed, quia motus ipsius A est determinatus }idest finitus, etiam tempus

Tex, cō. 6. in quo est iste motꝰ, scilicet R est determinatū & nō infinitum: quia sicut in Sexto ostensum est, finitum & infinitū simul inuenitur in tempore & motu. Ex dictis aūt patet, quòd in eodem tempore, in quo mouetur A, mouetur & B, & omnia alia: ergo motus omnium qui est E Z G T, est in tempore finito, sed iste motus est infinitus, cum sit infinitorum ergo sequetur quòd motus infinitus sit in tempore finito, quod est impossibile. Hoc autem ideo sequitur, quia in quo tempore mouetur A, mouentur omnia alia, quę sunt infinita numero. Nec differt quantum ad propositum pertinet, utrū motus omnium mobilium sit æqualis velocitatis, aut inferiora mobilia tardiꝰ moueantur, & in maiori tempore: quia omnino sequetur quòd motus infinitus sit in tempore finito, quia vnumquæque mobilium necesse é quòd habeat velocitatem & tardiatem finitam. Hoc autem est impossibile, scilicet motum infinitum esse in tempore finito: ergo & primum est impossibile, scilicet quod procedatur in mobilibus & mouentibus in infinitum. Secundo ibi.

Tex.cō.7. Tex.cō.8.


bono in malū, hæc aūt dicta sūt & in Priorib⁹. Accipiatur igit, qui est motꝰ ipsius A, & sit i quo est E, & qui est ipsiꝰ B, sit in quo Z, & qui est C D, in quo G T. & tempus, in quo moueatur A sit K. Determinato aūt motu ipsiꝰ A determinatum erit & tēpus, & non infinitum erit, qđ est K. sed in eodē tpe motum est A B, & reliquorum unūquodq;. Accidit ergo motū qui est E Z G T, cum sit infinitus, in tpe finito moueri, quod est. K: in quo. n. A motum est, & quæ sunt ipsiꝰ consequenter omnia mota sunt infinita. quare in eodē mouetur. Etenim aut æqualis motus erit, q̄ est ipsiꝰ A ipsi, q̄ B, aut maior. D differt aūt nihil, penitꝰ. n. infinitum motum i finito tpe accidit moueri: hoc aūt impossibile ē.

c Sic igitur vī demonstrari id quod est a principio: non tamē demōstratur pp hoc, q̄ nullum inconueniens accidit. cōtingit. n. in finito tpe infinitum motū esse, non eundem autem, sed alterum & alterum multis & infinitis motis. Quod quidem accidit & in his, quæ nunc diximus. E

d Sed, si id, qđ mouetur primo secdm locum, & corporalē motum, necesse est tangi aūt cōtinuum ē mouēti, sicut vī hoc in oībus cōtingere. erit. n. ex oīb⁹, vnū ipsum totū: aut cōtinuum. Hoc igit cōtingens accipiat, & sit magnitudo quidē aut continuum, i quo sunt A B C D, huiꝰ aūt motus est E F G H. Differt aūt nihil magnitudinē finitā, aut infinitā esse: similiter enim in finito tempore, quod est K,

Demonstratio, ostendens per reductionem ad impossibile quòd non procedatur in infinitum in mouentibus, & motis, s. quia infinitum moueretur in finito tempore.

Figura hæc defuit etiam textui octauo.



c ¶Ostendit q̄ præcedens ratio nō efficaciter cōcludit. & dicit, q̄ prædicto modo vī demōstrari principale propositum, scilicet quòd non in infinitū procedatur in mouentibus & motis, non tamen efficaciter demonstratur: quia nullum inconueniēs accidit ex præmissis. Contingens est enim & possibile, quòd in tempore finito sit motus infinitus: ita tamen, quòd non sit unus & idē, sed alius & alius, inquantum scilicet infinita sunt quæ mouentur. nihil enim prohibet infinita in tempore finito moueri simul. Et hoc cōcludebat ratio prædicta. Erant enim mobilia infinita diuersa, & sic motus eorū erāt diuersi, quia ad vnitatem motus nō solum requiritur unitas temporis & termini, sed etiam vnitas mobilis, vt in Quinto dictum est. Tertio ibi. Tex.cō.35.

d ¶ Ostēdit quomō prædicta ratio efficaciam habere possit. Et primo, quomodo habeat efficaciam ex suppositione facta, Secundo, quomodo habeat efficaciā simpliciter. ibi {Nihil autē differt, &c.} Dicit ergo primo, q̄ id, quod localiter & corporaliter mouet primo & immediate ab aliquo mobili mouente, necesse est q̄ tangatur ab eo, sicut baculus tangit a manu: uel q̄ contineatur eis sicut continentur una pars aeris alteri, & sicut pars cōtinuatur animali. Et hoc uidetur

igitur motus ipsius A, & sit E, & motus ipsius B, & sit F, & motus item ipsius C atque D, & sint G atque H. Sumatur præterea tempus in quo A mouetur, & sit K. Atque eum definitus sit motus ipsius A, definitum erit & K tempus, & non infinitum. at A & B, & cæterorum unū quodque eodem in tempore mouebatur. Accidit igitur ut motus E F G H infinitus, in K definito tempore fiat. Eo enim in tempore, quo A mouebatur, & ea omnia infinita, quæ post ipsum A collocata deinceps sunt mouebantur. quare tempore in eodem mouentur. etenim motus ipsius A æqualis aut erit motui ipsius B, aut maior. nihil autem refert, accidit enim omnino, ut infinitus motus tempore fiat finito: hoc autem fieri nequit.

Hoc igitur pacto quod proposuimus uidebitur demonstrari. non tamen demonstratur, quia nullum absurdum emergit. Fieri enim potest ut finito in tempore, motus sit infinitus, non tamen idem, sed alius atque alius, si multa sint ea, quæ mouentur ac infinita. Quod & in hisce quæ nunc sumpsimus accidit.

At si id, quod primo mouet in loco, motuque corpori accommodato, tangere necesse est id quod mouetur, aut continuum esse (ut in uniuersis fieri cernimus) totum ipsum unum ex omnibus, aut continuum erit. Id igitur, quod fieri potest, esse sumatur, & sit magnitudo quidem aut continuum ipsum A B C D, motus autem huius sit E F G H. Nihil autem interest infinitum sit, an finitum: similiter enim finito in tempore K aut infinitum, aut finitum infinito mouebitur motu: hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex.com.9. ...ndere in omnibus, quòd mouens semper coniungi mobili. Horum autem istorum modorum, scilicet quòd ex omnibus infinitis mobilibus, & mouentibus efficiatur vnum, s. ipsum totum vniuersum per continuationem quandã. hoc ergo quia cõtingens est, ...ponatur: & illud totũ, qđ est quædam magnitudo, & continuum vocetur A B C D, & motus eius vocetur E F G H. Et quia posuit aliquis dicere q̃ E F G H erat motus finitorum mobilium, & ita non poterit esse motus totius infiniti: subiungit, quòd nihil differt quantũ ad propositum pertinet, utrum accipiatur finita magnitudo quæ mouetur, ut infinita. Sicut enim simul quando mouebatur A B in tempore scilicet finito, quod est E, mouetur quod libet finitorum mobilium, quæ sunt numero infinita, ita etiam simul in eodẽ tempore mouetur tota magnitudo infinita. Sequitur ergo impossibile quodcunq; horum detur, siue q̃ sit magnitudo finita constans ex magnitudinib' numero infinitis, siue quòd sit magnitudo infinita, & motus eius in tempore finito: cum sit ostensum supra, quòd mobile infinitum nõ Lib.6.tex. com.65. potest moueri tempore finito. Ergo impossibile est hoc, ex quo sequebatur, scilicet quòd procedatur in infinitum in mouẽtibus & motis. Manifestum est ergo, quòd hoc, quòd vnum moueatur ab altero, non procedit in infinitum: sed stabit alicubi, & erit aliquod primum mobile, quod scilicet, mouetur ab altero immobili. Et quia prædicta probatio procedit supposito quodam, scilicet quòd omnia infinita mouentia & mota continuentur ad inuicem, & constituant unam magnitudinem, & sic posset alicui videri, quòd non simpliciter concludatur, ideo subiungit quod non differt hanc demonstrationem processisse quodam supposito: quia ex contingenti supposito, etiam si sit falsum, non potest sequi aliquod impossibile. Cum ergo prædicta ratio ducat ad impossibile, illud impossibile non sequitur ex isto contingenti supposito: sed ex alio, quod oportet esse impossibile, cum ex eo impossibile sequatur. Et sic patet, q̃ in demonstrationibus ad impossibile ducentibus, nil refert, utrum accipiatur falsum contingens adiunctum impossibili, vel verum. ostenditur enim impossibile aliud, ex quo, cum adiunctione contingentis falsi, sequitur impossibile: sicut ex eo impossibile sequeretur adiunctio quodlibet alterius falsi. Sed ex vero non potest sequi impossibile, inter ex contingens. Sed potest aliquis dicere, quòd non est contingens, omnia mobilia continuari, sed impossibile est continuari elementa ad inuicem, & cum celestibus corporibus. Sed dicendum, quòd alio modo accipitur contingens & impossibile cum demonstratur aliquid de genere, & cum demonstratur aliquid de specie: quia, cum agitur de specie, oportet accipi vt impossibile esse illud, cui repugnat, vel genus, vel differentia speciei, ex quibus ratio speciei constituitur. Cum vero agitur de genere, accipitur vt contingens omne illud, cui non repugnat ratio generis, licet ei repugnet ratio constituens speciẽ. sicut, si loquerer de animali, possem accipere vt contingens, q̃ omne animal esset aliatum: sed si descenderem ad considerationem hominis, impossibile esset hoc animal esse aliatũ. Quia igitur Aristo. hic loquitur de mobilibus & mouentibus in communi, nondum applicando ad determinata mobilia: esse autẽ coniunctum, uel continuum indifferenter se habet ad rationẽ mouentis & mobilis, ideo accepit vt contingens, q̃ ossa mobilia sint continua adinuicem. Quod tamen est impossibile, si mobilia considerentur secundum suas naturas determinatas.

mouebitur aut finita, aut infinita. Horũ aũt utrumq; impossibile ẽ. Manifestũ igitur q̃ stabit aliq̃, & non in infinitum abibit, quod semper ab altero, sed erit aliquid qđ primũ mouebitur. Nihil aũt differat concessio quodã hoc demonstrari. Contingenti. n. concessõ, nullum in conueniens poterit accidere.

LECTIO III.

PRimum autẽ mouens. non sicut cuius causa, sed vnde est principium motus. Simul autem dico, quia nihil ipsorum medium est. hoc enim commune est in omni, quod mouetur, & quod mouet.

b Quoniam autem tres sunt motus qui sũ locum, & qui sũ qualitatem, & secundũ quantitatem: necesse est & ea quæ mouentur tria esse. Qui quidẽ igitur sũ locũ, Loci mutatio: qui vero secundum qualitatem, Alteratio: qui vero secundũ quantitatem, Augmentum uel Decrementum. Primum quidem igitur de loci mutatione dicamus. hęc, n. primus motuum ẽ.

LECTIO III.

Dautem, quod primum mouet, non ut id gratia cuius cætera sunt uel fiunt, sed ut id, unde est principium motus, simul cum eo est quod mouetur. Atque simul dico, quia nihil est inter ipsa. Hoc enim omnibus mouentibus communiter competit, & subeuntibus motum.

Cum autem tres sint motus, is, inquam, qui ad locum, is qui ad qualitatem, & is qui ad quantitatem accommodatur: quorum primus est Latio, secundus Alteratio, tertius Accretio, atque Decretio, & ea sane, quæ mouentur, tria esse necesse est. Atque primo de latione dicamus: hæc enim primus motuum est.

LECTIO III.

VIa Philosophus in demõstratione præcedente supposuerat q̃ motũs est cõtigũ uel cõtinũ mobili, hoc intẽdit nũc probare. Et primo oltendit propositum, Secundo probat quoddam, quod in hac probatione supponit ibi. ¶ Quoniam autem quæ alterantur, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat propositum ibi ¶ Quoniam aũt tres sunt motus.} Dicit ergo primo, quòd mouens & motum sunt simul. Sed aliquid dicitur mouere dupliciter. vno modo, sicut finis mouet agentem, & tale mouens aliquando diffis est ab agente, quem mouet. alio modo, sicut mouet id quod est principium motus, & de tali mouente hic intelligit. Et propter hoc addidit (nõ sicut cuius causa, sed vnde est principium motus.} Item mouens sicut principium motus, quoddam est immediatum, & quoddam remotum. Intelligit autem hic de immediate mouente, & ideo dixit ¶ Primum mouens.} vt per primum significetur immediatum omnibus, non autem id, quod est primum in ordine mouentium. Et quia in Quinto dixerat, ea esse simul, quæ sunt in eodem loco, posset aliquis credere ex hoc quod dicit, quòd mouens & motum simul sunt, quòd, quando vnum corpus mouetur ab alterius, quòd oporteat ambo esse in eodem loco: & ideo ad hoc excludendum subiungit, quòd simul dicit hic, non quidem esse in eodem loco, sed quia nihil est medium inter mouens & motũ, secundum quòd contacta vel continua sunt simul, quia extremi eorum sunt simul, vel quia sunt vnum. Et, quia in præcedenti demonstratione processerat solum de motu locali, posset aliquis credere, quòd hoc haberet veritatem solum in huiusmodi motu. Et ideo ad hoc removendum subiungit, quòd hoc dictũ est communiter, quòd mouens & motum sunt simul, & non specialiter de motu locali, qa hoc est cõmune in omni specie motũs, q̃ mouens & motum sunt simul, modo exposito. Secundo ibi. b ¶ Probat propositum. Et circa hoc duo facit. Primo enumerat species motus, Secundo, in singulis probat propositum ibi. ¶ Omne igitur quod fertur.} Ostendit ergo primo, quòd tres sunt motus, unus secundum locum, qui dicitur loci mutatio: alius secundum qualitatem, qui dicitur alteratio: alius secundum quantitatem, qui dicitur augmentum, & decrementum. Non facit autem mentionem de generatione & corruptione, quia non sunt motus, vel in quinto probatũ est. Sed cum sint tres mini motus, s. alterationis, vt habitum est in Sexto per hoc, q̃ probatur propositum in alteratione, sequitur etiã idẽ de generatione & corruptione. Sicut igitur tres sunt spẽs motus, ita tres sunt spẽs mobilis, & etiam mouentiũ, & in omni est verum qđ dictum est. s. q̃ mouens & motum sint simul, vt ostenditur in singulis. Sed primo hoc est ostendendum in motu locali, qui est primus motuum, vt in Octauo probabitur. Secundo ibi.

rum autem utrumque est impossibile. Stabit igitur tandem, ut patet id ipsum, & non in infinitum proficisetur, ab alio, inquam, semper moueri: sed erit quippiam quod primum motu cietur. Nihil autem interest aliquo supposito id ostendi, eo nanque posito quod esse potest, nullum absurdum accidere oportebit.

Ostendit

Tex.14.

Tex.10.

Infra.

Tex.11.

c ¶ Ostendit propositum in singulis trium prædictorum motuum. Et primo in motu locali, Secundo in motu alterationis ibi. ¶ At vero neque alterati &c.} Tertio in motu augmenti, & decrementi ibi. ¶ Et quod augetur & augens &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum in quibus magis est manifestũ, Secũdo in quib' magis latet ibi. ¶ Quod autẽ ab alio mouetur.} Dicit ergo primũ, quòd necesse est dicere, q̃ omne quod mouetur secũdum locum, aut mouet a seipso, aut ab altero. Quod autem dicit a seipso aliquid moueri, potest intelligi dupliciter. vno modo ratione partium, sicut ostendet in Octauo quòd mouentiũ seipsa, una pars mouet, & alia mouetur. Alio modo primo, & per se, vt scilicet aliquid secundum se totum moueat se totum, sicut supra probauit, quòd hoc modo nihil mouet seipsum. Si autem concedatur utroque modo aliquid moueri a seipso, manifestum erit, q̃ mouens erit in seipso qđ mouet, vel sicut idẽ est in se ipso quod mouetur, uel sicut pars est in toto, ut anima in animali. Et sic sequetur, quòd simul sit mouens, & quod mouetur ita quòd nihil erit ipsorum mediũ. Secundo ibi.

Tex.com.9.

Tex.com.10.

Tex.com.10.

Tex.com.10.

Tex.com.11.

d ¶ Ostendit idem in iis, quæ mouentur secũdum locum ab alio, de quibus minus est manifestum. Et circa hoc tria facit. Primo distinguit modos, quibus aliquid contingit ab altero moueri, Secundo reducit eos ad duos ibi. ¶ Manifestum est igitur.} Tertio in illis duobus probat propositum ibi. ¶ Hoc autem manifestum est.} Circa primum duo facit. Primo diuidit modos quibus aliquid mouetur ab altero, & dicit quòd sunt quatuor, scilicet Pulsio, Tractio, Vectio, & Vertigo. Omnes enim motus, qui sunt ab alio, reducuntur in istos. Secundo ibi.

e ¶ Manifestat præmissos quatuor modos. Et primo manifestat pulsionem, quæ est cum mouens facit aliquod mobile a se distare mouendo. Diuidit autem pulsionem in duo, scilicet in impulsionem, & expulsionem. Dicit autem impulsio, quando mouens sic pellit aliquod mobile, quòd non deficit ipsi deserendo ipsum, sed simul cum eo tendit quò ducit. Expulsio autem est, quando mouens sic mouet, quod tamen deficit deserendo ipsum, nec comitatur ipsum usque ad finem motus. Secundo ibi.

f ¶ Manifestat de vectione & dicit, quòd vectio fundatur in tribus aliis motibus, scilicet pulsione, tractione, & vertigine, sicut quod est per accidens fundatur in eo quod est per se. Illud autem, quod vehitur, non mouetur per se, sed per accidens: inquantum scilicet aliquid alterum mouetur, in quo ipsum est, sicut cum aliquis vehitur a naui in qua est: uel super quod est, sicut cum aliquis vehitur equo. Illud autem quod vehit mouet per se, eo q̃ non est procedere in his, quæ mouentur per accidẽs in infinitum. & sic oportet q̃ primum vehens moueatur aliquo motu q̃ se, vel pulsu, vel tractu, vel vertigine. Ex quo manifestũ est, quòd vectio in tribus aliis motibus continetur. Tertio ibi. g ¶ Manifestat tertium motum, scilicet tractum. Et sciendum est, quòd tractio a pulsione differt, quia in pulsione mouens se habet ad mobile. vt terminus a quo est motus eius: in tractu vero se habet vt terminus ad quem. illud ergo trahere dicitur, quod mouet alterũ ad seipsum. Mouere autem aliquid secundum locum ad se ipsum contingit tripliciter. vno modo sicut finis mouet, vnde & finis dicitur trahere, secũdum illud Poetæ, Trahit sua quẽque voluptas: & hoc modo potest dici, q̃ locus trahit id, quod naturaliter mouetur ad locum. Alio modo potest dici aliquid trahere, quia mouet id ad seipsum alterando aliqualiter, ex qua alteratione cõtingit, quòd alteratum moueatur secundum locum: & hoc modo magnes dicitur trahere ferrum. Sicut enim generans mouet grauia, & leuia, inquantum dat eis formam per quam mouentur ad locum, ita & magnes dat aliquam qualitatem ferro, per quam mouetur ad ipsum. Et q̃ hoc sit verum, patet ex tribus. Primo quidem, quia magnes nõ trahit ferrum ex quacunque distantia, sed ex propinquo. si autem ferrum mouetur ad magnetem solum sicut ad finem, sicut graue ad suum locum, ex qualibet distantia tẽderet ad ipsum. Secũdo, quia, si magnes aliis perungatur, ferrum attrahere non potest, quasi alliis vim alterationis ipsius impedientibus, aut etiam in contrarium alterantibus. Tertio, quia ad hoc quòd magnes attrahat ferrum, oportet prius ferrum liniri cũ magnete, maxime si magnes sit parum, quasi ex magnete aliquam virtutem ferrum accipiat, vt ad eum moueatur. Sic igitur magnes attrahit ferrum non solum sicut finis, sed etiam sicut mouens & alterans. Tertio modo dicitur aliquid attrahere, quia hoc mouet ad seipsum motu locali tantum, & sic definitur hic tractio, prout unum corpus trahit alterum. ita quòd trahens simul moueatur cũ eo quod trahitur. Hoc est ergo quod dicit, q̃ tractio est cum motus trahentis ad seipsum vel ad alterũ sit velocior, non separatus ab eo quod trahitur. Dicit autem ¶ ad ipsum vel ad alterum} quia mouens voluntarium potest vti altero, ut seipso. Vnde potest ab alio pellere sicut a seipso, & ad aliud trahere sicut ad seipsum: sed hoc in motu naturali non cõtingit, immo semper pulsio naturalis est a pellente, & tractio naturalis ad trahentem. Addit autem ¶ cum velocior sit motus} quia contingit quandoque quòd id quod trahitur, etiam per se mouetur illuc quo trahitur: sed a trahente velociori motu compellitur moueri. Et quia trahens mouet suo motu, oportet quòd motus trahentis sit velocior, quàm motus naturalis eius quod trahitur. Adiungit autem ¶ non separatus ab eo quod trahitur} ad differentiam pulsionis. Nam in pulsione pellens quandoque separatur ab eo quod pellit, quandoque vero non. sed trahens nunquam separatur ab eo quod trahitur, quinimmo simul mouetur trahẽs cum eo quod trahitur.

Omne itaque quod fertur, aut a se ipso mouetur, aut ab alio. Si igitur a seipso mouetur, patet, cum in ipso sit id quod mouet, simul esse, & id quod mouet, & id quod mouetur: & nihil inter ipsa medium esse.

Sin ab alio mouetur, quatuor modis mouetur. Motus enim qui ab alio afferuntur quatuor sunt, Pulsus, Tractio, Voluio, Vectio. Etenim fit, ut omnes alii ad hos reducantur.

Pulsio igitur, alia est impulsio, alia expulsio. Atq; impulsio quidem est, cum id quod mouet, non deserit id quod mouetur, expulsio uero cum deserit.

Vectio autem in tribus erit motibus. Non enim per se, sed per accidens mouetur, quod uehitur. Ex eo nanque mouetur, quia est in eo, uel super id quod mouetur. At id quod uehit, aut pellitur, aut trahitur, aut uoluitur. Patet igitur uectionem tribus in motibus esse.

Tractio uero est cum motus trahentis, aut ad se, aut ad aliud celerior eius est motu qđ trahitur, neq; seiũgi tur ab eodem. etenim, & ad seipsum est tractio, & ad aliud. Ad has & cæ teræ tractiones eædem specie reducen tur: ut inspiratio, & spiratio, & sputatio, & hæ quibus aut emittuntur corpora, aut accipiuntur. Quarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exponit autem quod dixerat ¶ Ad ipsum vel ad alterum.} quia contingit esse tractionem ad ipsum attrahentem, & ad alterum in motibus voluntariis, ut dictum est. Et quia sunt quidam motus, in quibus non ita manifeste saluatur ratio tractionis, consequenter ostendit eos etiam reduci ad hos modos tractionis, quos posuerat, scilicet ad seipsum, & ad alterum. Et hoc est quod dicit, quòd omnes alii tractus, qui non nominantur tractus, reducuntur in hos duos modos tractionis, quia sunt idem specie cũ eis quantum ad hoc, quòd motus accipiunt speciem a terminis, quia & illi tractus sunt ad seipsum uel ad alterum, sicut patet in inspiratione, & expiratione. Inspiratio enim est attractio aeris, expiratio uero est aeris expulsio. & similiter spuitio est expulsio spuri. Et similiter dicendum est de omnibus aliis motibus per quoscunque aliqua corpora extra mittuntur, uel intra recipiuntur: quia emissio reducitur ad pulsionem, receptio autem ad attractionem. Et similiter sphatesis est pulsio, & cercisis est attractio. Spati enim in Græco dicitur ensis, vel spatha. vnde spathesis, idem est quod spathatio, idest percussio per ensem, quæ fit pellendo. Et ideo alia litera quæ dicit ¶ speculatio videtur esse vitio scriptoris corrupta: quæ pro spathatione, posuit speculationem. Cercisis autem est attractio. Est autem cercix i Græco quod dam instrumentum, quo utuntur textores, quod ad se trahunt texendo, quod latine dicitur rarius. Vnde alia litera habet ¶radiatio.} horum enim duorum, & quoruncunque motuum emissiuorum & receptiuorum, aliud est congregatio, quod pertinet ad attractionem, quia congregans mouet aliquid ad alterum: aliud est disgregatio, quæ pertinet ad pulsionem, quia pulsio est motus alicuius ab alio. Sic ergo patet, quòd omnis motus localis est aggregatio vel disgregatio, quia motus localis est ab aliquo, uel ad aliquid. Et per consequens patet, quòd omnis motus localis est pulsio vel tractio. Deinde cũ dicit

h ¶ Manifestat quid sit vertigo. & dicit quòd vertigo est quidam motus compositus ex tractu & pulsu. Cum enim aliquid uertitur, ex una parte pellitur, & ex alia trahitur. Deinde cum dicit.

i ¶ Ostendit quòd omnes quatuor motus prædicti ad pulsum & tractum reducuntur: & quòd idem est iudicũ de omnibus, & de istis duobus. Quia enim vectio consistit in tribus aliis, & vertigo cõponitur ex pulsu & tractu, relinquitur quòd omnis motus localis, qui est ab alio, reducitur ad pulsum, & tractum. Vnde manifestum est, quòd si in pulsu & tractu, mouens & motum sint simul: idest ita quòd pellens sit simul cum eo quod pellitur, & trahens cum eo quod trahitur, consequens erit vniuersaliter verum esse, quòd nullum sit medium inter mouens secundum locum, & motum, Deinde cum dicit.

k ¶ Probat propositum in his duobus motibus. Et primo ponit duas rationes ad propositum ostendendum, Secundo excludit obiectionem. ibi ¶ Proiectio autem &c.}

& Sphatesis & cercisis. Aliud est quidem ipsorum congregatio, aliud disgregatio. Et ois igitur motus qui est sm locum, aggregatio & disgregatio est.

h Vertigo autem componitur quidem ex tractu, & pulsione. hoc quidem pellit mouens, illud autem trahit.

i Manifestum igitur est quod si simul pellens, & trahens est cum eo quod pellitur & trahitur, nullum medium eius quod mouetur, & mouentis est.

k Hoc autem manifestum ex dictis. Pulsio quidem aut a se ipso, aut ab alio ad aliud motus est. Tactus autem, ab alio ad ipsum aut ad aliud est. Adhuc autem synosis & diosis.

l Proiectio autem, quando velocior motus fiat q̃ qui sm naturam lati fortiori facta pulsiõe: & hoc facto tandiu accidit ferri, quousque fortior sit motus eius quod fert. Manifestum igitur, quoniam quod mouetur, & mouens simul sunt, & nullũ medium est ipsorum.

LECTIO IIII.

AT vero neque alterati, neque alterantis ullum medium est. hoc autem manifestum est ex inductione. In omnibus enim simul esse accidit alterans ultimum. & primũ qd alteratur.

aliæ sunt congregationes, aliæ segregationes. Et omnis igitur ad locum accommodata motio, congregatio est nimirum & segregatio.

Volutio uero ex tractione pulsioneque componitur. Mouens enim partim pellit, partim trahit id quod motu hoc agitatur.

Perspicuum igitur est, si pellens ac trahens est simul cum eo quod pellitur atque trahitur, nihil esse inter ea, quorum alterum mouetur, alterum mouet.

Hoc & ex definitionibus patet. Nã pulsio quidem est, aut ex se, aut ex alio in aliud motus. Tractio autem ex alio, uel ad se, uel ad aliud. Insuper compulsio atque dispulsio.

Proiectio uero est, cum motus celerior sit naturali motu corporis eius quod fertur, pulsione uehementiore nimirum facta. Quod quidem eousque fertur, quousque motus is uehementior sit illo motu. Quæ, cum ita sint, patet esse simul id quod mouetur, & id quod mouet, & nihil inter ipsa medium esse.

LECTIO IIII.

AT uero nec inter alterans, & id, quod alteratur, medium quicquam. quod quidem ita esse per inductionem patere potest. In uniuersis enim fit ut id, quod ultimum alterat, & id quod primum alteratur sint simul.

Tex.cõ. 11.

Tex.cõ. 12.

Cap. de qualit.

primum alteratum. Videtur autem hoc habere instantiam in quibusdam alterationibus. Sicut cum Sol calefacit aerẽ sine hoc q̃ calefaciat orbes medios planetarum: & pisces quidam in rete detentus stupefacit manus trahentis rete, absque hoc quòd stupefaciat rete. Sed dicendum est, quòd passiua recipiunt actionem actiuorum secũdum proprium modum, & ideo media, quæ sunt inter primũ alterans, & ultimum alteratũ, aliquid patiuntur a primo alterante: sed forte non eodem modo, sicut ultimum alteratum. Aliquid igitur patitur rete a pisce stupefaciente, sed non stupefactionem: quia eius nõ est capax. Et orbes medii planetarum aliquid recipiũt a Sole, scilicet lumẽ, non autem calorem. Secundo ibi.

b ¶ Probat idem per rationem, quæ talis est. Omnis alteratio est similis alterationi, quæ fit i sensũ: sed in alteratiõe, quę est secũdũ sensum: alterans, & alteratum sunt simul: ergo & in qualibet alteratiõe. Primam sic probat. Omnis alteratio fit secundum qualitatẽ sensibilẽ, quæ est tertia species qualitatis. Secundum illa enim alterantur corpora, quibus corpora abinvicem differunt: quę sunt sensibiles qualitates, vt gravitas & levitas, durities & mollities, quæ percipiuntur tactu: sonus & non sonus qui percipiuntur auditu. Sed tamen, si sonus in actu accipiat, est qualitas in aere, consequens aliquem motum localem: vnde non uidetur secundũ huiusmodi qualitatẽ esse primo, & per se alteratio. si uero sonus in aptitudine accipiatur, sic per aliquam alterationem fit aliquid sonabile vel non sonabile, albedo & nigredo, quæ pertinent ad visum: dulcedo & amaritudo, quæ pertinent ad gustum: humiditas, & siccitas, densitas & raritas, quæ pertinent ad tactum. & eadem ratio est de his contrariis, & de medijs horum. Et similiter etiam sunt alia, quę sub sensu cadunt, sicut calor & frigus, & lenitas & asperitas, quæ etiam tactu comprehenduntur. huiusmodi enim sunt quædam passiones sub genere qualitatis contentæ. & dicuntur passiones, quia passionem ingerunt sensibus, uel quia ab aliquibus passionibus causantur, ut in Prædicamentis dicitur. Dicuntur autem passiones sensibilium corporum, quia sensibilia corpora secundum huiusmodi differunt, inquantum scilicet aut unum est calidum & aliud frigidum, unũ graue & aliud leue, & sic de aliis: aut inquantum aliquod unum de præmissis inest duobus secundum magis, & minus. ignis enim differt ab aqua secundum differentiam calidi, & frigidi: ab aere uero secundum magis, & minus calidum. Et etiam secundum hoc attenditur sensibilium corporum differentia, inquantum patiuntur aliquod horum, licet non sit in eis naturaliter. sicut dicimus differre calefacta ab infrigidatis, & ea quæ sunt dulcia ab his quæ sunt amara, per aliquam passionem, & non ex natura. Alterari autem secundum huiusmodi qualitates est omnium corporum sensibilium tam animatorum quam inanimatorum. ¶ Et quia in corporibus animatis quædã partes sunt animatæ} idest sensitiuę, ut oculus & manus, ¶ quædã autem inanimatæ, } idest non sensitiuę, ut capilli & ossa, vtreque partes secundũ huiusmodi qualitates alterantur: quia sensus sentiendo patiuntur. actiones n. sensuum, vt audire, & vitio sunt quidam motus per corpus cum aliqua sensus passione. Non enim sensus habent aliquam actionem, nisi per organum corporeum: corpori autem conuenit moueri & alterari. vnde passio & alteratio magis proprie dicitur in sensu, quam in intellectu, cuius operatio non est per aliquod organũ corporeum. Sic igitur patet, quòd secundum quascunq; qualitates, & secundum quoscunque motus alterantur corpora inanimata, secundum eosdem motus, & eadem qualitates alterantur corpora animata: sed non conuertitur, quia in corporibus animatis inuenitur alteratio secundum sensum, quæ non inuenitur in corporibus inanimatis. non enim corpora inanimata cognoscunt suam alterationem, sed latet ea. quod non accideret si secundum sensum alterarẽtur. Et ne aliquis hoc reputaret impossibile, quòd aliquid alteraretur secundum sensibilem qualitatem absque sensu alterationis, subiungit quòd non solum hoc est verum in rebus inanimatis, sed hoc contingit etiam in rebus animatis. Nihil enim prohibet, quod etiam animata corpora lateat cum alterantur. sicut cum aliqua alteratio accidit in ipsis absque alteratione sensus, ut cum alterantur secundum partes non sensitiuas. Ex hoc igitur patet, quòd, si passiones sensus sunt tales, quòd nihil est medium inter agens, & patiens: & omnis alteratio est per huiusmodi passiones, quibus alteratur sensus, sequitur quòd alterans inferens passiones, & alteratum patiens sint simul, & nullum sit ipsorum medium. Deinde cum dicit.

c ¶ Probat secundam, quòd in alteratione sensus, alterans & alteratum sint simul, quia ¶ huic} scilicet sensui, puta visui ¶ aer continuus est } idest absque medio coniunctus. aeri uero corpus visibile. & superficies quidem visibilis corporis, quæ est subiectum coloris ¶ terminatur ad lumen} idest ad aerem illuminatũ, qui terminatur ad visum. Et sic patet quòd aer alteratus, &

Omne enim quale ex eo alteratur, quia sensibile est. Sensibilia uero sunt ea, quibus inter sese corpora differunt, ut grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, huius nacuitas, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & ea quæ inter hæc sunt. Similiter & cætera, quæ sensui subiiciuntur, caliditas, inquam, & frigiditas, & lenitas, & asperitas. Hæc enim affectus sunt qualitatis subiectæ, & his inter se differunt sensibilia corpora, aut horum gradibus. atque, quia aliquod horum patiuntur, alterari dicimus tam animata corpora, quàm inanimata, & animantium partes, quæ animæ sunt expertes (calefiunt enim aut frigefiunt, aut dulcia fiunt, aut amara, aut aliquo alio prædictorum afficiuntur.) Ipsi quoque sensus alterantur: patiuntur enim. Nam ipsorum actio motus est per corpus, patiente aliquid sensu. Atq; quibus alterantur inanimata, his uniuersis animantia etiam alterantur: at quibus animantia alterantur, hisce non alterantur inanimata. Per sensus enim non alterantur, neque sentiunt inanimata, cum alterantur. Nihil tamen prohibet, ut & animantia cum alterantur non sentiant, quando non per sensus ipsis accidit alteratio. Si igitur affectus quidem sensibiles sunt, per hos autem fit alteratio, patet iam simul esse patiens ipsum, atque affectum, & nihil inter ipsa medium esse.

Nam huic quidem aer continuus est, aeri uero coniungitur corpus. & superficies quidem lumini, uisui uero lumen cohæret. similiter & auditus, ac odoratus primo mouenti coniungitur. Sapor etiã simul est modo

alterantur simul. & similiter visus alteratus cum aere alterante, & similiter est in auditu & in odoratu, si comparentur ad id quod primum mouet, scilicet ad sensibile corpus, quia hi sensus sunt per medium extrinsecum. Gustus autem & sapor sunt simul: non enim coniunguntur per aliquod medium extrinsecum, & simile est de tactu. Et quodé modo se habet in rebus inanimatis, & in insensibilibus, scilicet, quòd alterans & alterabile sunt simul.

Tex.cō.13. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat idem in motu augmenti, & decrementi. Et primo in motu augmenti. Oportet.n.quod augetur & auget esse simul, quia augmentatio est quædam appositio: per appositionem enim alicuius quanti aliquid augetur. Et similiter est in decremento, quia causa decrementi est quædam subtractio alicuius quanti. Et potest intelligi hæc probatio dupliciter.

Tex.cō.14. vno modo, secundū quòd ipsum quantū appositum, vel subtractū, est proximū mouēs illis motibus.

Tex.cō.47. Nam & Aristo. dicit Secundo de Anima, quòd caro auget prout est quanta, & sic manifestè simul cum mouēre motum est, non enim potest aliquid apponi, vel subtrahi alicui, ñ non sit simul cum eo. Procedit etiam hæc ratio de principali agēte. Appositio.n. omnis congregatio quædā est: subtractio vero disgregatio quædā.

Tex.cō.11. Supra autem ostensū est, quòd in motu cōgregationis & disgregationis mouens, & motum sunt simul. vnde relinquitur, q̄ etiam in motu augmenti, & decrementi. Et sic ulterius concludit vniuersaliter, quòd inter ultimum mouens & primum motū, nihil est medium.

Eodem autem modo simul, & gustus, & sapor ē. Similiter aūt & in inanimatis: & insēsibilib⁹

d Et quod augetur, & augēs, appositio enim quædā est augmentum. quare simul sunt, & quod augetur, & augens. & decrementum. decrementi enim causa est ablatio quædam. Manifestum igitur est, quòd mouentis ultimi, & moti primi nullum est medium.

LECTIO V.

Vòd autem ea, quæ alterantur, alterantur omnia a sensibilibus: & solum horum alteratio est, quæcunque sīn se dicuntur pati ab his, ex his considerabimus.

b Aliorum.n. maxime utique quis existimabit, in figuris & formis & habitibus, & horum remotionibus & acceptionib⁹ alterationem esse. Non est autē neque in his, sed fiunt hæc, cùm quædam alterantur. densata enim aut rarefacta, aut cùm fiat calida, aut frigida materia: alteratio antem non est.

c Ex quo quidem.n. est forma statuæ, nō dicimus formā, neq; ex quo figura pyramidis est, aut lecti sed denominātes hoc quidem æneum, illud vero cereum, aliud autem ligneum: qđ aūt alteratur dicimus. æs quidem.n. humidum esse dicimus, aut forte, aut calidum. & nō solum sic, sed humidum & calidū æs, æquiuoce dicentes cum passione materiā. Quoniā igitur ex quo quidē forma, & figura, & quod factū est, æquiuoce non dicuntur cum figuris, quę ex illo sunt: quę autem alterantur cum pasiionibus, æquiuoce dicuntur: manifestum q̄ in solis sensibilibus alteratio est.

LECTIO V.

Via in precedēti ratione Philosophus supposuerat, q̄ omnis alteratio sit secundum sensibilia, hoc intēdit hic probare. Et primo proponit quod intendit,

Tex.cō.15. Secundo probat propositum. ibi ¦ Aliorum enim maxime.¦ Dicit ergo primo, quòd ex sequentibus consideran dum est, q̄ omnia quæ alterantur, alterantur secundum qualitates sensibiles: & per consequens illis solum competit alterari, quæ per se patiuntur ab huiusmodi qualitatibus. Secundo ibi.

b ¶ Probat propositum arguendo a maiori. Quod quidem primo ponit, Secundo quædam quæ supponit probat. ibi ¦ Ex

Infra. quo quidem enim &c.¦ Dicit ergo primo, quòd præter qualitates sensibiles maxime videtur esse alteratio in quarta specie qualitatis, quæ est qualitas circa quantitatem, scilicet forma & figura: & in prima specie qualitatis, quæ continet sub se habitus & dispositiones. videtur enim quòd alteratio quædam fit per hæc, quòd huiusmodi qualitates de nouo remouentur, aut de nouo acquiruntur. non.n. uidetur hoc sine mutatione posse contingere. mutatio autem secūdum qualitatem alteratio est, vt supra dictum est. Sed in prædictis qualitatibus primæ & quartæ speciei, nō est alteratio primo & ptincipaliter, sed secundario: quia huiusmodi qualitates consequuntur quasdam alterationes primarum qualitatum. sicut patet, quòd, cum materia subiecta densatur, aut rarescit, sequitur mutatio secundum figuram. & similiter cum calefiat, aut infrigidetur, sequitur mutatio secundum sanitatem & ægritudinem, quæ pertinēt ad primam speciem qualitatis. rarum aūt & densum, calidum & frigidum sunt sensibiles qualitates. & sic patet, q̄ non est alteratio in prima & quarta specie qualitatis primo & p se. Sed remotio & acceptio huiusmodi qualitatum consequuntur ad aliquam alterationem, quæ est secundū sensibiles qualitates. Ex quo etiam patet, quare non facit mentionem de secunda specie qualitatis, quæ est potentia uel impotentia naturalis. Manifestum est enim, quòd potentia uel impotentia naturalis non accipitur aut remouetur, nisi transmutata natura, quod fit per alterationem. & ideo hoc quasi manifestum prætermittit. Secundo ibi.

c ¶ Probat quod sup posuerat. Et primo quòd non fit alteratio in quarta specie qualitatis, Secundo q̄ non fit in prima. ibi ¦ Neque enim in habitibus &c.¦ Circa primum ponit duas rationes, quarum prima sumitur ex modo loquendi. Vbi considerandum est, quòd forma & figura in hoc abinuicem differunt, quòd figura importat terminationē quantitatis. Est enim figura quę termino uel terminis comprehenditur. Forma vero dicitur quæ dat esse specificum artificiato. Formæ enim artificiatorum sunt accidentia. Dicit ergo quòd illud, ex quo fit forma statuæ, non dicimus formam, ideſt materia statuæ non prædicatur de statua in principali & recto, & similiter est in figura pyramidis uel lecti: sed in talibus materia prædicatur denominative. dicimus.n. triangulum æneum, aut cereum, aut ligneū. & simile est in alijs. Sed in his quæ alterantur, & passionem prædicamus de subiecto: quia dicimus æs esse humidum, aut forte, aut calidum: & econuerso, humidum uel calidum dicimus esse æs, æqualiter prædicantes materiam de passione, & econuerso; & dicimus hominem esse album, & album esse hominem. Quia ergo in formis & figuris materia non æqualiter dicitur cum ipsa figura,

Tex.cō.16. ita quòd alterum de altero dicatur in principali & recto, sed solum denominatiue materia prædicatur de figura, & formain his autem, quæ alterantur, subiectum & passio æqualiter de inuicem prædicātur,

Tex.cō.17. sequitur ergo quòd in formis, & figuris non fit alteratio, sed solum in sensibilib⁹ qualitatibus. Secundam rationem ponit ibi.

d ¶ Et sumit a proprietate rei. Ridiculum.n. est dicere, q̄ homo, vel domus, vel quicquid aliud alteretur ex hoc ipso quòd ¦accipit finem suæ perfectionis. puta, si domus perficitur per hoc quòd tegitur, vel per hoc q̄ lateribus ornatur, aut cooperitur, ridiculū est dicere, quòd domus alteretur quando cooperitur, aut laterarur. Est etiā manifestum quòd alteratio non est eorum quæ fiunt inquantū fiunt: sed vnūquodque perficitur, & fit, inquantum accipit formam propriam & figuram. nō est ergo alteratio in acceptione figuræ & formæ. Ad euidentiam autē harum rationum cōsiderādum est, quòd inter omnes qualitates, figuræ maxime consequuntur & demonstrant speciem rerum. Quod maxime in plantis & animalibus patet, in quibus nullo certiori iudicio diuersitas specierum diiudicari potest, quàm diuersitate figurarum. Et hoc ideo, quia sicut quantitas propinquissime se habet ad substantiam inter alia accidentia, ita figura, quæ est qualitas circa quantitatem, propinquissime se habet ad formam substantiæ. Vnde sicut posuerūt aliqui dimēsiones esse substantiā rerū, ita posuerunt aliqui figuras esse substantiales formas. Et ex hoc contingit, quòd imago, quæ est expressa rei representatio, secūdum figuram potissime attendatur magis, quàm secundum colorem, vel aliquid aliud. Et quia ars est imitatrix naturæ, & artificiatum est quædam rei naturalis imago: formæ artificialium sunt figuræ vel aliquid propinquum. & ideo propter similitudinem huiusmodi formarum & figurarum ad formas substantiales, dicit Philosophus, quòd secundum acceptionem formæ, & figuræ non est alteratio, sed perfectio. Et exinde ēt est, quòd materia de huiusmodi non prædicatur nisi denominatiue, sicut ēt est in substantiis naturalibus. non enim dicimus hominem terram, sed terrenum. Deinde cum dicit.

Infra. e ¶ Ostendit, quòd non est alteratio in prima specie qualitatis. Et primo quantum ad habitus, & dispositiones corporis, Secundo quantum ad habitus, & dispositiones animæ. ibi ¦ Neque itaque circa animę virtutes &c.¦ Circa primum ponit talem rationem. Habitus, qui sunt in prima specie qualitatis, etiam corporei, sunt quędam uirtutes & malitiæ. Virtus enim vniuersaliter cuiuslibet rei est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. vnde virtus corporis dicitur, secundum quam bene se habet & bene operatur, ut sanitas. econtrario autem est de malitia, vt de ægritudine. Omnis autem virtus & malitia dicuntur ad aliquid. & hoc manifestat per exempla. Sanitas enim, quæ est quędam virtus corporis, est quędam commensuratio calidorum & frigidorum. Et dico hanc commensurationem fieri secūdum debitā proportionem ¦ eorum quæ sunt infra ¦ ideſt humorum, ex quib⁹ componitur corpus adinuicem ¦ & ad cōtinens ¦ ideſt ad totū corpus. Aliqua enim contemperatio humorū est sanitas in leone, quæ non esset sanitas in homine, sed eius extinctio: quia eam humana natura ferre nō posset. Commentator autem exponit ¦ ad continēs ¦ scilicet ad aerem cōtinentem. Sed primū melius est, quia sanitas animalis non attenditur per comparationem ad aerem, sed potius econuerso, dispositio aeris dicitur sana per comparationem ad animal. Similiter pulchritudo, & macies dicuntur ad aliquid. & sumitur macies pro dispositione, qua aliquis est expeditus ad motum & actionem. huiusmodi.n. sunt quædam dispositiones eius, quod est perfectum in sua natura per comparationem ad optimū, ideſt ad finē, qui est operatio. Sicut enim dictum est, ex hoc huiusmodi dispositiones virtutes dicūtur, quòd bonum faciunt habentem, & opus eius bonū reddunt. dicuntur enim huiusmodi dispositiones per relationem ad debitum opus, quod est optimum rei. Nec oportet exponere ¦ optimum ¦ aliquid extrinsecum, sicut quod est pulcherrimum aut sanissimum, ut Cōmentator exponit. accidit.n. pulchritudini, & sanitati relatio, quę est ad extrinsecum oprime dispositum: sed per se competit eis relatio, quæ est ad bonum opus. Et ne aliquis accipiat perfectum, quod iam adeptum est finem, dicit, quòd perfectum hic accipitur hoc, quod est sanatiuum & dispositum secundum naturam. Non aūt est hic intelligendum, quòd huiusmodi habitus, & dispositiones hoc ipsum quòd sunt, ad aliquid sint: quia sic non essent in genere qualitatis, sed relationis. sed quia eorum ratio ex aliqua relatione dependet. Quia ergo huiusmodi habitus ad aliquid sunt: & in ad aliquid non est motus, neque generatio, neque alteratio, ut in Quinto probatum est: manifestū est, quòd in huiusmodi habitus non est alteratio primo & per se, sed eo-

Tex.cō.10. rum transmutatio consequitur aliquam priorem alterationem calidi & frigidi, aut alicuius huiusmodi: sicut etiam relationes esse incipiunt per consequentiam ad aliquos motus.

LECTIO VI.

Ostquam Philosophus ostendit, quòd non est alteratio in prima specie qualitatis quantū ad dispositiones corporis, hic ostēdit idē de habitibus aīæ. Et primo quantū ad partē intellectiuā. ibi ¦ At uero neq; in intellectiua parte.¦ Circa primū duo facit. Primo ostendit, q̄ non est alteratio primo &

Tex.cō.20.

Tex.cō.18. Neque itaque circa animæ virtutes, & malitias. Virtus.n. quædā perfectio est. unumquodque.n, tunc maximè perfectum est, cū

Amplius & aliter dicere inconueniens est. Dicere enim hominem alteratū esse, aut domum accipientem finem, ridiculum est. Si perfectionem domus tectionem, aut laterationem dicimus alterationem esse: domo aūt laterata aut coopta alterari domum. Manifestū aūt est, quia quod est alterationis non est in his quæ fiunt.

At uero quonam modo alterationes æque celeres sint? Si igitur sanari est alterari: fit autem ut alius celerius, alius tardius sanetur, & aliqui simul: sunt alterationes profecto celeritatis æqualis: in tempore nanque æquali sunt alterati.

k ¶ Quia in motu locali ad hoc q̄ sit æqualis velocitas requiritur non solum æqualitas temporis, sed etiam æqualitas magnitudinis quæ pertransitur: suppositio q̄ in alteratione æqualitas temporis requiratur ad æqualem velocitatem, inquirit qd aliud requiratur. Et hoc est quod dicit. {Sed quid alteratū est.} idest, quid est illud ad quod, cum perueniet alteratio in æquali tempore, possit dici æque velox? Et ratio dubitatiōis est: quia in qualitate, circa quam est alteratio, non inuenitur æquale: vt possimus dicere, q̄ quando peruenit ad æqualem quantitatem in æquali tēpore, sit æque velox alteratio, sicut dicebatur i motu locali, & etiam dici potest in augmento, & diminutione. Sed sicut in quantitate inuenitur æqualitas, ita & in qualitate inuenitur similitudo. Huic ergo quæstioni respōdet cum subdit.

l ¶ Et primo ponit responsionē ad quæstionem, & dicit q̄ alteratio debet dici æque velox, si in æquali tempore mutatum sit idem, idest illud quod est alteratum. Secundo ibi.

m ¶ Mouet quæstionem circa positā solutionem. Et est quæstio quam primo mouet talis. Cum.n. dictum sit, q̄ æque velox alteratio est, si sit idem quod alteratum est in æquali tēpore: in eo autem quod est alteratum, duo est considerare, scilicet passionem, secundum quam fit alteratio, & subiectum in quo est passio: est ergo quæstio, vtrum huiusmodi comparationem oporteat accipere secundum idē titatem passionis, an secundum identitatem subiecti in quo est passio. Secundo ibi.

n ¶ Soluit quæstionem quantum ad vnam partem: & dicit q̄ in alteratione ex parte passionis, duplex identitas attendi debet ad hoc quòd sit æque velox alteratio. Primo quidem, q̄ sit eadem qualitas secundum speciem: puta vt accipiatur eadem sanitas, vt oculi, aut alicuius huiusmodi. Secundum est, q̄ vt eadem qualitas accepta similiter insit, neque magis, neque minus. {Sed, si passio} idest passibilis qualitas est altera secundum speciem, puta si vnū alteratum fiat album, & aliud sanetur, in his duabus passionibus nihil est idem, neque æquale, neq; simile. Vnde secundum diuersitatem harum passionum fiunt diuersæ species alterationis, & non est vna alteratio: sicut etiam supra dictum est, quòd motus rectus & circularis non sunt vna loci mutatio. Et ideo ad comparandum tam loci mutationes, q̄ alterationes considerandum est, quot sint species alterationis, vel loci mutationis, vtrum, scilicet eadē vel plures. Et hoc quidem potest considerari ex rebus, in quibus est motus: quia si illa quæ mouentur, idest secundum quæ est motus per se & non secundum accides, differunt specie, & motus specie differunt: si vero differunt genere, & motus: si numero, & motus differunt numero, vt in Quinto dictum est. Tertio ibi.

Tex.cō.33.

Tex.cō.34.

Tex.cō.41.

Sed quid est id quod ad alterationē accommodatur? non enim dicitur hic æquale. sed vt æqualitas in quantitate, sic similitudo dicitur hic.

Verū sit cū æqualitate ipsis idem, in quo celeritas alterationis æqua cōsistit.

Vtrū igit eo ī quo ē affecti°, an ipso affectu cōparare alterationis oporteat?

Atque hic quidem eandem sanitatem esse, quæ neque magis, neque minus, sed similiter inest, sumere licet. Sed si affectus alius sit, vt si hoc dealbetur, illud sanetur, his nihil est idem, uel æquale, uel simile, aut hæc alterationis species faciunt, nec una est alteratio, sicut nec ibi latio. Quare sumendum est, quot alterationis, & quot item lationis species sunt. Si igitur ea, quæ mouentur, specie differūt quorum motus per se sunt, & non per accidens, & motus sane specie different, si genere, genere: si numero, numero.

At, si alterationes sint æque celeres, utrum ad affectum si sit idem, uel similis, an ad id, quod alteratur respicere oporteat, ueluti si huius quidem tantum, huius autem tantum sit dealbatum, an ad utrunque. At ea dem est aut alia, si idem aut alius sit affectus: æqualis uero aut inæqualis, si æquale aut inæquale sit illud.

o ¶ Sed vtrū oporteat ad passionē respicere, si eadē sit, aut similis aut æqualiter veloces alterationes. aut i id, quod alteratur, vt si huius quidem tū albatum sit, huius autē tantum? Aut ad vtrumq;. Et eadē quidem aut alia passione secundū q̄ eadē: æqualis autem aut inęqualis, secundum quòd illa inęqualis.

In generatione etiam & corruptione idem considerandum est: quonam modo est æque cæleris atque celerior generatio: an æque celeris est si in æquali tempore generetur idem ac in dimidium, ut homo, sed non animal: celerior autem si in æquali diuersum. Non enim habemus quæ nam sint ea duo, in quibus est ipsa diuersitas: quadmodum habemus ea, in quibus est dissimilitudo.

p Et in generatione autem & corruptione idem considerandum est: quomodo eque velox generatio est, si in equali tempore generetur idem indiuisibile, vt homo, sed non animal. velociter autem est si in æquali tempore alterum est. Non enim habemus aliqua duo, in quibus alteritas sicut dissimilitudo.

p ¶ Ostendit quomodo debeat fieri cōparatio in generatione, & corruptione. Et primo secundum opinionem propriā: secūdo, secundū opinionē Plato. {Et si numerus subsistētia.} Dicit ergo primo, q̄ i generatione & corruptione ad hoc q̄ generatio dicatur æque velox, considerandū est, si inæquali tempore fit idem qd generatur, & indiuisibile secūdum speciem: puta si in vtraque generatione generetur homo, inæquali tempore, est æque velox generatio: sed nō est æque velox generatio ex hoc solo, q̄ in æquali tempore generatur animal: quia quædam animalia propter sui perfectionem indigent maiori tempore ad generationem. Sed velocior dicitur esse generatio, si in æquali tempore generetur alterum: puta si tanto tempore, in quo ex vna parte generatur canis, ex alia parte equus generetur, esset equi velocior generatio. Et quia in alteratione ex parte passionis dixerat duo consideranda, scilicet si est eadem sanitas: & iterum si similiter existit, & neq; magis neq; minus: hic autem in generatione vnum tantum dixit considerandum, scilicet si sit idem quod generatur, huius modo causam assignat dicens. {Non.n. habemus aliqua duo

Infra.

Universidad de Pa... Biblioteca

duo ex rebus alteritas sicut dissimilitudo. ¶ quasi dicat. ideo in generatione hoc solum considerandum, vtrum sit idem qđ generatur, quia in generatione nõ habemus aliquid quod possit variari sit duo, secundum quæ attendatur aliqua alteritas: sicut in alteratione accidit dissimilitudo, per hoc qđ vna & eadem qualitas variatur secundum magis & minus: substantia enim, cuius est generatio, nõ recipit magis & minus. Secundo ibi.

¶ Agit de comparatione generationis secundum opinionẽ Platonis, qui ponebat numerũ esse substantiam rei propter hoc, qđ vnum, quod est principiũ numeri, putabat esse idem cum vno, quod conuertitur cum ente, & rei substantiam significat. Ipsum autem, quod est vnũ, est omnino vnius naturæ & speciei. Si ergo numerus, qui nihil est aliud quam aggregatio vnitatum, sit substantia rerum secundum Platonicos, sequitur qđ dicetur qui dem maior numerus secundum diuersam speciem quantitatis, sed tamen quantum ad substantiam erit similis speciei. Et in de é qđ Plato posuit speciem, vnum: contraria vero, per quæ diuersificantur res, magnum & paruũ, q̃ sunt ex parte materiæ: & sic sequetur qđ sicut vna & eadẽ sanitas habet duo in quantum recipit magis & minus, sic etiã & substantia, quæ é numerus, cum sit vnius speciei ex parte vnitatis, habebit aliqua duo, inquantũ est maior & minor numerus. Sed in substantia non est commune nomen positum, quod significet vtrunq;, ideſt diuersitatẽ, quæ accidit ex maioritate & minoritate numeri, sicut in passionibus, cum passio plus inest, aut qualitercunque est excellẽs dicitur maius: vtputa magis album, vel magis sanum: in quantitate autem, cum fuerit excellens, dicitur maius vel minus corpus, aut maior superficies. Sic aurem non habemus nomen positum, quo communiter significetur excellentia substantiæ, q̃ est ex maioritate numeri secundum Platonicos.

Tex.cõ.35.

Tex.cõ.56.

q Et si est numerus substantia, maior & minor numerus similis speciei. Sed est innominatũ quod commune est, & vtrunq;, sicut quæ plus passio, aut excellẽs magis, quantũ autẽ maius.

LECTIO IX.

G

Voniã autẽ mouẽs, mouet semp aliquid, & in aliquo, & vsq; ad aliquid, dico autẽ in aliquo, quia in tẽpore: vsque aũt ad aliquid quia quãtam aliquam longitudinem: semper enim simul mouet & mouit: quare quantum aliquid erit quod motum est: & in quanto.)

b Si igitur A quod est mouẽs, B autem quod mouetur, quantumcunq; autem lõgitudo mota C, in quantocunq; est in tempore, in quo est D. In æquali igitur tẽpore æqualis potentia ei, in qua est A medietatem ipsius B duplicem ipsius C transibit: ipsum autẽ C in medietate ipsius D. sic enim erit analogia.

c Et si eadem potentia idem î hoc tempore per tãtum mouet & medietatẽ in medietate mouebit: & media virtus, medium mouebit in æquali tempore. Vt ipsius A potentiæ, sit & medietas, quæ est ipsum E: & ipsius B F sit medium. Similiter igitur se habet & secundum analogiã virtus ad graue: quare æquale, & in æquali tempore mouebit.

Tex.cõ.56.

Infra.

Tex.cõ.52.

a

Tex.cõ.39.

Postquàm Philosophus ostendit qđ motus sunt comparabiles adinuicem, hic docet quomodo comparentur. Et primo in motu locali: secundo in alijs motibus. ibi {si igitur alteratione.} Circa primum duo facit. Primo ponit ea, secundum quæ oportet comparari motus locales adinuicem: secundo accipit regulas comparationis secundum prædicta. ibi {Sit igitur A quod est mouens.} Dicit ergo primo, quòd mouens localiter semper mouet aliquod mobile, & iterum in aliquo tempore, & vsque ad aliquam quantitatem spatij, per aliquam partem temporis. Quod iam oportet esse: quia sicut in Sexto probatum est, semper simul aliquod mouet & mouit. Probatum est enim ibi quòd omne quod mouetur, iam est motum per aliquam partem spatij, & per aliquã partem temporis: vnde sequitur, quòd & illud quod mouetur est aliquod quantum & diuisibile, & etiam illud, per quod mouetur: & tempus in quo mouetur. Mouens autem non omne é quantum, vt in Octauo probabitur. Sed tamen manifestum est aliquod quãrum esse mouẽs: & de hoc mouente hic proponit regulas comparationis. Secundo ibi.

F

Tex.cõ.lb.

Quòd, si substantia numerus est, plus erit et minus numeri speciei eiusdem. Sed ipsum commune nomine caret, atque utrunque quale est: in qualitate quidem plus affectus aut excedẽs magis, in quantitate autem maius.

LECTIO IX.

H

Vm autem omne quod mouet & aliquid semper moueat: & in aliquo, & usq; ad aliquod (atque in aliquo dico, quia in tempore: usq; ad aliquid, quia per quantitatem aliqua mouet: semper. n. simul mouet ac mouit: quare quantitas quædam erit, per quam est motũ, atque in quanto.)

Hæc (inquam) cum ita sint, si A quidem sit id quod mouet, B uero id quod mouetur, & C, sit longitudo per quam, & D tempus in quo est motũ: In tempore nimirum æquali, potentia æqualis A dimidium ipsius B, per dulum mouebit ipsius C: per ipsum autem C, in dimidio temporis D. Sic. n. erit rationis similitudo.

I

Et si potentia eadem hoc in tempore per tantum spatium moueat, per ipsius etiam dimidium idem ĩ dimidio sane mouebit. Et dimidium potentiæ dimidium per æquale spatium in tempore mouebit æquali: ipsius enim potentiæ A, sit dimidium F, & ipsius B sit dimidium G. Vires igitur ad pondera similiter sese habent, utpatet: quare per æquale, in tempore mouebit æquali.

Tex.cõ.lc.

b ¶ Ponit regulas comparationis. Et primo secundum diuisionem mobilis: secundo quando mouens diuiditur ibi.

Tex.cõ.36.

¶ Et si eadem potentia &c. ¶ Dicit ergo primo, accipiatur ali quando mouens, qđ sit A, & aliquod mobile quod sit B, & lõgitudo spatij pertãsiti, quæ sit C, & tempus, in quo A mouet B per C, sit D. Si ergo accipiatur aliqua alia potentia mouẽs æqualis potẽtiæ ipsi A, sequetur quòd illa potentia mouebit medietatem mobilis quod est B in eodem tempore per longitudinẽ, quæ sit dupla quam C, sed medietatem mobilis mouebit per totam longitudinem C i medietate temporis, quod est D. Ex his igit verbis Philosophi duæ regulæ generales accipi possunt: quarũ prima est, quòd si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore, medieratem illius mobilis per duplum spatium mouebit: vel æqualis potentia in eodem tempore, vel eadem in alio æquali. Alia regula est, qđ medietatem mobilis mouebit per idẽ spatium, æqualis potentia in medietate temporis. Et horum ratio est, quia sic conseruabitur {eadem analogia} ideſt eadem proportio. Manifestum est enim, quòd velocitas motus est ex victoria potentiæ mouentis super mobile: quanto autem mobile fuerit minus, tanto potentia mouentis magis excedit ipsum: vnde velocius mouebit. Velocitas autem motus diminuit tempus, & auget longitudinẽ spatij: quia velocius est quod in æquali tempore pertransit maiorem magnitudinem, & æqualem magnitudinem in minori tempore: vt in Sexto probatum est, ergo secundum proportionem qua subtrahitur a mobili, oportet subtrahi de tempore, vel addi ad longitudinem spatij, dummodo mouens sit idem vel æquale. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.lc.

c ¶ Docet comparare motus ex parte mouentis. Et primo secundum diuisionem mouentis. Secundo, secundum oppositam congregationem. ibi {Si vero duo & vtrumque &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit comparationem veram. Secundo remouet comparationes falsas. ibi { Etsi. E ipsum F,} Tertio ex hoc soluit rationem Zenonis. ibi {Propter hoc Zenonis ratio &c.} Dicit ergo primo, quòd si aliqua potentia idem mobile mouet in eodem tempore, per tantum spatium, ipsamet mouet medietatem mobilis in medietate temporis, per idem spatium: vel in eodem tempore mouet medium mobilis, per duplũ spatium, sicut & de æquali potentia dictum est. Et viterius, si diuidatur

Tex.cõ.37.

Tex.cõ.3d.

Tertia 3f.

diuidatur potentia, media potentia mouebit medietatem mobilis per idem spatium in æquali tempore. Sed hoc intelligendum est, quando potentia est talis, quòd per diuisionem non corrumpitur. Loquitur enim secundum considerationem communem, nondum applicando ad aliquam specialem naturam, sicut & in omnibus quæ præmisit. Et ponit exemplum. Si enim accipiatur medietas huius potentiæ quæ est A, & dicatur E, & accipiatur medietas mobilis quod est B, & dicatur F, sicut A mouebat B per C in tempore D, ita E mouebit F, per idem spatiũ in æquali tempore: quia & hic etiam seruatur eadem proportio virtutis motiuæ ad corpus ponderosum, quòd mouetur. Vnde sequitur quòd in æquali tempore fiat motus per æquale spatium, sicut dictum est. Secundo ibi.

Demonstratio, ostendens q. si aliqua potentia mouet aliquod mobile, per aliquod spatium in aliquo tempore: dimidiata potentia medietatem mobilis mouebit, per idem spatium in eodem tempore.

D Tempus.



d ¶ Excludit duas falsas cõparationes: quarum prima est, quod addatur ad mobile, & non addatur ad potentiam mouẽtem. Vnde dicit, qđ si E, quod est medietas motiuę potentiæ mouet F, quod est medietas mobilis, tẽpore D, secundum spatium C, non est necessarium qđ ipsa potentia dimidiata, quæ est E, moueat mobile, quod sit in duplo maius quàm F in æquali tempore secundum medietatem spatij quod é C: quia poterit esse quòd dimidia potentia duplum mobile nullo modo mouere poterit. Sed si posset mouere, teneret hæc comparatio. Secunda falsa comparatio est, quando diuiditur mouens, & non diuiditur mobile, Et hanc excludit ibi.

d Et si E ipsum F mouet in ipso D secundum C, non necessarium est in æquali tẽpore E duplum ipso E mouere secundum medietatem ipsius C.

e Si vero A, mouebit B in ipso D quantum est ipsum C, medietas ipsiꝰ A quę est, in quo est E, ipsum B non mouebit in tẽpore, in quo est D, neq; in aliquo ipsius D, per aliquam partem quæ est ipsius C secũdum quod est analogia ad totum C, sicut est A ad E. Omnino enim si cõtingit, non mouebit aliquid. Si enim tota virtus totum mouit medietas non mouebit, neque quantum, neque in quocũque. Vnus enim moueret nauem: si nauem trahentiũ diuiditur potentia in numerum & longitudinem, quam omnes mouerunt.


e ¶ Dicens quòd si potentia mouens, q̃ est A, moueat mobile quod est B, in tempore D, per spatium quod est C, non oportet quòd medietas mouẽtis moueat totum mobile, quod est B, in tempore D, neque etiam per quancunque partem spatij C, cuius partis sit proportio ad totũ spatium C, sicut econuerso erat quando comparabamus A ad E, ideſt totam potentiam motiuam ad partem mobilis. Illa enim erat conueniens comparatio: sed hic non, quia potest contingere, quòd medietas mouentis, non mouebit totum mobile p aliquod spatium. Si enim aliqua tota virtus mouet totum mobile, neque mouebit per quodcunque spatium, neque in quocunque tempore: quia sequeretur quòd solus vnus homo posset mouere nauem per aliquod spatium, si potentia trahentiũ diuidatur secundum numerum trahentium, & secundum longitudinem spatij, per quod omnes simul trahunt nauem. Deinde cum dicit.

B

Demonstratio, probans q. si aliqua potentia mouet aliquod mobile, per aliquod spatium, in aliquo tempore, dimidium illius potentiæ non mouebit duplum illius mobilis, per medietatem illius spatii, in eodem tempore, neque in aliqua parte illius temporis, per aliquam partem illius spatii.

Figura hæc, ambas designat disproportiones.

D Tempus.



C

At si F moueat ipsum C in tempore D per longitudinem C, non necessario fit ut F in æquali tempore duplã ipsius C moueat per dimidium spatii C.

D

Si igitur A per C spatium totum in D tempore B mouebit, dimidiũ ipsius A, quod est F, non mouebit B totum in D tempore: aut in eius aliqua parte per aliquam C spatii partem: quæ rationem eandem ad totum habebit C, quam F, pars uel quæuis alia ad totã A potentiam habet. Omnino enim si forte fuerit, nullam partem mouebit. Non enim si totæ uires quippiam per tantum mouerunt spatium, dimidium ipsarum per quantumuis spatii quouis in tempore idem mouebit. Nam unus eam trahet profecto nauim, quam centum traxere: si uires eorum tam in ipsorum numerum q̃ in spatiũ diuidãtur partes, qđ nauim oẽs simul traxere.

E

Quapropter, Zenonis ratio non est uera, qua concludit, quamuis partẽ milu facere sonum: nihil enim prohibet ut nullo in tempore eum moueat aerem, quem totus modius mouit cum cecidisset. Neque pars si per se fuerit id mouebit, quod una cum toto mouere potest: neque est enim pars ulla, nisi potentia in toto.

f ¶ Secundum præmissa soluit rationẽ Zenonis, qui volebat probare qđ quod libet granum milij faciat aliquem sonũ proiectum in terra: quia totus modius milij, quando in terram effunditur, facit aliquem sonum. Sed Arist. dicit, qđ hæc Zenonis ratio non é vera, scilicet, quòd: {quælibet pars milij sonet} ideſt quo dlibet granum milij sonum faciat cum cadat in terram: quia nihil prohibet dicere, quòd granum milij in nullo tempore mouet aerem in tantum, vt faciat sonũ quem aerem mouet ad sonum faciẽdum totus modius cadẽs. Et ex hoc possumus concludere quòd nõ est necessarium quòd si aliqua quantacunque pars existens in toto mouet, quòd se paratim p se existens mouere possit: quia pars in toto non est in actu, sed in potentia, maxime in continuis. Sic enim aliquis est ens, sicut & vnum: vnum autem est, quod est in se indiuisum, & ab aliis diuisum: pars autem

prouꝰ

Universidad de Deusto
Biblioteca

prout est in toto, non est diuisa in actu, sed in potentia tantum: vnde non est actu ens neque vna, sed in potentia tantum, & propter hoc non agit pars, sed totum. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit comparationem secundum congregationem mouentium: & dicit, quòd si sint duo, & vtrũque eorum moueat, quorum vtrunque p

Tex.cõ.38. se moueat tantum mobile, in tanto tempore, per tantum spatium, quando comũ guntur illæ duæ potentiæ mouentium, mouebunt illud qđ est coniunctũ ex põderibus motis per æ-

Tex.cõ.39. quale spatium, in æquali tempore: quia in hoc etiam seruatur eadem analogia. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit easdem comparationis regulas in alijs motibus, & circa hæc tria facit. Primo ostendit diuisibilitatem eorũ secundum quæ attẽduntur comparationes motuum: secundo ponit cõparationes veras. ibi {In duplo duplũ &c.} Tertio remouet comparationes falsas. ibi {Si autem alterãs.}

Secũda 39. Tertia. 39. Dicit ergo primo q̃tum ad augmentum quòd sunt tria, scilicet augens, & id qđ augetur, & tempus: & hęc tria habent aliquam quantitatem, secundum quam augens auget, & auctũ augetur: & hæc etiã quatuor est accipere in alteratione, scilicet alterans, & quod alteratur, & quantitas passionis, secundum quam fit alteratio, quæ inest secundum magis & minus: & iterum quantitas temporis, in quo fit alteratio, sicut & hæc quatuor in motu locali inueniebantur. Secundo ibi.

i ¶ Ponit comparationes veras: & dicit quòd si aliqua potentia secundum hos motus moueat tantum in tanto tempore, in

g Si vero duo, & vtrunque: horũ aũt vtrunque mouet per tantum in tanto, & compositæ potẽtiæ compositum ex grauibus æquali mouebunt longitudine & in æquali tempore: analogũ nanque est.

h Num igitur sic est in alteratione, & in augmento? aliquid quidem.n. est augẽs, aliquid autem & id quod augetur: in quã to aũt tẽpore, & quantũ, aliud quidẽ auget, aliud autẽ augeť. Et alterans, & quod alteratur, similiter & aliquid & quãtum, secundum maius & minus alterata sunt, & in quanto tẽpore,

i In duplo duplũ, Aut duplum in duplo: medium autem in medio tempore, aut in medio medium, aut in æquali duplum.

k Si autem alterans, aut augẽs tantum in tãto tempore auget aut alteret, nõ necesse est, & medium in medio, & in medio medium. Sed si cõtigerit, nihil augmentabit, aut alterabit, sicut & in graui.

Si uero duo quædã seorsum per tantum spatium, tanto in tẽpore duo seorsum pondera mouent, & composita per longitudinem æqualem, æqualiue in tempore compositum ex ponderibus utriusque mouebunt: est enim in eis eadem ratio.

Sunt ne igitur eadem & in alteratione atque accretione? Est enim aliquid id, quod auget: & id etiam quod augetur: atque in tempore tanto & tantum, aliud auget, aliud augetur. Et id quod alterat, & quod alteratur similiter est & aliquid, & quantum intensione remissioneue est alteratum & in tempore tanto.

In duplo duplum, & duplum in duplo: dimidium autem in dimidio tẽporis, aut in dimidio dimidium, aut in æquali duplum.

Si uero id quod alterat, aut auget, tantum in tanto auget: aut alterat, non necesse est, & dimidium in dimidio: & in dimidio dimidium alterare, uel augere. Sed nihil (si forte fuerit) alterabit uel augebit, quemadmodum & in pondere.

duplo tempore mouebit duplum: & si moueat duplum, hoc erit in duplo tempore. Et similiter mouebit eadem potentia medium in medio tempore: aut si moueat in medio tempore, erit dimidium, quod est motum: aut si sit dupla potentia, in æquali tempore mouebit duplum. Tertio ibi.

k ¶ Excludit falsã comparationem: & dicit quòd si aliqua potentia moueat in motu alterationis & augmenti tantum in tanto tempore, non necesse est quòd medietas potentiæ moueat medietatem in eodem tempore, aut in medio tẽpore tantundem: sed forte cõtingit quòd nihil augmentabit vel alterabit {sicut & i grauí} ideſt sicut dictum est quòd dimidiata potentia nõ poterit mouere totum pondus: neque per totum spatium, neque per aliquam eius partem. Est enim intelligendum, quòd hoc quod dicit. {In medio medium, aut in æquali duplum} ly duplum & medium (quod in accusatiuo ponitur) non accipiatur pro dimidio vel duplo ipsius mobilis, sed p dimidio & duplo ex parte rei, in qua est {motus} ideſt qualitatis, aut quãtitatis, quæ ita se habent in istis duobus motib⁹, sicut longitudo spatii in motu locali: alioquin non similiter esset in his motibus, & in motu locali. In motu enim locali dictum est, quòd si tanta potentia mouet tantum mobile, medietas mouebit medietatem mobilis. Hic autem dicitur, quòd medietas forte nihil mouebit. Sed intelligendum est de toto mobili integro: quia virtus motiua dimidiata, non mouebit ipsum, neque per tantam quantitatem, aut qualitatem, neque per eius medium.

SEPTIMI LIBRI PHYSICORVM FINIS.

ARISTOTELIS
DE PHISICO AVDITV
LIBER OCTAVVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclarissimis commentariis.

LECTIO PRIMA.

a POstquàm Philosophus in precedẽti libro ostendit, q̃ necesse est ponere primum mobile, & primum motum, & primum motorem, In hoc libro intendit inquirere, qualis sit primus motor, & primus motus, & primum mobile. Et diuiditur in partes duas. In prima præmittit quoddam quod ẽ necessarium ad sequentem inuestigationẽ scilicet, motũ esse sempiternum. In secunda procedit ad inuestigationem propositi, ibi {Principium autem considerationis &c.} Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem, Secũdo ostẽdit veritatẽ, secundum suam opinionem, ibi {Incipiemus aũt primũ &c.} Tertio soluit ea, quę in contrarium obijci possunt. ibi {Contraria autẽ his &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit dubitationẽ, Secundo ponit opiniones ad vtranque partem. ibi {Sed quanti quidem.} Tertio ostẽdit vtilitatem huius considerationis, ibi {Cõsiderandum igitur d̃ hoc &c.} Circa primũ duo tacit. Primo ꝓponit dubitationẽ, de qua inuestigare intẽdit, Secundo respondet tacitæ quæstioni, ibi {Esse quide igitur &c.} Circa primum sciẽdum est, quòd Auerrois dicit, quòd Aristoteles in hoc capitulo non intendit inquirere in vniuersali de motu, vtrum sit sempiternus, sed de primo motu. Sed si quis consideret & verba, & processum Philosophi, hoc est omnino falsum. Verba enim Philosophi vniuersaliter de motu loquuntur: quia dicit {Vtrum factus sit aliquãdo motus, cum non esset prius, & corrumpitur iterum, sic quòd moueri nihil sit.} Ex quo manifestè apparet, quòd non de aliquo motu determinato quærit, sed vniuersaliter, vtrum aliquando nihil fuerit motus. Ex ipso etiam Aristo. processu apparet hoc esse falsum. Primo quidem, quia consuetudo sua est semper ad proprium ex propriis argumentari: siquis autem sequentes rationes consideret, quas inducit, in nulla earum sumitur aliquid pro medio, quod proprie ad primum motum pertineat, sed ad motum in communi. Vnde ex hoc satis apparet, quòd intendit hic inquirere de sempiternitate motus in communi. Secundo, quia si iam probatum esset, quòd est aliquis motus vnus vel plures sempiterni, frustra inquireret inferi⁹, vtrum aliqua mouentur semper, cum hoc iam esset probatum. Ridiculum est etiam dicere, quòd Aristo. inferius reiteret suam considerationem a principio, quasi aliquid omisisset, vt Commentator fingit. Erat enim copta Aristo. corrigendi librum suum, & supplẽdi in loco debito, quod fuerat omissum, vt non inordinate procederet. Si enim hoc capitulum exponatur secundum prædicti Commentatoris intentionem, omnia sequentia confusa & inordinata apparebunt. Nec est mirum, quia vno inconuenienti posito, alia sequuntur. Adhuc autem manifestius hoc apparet per hoc, quòd Aristo. inferius inquirere intendens de sempiternitate primi motus, vtitur eo, quod hic demonstratur, quasi principio. Quod nullo modo faceret, si hic probasset primum motum esse æternum. Ratio autem, ex qua Auer. motus fuit, omnino friuola est. Dicit enim, quòd si dicatur q̃ Aristo. hic intendit inquirere de sempiternitate motus in communi, sequitur quòd consideratio Arist. hic sit diminuta: quia non apparet per id quod hic determinatur, quomodo motus semper possint continuari adinuicem. Sed hoc nihil est: qa Arist. sufficit in hoc ea probare, quòd motus semper fuerit. Qualiter autem sempiternitas motus cõtingat, virtus per hoc quòd omnia semper moueantur, vel quandoq; quiescãt, vel per hoc q̃ quædam semper mouentur, quędam vero quandoque mouentur, & quandoque quiescunt, statim immediate inquirit. Sic igitur secundum hãc intentionem, exponendum est præsens capitulum, quòd intendit hic inquirere de motu in communi. Quæritur ergo secundum hoc, Vtrũ motus in communi aliquando esse inceperit, ita quòd prius nihil vnquam motũ fuerit: & quãdoq; sic deficiat, q̃ nihil postmodũ moueatur. Aut ecõtrario, neq; vnq̃ incæperit, neque vnquàm deficiet, sed semper erat, & semper erit. Et ponit exemplum in animalibus, propter hoc quòd quidam dixerunt, mundum esse quoddam animal magnum. videmus enim quòd animalia viuunt, quamdiu apparet in eis aliquis motus: cessante autem omni motu, dicuntur animalia mori. Sic igitur in tota vniuersitate naturalium corporum, motus consideratur vt vita quędam. Si ergo motus semper fuit, & semper erit, ista quasi vita naturalium corporum erit immortalis sine cessatione. Secundo ibi.

b ¶ Respondet tacitę quæstioni. In precedentibus enim libris Aristo. locutus fuerat de motu in communi non applicando ad res: nunc autem inquirens, an motus semper fuerit, applicat communem considerationem motus ad esse, quod habet in rebus. Posset ergo aliquis dicere, quòd in hac consideratione, prius erat quærendum de motu, an habeat esse in rebus, quàm quæratur, an sit sempiternus: & præcipue, cum quidam negauerint esse motum: ad hoc respondet dicens, quòd omnes, qui locuti sunt de natura rerum, affirmant quòd motus sit. Et hoc patet per hoc, quòd dicunt mundum esse factum: & quòd omnes considerant de generatione & corruptione rerum, quæ non potest esse sine motu. Est igitur communis suppositio in scientia naturali, q̃ motus habeat esse in rebus. Vnde de hoc non est quærendum in scientia naturali: sicut nec in aliqua sciẽtia monetur quęstio de suppositionib⁹ illius sciẽtiæ. Deinde cũ dicit.

c ¶ Ponit opiniones ad vtranque partem quæstionis motæ. Et primo ponit opiniones dicentium motum semper esse, secundo opiniones ponentium motum non semper esse. ibi {Quicunque autem.} Ad euidentiam ergo primæ partis, sciendum est, quòd Democritus posuit prima rerum principia corpora indiuisibilia, & semper mobilia: ex quarum congregatione dicebat mundum casualiter factum: & non solum istum in quo

LECTIO I.

TOrtus ne aliquãdo est motus, anteaquàm non erat, rursusque adeo corrumpitur, ut nihil penitus moueatur, an neque factus est, neque corrumpitur, sed semper erat & semper erit? Atque hoc hisce quæ sunt immortale ac inceſsabile inest, quasi sit uita quædã his uniuersis, quæ natura constant.

Motum igitur omnes inquiunt esse, qui de natura aliquid dicunt, tum quia mundum faciunt, tum quia contemplatio ipsis omnis est de generatione corruptioneue, quam impossibile est esse, si non sit motus.

Verum qui mundos infinitos esse, & alios ipsorum fieri, alios corrumpi dicunt, hi motum inquiunt semp esse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos fumus, sed infinitos alios, secundum q̃ accidit in diuersis partibus infiniti vacui, prædicta corpora congregata mundos fecisse. Nec tamen hos mundos ponebat in perpetuum duraturos, sed quosdam eorum fieri per aggregationem atomorum, quosdam vero corrumpi per eorum segregationem. Quorcunque igitur Philosophi hoc ponũt cum Democrito, dicunt semper esse motum: quia semper dicunt esse generationes & corruptiones aliquorum mundorũ, quas necessarium est esse cum motu. Secundo ibi.

Tex.cõ.2. d ¶ Ponit opiniones ad partem contrariam: & dicit, q̃ quicunque ponunt vnum solum mundũ & non esse eum sempiternum, etiam de motu ponunt: quia consequitur secundũ rationem, vt scilicet, non semper sit. Si ergo ponatur q̃ sit aliquod tempus, i quo nihil mouebatur, oporteret q̃ hoc accidat duobus modis. Ponitur enim duobus modis hic mundum non semper fuisse: vno modo, q̃ mundus iste sic incæpit, quòd nunquàm antea fuerat, sicut posuit Anaxagoras: alio modo, quòd mundus sic incæpit quòd aliquo tẽpore non fuit, sed ante illud tempus iterum fuerit, vt posuit Empedo. & similiter circa motum. Anax. autem dixit, quòd quodam tẽpore omnia simul erant vnũ cum alio commistũ,

Tex.cõ.3. & nihil erat ab alio segregatum: In qua quidem rerum mistura, necesse fuit ponere quòd omnia quiescerent: motus enim non est absq; disgregatione: omne enim quod mouetur, ab aliquo recedit, vt in aliud tendat: hanc ergo rerum misturam, & quietem posuit præextitisse in tempore infinito, infra quod nunquàm antea fuerat aliquis motus, & quòd intellectus, qui solus non erat permistus, incæpit de nouo facere motũ, & disgregare res abinuicem. Empe. vero dixit quòd in aliqua parte temporis est aliquid moueri, & iterum in alia parte temporis est omnia quiescere. Ponebat enim Empedo. quòd amicitia & discordia sunt prima rerum mouentia. Amicitiæ autẽ propriũ est, quòd ex multis faciat vnum, discordiæ vero ex vno faciat multa. Quia vero ad esse corporis misti requiritur quòd elemẽta sint in vnum commista; ad esse vero mundi requiritur, quòd elementa sint in locis suis per ordinem distributa: ponebat q̃ amicitia est causa generationis corporum mistorum, discordia vero causa corruptionis: sed econtrario in toto mũdo, amicitia causa corruptionis, & discordia generationis. Sic ergo ponebat moueri totum mundum, cum vel amicitia ex multis facit vnũ: vel discordia, multa fiunt ex vno. Sed quietem ponebat esse in mediis temporibus, non quidem ita quòd nihil moueatur, sed quantum ad generalem mundi mutationem. Et quia posuit sententiam Empedo. ponit etiam eius verba, quæ difficultatem habent: quia metrice scripsit. Sic ergo suam sententiã expressit. Emp. his verbis, quæ sic construenda sunt. {Didicit nasci} ideſt

e Considerandũ igitur de hoc, quomodo se habet. Præpere enim non solum ad naturæ considerationem scire veritatem, sed ad scientiam de principio primo.

aũt corrũpi sed mũdorũ semp dicũt esse motum. Necessarium enim est generationes & corruptiones ipsorum cũ motu esse.

d Quicunque autem vnum, & non esse semper & de motu apponunt rationem.

Si igitur contingit aliquando nihil moueri, dupliciter necesse est hoc accidere: aut. n. sicut Anaxagoras dicit. Inquit enim ille, simul omnibus existẽtibus, & quiescentibus infinito tempore motum fecisse intellectum & disgregasse. Aut sicut Empedocles, in parte moueri, & iterũ quiescere: moueri quidem, cũ amicitia ex multis faciat vnum: aut discordia, multa ex vno, quiescere autem, in mediis temporibus, dicens sic.

Inquãtum quidem ex pluribus, vnum didicit nasci.

Inquantum iterũ ex vno geminato, plurima perficiuntur.

Sic fiunt res: & nullo modo ipsius est seculum vnum.

Sic autẽ permutantur, neq; simul perficiuntur.

Sic autẽ semper sunt immobiles secũdum circulum.

Hoc enim quòd sic permutantur, ab hinc inde dicere ipsum, opinandum est.

sic consuetum est aliquid generari {inquantum ex pluribus fit vnum} {& iterum} ideſt alio modo. {Ex vno geminato} ideſt composito. {perficiuntur plurima} ideſt multa fiunt per disgregationem. Quædam enim sunt, quæ generantur per compositionem, quædam vero per disgregationem. Et sicut hic videm* in particularibus generationibus. {Sic fiunt res} ideſt sic est intelligendũ in vniuersali rerũ generatione: quantũ ad totum mundũ. {Et nullo modo est ipsius seculũ vnum} ideſt nõ est vnus status durationis rerũ, sed quandoq; generatur mundus, quandoq; corrũpitur, quandoq; medio modo se habet. Seculũ. n. dicitur mẽsura durationis alicuius rei. Distinctionẽ aũt horũ seculorum exprimit subdens. {Sic aũt permutant} quasi dicat, vnũ seculũ est, in quo res permutantur p congregationem, vel segregationem. Et ne aliquis opinaretur q̃ ad generationẽ mundi non requiritur seculũ, ideſt tẽpus aliquod, sed mundus fit in instanti, ad hoc excludendũ subiungit. {Neq; simul perficiũtur.} sed per multa moram tẽporis. Deide de alio seculo subdens dicit. {Si aũt semper sunt imobiles.} quia scilicet i medio tẽpore generationis & corruptiõis posuit res quiescere. Et ne aliqs crederet quòd semper antea fuerit permutatio, & postea semper futura sit ques ad hoc excludẽdum dicit {Secundum circulũ} quasi dicat circulariter hoc contingit, q̃ permutantur res & postea quiescũt, & iterũ permutãtur, & sic in infinitum.

Sint enim generationes & corruptiones ipsorum cum motu, necesse est.

Qui uero mundum, aut unum, & semper eundem esse dicunt, aut unũ quidem, sed non semper, hi de motu quoque similiter opinantur. Si igitur contingit aliquando nihil moueri, dupliciter id accidere necesse est: aut enim ut Anaxagoras censet: dicit. n. cum omnia simul essent atque quiescerent tempore infinito, mentem monisse atque segregasse. Aut, ut Empedocles dicit interdum res moueri, interdum quiescere: moueri quidem, cum aut unum ex multis concordia, aut ex uno multa discordia facit: quiescere uero ĩ hisce tẽporibus, quæ inter hæc media cadunt. Dicit. n. hoc modo.

Nam quo de multis nasci consueuerit unum,

Atque iterum ex uno generato, plura renasci,

Hoc fiunt, fixumque sibi non permanet æuum:

At quo mutantur, nunquàm cessante recursu.

Hoc si perpetuo, stabilem uersantur in orbem.

Cum enim dicit, at quo mutantur nunquàm cessante recursu, id. Empedoc. arbitrandum est intelligere, hinc (inquam) illuc, & illinc huc fieri motũ.

Considerandum est igitur de hoc, quonam modo se habet. Est enim operæ pretium hanc perspicere ueritatẽ: & non solum ad naturalem contemplationem, sed & ad eam doctrinam, quæ circa principium primum uersatur uehementer conducit.

Deinde subduntur verba Arist. exponentis prædicta verba Empedo. maxime quantum ad hoc quod dixit {Sic autem permutatur.} Dicit ergo q̃ opinandum est in hoc quod dixit {sic permutantur} intellexisse {ab hinc inde} ideſt a quodam principio vsque nunc, non q̃ semper fuerit motus, vel quòd postquàm incæpit sit interruptus. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit vtilitatem huius considerationis: & dicit, quòd considerandum est, quomodo se habeat veritas circa hanc quæstionem: quia scire veritatem huius quæstionis, est præopere, ideſt per necessarium non solum ad considerationem Scientiæ naturalis, sed etiam ad scientiam de primo principio: quia in hoc Octauo & Duodecimo Meta. ad probandum vnum principium vtitur æternitate motus. Hæc enim via probandi primum principium esse, est efficacissima, cui resisti non potest. Si enim mundo & motu existente sempiterno necesse est ponere vnum primum principium, multo magis sempiternitate eorum sublata: quia manifestum est, quòd omne nouum indiget aliquo principio innouante. Hoc ergo solo modo poterat videri, quòd non est necessarium ponere primum principium, si res sunt ab æterno. Vnde etiam, si hoc posito sequitur primum principium esse, ostenditur omnino necessarium primum principium esse.

Lec. viii. Lec. x.

LECTIO

LECTIO II.

Ostquàm mouit dubitationẽ de sempiternitate motus, hic ostendit motum esse sempiternum. Et diuiditur in partes duas: in prima ostendit propositum: in secunda soluit ea quæ in contrarium obiici possent. ibi {Contraria autem his &c.} Circa primũ duo facit. Primo ponit rationes ad ostendendum sempiternitatem motus, Secundo ponit rationes contra opiniones Philosophorum contrarium opinantium. ibi {Sed nõ aliquando &c.} Circa primũ duo facit. Primo ostẽdit quòd motus semper fuit, Secundo quòd semper erit. ibi {Eadem autem ratio est &c.} Circa primum duo facit. Primo ostẽdit propositum ratione accepta ex parte motus, Secundo ratione accepta ex parte temporis. ibi {Adhuc autem prius & posterius &c.} Circa primum tria facit. Primo præmittit quoddam, quod est necessarium ad probationem sequentem, Secundo inducit probationem ad propositum ostendendum. ibi {Ergo & hoc necessarium est &c.} Tertio ostendit necessitatem rationis inductæ. ibi {Alia quidem mouent singulariter.} Dicit ergo primo, quòd ad propositum ostendendum debemus incipere ab his, quæ primo determinata sunt in Physicis, vt eis quasi principijs vtamur. Per quod dat intelligere præcedentes libros, in quibus de motu in communi determinauit: & propter hoc appellantur vniuersaliter de Naturalibus. habent enim quandam distinctionem ad hunc librum Octauũ in quo iam incipit motum ad res applicare. Assumit ergo id quod dictum est in Tertio Physi. scilicet quòd motus est actus mobilis inquantum huiusmodi. Ex quo apparet, quòd ad hoc quòd sit motus, necesse est existere res, quæ possint moueri quocunque motu: quia non potest esse actus sine eo cuius est actus. Sic ergo ex definitione motus apparet, quòd necesse est esse subiectum mobile, ad hoc quòd sit motus. Sed etiam absque definitione motus per se manifestum est hoc, vt patet ex communi sententia omnium. Quilibet enim confitetur hoc esse necessarium, quòd non mouetur nisi quod est possibile moueri, & hoc secundum vnumquemque motum: sicut quòd non contingit alterari nisi quod est alterabile: neque mutari secundum locum, nisi quod est secundum locum mutabile. Et quia subiectum naturaliter prius est eo quod est in subiecto, possumus cõcludere in singulis mutationibus, & ex parte mobilis, & ex parte mouentis, quòd prius est ipsum subiectum combustibile q̃ comburatur. {& combustiuum} ideſt subiectum potens comburere, quàm comburat, prius inquam non semper tempore, sed natura. Ex hac autem Arist. probatione, Auer. occasionẽ sumpsit loquendi contra id quod secundum fidem de creatione tenemus. Si enim fieri quoddam mutari est: omnis autem mutatio requirit subiectum, vt hic Arist. probat: necesse est, q̃ omne quod fit, fiat ex aliquo subiecto: non ergo possibile est q̃ fiat aliquid ex nihilo. Adducit etiam ad hoc secundam rationem: quia cum dicitur nigrum fieri ex albo, hoc non dicitur p se, ita quòd ipsum album conuertatur in nigrum, sed hoc dicitur per accidens, quia scilicet recedente albo, succedit nigrum: omne autem, quod est per accidens, reducitur ad id quod est p se: hoc autem ex quo aliquid fit per se, est subiectum quod intrat substantiam rei factæ: omne ergo, quod dicitur fieri ex opposito, sit quidem ex opposito per accidens, per se autem ex subiecto: non ergo est possibile, quod ens fiat ex non ente simpliciter. Adducit autem ad hoc tertio communem opinionem omnium Antiquorum Physicorum ponentium, nihil ex nihilo fieri. Assignat autem duas causas, ex quibus reputat hanc positionem exortam, quòd aliquid ex nihilo fiat. Quarum prima est, quòd vulgus non reputat existentia, nisi ea quæ sunt comprehensibilia visu: quia ergo vulgus videt aliquod factum visibile, quod prius visibile non erat, reputat possibile aliquid ex nihilo fieri. Secunda causa est, quia apud vulgus reputatur esse ex diminutione virtutis agentis q̃ indigeat materia ad agẽ

LECTIO II.

Ncipiemus autem primum ex definitis a nobis in Physicis prius. Dicimus autem motũ esse actũ mobilis secundũ q̃ est mobile: necesse ergo existere res possibiles moueri secundum vnumquemq; motum. Et sine motus definitione, omnis vtique confitebitur necessarium esse motũ possibile moueri secũdum vnũquemq; motum, vt alterari alterabile, ferri autem secundum locum mutabile. Quare prius oportet esse cõbustibile, quàm comburatur, & combustiuum, quàm comburere.

LECTIO II.

EX his autem ordiemur, quæ prius a nobis in libris Naturalis scientiæ sunt definita. Dicimus itaque, motum ipsius mobilis hoc actum esse, quo mobile est: necesse est ergo res esse, quæ unoquo que motu moueri possunt. Et sine definitione etiam motus quiuis profecto fatebitur necessarium esse id moueri, quod singulis motibus moueri potest, ceu alterari quidem id, quod est alterabile. ferri autem id quod loco mutabile est. Quare sit antea combustibile quàm comburatur, & combustiuum antea quam comburat, oportet.

est causa essendi omnibus existentibus: vnde hoc ipsum esse potentia, quod habet materia prima, sequitur deriuatũ esse a primo essendi principio, quod est maxime ens: non igitur necesse est præsupponi aliquid eius actioni, quod non sit ab eo productum. Et quia omnis motus indiget subiecto, vt hic Arist. probat, & rei veritas habet, sequitur, q̃ productio vniuersalis entis a Deo non sit motus nec mutatio, sed sit quædam simplex emanatio. Et sic fieri & facere æquinoce dicuntur in vniuersali rerum productione, & in aliis productionibus. Sicut ergo, si intelligamus rerum productionẽ esse a Deo ab æterno, (sicut Arist. posuit, & plures Platonicorũ,) nõ est necessariũ, immo impossibile, q̃ huic vniuersali productioni, aliq̃ subiectũ non productũ præintelligatur: ita et, si ponamus secũdũ nostræ fidei sententiã q̃ nõ ab æterno produxerit res, sed produxerit eas postũ non fuerant, nõ est necessariũ q̃ ponatur aliq̃ subiectũ huic vniuersali productioni. Patet ergo, q̃ hoc q̃ Arist. hic probat, q̃ omnis motus indiget subiecto mobili, non est contra sententiã nostræ fidei: quia iã dictũ est, q̃ vniuersalis rerũ productio, siue ponatur ab æterno, siue nõ ab æterno, nõ est motus nec mutatio. Ad hoc n. q̃ sit motus vel mutatio, requiritur q̃ aliter se habeat nũc & prius, & sic aliquid esset prius existens, & per consequens hæc non esset vniuersalis rerum productio, de qua nunc loquimur. Similiter quod dicit, q̃ aliquid dicitur fieri ex opposito per accidens, & ex subiecto per se, veritatem habet in particularibus factionibus, secundum quas fit hoc, aut illud ens, vt homo aut canis: non autẽ habet veritatem in vniuersali entis productione. Quod patet ex hoc, q̃ Philosophus dixit in primo Physicorum. Dixit. n. ibi, q̃ si fiat hoc animal, inquantum est hoc animal, non oportet q̃ fiat ex non animali, sed ex nõ hoc animali: puta si fiat homo ex non homine, aut equus ex non equo. si autem fiat animal inquantũ est animal, oportet q̃ fiat non ex animali. Sic ergo, si fiat aliquod particulare ens, non fit ex omnino non ente: sed si fit eorum ens, quod est fieri ens inquantum est ens, oportet q̃ fiat ex penitus non ente: fit tamen & hoc debeat dici fieri, æquinoce. n. dicitur vt dictum est. Quod etiam introducit de Antiquis Physicorũ opinionibus, efficaciam non habet: quia antiqui naturales non potuerũt peruenire ad causam primã totius esse, sed considerabant causas particularitũ mutationũ. Quorum primi considerauerunt causas solũ mutationum accidentalium, ponentes fieri esse alterari: sequentes vero peruenerunt ad cognitionẽ mutationũ substantialium: posteremi vero, vt Plato & Arist. peruenerũt ad cognoscẽdũ principiũ totius esse. Sic igitur patet, q̃ nõ mouemur ad ponendũ aliquid fieri ex nihilo, q̃a reputemus ea esse solũ entia, quæ sunt visibilia, sed magis econtrario: q̃a non cõsideramus solas productiones particulares a causis particularibus, sed productionẽ vtem totius esse a primo essendi principio. Nec ẽt ponimus, q̃ indigere materia ad agendũ sit pœ diminutæ, quasi deficiẽtis a virtute naturali: sed dicimus hoc esse pœ particularis, quæ nõ potest superare totũ ens, sed facit aliquod ens. Et potest sic dici esse potentiæ diminutæ facere aliquid ex aliquo, licut si dicamus potentia particulare esse minorem potentia vniuersali. Secundo ibi.

Lect. 12. Tex.cõ. 78.

a ¶ Suppoſco, quòd ad hoc quòd ſit motus requiratur mobile & mouẽtium, ſic argumentatur. Si motus non ſemper fuit, neceſſe eſt dicere aut quod mouentia & mouĩa ſint aliquando facta cum eorũ non eſſent, aut quòd ſint perpetua. ſi ergo dicatur quòd unumquodque mobile eſt factum, neceſſe eſt dicere, quòd

Tex. cõ.5. ante mutationẽ, quæ accipitur vt prima, ſit alia mutatio, &

Tex. cõ.6. motus ſecundũ quẽ factum eſt ipſum mobile, quod poteſt moueri, & motum eſſe. Quæ quidem illatio dependet ex præcedentibus. ſi enim detur quòd motus non

Tex. cõ.7. ſemper fuerit, ſed ali qua mutatio ſit antequam nulla fuerit, ſequetur, q̃ illa mutatio habeat aliq̃d mobile: & quòd illud mobile ſit factum, cum prius non fuerit, cum ponatur omnia mobilia eſſe facta. Omne autem, quod fit, cum prius non fuerit, ſit per aliquem motũ uel mutationem: motus autem uel mutatio, per quam fit mobile, eſt prior quàm mutatio, qua mobile mo-

Tex. cõ.8. uebatur: ergo ante mutationem, quæ dicebatur eſſe prima, eſt alia mutatio, & ſic in infinitum. Si autem dicatur quòd ea quæ ſunt mobilia ſemp̃ præexiſtebant, etiam motu nullo exiſtente, hoc videtur irrationabile, & dictum a neſcientibus. ſtatim enim apparet, quòd ſi mobilia ſunt, oportet eſſe motum: mobilia n. naturalia ſimul etiã

Tex. cõ.8. ſunt mouentia. ut ex Tertio patet. Mouentibus autem & mobilibus naturalib⁹ exiſtentibus, neceſſe eſt eſſe motum. Sed ut profundius ingrediamur ad ueritatis inquiſitionem, neceſſarium eſt hoc idem accidere ſi ponantur mobilia & mouentia præexiſtentia ſemper ante motum, quod ſequebatur ſi ponantur hæc eſſe facta, ſcilicet quòd ante mutationem, quæ ponitur prima, ſit alia mutatio in infinitum. Quod ſic patet, quia ſi ponatur, quòd ſint aliqua mobilia & aliqua mouĩa, & tamen aliquando primum mouens incipiat mouere, & aliq̃d moueri ab ipſo, & ante hoc nihil moueatur, ſed quieſcat: oportebit dicere quòd ſit alia mutatio pri⁹ facta in mouente vel mobili, quàm id quod ponebatur primo mouens, incipiat mouere. quod ſic patet. quies enim eſt priuatio motus: priuatio autem non ineſt ſuſceptiuo habitus & formę, niſi propter aliquam cauſam: erat ergo aliqua cauſa vel ex parte motiui, uel ex parte mobilis: quare quies erat: ergo ea durante, ſemper quies remanebat. Si ergo aliquando mouens incipiat mouere, oportet quòd illa cauſa quietis remoueatur. ſed non poteſt remoueri niſi per aliquem motum uel mutationem: ergo ſequitur quòd ante illam mutationem, quæ dicebatur eſſe prima, ſit alia mutatio prior, qua remouetur cauſa quietis. Secundo ibi.

c ¶ Probat neceſſitatem præmiſſę rationis. Poſſet enim aliquis dicere, quòd contingit quandoque quieſcere, & quandoque moueri, abſque hoc quòd præexiterit aliqua cauſa quietis, quæ removeatur. Vnde hoc vult excludere. Et circa hoc duo facit.

b Ergo & hæc neceſſarium eſt, aut facta aliqñ eſſe, cum non eſſent, aut perpetua eſſe. Si igitur factũ eſt mobiliũ vnumqd̃que, neceſſarium eſt prius accepta aliam mutationẽ factam eſſe, & motum, ſecundum quẽ factum eſt poſſibile motũ eſſe, aut moueri. Si autem quæ ſunt præerãt ſemper motu nõ exiſtente, irrationabile quidem uidetur, & ab inſcientibus. At uero magis ingredientibus, hoc neceſſarium accidere. Si enim, aliis quidem mobilibus exiſtentibus, aliis autem moriuis, aliqñ quidem erit aliquod primũ mouẽs, aliquid aũt quod mouetur, aliqñ quidẽ nihil, ſed quieſcit, oportet hoc mutari pri⁹. erat. n. aliquid cauſa quietis. quies enim priuatio motus eſt. quare ante primam mutationẽ erit mutatio prior.

c Alia quidem. n. mouẽt ſingulariter, alia autem & ſiñ contrarios motus, ut ignis quidem calefacit, frigefacit autẽ nõ. Scientia autem uidetur contrariorũ eſſe una. Videtur igitur & ibi eẽ aliquid ſimili modo. frigidũ. n. calefacit, conuerſum quodammodo & abſcedens, ſicut & peccat voluntarius ſciens: quoniã econtrario vtitur ſcientia.

d Si igitur quæcunq; poſsibilia ſunt facere, aut pati aut mouere. aut moueri: hęc autẽ moueri non penitus poſsibilia ſunt, ſed ſic ſe hñtia & ꝓxima alterutris ſunt. Quare, cum proximãtur,

F Primo præmittit quoddam, quod eſt neceſſarium ad propoſitũ. Secundo inducit propoſitam probationem. ibi ¶ Si igitur quęcunque poſſibilia ſunt &c. ¶ Dicit ergo primo, quod eorum Infra. quę mouent, quędam mouent ſingulariter } ideſt uno modo tantum: quædam uero mouent ſecundum contrarios motus. Quæ mouent tãtum uno modo ſunt Naturalia, ſicut ignis ſemper calefacit, & nũquam frigefacit. Sed agentia per intellectum, mouent ſecundum contrarios motus, quia una ſcientia uidetur eſſe contrariorum, ſicut medicina eſt ſcientia ſani & ægri: unde uidetur, quod Medicus ꝓ ſuam ſcientiam poſſit mouere ſecundũ contrarios motus. Poſuit autem hanc diſtinctionem mouentium: quia in ijs, quæ agunt per intellectum, uidetur non eſſe uerum, quod ipſe dixerat, ſcilicet quòd ſi aliquid mouetur cũ prius quieuerit, oporteat prius remoueri cãm quietis. Agentia enim ꝓ intellectum videntur ſe ad oppoſita habere abſq; aliqua ſui mutatione. vnde uidetur, quòd poſſint mouere & non mouere abſq; aliqua mutatione. Nec ergo per hoc ſua ratio impediatur, ſubiungit quòd ratio ſua ſimiliter tenet in iis quæ agunt per intellectũ, & in iis quę agunt per naturam: quia ea quæ agunt per naturam, per ſe quidẽ ſemper mouent ad unum, ſed per accidens quandoque mouent ad contrarium. & ad hoc ꝙ illud accidens eueniat, neceſſe eſt eſſe aliquam mutationem. Secundo ibi

Igitur & hæc ipſa neceſſe eſt, aut ſi non erant, aliquando facta eſſe, aut perpetua eſſe. Si igitur unumquodque mobilium ac motiuorum eſt factum, neceſſe eſt ante motum acceptum, aliam mutationem motumque fuiſſe: quod quidem ortum, id eſt, quod aut moueri aut mouere poteſt.

Sin ſemper erant motus, tamen erat abſurdum, & ex ſeſe quidem ſi animaduertatur uidetur. Magis tamen ſi proficiſcamur ulterius, hoc neceſſe eſt euenire. Nam ſi quædam ſunt mobilia, quædam motiua, & interdum eſt actu primum mouens, & aliquid quod mouetur, interdum nihil, ſed quieſcit, hoc prius mutetur oportet. erat enim aliquid cauſa profecto quietis: quies enim eſt priuatio motus. quare ante primam mutationem mutatio prior erit.

Nam quædam unice, quædam & motibus contrarijs mouent. ignis nanque calefacit, ſed non frigefacit. At ſcientia una contrariorum eſſe uidetur, illic etiam ſimile quid eſſe uidetur. nam frigidum uerſum quodammodo, atque abiens calefacit, ſicut & hiſce, qui ſcit, peccat ſua ſponte, cum econtra ſcientia utitur.

Verum ea quæ agere, aut mouere: & ea quæ pati; aut moueri poſſunt, non omnino hoc poſſunt, ſed ſi ſic ſe habent, atque ad propinqua ſibi euadunt: quare, cum id fuerit, aliud mouet, aliud mouetur: & cum id

nem. ſicut frigidum per ſe ſemper frigefacit, ſed per accidens calefacit. ſed quòd per accidens calefaciat, hoc eſt per aliquam eius mutationem, uel inquantum vertitur ad aliũ ſitum, vt alio modo reſpiciat id, quod nunc calefit ab eo quod prius frigefiebat: uel inquantum totaliter abſcedit. Dicimus enim frigus eſſe cauſam caloris abſcedendo, ſicut gubernator per ſui abſentiam eſt cauſa ſubuerſionis nauis. Similiter etiam frigus per accidens ſit cauſa caloris, uel per maiorem elongationem, vel etiam per maiorem appropinquationem. ſicut in hyeme interiora animalium ſunt calidiora, calore ad interius recurrente, propter frigus circumſtans. Sic etiam eſt in agente ſecundum intellectum. ſcientia enim licet ſit vna contrariorum, tamen non æqualiter utrorumque, ſed uniuſ principaliter, ſicut medicina ad hoc eſt per ſe ordinata, quòd faciat ſanitatem. Si ergo contingat quòd Medicus utatur ſua ſcientia in contrarium ad inducendum ęgritudinẽ, peccat. & hoc non erit ex ſcientia per ſe, ſed per accidens, propter aliquid aliud. Et ad hoc ꝙ illud aliud adueniat, cum prius non eſſet, neceſſe eſt eſſe aliquam mutationem. Secundo ibi.

d ¶ Inducit probationem ad propoſitum oſtendendum. Dicit ergo, quòd ex quo ita eſt, quòd ſimili modo ſe habet in iis, quæ agunt ſecundum naturam, & ſecundum intellectum, poſſumus vniuerſaliter de omnibus loquentes dicere, ꝙ quæcunq; ſunt

A ſunt poſſibilia facere, aut pati, aut mouere, vel moueri } non penitus poſſibilia ſunt } ideſt non poſſunt mouere aut moueri in quacunque diſpoſitione ſe habeant: ſed prout ſe habent in aliqua determinata habitudine, & propinquitate adinuicem. Et hoc concludit ex præmiſſis. quia iam dictum eſt, quòd tam in agentibus ſecundum naturam, quàm in agentibus ſecundum voluntatem, non eſt

Tex. cõ.9. aliquid cauſa diuerſorum, niſi in aliqua alia habitudine ſe habens. & ſic oportet, quòd, quando approximãtur ad inuicem mouens & motum conuenienti propinquitate, & ſimiliter, cum ſunt in quacunque diſpoſitione, quæ requiritur ad hoc ꝙ vnũ moueat, & aliud

Tex. cõ.10. moueatur, neceſſe ſit hoc moueri, & aliud mouere. Si ergo non ſemper erat motus, manifeſtũ eſt, quòd non ſe habebant in iſta habitudine, vt tunc vnum moueret, & aliud moueretur: ſed ſe habebant ſicut non poſſibilia tunc

Tex. cõ.10. mouere & moueri, poſtmodum autem ſe habent in iſta habitudine, vt vnũ moueat & aliud moueatur. Ergo neceſſe eſt, quòd alterum eorũ mutetur. hoc enim videmus accidere in omnibus, quæ dicuntur ad aliquid, quòd nũquam aduenit nouа habitudo, niſi per mutationem vtriuſque vel alterius. ſicut ſi aliquid, cum prius non eſſet duplum, nunc factum eſt duplum: & ſi nõ mutetur vtrunq; extremorum, ſaltem oportet quòd alterum mutetur. Et ſic, ſi de nouo adueniat habitudo, per quã aliud moueat & aliud moueatur, oportet vel vtrunq; vel alterum

Tex. cõ.11. moueri prius. Et ſic ſequitur quòd ſit mutatio quædam prior mutatione, quæ dicebatur eſſe prima. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit propoſitum, ratione ſumpta ex parte temporis. Et primo præmittit duo, quæ ſunt neceſſaria ad ſequentẽ probationem. quorum primum eſt, quòd prius & poſterius eſſe B non poſſunt niſi tempus ſit, cum tẽpus nil ſit aliud quàm prius & poſterius ſecundum quòd ſunt numerata. Secundum eſt,

Tex.c.101. quòd tempus non poteſt eſſe niſi ſit motus. & hoc etiam patet ex definitione temporis, quam ſupra in Quarto poſuit dicẽs, quòd tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius. Secundo ibi.

Tex.c.101. f ¶ Concludit quandam conditionalem ex ijs quæ in Quarto dicta ſunt. Poſuit enim ibi ſecundum ſuam ſententiam, quòd

Tex.c.95. tempus eſt numerus motus: ſecundum vero aliorum Philoſophorum ſententiam, tempus eſt motus quidam, vt ibi dixit. Quodcunque autem horum ſit verum, ſequitur hanc conditionalem eſſe veram: ſi tempus ſemper eſt, neceſſe eſt motum eſſe perpetuum. Tertio ibi.

g ¶ Probat autem antecedens prædictæ conditionalis dupliciter. Primo quidem ſecundum opiniones aliorum: & dicit, quòd omnes Philoſophi præter vnum, ideſt Platonem, concor-

aliud mouet, aliud autẽ mouetur, cum ſint vt ſit hoc quidem motiuum. illud vero mobile. Si igitur non ſemper mouebatur, manifeſtũ eſt, ꝙ nõ ſe habebãt ſicut nũc poſſibilia, hoc quidẽ mouere, illud autẽ moueri, ſed oportuit mutari alterũ illorũ. neceſſe. n. in ijs, quæ ſunt ad aliq̃d, hoc accidere. vt ſi nõ eſt duplũ, nũc aũt eſt. duplũ mutari, ſi nõ vtrũq;, alterum. Erit ergo quædam mutatio prior prima.

e Adhuc aũt prius & poſteri⁹, quomodo erũt, tẽpore non exiſtente: aut tẽpus niſi ſit motus?

f Si igitur tẽpus numerus motus eſt, aut motus quidam: ſiquidem tempus ſemper erit, & motũ neceſſe eſt perpetuũ eſſe. C

g At vero de tempore præter vnum concorditer intelligi videtur omnes. Ingenitum enim eſſe dicunt. Et propter hoc Democritus demonſtrat, impoſsibile eſſe ea facta eſſe: impoſsibile enim eſt, tẽpus factum eſſe. Plato autem tempus generat ſol⁹. ſimul. n. cum cœlo factum eſſe. cœlum autem factum eſſe dicit.

h Si igitur impoſsibile eſt & eſſe & intelligere tempus ſine ipſo nunc: nunc autẽ eſt medium quoddã & principium & finẽ habens ſimul, principium autẽ futuri tẽporis, finem vero præteriti: neceſſe eſt ſemper eſſe tempus. vltimum enim finiti accepti temporis, in aliquo ipſorum nũc erit. Nihil enim eſt

dicere videntur ſentire de tempore, quòd ſit ¶ ingenitum } ideſt, quòd non incœperit eſſe, poſtquam prius non fuit. Vnde & Democritus probat impoſsibile eſſe quòd omnia ſint facta, quaſi de nouo incœperint: quia impoſsibile eſt ſic tempus eſſe factum, quòd de nouo incœperit. Sed ſolus Plato ¶ generat tempus } ideſt dicit tempus de nouo factum. Dicit enim Plato, quòd tempus eſt ſimul factum cum Cœlo, ponebat autem cœlum eſſe factum, ideſt habere durationis principium, vt hic Ariſt. eis imponit, ſecũdum quòd eius verba ſuperficietenus ſonare videntur. Quãmuis Platonici dicant Platonem ſic dixiſſe cœlum eſſe factum, inquantum habet principium actuum ſui eſſe, non autem ita, quòd habeat durationis principium. Sic igitur ſolus Plato intellexiſſe videtur, ꝙ tempus non poteſt eſſe ſine motu: quia non poſuit tempus eſſe ante motũ cœli.

Secundo ibi.

h ¶ Probat idem per rationem, quia impoſsibile eſt quòd dicatur aut intelligatur temp⁹ eſſe abſque ipſo nunc: ſicut impoſsibile eſt, quòd ſit linea ſine pũcto. Nunc autem eſt quoddam medium, habens de ſui ratione quòd ſit ſimul & principium & finis. principium quidem futuri temporis, finis autem præteriti, ex quo apparet, ꝙ neceſſe eſt ſemper eſſe tempus. Quodcunque enim tempus accipiatur, eius extremũ eſt aliquod nunc ex vtraque parte. Et hoc patet per hoc, quòd nihil eſt accipere in actu de tempore, niſi nunc: quia quod præteriit, iam abijt, quod autem futurum eſt, nondum eſt. Nunc autem, quod accipitur in extremo temporis, eſt principium & finis, vt dictum eſt, ergo neceſſe eſt quòd ex vtraque parte cuiuſcunque temporis accepti, ſemper ſit tempus. alioquin primum nunc, non eſſet finis, & vltimum nunc, non eſſet principium. Ex hoc autem, quòd tempus eſt ſempiternum, concludit, quòd neceſſe eſt motum ſemper eſſe. & rationem conſequentiæ aſſignat: quia tempus eſt quædam proprietas motus: eſt enim numerus eius, vt dictum eſt. Videtur autem quòd Ariſto. ratio non ſit efficax. Sic enim ſe habet nũc ad tempus, ſicut punctum ad lineam, vt in Sexto habitum eſt: non eſt autem de ratione puncti, quòd ſit medium, ſed aliquod punctum eſt, quod eſt tantum principium lineæ, aliquod autem, quod eſt tantum finis. accideret autem omne punctum eſſe principium & finem, inquantum eſt lineæ infinitæ. Non ergo poſſet probari quòd linea ſit infinita ex hoc quòd omne punctum ſit principium & finis. ſed potius econuerſo, ex hoc, quòd linea eſt infinita, probandum eſſet, quòd omne punctum eſſet principium & finis. Sic ergo videtur, quòd omne nunc eſſe principium & finem, non ſic ſit verum, niſi ex eo quòd tempus ponitur ſempiternum. Videtur ergo Tex.c6.

Universidad de Pavía Biblioteca

Aristo. in assumptione huius medij supponere sempiternitatem temporis, quam debet probare, Aiet. autem volens saluare Aristotelis sententiam, dicit quod nunc semper sit principium & finis. Cohærentia enim, inquit, tempus non est itans sicut linea, sed fluens. quod manifestum est nihil ad propositum pertinere. Ex hoc enim quod tempus est finis & non itans, sequitur quod vnum nunc non possit bis sumi, sicut in subiecto vno punctum: sed fluxus temporis nihil facit ad hoc quòd sit principiū, & finis simul. Eiusdem enim rationis est incæptio & terTex.cō.12. minatio in omnibus continuis, siue sit permanentia siue fluentia, vt ex Sexto patLe.9.te.60. D. 571. tet. Et ideo d aliter dicendum est, secundum intentionē Aristo. quòd hoc, quòd omne nunc sit principium & finis, vult accipere ex eo, quod primo supponitur, scilicet quòd prius & posterius non sit, tempore non existente: hoc enim principio supposito ad nihil aliud vsus est: sed ex hoc concluditur, quòd omne nunc sit principiū, & finis. Detur enim quòd aliquod nunc sit principium alicuius temporis, manifestum est autem ex definitione principij, quòd principium temporis est ante quod nihil eius existit: est ergo accipere aliquid ante vel prius quàm ipsum nunc, quod ponitur principium temporis: prius autem non est sine tempore: ergo nunc, quod ponitur principium temporis, est etiā temporis finis. Et eodem modo, si ponatur nunc esse finis tēporis, sequitur quòd sit etiam principium: quia de ratione finis est, quòd post ipsum nihil sit eius. Posterius autem non est sine tempore: sequitur ergo, quòd nunc, quod ponitur finis, sit etiam principium temporis. Deinde cum dicit.

i ¶ Ostendit, quòd motus semper sit futurus. Et ostendit hoc ex parte motus: quia ratio supra ex parte motus accepta, non concludebat nisi, quòd motus nunquam incipiat: ratio vero sumpta ex parte temporis, concludebat vtrunque, & quòd nū quam incæperit, & quòd nunquam deficiat. Dicit ergo, quòd eadem ratione potest probari quòd motus sit incorruptibilis, idest quòd nunquam deficiat, per quam probatur quòd motus nunquam incæpit. Sicut enim ex hoc, quòd est motum incipere, sequitur quòd sit quædam mutatio prior mutatione quæ ponitur prima, sic, si ponatur quòd motus quandoque deficiat I sequitur quòd sit aliqua mutatio posterior ea, quæ ponitur postrema. Et quomodo hoc sequatur, manifestat abbreuiando quod supra dixerat circa inceptionem motus: poluerat enim quòd si motus incæpit, aut mobilia aut mouentia incæperunt, aut semper fuerunt. Et similis diuisio posset hic fieri, quia si motus deficiat, aut mobilia & mouentia remanebūt, aut non: sed quia similiter ostenderat, quòd idem sequitur secundum vtrunque, ideo hic non vtitur nisi altera via, scilicet, quòd ponatur sic motus deficere, quòd mobilia & mouentia deficiant. Hoc ergo supposito, dicit quòd non simul quiescit, idest deficit motus in actu, & ipsum mobile: sed sicut prior est generatio mobilis quàm motus eius, ita posterior est corruptio mobilis, quàm cessatio motus. Quod sic patet, quia contingit quòd remaneat aliquid combustibile, postquam definit cōburi. Et sicut dictum est de mobili, ita dicendum est de motiuo: quia non simul desinit esse mouens in actu, & esse motiuū in potentia. Sic igitur patet quòd si etiam ipsum mobile corrumpitur post cessationem motus, necessarium erit esse quandam corruptionem ipsius mobilis. Et iterum, quia omnia mouentia & mota desinunt, necessarium erit posterius, quòd etiā ipsum corruptiuum corrumpatur. Cum ergo corruptio sit mutatio quædam, sequetur quòd post vltimam mutationem sint aliquæ mutationes: cum ergo hoc sit impossibile, sequitur q̄ motus in perpetuum duret. Hæ igitur rationes sunt, ex quibus Aristotel. probare intendit motum semper fuisse, & nunquam deficere. Quod quidem quantum ad vnam partem fidei nostræ repugnat, scilicet quòd ponatur motus semper fuisse. Nihil enim secundum fidem nostram ponitur semper fuisse, nisi solus Deus, qui est omnino immobilis, nisi forte, quis ipsum diuinum intelligere velit nominare motum, quod æquiuoce intelligeretur. non enim de tali motu Aristote. hic intelligit, sed de motu proprie dicto. Quantum vero ad aliam partem non omnino est cōtrarium fidei: quia, vt supra dictum est, non agit Ari de motu cæli, sed vniuersaliter de motu. ponimus autem secundum fidem nostram substantiam Mundi ne quandoque incæpisse, quòd tamen nunquam desinat esse. ponimus etiam quòd aliqui motus semper erunt, præsertim in hominibus, qui semper remanebunt incorrupti: beatam vitam agentes, vel miseram, vel beatam. Quidam vero frustra conantes Aristot. ostendere non contra fidem locutā esse, dixerunt quòd Arist. non intendit hic probare quasi verum, quòd motus sit perpetuus: sed inducere rationem ad vtraque partem quasi ad rem dubiā: quod ex ipso modo procedendi friuolum apparet. Et præterea, perpetuitate temporis & motus quasi principio vtitur ad probandum primum principium esse, & in hoc Octauo. & Vndecimo Meta. vnde manifestum est, quòd supponit hoc tanquam probatum. Sed, siquis recte rationes hic positas consideret, huiusmodi rationibus veritas fidei efficaciter impugnari non potest. Sunt enim huiusmodi rationes efficaces ad probandum, quòd motus non incæperit per viam naturæ, sicut ab aliquibus ponebatur: sed quod non incæperit quasi rebus de nouo productis a primo rerum principio, vt fides nostra ponit, hoc ijs rationibus probari non potest. quod patet per singulas illationes hic positas considerāti. Cum enim quæritur, b motus non fuit: vtrum mouentia & mobilia semper fuerunt vel non, Respondendum est, quòd primū mouens semper fuit: omnia vero alia, siue sint mouentia, siue mobilia non semper fuerunt, sed incæperunt esse a causa vniuersali totius esse. Ostensum est autem supra, quòd productio totius esse a causa prima essendi, non est motus, siue ponatur, quòd hæc rerum emanatio sit ab æterno siue non. Sic ergo non sequitur, quòd ante primam mutationem sit aliqua mutatio. sequeretur autem si mouentia & mobilia essent de nouo producta in esse ab aliquo agente particulari: quod ageret aliquo subiecto præsupposito, quod transmutaretur de non esse, siue de priuatione ad formam. de hoc enim modo incipiendi procedit ratio Arist. Sed, quia ponimus saltem primum motorem semper fuisse, Respondendum rectat sequenti eius deductioni: qua concludit quòd, si præexistentibus mouentibus & mobilibus, incipiat de nouo esse motus, oportet quòd mouentia vel mobilia prius non essent in hac dispositione, in qua sunt, dum est motus. & sic oportet quòd primam mutationem præcedat aliqua mutatio. Et siquidem de ipso motu loquamur, facilis est responsio. non enim mobilia prius erant in hac dispositione, in qua nunc sunt: quia prius non erant. vnde moueri non poterant. sed sicut dictum est, ipsum esse non acquisuerunt per mutationem vel motum, sed per emanationem a primo rerum principio. & sic non sequitur, quòd ante primam mutationem sit aliqua mutatio. Sed vlterius remanet quæstio de prima rerum productione. Si enim primum principium, quod est Deus, non aliter se habet nunc quàm prius, non magis nunc res producit quàm prius. si vero aliter se habet, saltem mutatio, quæ est ex parte eius, erit prior mutatione, quæ ponitur prima.

Et quidem si esset agens per naturam tantum, & non per voluntatem & intellectum, ex necessitate concluderet ratio, sed, quia agit per voluntatem, potest per voluntatem æternam producere effectum non æternum, sicut intellectu æterno potest intelligere rem nō æternam. res enim intellecta est quodammodo principium actionis in agentibus per voluntatem, sicut forma naturalis in agentibus per naturam. Sed adhuc magis instat. Non enim videmus quòd voluntas postponat facere quod vult, nisi propter hoc quòd aliquid expectatur in futurū, quod nondum est in præsenti, sicut si volo facere ignem non nunc, sed postea, expectatur in futurum frigus, cuius causa facio ignē: vel ad minus expectatur præsentia temporis. quòd autem tempus succedat post tempus, hoc non est absque motu. non ergo potest esse, quòd voluntas, etiam si ponatur immutabilis, postponat facere id quod vult, nisi aliquo motu intercedente. Et sic non potest esse quòd noua productio rerum prouenerit a voluntate æterna, nisi mediantibus motibus succedentibus sibi in infinitum. Latet autem sic obijcientes, quod hæc obiectio procedit

procedit de agente in tēpore: quod, scilicet agit tempore præsupposito: in huiusmodi enim actione, quæ fit in tēpore, oportet considerare aliquam determinatam habitudinem ad hoc tempus, vel ad aliquid eorum, quæ sunt in hoc tempore, vt fiat magis in hoc tempore quàm in alio. Sed hæc ratio locum non habet in agente vniuersali, quod & ipsum tempus simul cū cæteris producit. cum enim dicimus res non semper fuisse a Deo productas, non intelligimus, q̄ infinitum tēpus præcesserit, in quo Deus ab agēdo cessauerit, & post modum tempore determinato agere cœperit: sed q̄ Deus tempus & res simul in esse produxerit, postquam non fuerāt. Et sic non restat in diuina voluntate considerādū, q̄ voluerit facere res, non tunc sed postea, quasi tempore iam existente: sed considerandum solum est hoc, quòd voluit q̄ res, & tempus durationis earum incæperit esse postquam nō fuerunt. Si autē quæratur, quare hoc voluit. sine dubio dicēdum, quòd propter seipsum. Sicut enim propter seipsum res fecit, vt in eis suæ bonitatis similitudo manifestaretur, ita voluit eas non semper esse, vt sua sufficientia manifestaretur in hoc, quòd omnibus alijs non existentibus, ipse in seipso omnem sufficientiam beatitudinis habuit, & virtutis ad rerum productionē. Et hoc quidem dici potest quantū humana ratio capere potest de diuinis: saluo tamen secreto diuinæ sapientiæ, quod a nobis comprehēdi non potest. Quia igitur huius rationis solutio procedit supponendo quòd tempus non fuerit semper, restat soluere rationem, per quam ostendi videtur, tempus semper fuisse: & ideo forte Aristo. post rationem de motu posuit rationem de tempore: quia considerauit quòd præmissa ratio de motu efficaciā non haberet, nisi poneretur tempus æternum. Quod ergo ponit, quòd quandocunque est tempus, necesse est ponere aliq̄ nunc esse, indubitanter concedendum est: omne autem Nunc esse principium & finem temporis concedi non oportet, nisi ponatur etiam motum semper esse: vt scilicet, sic quòd quodlibet indiuisibile in motu acceptum, quod momentum dicitur, sit principium & finis motus: sic enim habet se nunc ad momētum, sicut tempus ad motum. Si ergo ponimus motū non semper fuisse, sed est accipere aliquod primum indiuisibile in motu, ante quod nihil fuit motus: erit etiā accipere aliquod nūc in tempore, ante quod non fuit aliquod tempus: iam autem ostendimus exponendo literam, quòd id quod Auer. dicit ad hanc rationem confirmandam, efficaciam non habet. Sed nec illud quod Aristo. ad hoc ponit, scilicet quòd prius & posterius non sunt sine tempore, efficax esse potest. Cum enim dicimus quòd principium temporis est, ante quod nihil eius est: non propter hoc oportet quòd ipsum nunc, quod est principiū temporis, præcedat tempus: quod significatur cum dicitur, ante: sicut, si in magnitudine dicam, quòd principium magnitudinis est, extra quod nihil est eius, non oportet quòd illud extra quod, significet aliquem locum in rerum natura existentē, sed imaginabilem tantum: alioquin esset ponere locum extra cælum cuius est magnitudo finita, habens principium & finē. Similiter etiam & primum nunc, quod est principium temporis, non præcedit tempus in rerum natura existens, sed secundum imaginationem nostram tantum. Et hoc tempus designatur cum dicitur, quòd primum nunc est principium temporis, ante quod nihil est temporis. Vel potest dici, quòd cum dicitur principium temporis est, ante quod nihil est temporis, ly ante, non remanet affirmatum, sed negatur: & sic non oportet ponere tempus ante principium temporis. In ijs enim, quæ sunt in tempore, accidit quòd in eorum principio tempus aliquod præexistat. Sicut cum dicitur, quòd principium iuuentutis est, ante quod nihil est de iuuentute: potest intelligi ante ejam affirmatiue: quia iuuētus tempore mensuratur: tempus autem non mensuratur tempore: vnde eius principio tēpus non præexistit: & sic ly ante quod ponitur in definitione principij temporis, & non oportet quòd remaneat affirmatum, sed negatū. Est autem ante tempus aliqua duratio, scilicet. Aeternitas Dei, quæ non habet extensionē, aut prius & posterius, sicut tēpus, sed est tota simul: & non est eiusdem rationis cum tēpore, sicut nec magnitudo diuina cum magnitudine corporali. Sicut ergo cum dicimus extra mundum nō esse nisi Deum, non ponimus aliquam dimensionē extra mundum: ita cum dicimus, ante mundum nihil fuisse, non ponimus aliquam successiuā durationē ante mūdū.

LECTIO III.

Sed nō aliquādo quidē erat, aliquando autē non, & nanq; assimilatur sic dicere, figmēto magis.

b Similiter aūt & dicere, quia aptum natū fic est: & hoc oportet opinari esse principium. Et hoc videtur vtiq; Emped. dicere, q̄ tenere & mouere in parte amicitiam & discordiā inest rebus ex necessitate, quiescēt aūt inter tēpus. Fortassis aūt & vnū principiū facientes, sicut Anaxagoras, sic vtique dicerent.

LECTIO III.

Ost quàm Philosophus posuit rationes ad ostendendum motum semper esse, hic ponit rationes contra Anaxag. & Empedoc. qui contrarium ponebant. Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem contra eorum positionem, secundo contra rationem, quam supponebant. ibi ¶ Similiter autem & dicere, &c.] Dicit ergo primo, quòd cum ostensum sit quòd motus semper est, non erit dicendum, quòd aliquando sit motus, & aliquando non, sicut dixerunt. Empedocl. & Anaxag. sic enim dicere, sicut ipsi posuerunt, assimilatur cuidam figmento, quia scilicet, absque ratione hoc ponebant. Omne enim, quod ponitur absque ratione vel authoritate diuina fictitium esse videtur. Authoritas autem diuina præualet etiam rationi humanæ, multo magis, quàm authoritas alicuius Philosophi præualeret alicui debili rationi, quam aliquis puer induceret. Non ergo assimilantur figmento, quæ per fidem tenentur, licet absque ratione credantur: credimus enim diuinę authoritati miraculis approbatæ, idest illis operibus, quæ solus Deus facere potest. Secundo ibi.

b ¶ Objcit contra rationem, cui innitebantur. Et circa hoc tria facit. Primo ponit istam rationem esse inconuenientem, secundo ostendit, quòd inconuenientior erat secundum positionem Anax. quàm secundum positionem Empe. ibi ¶ Ac vero nihil inordinatum, &c.] Tertio ostendit, quòd nec secundum opinionem Empedo. conuenienter se habet. ibi ¶ Sed & oportet hoc dicentem.] Dicit ergo primo, quòd similiter etiā hoc videtur esse fictitium, quòd aliquis ponens motum quandoque esse, & quandoque non esse, dicat hoc pro ratione, q̄ hoc ideo est, quia natum est sic esse: & hoc oportet accipere tā quàm principium sicut Empe. videtur dicere, quòd hoc, quod res in parte temporis teneant amicitiam, & in parte temporis teneant discordiam, & moueantur, & quòd in medio tempore quiescant, ineſt rebus ex necessitate: sicut si aliquis diceret, quare calidum calefacit, quia sic necesse est esse: & hoc accipiatur quasi principium, quòd calidum calefaciat. Similiter

quiescit quod mouetur: & qđ mobile est, & quod comburitur, & quod combustibile. Contingit enim cōbustibile esse quod non comburitur, neq; motum & mouens. Et corruptibile igitur indigebit corrumpi, cū corrumpatur, & huiusmodi corruptiuum iterū posterius, corruptio enim mutatio quædam est. Si igit hoc impossibile, manifestū est q̄ est ppetuus mot°.

desinet, & esse mobile simul, ceu comburi, & combustibile esse. Esse nanque combustibile potest, & non comburi, nec item desinet simul mutatiuum, & mouens esse. Et ipsum autem corruptibile, corruptum fore oportebit, cum corrumpitur, & post hoc rursus id quod huius est corruptiuum: corruptio nanque mutatio quædam est. Quòd si hæc fieri non possunt, patet motum perpetuum esse.

Tex.cō.14.

Tex.cō.15.

Sceeſū 225.

Universidad de Sevilla Biblioteca

accipiebat Empedo. quasi principium, quòd necesse est sic esse, quandoque rex moueri per amicitiam, quandoque per discordiam, & quandoque quiescere. Et forte etiam eodem modo diceret Anaxag. Et alii ponentes vnum principium actiuum, quia oportet hoc accipere quasi principium, quòd motus incœperit postquã in infinito tempore non fuit. Secundo ibi. ¶ Ostendit quòd hac ratione inconuenientius utebatur Anaxagoras quam Empe. Manifestum est enim, quòd cum ponitur aliquid esse quasi principium, oportet, accipere, quòd hoc sit ẽm rei naturam, hoc est, ut natura rei sit talis, quòd hoc ei conueniat. Sic enim accipim⁹ quasi principiũ, q̃ omne totum maius est sua parte, quia hoc est de ratione & natura totius, quòd excedit partis quantitatem. vnde Emped. dicebat {Sic aptum natũ est esse, } dans intelligere, q̃ hoc est accipiendũ quasi principium. Et sic Anax. diceret, licet non exprimeret. Sed manifestum est, q̃ nulla res naturalis nec aliquid eorum, quæ naturaliter rebus cõueniunt, potest esse absque ordine, quia natura est causa ordinationis. Videmus enim naturã in suis operibus, ordinate de uno in aliud procedere: qd ergo non habet aliquem ordinem, non est ẽm naturam, nec potest accipi vt principiũ. sed duo infinita nõ habent ordinem ad inuicẽ, quia infiniti ad infinitũ nulla est proportio, vbi autẽ ordo proportionis quædam est. Sic ergo patet, q̃ quiescere res tpe infinito, & postea incipere moueri per infinitũ tempus, fine hoc q̃ sit aliqua differẽtia inter hoc tempus & illud, quare nunc magis q̃ prius mot⁹ fiat, neq; iterum assignare aliquam aliam ordinationem inter aliqua duo, quorum vno deficiente, alterum incipiat & fiat motus, ut Anaxag. ponebat, hoc non est opus naturæ, quia quicquid est natura, aut semper {simpliciter} eodem modo se habet, & non aliquando sic, aliquando autem aliter, sicut ignis semper sursum fertur. Aut aliqua ratio est, quare non semper est eodem modo, sicut non semper animalia crescunt, sed quandoque diminuuntur. & hoc habet aliquam rationem. Sic ergo non uidentur secundum naturam procedere, q̃ infinito tempore res quieuerint, & postmodũ moueri incœperint, vt Anaxa. posuit. Vnde melius est, q̃ dicatur sicut Empe. dixit, uel quicunq; alius similiter opinatus est, quòd rerum vniuersum in quadam parte temporis quieuit, & iterum mouetur in alia parte temporis, quia iam hoc potest habere aliquam ordinationem: siniti enim ad finitum potest esse proportio. Est autem considerandum, quòd sententia fidei non est similis positioni Anaxa. Non enim ponimus ante mundum infinita spatia temporis, cuius sit necesse accipere proportionem ad tempus sequens. sed antequam mũdus inciperet, sola Dei simplex æternitas fuit, sicut dictum est, quæ est omnino extra genus tẽporis. Tertio ibi.

b At vero nihil inordinatũ, eorum quæ natura & sm naturam sunt. natura .n. omnib⁹ causa ordinationis est. Infinitum aũt ad infinitum, nullam rationem habet: ordinatio autẽ omnis, ratio est. Infinito autẽ tpe quiescere, postea motum esse aliqñ: huius autem neq; unã differentiã esse, quare nunc magis q̃ prius neq; iterum aliquam ordinationẽ habere; nõ iam naturæ est op⁹. Aut .n. simpliciter se habet quod est naturæ, & non aliqñ quidem sic, aliqñ vero aliter (vt ignis natura sursum fert, & nõ aliqñ quidem sic, aliqñ vero non:) aut rationẽ habet, quod non est simpliciter. Quare digni⁹ est, sicut Emped. & siquis alter dixit sic habere, in parte quiescere omne, & moueri iterum. ordinationẽ enim iam habet quãdam huiusmodi.

c Sed & oportet hoc dicentem nõ affirmare solum, sed causam ipsius dicere, & nõ apponere nihil, neque uelle dignitatem irrationabile: sed aut inductionem, aut demonstrationẽ afferre. hæc enim nõ causę positæ sunt. Neq; in hoc erat amicitiæ vel inimicitiæ esse, sed huius quidẽ congregare, illius vero disgregare. Si vero determinetur quòd est in parte, dicẽdum est in quibus sic sunt: sicut quia est aliquid quod congregat homines amicitia, & fugiunt inimici abinuicem. Hoc enim supponitur, & in toto esse: videtur enim in quibusdam esse sic. quòd autem & secundũ æqualia tempora, indiget aliqua ratione.

d Omnino .n. existimare principium hoc esse sufficiens, quod semper aut est sic, aut fit, non recte se hẽt opinari. In quo Democritus reducit de natura causas

At uero nihil eorum, quæ natura, secundumque naturam fiunt ordine uacat. Natura nanque uniuersis est ordinis causa; at infinitum nullam rationem habet ad infinitum. Omnis uero ordo, ratio est. Infinito autem quiescere tempore, deinde aliquando moueri, huiusque differentiam nullam, cur nunc magis quàm prius, nec ullum ordinem esse, non est profecto ipsius opus naturæ. Nã id quod natura fit, aut simpliciter sese habet: (ut ignis sursum natura fertur, & non interdum sursum,) interdum non sursum,) aut rationem habet; si non simpliciter se habet eodemque modo. Quocirca præstabilius est rem ita sese habere, ut Empedocles, & si quis alius ita dixit: interdum (inquam) quiescere, interdum moueri talem enim ordinem quẽdam habere uidetur.

Verum & eum, qui ita dicit, non solum id dicere, sed ipsius causam etiã afferre, et non ponere neq; censere ullam sine ratione sententiam, sed aut inductionem, aut demonstrationẽ afferre oportet. Ipsa .n. quæ sunt supposita, non sane causæ sunt. Neque hoc erat cõcordiæ, uel discordiæ esse, sed illius quidem congregare, huius disgregare officium est. Quòd si insuper assignauerit. ipsum interdum dicendum est, & in quibus sic fit, ceu esse apud nos aliquid quod congregat homines (amicitiam inquam) & esse etiam aliquid, quod inimicos seiungit (inimicitiam inquam) Hæc .n. & in ipso toto esse supponit. in quibusdã .n. sic esse uidetur. Per æqualia uero ita fieri tẽpora, alicuius indiget ratione.

Omnino autem hoc principium sufficiens esse putare; semper (inquam) esse sic, aut fieri, non recte sese habet, ad quod Democritus causas naturales reducit, sic inquiens, & prius

te temporis hæc congreget, & iterum in quadam parte temporis illa disgreget, est vlterius manifestandum in aliquibus particularibus, in quibus hoc contingat. Sicut, quòd amicitia congreget, & inimicitia disgreget, manifestatur in hominibus. quia amicitia homines adunantur adinuicem, inimicitia vero fugiunt ab inuicem. & ideo hoc ab Emp. supponitur esse in toto vniuerso, quia videtur esse in aliquibus sic. Sed quòd secundũ æqualia tempora moueãt succedentiue amicitia, & inimicitia, hoc indiget aliqua ratione manifestante: non enim uidetur hoc in h ominibus contingere. Secundo ibi.

e ¶ Excludit quandam falsam existimationem. Posset enim aliquis credere, quòd quicquid semper est non habet causam: propter hoc, quòd videmus ea, quæ apud nos causantur, de nouo

nouo incipere: & ideo videbatur aliquibus, q̃ quando reducebatur aliqua quæstio in aliquid, quod est semper, non oporteret vlterius causam, seu rationem quærere. Sic ergo posset Empedocl. dicere, q̃ amicitia & lis semper secundum æqualia tempora mouerunt: & ideo non est quærenda huius alia ratio. Hoc ergo Aristot. reprobat dicens, q̃ non recte se habet opinari, q̃ aliquid existimetur esse principium, propter hoc, q̃ semper aut sic est, aut sic fit. Ad hoc enim Democritus reducebat omnes causas naturales, assignans principium ipsis, quæ de nouo fiunt, sed eius qđ est semper, nolebat aliquod principium quærere. Quod quidem in aliquibus recte dicitur, sed non in omnibus. Manifestum est enim q̃ triãgulus semper habet tres angulos æquales duobus rectis. Sed tamen huiusmodi perpetuæ passionis est alterius causa. Sed aliqua perpetua sunt sicut principia, quorum non est alia causa. Est autem valde notandum quod hic dicitur, quia vt in Secundo Meta. habet, eadem est dispositio rerum in esse, & in veritate: sicut igitur aliqua sunt semper vera, & tamen habent causam suæ veritatis: ita Aristoteles in tellexit, q̃ essent aliqua semper entia, scilicet corpora cęlestia & substantię separatę: & tamen haberẽt causam sui esse: ex quo patet, q̃ quãmtis Aristot. poneret mundum æternum, non tamen credidit, q̃ Deus non sit causa essendi ipsi mundo: sed causa motus eius tantum, vt quidam dixerunt. Vltimo autem concludit principale propositũ epilogando; & dicit tãta dicta esse de hoc q̃ nullum tẽpus erit in futuro, neq; erat in præterito, in quo aliquis motus nõ sit.

Infra.

Tex.cõ.16.

Lec.1.cõ.4

Tex.cõ.17.

LECTIO IIII.

Contraria autẽ his, non difficile ẽ soluere. Videbitur autẽ ex hmõi considerantibus cõtingere maxime motũ esse aliquãdo, cum non esset omnino. Primũ qdẽ, quia neq; vna ppetua mutatio est: mutatio .n. omnis apta nata est ex quodã in quiddã. Quare, necesse est omnis mutationis terminũ esse cõtraria in quib⁹ fit: ĩ infinitũ aũt moueri nullũ.

b Amplius videmus, quoniam possibile est moueri, quod neq; mouetur neq; habẽs in seipso, neq; vnũ motũ: vt in inanimatis, quorũ neq; pars vlla neque totum mouetur, sed quiescens mouetur quandoq;. Conuenit autem aut semper moueri, aut nequaquam. siquidem non fit, cum non sit existens.

c Multo autem magis hmõi esse inanimatis manifestum est. Neque vnus quidem in nobis, cum sit motus aliquando, sed quiescentes, tamen mouemur aliquando, & si nihil extra moueat. Hoc.n. in inanimatis esse non videmus similiter, sed semper mouet ipsa aliquid exterio rum alterum. Animal autẽ di-

LECTIO IIII.

Tex.cõ.18.

Lec.1.tex. cõio.91.

Dostquàm Philosophus posuit rationes ad probandũ motum semper esse, hic intendit soluere ea, quæ in contrarium obiici possunt. Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationes, Secundo soluit eas. ibi {Horum autem primum. } Circa primum ponit tres rationes præmittens suam intentionem: & dicit, q̃ ea, quæ in contrarium obiici possunt, non est difficile soluere. Ex tribus enim rationibus videtur maxime sequi, q̃ motus aliquando incipiat esse cũ prius omnino non fuerit: quarum prima est, qua supra probauit in Sexto quòd nulla mutatio est infinita: eadem enim ratione probari potest, quòd nulla mutatio sit perpetua. Nulla enim mutatio terminata, est perpetua, sicut nec infinita. sed omnis mutatio est terminata: omnis enim mutatio naturaliter est ex quodam in quiddam, & ista duo sunt contraria. vnde necesse est, q̃ terminus cuiuslibet mutationis sint ipsa contraria, in quibus fit transmutatio. Sed quia non in omni motu local manifesta est cõtrarietas terminorũ, subiungit quòd est commune omni motui, quòd nihil mouetur in infinitum, quia nihil mouetur ad id, ad quod pertingere non potest, vt in Sexto dictũ est. Sic ergo patet, quòd nulla mutatio est perpetua. Videtur etiã possibile dari tẽp⁹, in quo nulla mutatio sit. Et hæc prima ratio accepta est ex parte motus. Secunda ratio accipitur ex parte mobilis, quam ponit ibi.

Lec.vlt. te. com.92.

Deinde uidemus id posse moueri, quod neque mouetur, neque motum in se ullum habet. Quod intueri licet in expertibus animæ, quorum neque pars ulla, neque totum mouetur. Sed quiescentia aliquando mouentur: at oportebat aut semper, aut nunquã moueri, si non oritur primo motus, sed semper erat.

Multo autem magis hoc in ipsis animantibus patet: nullus enim interdum in nobis est motus, sed quiescimus: & tamen aliquando mouemur, & fit in nobis a nobis ipsis principium motus, etiam si nihil prorsus extrinsecus mouerit. Hoc enim expertibus animæ fieri similiter non uidemus, sed semper aliquid aliud eorum, quæ sunt extra ipsa nimirum

b ¶ Quę talis est. Si motus non potest fieri de nouo, cum prius non esset, videtur esse conueniens dicere de vnoquoq;, quòd vel semper mouetur, vel nequaq̃ mouetur: q̃, si in vno mobili põt quandoque motus esse, & quandoq; non esse, pari ratione in toto vniuerso: sed videmus, quòd possibile est aliquid moueri; quod prius non mouebatur secundũ totum, neque aliquem motum in seipso habebat secundum aliquam sui partem: sicut apparet in rebus inanimatis, in quibus aliquod mobile quandoque moueri incipit, cũ antea nulla pars eius moueretur, neque ipsum totum, sed omnino quiescere: relinquitur ergo, quòd in toto vniuerso potest esse motus, cum prius nõ fuerit. Sed quia in reb⁹ inanimatis, licet appareat motus in aliquo de nouo incipere nullo motu præexistente in illo eodem, apparet tamen motus præexistens ĩ aliquo exteriori, a quo mouetur: ideo tertiam rationem ponit ex parte animalium, quæ non mouentur ab extrinseco, sed a seipsis: & hoc ibi.

c ¶ Et dicit, q̃ incipere motum, cum prius non esset, multo magis est manifestum in rebus animatis, q̃ inanimatis. Cum.n. nos quieuerimus aliquando, nullo motu in nobis existente, ali quando moueri incipimus, & est ex nobis ipsis principium nostri motus, etiam si nihil extrinsecum moueat: quod quidem ĩ rebus inanimatis non contingit, sed semper aliquid extrinsecũ mouet ipsa, vel generans, vel remouens prohibens, vel violentiam inferens. Ex quo sequitur, q̃ si animal quandoque taliter quiescat, quòd in aliquo immobili incipiat esse motus, cum prius non fuerit, non ex aliquo extrinseco mouente, sed ab ipsomet quod mouetur. Et si hoc potest esse ĩ animali, nihil prohibere

hibere videtur, quin idem accidat in vniuerſo. habet enim animal, & maxime homo ſimilitudinem quandam cum mundo. vnde dicit a quibuſdam, quòd homo ſit paruus mundus. Et ſic, ſi in paruo mundo incipit motus, cum prius non fuerit, videtur quòd etiam in magno mundo, idem poſſit contingere. Et ſi hoc contingit in mundo, poteſt etiam contingere in toto infinito, quod quidē poſuerunt extra mūdum. ſi tamen ſit aliquid infinitū qđ poſſit quieſcere, & moueri. Deinde cū dicit

d ¶ Soluit per ordinem rationes præmiſſas. In ſolutione ergo primæ rationis dicit, quòd iſtud recte dicitur, quòd motus, qui eſt inter contraria, non poteſt

Tex.cō. 18. ſemper durare unus & idem numero, quia forte hoc eſt neceſſarium (vt infra

Lec. 5. probabitur.) & ideo ponit ſub dubitatione, quia nondum erat probatum. Sed, quia poſſet aliquis dicere, quòd etiam motus, qui eſt in contraria, poteſt eſſe ſemper vn⁹ numero propter identitatem mobilis, quod iterato, de contrario in contrarium mouetur. ſicut ſi prius mouebatur de albo in nigrum, poſtea mouetur de nigro in albū,

Tex.cō. 19. & ſic ſemper: ideo ſubiungit, quòd non eſt poſſibile, quòd ſemper motus, qui eſt unius & eiuſdem mobilis, per reiterationem ſit vnus & idem. Et hoc manifeſtat per exemplum, ponatur enim quòd chorda citharæ ſimiliter ſe habeat, & monēs q percutit chordam, ſimiliter ſe habeat in mouēdo, poteſt eſſe dubitatio, v-

Tex.cō. 20. trum unius chordæ bis percuſſæ ſit vnus & idem motus, & ſonus, aut ſimiliter alius & alius. Sed tamen quicquid ſit de aliis mobilibus, nihil tamen prohibet, quin aliquis motus, qui non eſt inter cōtraria, ſicut circularis motus, idem ſemper maneat cōtinu⁹ & perpetuus, quod magis ex ſequentibus erit manifeſtum. Licet ergo omnis motus ſit finitus ſecundum terminos, tamen per reiterationem aliquis motus poteſt eſſe continuus & perpetuus. Secundo ibi.

e ¶ Soluit ſecundam rationem: & dicit quòd nullum inconueniens eſt, ſi aliquid inanimatum incipiat moueri, cum prius non moueretur, ſi hoc accidat propter hoc, quòd mouens extrinſecus aliquando ſit præſens, aliquando non. Manifeſtum. n. eſt quòd oportet præexiſtere motum ex parte mouentis, quod cimus, ipſum ſe mouere. Quare ſi quieſcit aliquando penitus, in immobili motus utique fiet ex ipſo, & non ab extra. Si autem in animali hoc poſſibile fieri, quid prohibet idem accidere. & ſecundum omne: ſi nanque in paruo mundo ſit, & in magno? & ſi in mundo, & in G infinito: ſi qdē cōtingit moueri infinitum, & quieſcere totū.

d Horum autem primū quod dictum eſt, non eundem ſemper. & unum numero eſſe motum, qui eſt in contraria, recte dicit. Hoc. n. fortaſſis qdē neceſſariū eſt, ſiquidē nō ſp unū & eundē eſſe poſſibile eſt eiuſdē, & unius motū Dico aūt, ſicut vtrū unius chordæ vnus & idē ſonus, aut ſp alter ſimiliter ſe H habente & mouēte. Sed tū qualitercunque ſe habet nihil prohibet, & quendam eundem eſſe, qui perpetuus & continuus eſt. Manifeſtum utique erit magis ex his, quæ poſterius.

e Moueri aūt quod non mouetur nullū inconueniēs eſt, ſi aliquando quidem ſit extrinſecus mouens, aliquādo aūt nō. Hoc aūt quomodo vtiq; erit, inquirendum eſt. dico aūt ut idē ab I eodem motiuo exiſtente, aliqñ qdē moueaī, aliqñ autē nō. Nihil. n. aliud dubitat hoc dicēs, quām pp quid nō ſp alia quidē quieſcunt eorū quę ſunt, alia vero mouentur.

f Maxime aūt videbitur Tertium habere dubitationem, q̄ fit, cum nō inſit prius motus: quod accidens eſt in animatis. Quieſcēs enim prius. poſt hoc vadit, mouente exteriorū nul K lo, ſicut uidetur hoc autem falſum eſt. Cōſpicimus. n. ſemper aliquid motum in animali naturalium. huius autem motus non animal cauſa eſt, ſed conti nēs forſitam. Ipſum autem di-

mouet. animal autem ipſum dicimus ſeipſum mouere. Quare ſi aliquando omnino quieſcat, fiet m ipſo ſane immobili motus a ſeipſo, & non ab ullo externo. Quod ſi id in animali fieri poteſt, quid prohibet ut in uniuerſo etiam idem fiat? Nam, ſi in paruo ſit mundo, & in magno etiam fiet, & ſi in iſto, & in infinito etiam fiet: ſi modo fieri poſſit, ut infinitum totum moueatur, atque quieſcat.

Horum igitur id, quod primo eſt dictum enim (inquam) non eundē ſemper, unumq; numero motum eſſe, quo ad oppoſitatur, recte admodum dicitur. Hoc. n. fortaſſe neceſſariū eſt, ſi fieri nequeat ut ſemp iis unus, idem que ſit motus, qui unus eiuſdemque mobilis eſt. i Dico autem utrum unus idemque ſit ſonus unius chordæ, quæ ſimiliter ſeſe habet, atque mouetur, an alius atque alius ſemper. Verumtamen utrouis modo id ſeſe habeat, ni hil obſtat, ut hic motus aliquis idem ſit, quo continuus, atque perpetuus eſt. Atque hoc per ea, quæ poſterius dicentur magis patebit.

Moueri autem quippiam quod prius non mouebatur, non eſt abſurdum, ſi nunc adſit, nunc non adſit id extremum, quod illud mouet, Hoc tamen quærendum eſt, quonam ſit pacto idem (inquā) ab eodem motiuo nunc moueri, nunc non moueri. Nihil enim aliud dubitat, qui id dicit, quàm cur non ſemper aliæ rerum quieſcunt, aliæ mouentur.

Maxime uero Tertium illud dubitationem habere uidebitur. propterea quòd ſit motus nullo alio præcedente, id (inquam) ipſum, quod in animantibus fieri ſolet. Nam animal prius quieſcens poſtea mouetur, ac ambulat a nul (lout uidetur) externo motu impreſſo hoc autem eſt falſum. Cernimus enim ſemper aliquid eorum, quæ natura inſunt in animali moueri. Huius autem motus cauſa non animal eſt, ſed ipſum fortaſſe continens.

aliquando ſit prope, cum prius non eſſet. Sed iſtud uidetur eſſe inquirendum quaſi dubium, ſcilicet, ſi exiſtente mouente, idem ab eodem quandoque moueatur, & quandoque non. hoc enim ſupra dixit non poſſe accidere, niſi præcedente mutatione uel ex parte mobilis, uel ex parte mouentis: & ſic ſemper præexiſtit motus, ſiue præ exiſtat mouens, ſiue non. Ideo autē hoc videtur quęrendum, quia ille, qui hanc rationem induxit, de nullo alio videē dubitare, quàm propter quid quieſcentia nō ſemper quieſcunt, & mobilia non ſemper mouent. Tertio ibi. f ¶ Soluit tertiam rationem: & dicit, q̄ id quod tertio obiectum eſt, maxime facit dubitare q̄ poſſit eſſe motus cum prius non fuerit, ſicut videtur accidere in rebus animatis. videtur enim quòd animal, quod prius quieſcebat, poſtmodum moueat proceſſimo motu, nullo motu ſibi ab exteriori. Et ſic videtur, q̄ illum motum animalis nō præcedebat aliquis motus, neque in ipſo animali, neque in alio, ſicut in rebus inanimatis dicebatur. Sed hoc eſt falsū. q̄ motus animalis non fiat ab aliquo exteriori videmus enim ſemper in animalib⁹ aliquid naturaliter motū, quod ſcilicet, non mouetur per uoluntatem. Et huius, quod mouetur naturaliter, cauſa non eſt ipſum animal per ſuum appetitum, ſed forſitan cauſa huius naturalis mutatiōis {eſt continēs} i. aer, & ulterius corpus cęleſte. Sicut manifeſte apparet cū alteratur corpus animalis per calorem aeris, & frigus aeris. Et dicit {forſitam} quia in animali, etiam al q̄ naturaliter mouetur ab interiori principio, ſicut patet in mutationibus, quæ ſiunt in anima vegetabili, ut apparet in digeſtione cibi, & in ſequentibus tranſmutationibus, quæ dicuntur naturales, q̄ non ſequuntur ap

prehenſionem & appetitum. Et hoc uidetur eſſe contra id, quod eſt proprium animalis, ſcilicet, quòd moueat ſeipſum. & ideo ſubiungit, quòd cum dicimus animal mouere ſeipſum, non intelligimus hoc de quolibet motu, ſed de motu locali, ſecundum quem, animal mouet ſeipſum per apprehenſionem, & appetitum. Sic igitur nihil prohibet, immo neceſſarium eſt, d quod in corpore animalis fiant multæ tranſmutationes a continenti, ſcilicet aere & corpore cęleſti, quarū quędam mouent intellectū aut

aut appetitum, ex quo vlterius iam totum animal mouetur. Eſt autem conſiderandum, quòd hic declarat modum quo corpora cœleſtia in nos agunt, nō enim agunt directe in animas noſtras, ſed in corpora. Motis autem corporibus, per accidens fit motus in uiribus animæ, quæ ſunt actus corporalium organorum. non autem ex neceſſitate in intellectu, & in intellectiuo appetitu, qui non vtuntur organis corporeis. Aliquādo tamen intellectus & uoluntas ſequunt aliquas prædictarum mutationum. Sicut cum aliquis per rationem eligit, vel ſequi, vel repellere, uel aliqd agere propter paſſionem, uel in corpore, vel in parte ſenſitiua exortam. Et ideo non dicit, quòd omnes motus, qui fiunt a continente mouente intellectum aut appetitum {ſed quidam} vt omnino neceſſitatem ab intellectiua parte excludat. Ponit autē exēplum eorum, qui dixerant in dormientibus, in quibus maxime quies eſſe videtur quantum ad animales motus: cum tamen in eis nullⁱ motus ſit ſenſibilis, ſcilicet, a ſenſibili apprehenſione procedēs. iterum ſurgunt animalia euigilata, propter aliquem motū interius exiſtentem, uel ex operæ animæ nutritiuæ. ſicut cum digeſto cibo, deficiūt euaporationes, quæ ſomnum cauſabant, & animal excitatur: ſiue cum alteratur corpus a continente per calorem, aut per frigus. Et ſic diligenter conſideranti apparet, quòd nunq̄ in nobis aliquis motus apparet de nouo, niſi præcedente aliquo alio motu. Et hoc promittit ſe in ſequentibus magis manifeſtaturum.

Tex.co. 21.

LECTIO V.

RIncipium autem conſiderationis eſt, quod quidem & dictæ dubitationis, quare quædā eorum, C quæ ſunt, aliquando quidē mouentur, aliquando autem quieſcunt iterum. Neceſſe autē aut omnia quieſcere ſemper, aut omnia ſemper moueri: aut alia quidem moueri, alia autē quieſcere. Et iterum horum aut quę mouentur moueri ſemper, quę uero quieſcunt quieſcere ſemper, aut omnia apta nata ſunt ſimiliter moueri & quieſcere, aut reliquum amplius, & ter- D tium eſt. cōtingit enim alia quidem ſemper immobilia eſſe eorum, quæ ſunt. alia vero ſemper moueri, alia autem cum utriſq; accipere. quod quidē nobis dicendum eſt. Hoc enim habet ſolutiones omnium dubitatorū, & finis nobis eſt huius negocii.

LECTIO V.

Lec. 1. 2. principio in 6.

OStquàm Philoſophus in Septimo oſtenderat quòd in mouentibus & in mobilibus non eſt procedere in infinitum, ſed eſt deuenire ad aliquod primum: & etiam iam oſtendit quòd motus ſemper fuit, & ſemper erit, ulterius procedit ad inquirendum cōditionem primi motus, & primi motoris. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, quòd motus primus eſt ſempiternus, & q̄ primum mouēs eſt omnino immobile. Secundo ex hoc procedit ad oſtēdendum, qualis ſit primus motus, & qualis ſit primus motor. ibi {At uero aliud facientibus principium, &c.} Prima autem pars diuiditur in tres partes. In prima ponit ſub quæſtione quandam diuiſionem quinquembrem. In ſecunda excludit tres partes propoſitæ diuiſionis ibi. {Omnia igitur quieſcere &c.} Tertio inquirit de duobus reliquis membris, qđ eorum ſit uerius, quia ex hoc dependet veritas, quam inquirere intēdit. ibi {Omnia autem uelle aliquando quidem &c.} Dicit ergo primo, q̄ principium ſequentis conſiderationis, quam inquirere intendimus de primo motu, & primo motore eſt, quod pertinet ad dubitationem prædictam, quam ſcilicet, mouit ſoluendo ſecundam rationem. Vnde concludit, quòd quædam aliquando mouentur, & aliquando quieſcunt iterum, & non ſemper, vel mouentur, uel quieſcunt, ex quo ponitur motus ſempiternus in communi, & dicit, quòd neceſſe eſt diſpoſitionē rerum, quantum ad motum vel quietem, tripliciter ſe habere. Quorum vnus modus eſt, ut omnia ſemper quieſcāt, & nihil aliquando moueatur. Secūdus modus eſt, ut omnia ſēper moueantur, & nihil quieſcat. Tertius modus eſt, quòd quædam moueātur, & quædam quieſcāt. Sed iſte tertius modus iterum diuiditur in tres modos: quorum primus eſt, quòd quædam moueātur, & quædam quieſcunt, ita tamen, q̄ ea quæ mouentur, ſemper moueantur, & ea, quæ quieſcunt, ſemper quieſcant, & nihil ſit, quod quandoque moueatur, & quādoque quieſcat. ſecundus modus eſt, e contrario, quòd omnia ſūt nata & moueri, & quieſcere, & nihil eſt quod ſemper moueatur, vel ſēper quieſcat. tertius modus huius ſecundæ diuiſionis eſt, q̄ alia ſemper ſint immobilia, & nunquā moueantur, alia ſem per mobilia, & nunquam quieſcant: alia vero poſſunt accipi cum utroque, ſcilicet cū motu, & quiete, ita quòd quandoque moueātur, quādoque quieſcant. & iſtud ultimum membrum eſt nobis determinandum pro ueritate, quia in hoc habentur ſolutiones omnium obiectorum. Et quando hoc oſtenderimus, habebimus finem quem intendimus in iſto opere, ſcilicet peruenire ad primum motum ſempiternum, & ad primum mouens immobile. Sic ergo tertium membrum primæ diuiſionis diuiditur in tria membra, & fiunt in uniuerſo quinque membra huius diuiſionis. Eſt autem conſiderandum quòd in tribus horum membrorum, omnia entia ponuntur unius diſpoſitionis, ſicut patet in primo membro, quo dicitur omnia quieſcere, & in ſecundo, quo dicitur omnia ſemper moueri, & in quarto, quo dicitur omnia quandoque quieſcere, & quandoque moueri. In uno autem membro, ſcilicet in tertio diuiduntur entia in duas diſpoſitiones, ſcilicet, quòd quædam ſemper moueantur, & quædam ſemper quieſcāt. In uno etiam membro, ſcilicet in quinto, diuiduntur entia in tres diſpoſitiones, ſcilicet, quòd quędam ſemper moueantur, quædam nunquam moueantur, quædam quandoque moueantur, & quandoque non moueantur. Et conſiderandum eſt, quòd in hoc ultimo membro non facit mentionem de quiete, ſed de immobilitate: quia primus motor, qui nunquam mouetur, non poteſt dici proprie quieſcere: quia ut in Quinto dictum eſt, illud proprie quieſcit, quod natum eſt moueri, & non mouetur. Secundo ibi.

Tex. 14.

Tex. 22.

Ibid. 25.

D. 2. 6.

Tex. 20.

At animal ipſum, ſeipſum mouere dicimus, non omni motu, ſed eo, qui ad locum accommodatur. Nihil igitur prohibet, quin potius fortaſſe neceſſarium eſt, complures a continenti in corpore fieri motiones, & harum non nullis mentem, uel appetitum moueri. Hæc uero totum iam animal ipſum mouere. quale accidit circa ſomnos. nam tametſi nullus tunc ſenſitiuus in animalibus ineſt motus, ineſt tamen aliquis motus, & animalia rurſus expergiſcuntur, at enim hæc per ea, quæ ſequuntur, patebunt.

LECTIO V.

RIncipium autem conſiderationis id erit, quod fuit & dubitationis, cur nam aliqua eorum, quæ ſunt, interdum mouentur, interdum quieſcunt. Neceſſe eſt itaque aut uniuerſa ſemper quieſcere, aut uniuerſa ſemper moueri, ut Heraclitus, aut quædam moueri, quædam quieſcere. Et horum rurſus, aut ea, quæ mouentur ſemper moueri, & ea, quæ quieſcunt, ſemper quieſcere, aut uniuerſa eſſe apta ſimul, ut moueantur atque quieſcant, aut id eſſe quod reſtat atque tertium eſt: eorum (inquam) quæ ſunt, alia ſemper immobilia eſſe, alia ſemper moueri, alia utrunque, moueri inquam) atque quieſcere poſſe, quod quidem a nobis dicendum eſt. Hoc enim eorum omnium, quæ dubitantur ſolutionem habet, & huiuſce noſtræ tractationis eſt finis.

b ¶ Excludit

Universidad de Pamplona Biblioteca

Infra.

Tex.24. Tex.co.22.

b ¶ Excludit tria membra prædictæ diuisionis. & primo ponit, quòd non omnia quiescunt semper, secundo quòd non omnia mouentur semper ibi ⁊ Ferè autem adhuc &c. ⁊ Tertio excludit tertium membrum quo dicebatur, quòd quæ mouentur, mouentur semper, & quæ quiescunt, quiescunt semper. ibi ⁊ Ac vero neque alia quidem. ⁊ Circa primū tria ponit. Quorum primum est, q̄ ex quadam intellectus infirmitate procedit, quòd aliqui dicunt omnia quiescere, & quòd inquirāt ad hoc aliquam sophisticam rationem dimisso sensu. procedit enim ex hoc, q̄ intellectus non est sufficiens ad dissoluē dū sophisticas rationes, quæ repugnant iis, quæ sunt manifesta secundū sensum.

Cap.9. Dictum ē autem in Primo Topicorum, q̄ non est curandum disputare cōtra quascunque positiones, vel problemata, de quibus aliqs dubitat indigēs sēsu, uel pena. vnde cōtra istam positionem non oportet dubitare, propter stultitiam dicentis. Secundum quod dicit est, quòd ista dubitatio non est de aliquo particulari ente, sed vniuersaliter de toto ente. neque etiā pertinet solū ad Naturalem philosophū, sed quoddammodo pertinet ad oēs scientias demonstratiuas, & ⁊ ad omnes opiniones ⁊, ideſt ad omnes artes, quæ utuntur quibusdam opinionibus, sicut Rhetorica, & Dialectica. quia omnes artes, & scientiæ vtuntur motu. Practice quidem, quasi dirigentes aliquos motus. Naturalis autem philosophia, speculando naturā motus & mobilium. Mathematici etiam vtūtur motu imaginato, dicentes, quòd punctus motus facit lineam. Metaphysicus autem considerat de primis principiis. Sic igitur patet, quòd destruere motum repugnat omnibus scientiis. Error autem qui pertinet ad omnia entia, & ad omnes scientias, non est reprobandus a Naturali, sed a Metaphysico. non ergo pertinet ad Naturalem contra istum errorem disputare. Tertium quod dicit est, quòd irrationabiles & importunæ dubitationes de principiis in doctrinis mathemathicis, non pertinent ad Mathematicum, ut eas remoueat. & similiter est in aliis scientiis. Et similiter nec ad Physicum pertinet destruere huiusmodi positionem, quæ repugnat suis principiis. In qualibet enim scientia, supponitur pro principio definitio subiecti. Vnde & in scientia, quæ est de Natura, supponitur quasi principium, quòd natura sit principium motus. Sic ergo per tria media apparet, quòd ad Naturalem non pertinet contra hanc positionem disputare.

Secundo ibi.

c ¶ Excludit secundum membrum, quo ponebatur ab Heraclito, omnia semper moueri, Et primo comparat hanc opinionem præcedenti opinioni, quæ ponebat omnia semper quiescere: & dicit, quòd dicere omnia moueri semper, vt Heraclitus dixit, est quidem falsum, & contra principia scientiæ Naturalis, sed tamen minus repugnat arti hæc positio, quām prima. Et quòd quidem repugnet arti manifestum est, quia tollit suppositionem scientiæ Naturalis, in qua ponitur, quòd natura non solum est principium motus, sed etiam quietis. & sic patet, quòd similiter naturale est quies, sicut & motus. Vnde sicut prima opinio, quæ destruebat motum, erat contra scientiā Naturalem, ita & hæc positio, quæ destruit quietem. Ideo autem dixit hanc opinionem esse minꝰ prætер artem, quia quies nihil est aliud quām priuatio motus: quòd autem nō sit priuatio motus, magꝭ potest latere, quām quòd non sit motus. Sunt enim quidam motus parui & debiles, qui vix possunt sentiri: & sic potest videri quòd aliquid quiescat, cū non quiescat sed motus magni & fortes latere non possunt. vnde non dicit potest q̄ decipiatur sensus in perceptione motus, sicut in perceptione quietis. Et ideo Secundo ibi.

d ¶ Ostendit quomodo hanc secundā positionē aliqui posuerunt: & dicit, q̄ quidam, scilicet Heraclitus & eius sequaces, dixerunt quod omnia, quæ sunt, sēper mouentur, non solum quædam, aut aliquando. sed motus latet sensum nostrum. Qui si loquerentur de aliquibus motibus, eorum dictū sustineri posset. sunt enim aliqui motus qui nos latent. sed quia non determinant de quali motu loquantur, sed dicunt de omnibus motibus, ideo non est difficile contra illos obiicere: quia multi motus sunt, de quibus manifestum est, quòd non possunt semper esse. Tertio ibi.

e ¶ Ponit rationes contra opinionem prædictam. Et primo, quantum ad motum augmenti, Secundo, quantum ad alterationis motum ibi ⁊ Similiter autem & in alteratione. ⁊ Tertio, quantum ad motū localem ibi ⁊ Et secundum quod ferè &c. ⁊ Ideo autem ab augmento incipit, quia Heraclitus maxime inducebatur ad suam positionem, ex consideratione augmenti. videbat enim aliquem augeri secūdum aliquam modicam quantitatem in uno anno, & supponens augmentum esse continuū, credebat quòd in qualibet parte illius temporis, secundum aliquid illius quantitatis augeretur, & tamen non sentitur istud augmentum, quia fit in modica temporis parte. & sic arbitrabatur esse in aliis, quæ uidentur quiescere. Dicit ergo contra hoc Arist. quòd non est possibile continue aliquid augeri vel minui: ita scilicet, quòd quantitas aucta dividatur secundum

tempus, ita quòd in qualibet parte aliquid eius augeatur, sed A interponitur medium tempus post augmentum vnius partis, in quo nihil augetur, sed sic dispositio ad augmentum sequentis partis. Et hoc manifestat per similia. quorum primum est, quia videmus quòd gutta pluuiæ multiplicata, conterit lapidem. Secundum exemplum est, quia videmus q̄ nascentia, ideſt plantæ in lapidibus nascentes, lapides diuidunt. sed non possumus dicere, q̄ si gutta multiplicata tantum fodit, vel remouet de lapide in tanto tempore, q̄ medietas guttarum prius in medio tempore remouerit medietatē illius quātitatis: sed ita contingit hic, sicut in trahentibus nauem. non enim, si centum homines trahunt nauem per tantum spatium in tanto tempore, sequitur quòd medii pars illorum mouear per medietatē spatii in eodem tempore, vel per idem spatium in duplo tempore, vt in Septimo dictum est. Ita etiam non sequitur, si multæ guttæ effodiunt lapidem, q̄ aliqua pars illarum guttarum prius remouerit medietatē in aliquo tempore. & huius ratio est, quia illud, quod remouetur a lapide per multas guttas, est quoddam diuisibile in plura: sed tamen non secundum aliquid illorū plurium a lapide remouetur, sed simul omnes partes prout sunt in potentia in toto remoto. Et loquitur hic de primo quod remouetur. nihil enim prohibet p longinquum tempꝰ aliquam tam magnā quantitatem remoueri a lapide per guttas, quòd aliqua pars remota est prius per partem guttarum. est tamen deuenire ad aliquod quantum remotum, quod totum simul remouetur. & non pars post partem. In remotione ergo illius totius, nulla guttarū præcedentium aliquid remouebat: sed disponebat tantum ad remotionem. vltima autem agit in virtute omnium remouendo id ad cuius remotionem cæteræ disponebant. Et similiter etiam est in motu diminutionis. Nō est enim necessarium, quòd si aliquod decrescit tantum in tanto tempore, licet illa quantitas in infinitum diuidatur, quòd semper in qualibet parte temporis aliquid illius quantitatis subtractum habeat, sed totum simul aliquando abibit. & similiter etiam est in augmento. Et sic non oportet, quod continue aliquid augeatur, uel minuatur. Deinde cum dicit.

f ¶ Contradicit prædictæ positioni quantum ad alterationem, & hoc tribus rationibus. Primo enim dicit, quòd similiter dicendum est in qualibet alteratione, sicut dictum est in augmento. Quamuis n. corpus, quod alteratur, sit partibile in infinitum, non tamen oportet, q̄ propter hoc alteratio in infinitum diuidatur, ita q̄ in qualibet parte temporis, aliquid alterationis fiat. sed multoties fit uelox alteratio, ita scilicet, quòd multæ partes corporis alterati simul alterantur. sicut accidit in densatione, siue congelatione aquæ: tota enim aliqua aqua simul congelatur, non pars post partem. si tamen accipiatur multum de aqua, nihil prohibet partem post partem congelari. Est autem considerandum quod hoc, quod hic dicitur de alteratione & augmento, videtur cōtrariari iis, quæ dicta sunt in Sexto, vbi ostēsum est, quòd motus diuiditur secundum diuisionem temporis, & mobilis, & res, secundum quā est motus. Sed scien dum est, quòd Arist. in Sexto determinabat de motu in communi, non applicando ad aliqua mobilia. & ideo ea, quę ibi de motu tractauit, accipienda sunt secundum exigentiam continuitatis motus: hic autē loquitur de motu applicando ad determinata mobilia, in quibus contingit aliquem motum interrumpi, & non continuari, qui secūdum rationem communē motus, posset esse continuus. Secundum rationem ponit ibi.

g ¶ Et dicit, quòd si aliquis qui infirmatur debeat sanari, necesse est quòd sanetur in aliquo tempore, & non in termino temporis. Et necesse est vlterius, quòd ipsa mutatio sanationis, tendat in determinatum terminum, scilicet in sanitatem, & in nihil aliud. Si ergo omnis alteratio requiriet determinatum tempus, & determinatum terminū, quia omnis alteratio est in cōtrariū, vt in Quinto dictum est: nulla autem talis mutatio est semper continua: dicere ergo quòd aliquid semper, & continue alteretur, est dubitare de manifestis. Tertiam rationē ponit ibi.

Tex.36.

Tex.co.24.

Lec.6. a principio in fi.

Lec.4. e. com.19.

h ¶ Dicit quòd lapis non fit neque durior, neque mollior, etiā per temporis longinquitatem. Et sic stultum est dicere, quòd omnia semper alterentur. Deinde cum dicit.

i ¶ Contradicit prædictæ opinioni quantum ad motum locale, dupliciter. Primo quidē, quia aliqui motus locales & quietes ita sunt manifesti, quòd latere non possunt. Mirabile enim videtur, si lateat quando lapis fertur deorsum aut quando quiescit in terra. Et sic non potest dici, quòd propter latentiam motus localis, ponantur omnia semper moueri localiter.

Secundo ibi.

k ¶ Ratiocinatur sic. Terra & quodlibet aliud corpus naturale, quando sunt in proprijs locis, ex necessitate naturæ quiescunt, & non mouentur ex proprijs locis, nisi per violentiam: sed manifestum est, quædam corporum naturalium esse in proprijs locis: necesse est ergo dicere, quòd quædam quiescant secundum locum, & quòd non omnia localiter mouentur. Vltimo autē epilogando concludit, quòd ex præmissis & alijs similibus, potest quis scire, q̄ quòd impossibile est, aut semper omnia moueri, sicut dixit Heraclitus, aut semper omnia quiescere, sicut dixit Zeno, & Parmenides, & Melissus.

LECTIO VI.

Reprobatis duobus membris præmissæ diuisionis, hic reprobat tertium, quo scilicet poni posset, entia diuidi in duas dispositiones tantum, ita ꝙ quædam semper quiescerent, alia semper mouerentur, & non sit tertium genus entium, quæ quandoque mouentur, quandoque quiescunt. Hoc autem reprobat dupliciter. Primo quidem, sicut & prædictas duas positiones, ex eo ꝙ repugnat sensui. Nõ solum.n. videmus ad sensum, quòd quædam mouẽtur, per quod destruitur prima positio ponẽtium omnia quiescere semp, & quòd quædam quiescunt, per quod destruitur secunda positio ponentium omnia moueri semper, sed etiã videmus, quòd in eisdem rebus fiunt prædictæ mutatiões seu variationes de motu in quietẽ, & de quiete in motum: per qđ apparet, quòd aliqua sunt, quæ quandoq; mouentur, & quandoque quiescunt. Secundo ibi.

b ¶ Reprobat idem per hoc, ꝙ qui hanc dubitationem induceret, repugnaret iis, quæ sunt manifesta in natura. Primo.n. tolleret motus augméti. videmus enim motum augméti esse in his, quę non sẽper augebantur. alio quin, si semper augerentur, non esset augmentum ad determinatam quantitatem, sed in infinitum. Secundo tollitur motus localis violẽtus. Non enim est motus violentus, nisi sit aliquid, quod extra naturam mouetur, qđ prius quieuerit secũdum naturam, cum motus violentus nõ sit nisi recessus a quiete naturali. Si ergo nullum quiescens potest moueri, sequetur quòd id, quod quiescit naturaliter, non possit postmodum per violentiam moueri. Tertio excluditur generatio & corruptio per hanc positionem: Generatio enim est mutatio de non esse, in esse: corruptio uero de esse in non esse. Ad hoc ergo quòd aliquid corrumpatur, oportet quòd prius fuerit ens per aliquod tempus, & ad hoc ꝙ generetur, oportet quòd prius fuerit non ens per tempus aliquod. Quod autem per tempus aliquod ens est vel nõ ens, quiescit: (vt large de quiete loquamur.) Si igitur nullum quiescẽs potest moueri, sequitur quòd nihil quod non est per aliquod tẽpus, possit generari, & nihil quod est in aliquo tempore, possit corrumpi. Quarto aũt ulterius, hæc positio destruit vniuersaliter omnem motum, quia in omni motu est quædam generatio, & corruptio, vel simpliciter, vel secundum quid. Quod.n. in aliquid mouetur sicut in terminum {generatur hoc.} quantum ad motum alterationis & augmenti: {Aut in hoc}, quantum ad motum localem, sicut quod mouetur de nigro in albũ, aut de paruo in magnum, fit album, aut magnum. quod autem mouetur ad aliquem locum, fit existens in loco illo. Sed ex quo aliquid mutatur, sicut a termino a quo {corrumpitur hoc}. In motu alterationis & augmenti, ut nigrum aut paruum. {Aut ab hinc.} quantum ad motum localem. Quia ergo in omni motu est generatio & corruptio (dum prædicta positio tollit generationem & corruptionem) per consequens tollit omnem motum. Quia ergo hæc, quæ dicta sunt, sunt impossibilia, manifestum fit, ꝙ quædam mouentur, non quidem semper, sed aliquando: & quædam quiescunt, non semper, sed aliquando. Deinde cũ dicit.

c ¶ Inquirit de aliis duobus mẽbris præmissæ diuisionis. Et primo manifestat ſu am intentionem. Secundo exequitur ipsam. ibi {Mouentiũ igitur & eorum, quæ mouentur &c.} Circa primum tria facit. Primo ostendit ad quã positionem pertineat quartũ membrum. Secundo ea quæ dicta sunt i isto capitulo recolit ibi. {Principium aũt iterum faciẽdum, &c.} Tertio ostendit quid restat dicendum ibi. {Reliquum autẽ considerandũ, &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ponere, ꝙ omnia quãdoq; quiescunt, & quandoque mouentur, hoc iam pertinet ad antiquas rationes, quas tetigimus, disputantes de motus sempiternitate. Hoc enim posuisse uidetur præcipue Empe. quòd omnia quandoque mouentur sub dominio amicitiæ & litis, & quandoque quiescãt intermediis temporibus. Secundo ibi.

d ¶ Resumit ea, quæ dicta sunt in isto capitulo. Et primo resumit ea, quæ dicta sunt in diuisione suprapositа. secundo reprobationem primæ partis, qua ponitur omnia quiescere semper ibi {Quod quidem igitur non possibile &c. Tertio reprobationem aliorum duorum membrorum ibi. {Similiter autem impossibile, &c.} Dicit ergo primo, quòd ad manifestandum magis intentionem sequentium, debemus incipere ab iis, quę nuper determinauimus, sumentes idem principium, quod prius, scilicet quòd entia oportet primo, quòd se habeant in aliquã harum trium dispositionum, scilicet, quòd vel omnia quiescãt, vel omnia moueantur, vel quòd quædam quiescant, & quædam moueantur. Et hoc tertiũ iterũ in tria diuiditur: quia, si eorum, quæ sunt, quædã quiescunt, & quædam mouentur, necesse est, ꝙ vel omnia sic se habeant, ꝙ quandoque quiescant, & quandoq; moueantur, vel ꝙ quædam sp quiescant, quædam aũt semper mouentur. vel quòd cum iis duobus apponatur tertium membrum, scilicet quòd alia sint, quæ quiescant aliquando. & non semper, aliis quandoq; motis & non semper. Deinde cum dicit

e ¶ Reprobat.

LECTIO VI.

Et uero neque fieri potest, ut alia semper moueãtur, ali a semper quiescant: & nihil interdum moueatur, interdum quiescat. Atque dicendum est, ut antea dicta esse non possunt, sic & hæc esse non posse, uidemus enim dictas mutationes fieri in eisdem.

Et insuper is qui contendit, rebus profecto manifestissimis aduersatur. Neque enim accretio, neque violentus motus erit profecto, si non præter naturam mouebitur prius quiescens. Præterea generationem hæc sententia, corruptionemue tollit. Pene autem, & ipsum moueri, fieri quoddam uniuersit, & corrumpi uidetur. at quod enim quippiam mutatur, id fit, aut in hoc. Ex quo uero mutatur in id corrumpitur, aut hinc. Quare perspicuum est rerum esse nonnullas, quæ mouentur interdũ, atq; quiescũt.

Omnia autem interdum moueri, interdum quiescere censere, iam ad olim dictas rationes est adiungendum.

Principium autem idem rursus, quod prius fecimus, post hæc est sumẽdum, quæ modo determinauimus. Aut enim uniuersa quiescunt, aut uniuersa mouentur, aut quædam quiescunt, quædam mouentur. Et, si quæ dam eorum, quæ sunt, quiescunt, quædam mouentur, aut cuncta nunc quiescant, nunc moueantur, aut alia semper quiescant, alia semper moueantur, alia interdum moueantur, interdum quiescant necesse est.

Tex.cõ.26.

Tex.27.

Tex.28.

Infra. Tertia.

e ¶ Reprobat primum membrum: & dicit, quòd supra dictũ est, ꝙ non sit possibile omnia quiescere semper, sed & nunc etiam aliquid est addendum. Et duo dicit contra hanc positionẽ. Primo quidem, ꝙ necesse est ponere aliquem motum saltem in anima. Quia, si aliquis velit dicere, quòd secundum veritatem sic se habet, ꝙ nihil mouetur, sicut dixerunt sequentes Melissum, qui posuit ꝙ ens est infinitum, & immobile. sed tamẽ non uidetur ita secũdum sensum, sed multa entiũ mouentur, vt sensus iudicat. Si ergo aliquis dicat, ꝙ ista opinio est falsa, qua opinamur quædam moueri, adhuc sequitur quòd motus sit. Quia, si opinio falsa est, motus est. & vniuersaliter, si opinio est, motus est. & similiter si phantasia est, motus est. Et hoc ideo, quia phantasia est quidam motus sẽsitiuæ partis factus a sensu secundũ actũ. Opinio etiam quidã motus est rationis ex aliquibus ratiocinationibus procedens. Sed adhuc manifestius sequitur, quòd motus sit in opinione, vel phantasia si aliquando uideatur nobis sic esse, aliquando aliter. quod contingit, cum quandoque uidentur nobis aliqua qescere, quãdoque uero nõ quiescere. sic ergo omnino sequitur, ꝙ motus sit. Secundo contra hanc opinionem dicit, quòd apponere intentionem ad destruendum hanc opinionem, & quærere rationem ad probandum illas res, quas debemus habere in maiori dignitate, q̃ quòd ratione indigeant, quia scilicet, habentur vt per se manifesta, hoc (inquã) facere nihil est aliud quàm male iudicando discernere inter melius & peius i moralibus, & inter credibile & incredibile in logicis, & inter principium, & non principium in demonstratiuis. Qui enim quærit rationem ad probãdum ea, quæ per se sunt manifesta, & sic habentur vt principia, non cognoscit ea esse principia, dum ea per alia principia probare intendit. Similiter videtur, quòd non sciat cognoscere quid sit credibile, & incredibile: quia id quod est per se credibile, per aliud probare intendit, ac si nõ esset per se credibile. Nec etiam inter melius & peius posse discernere videtur, qui magis manifesta per minus manifesta probat. est autem per se manifestum, aliqua moueri. Non ergo ad hoc debet esse nostra intentio, vt hæc probare rationibus nitamur. Tertio ibi.

f ¶ Excludit alia duo membra præmissæ diuisionis, & dicit, quòd sicut impossibile est omnia quiescere semper, ita etiam impossibile est omnia moueri semper, aut etiam quòd alia semper moueantur, & alia semper quiescant, ita ꝙ nihil sit quod quandoque moueatur, & quandoque quiescat. Contra omnia hæc sufficit fidem facere per unum medium. quia scilicet, videmus quòd quædam quandoque mouentur, & quandoq; iterum quiescunt. vnde manifestum est, quòd impossibile est dicere, ꝙ omnia continue quiescant, quod erat primum membrum: & ꝙ omnia continue moueantur, qđ erat secundum membrũ: vel quòd quædã semper moueantur, & quædã semper quiescant, & nihil sit medium. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit, quid restat dicendum: & concludit ex præmissis, quòd, cũ tria membra præmissæ diuisionis stare nõ possint, relinquitur considerandum, quod membrum aliorum duorum sit uerius, vtrum scilicet, quòd omnia sint possibilia moueri & quiescere, aut quædam sint possibilia moueri & quiescere, ita tamẽ quod aliqua sint, quæ semper quiescant, & aliqua quæ semper moueantur. Hoc enim vltimum est, quod demonstrare intendimus. Sic enim ostendetur primum motum esse sempiternum, & primum motorem esse immobilem.

e Quòd quidem igitur nõ possibile sit omnia quiescere, dictum est prius: dicamus autẽ & nunc, si enim sm̃ veritatẽ sic se habet, (sicut quidam dicũt) esse id quod est infinitum & immobile, sed nõ videtur aliquid sm̃ sensum, sed mouentur multa eorũ quæ sunt. Si igitur opinio est falsa, aut omnino opinio, & motus est: & vtique si phantasia sit, & si aliqñ quidẽ sic videatur esse, aliqñ autem aliter. Phantasia quidem & opinio, motus quidam esse videntur. Sed de hoc quidem intẽdere & quærere rationem, quorũ dignius habemus, quam ratione indigere, male iudicare est id quod melius & peius, & credibile, & non credibile, & principium & non principium.

f Similiter aũt & impossibile est. & oĩa moueri, aut alia qdẽ sp moueri, alia vero sp quiescere. Ad oĩa.n. hæc sufficiẽs ẽ vna fides. videmus .n. quędã aliqñ qdẽ moueri, aliqñ quidẽ quiescere. Quare manifestum est, ꝙ impossibile sit similiter oĩa qescere, & oĩa moueri cõtinue, eo ꝙ alia quidẽ semper mouent̃, alia uero quiescunt semper.

g Reliquum ergo considerandum est, utrum oĩa sint huiusmodi possibilia moueri, & qescere; aut quædã quidẽ sic, aliqua vero sp qescãt, aliqua vero semper moueant̃. hoc enim de monstrandum est a nobis.

LECTIO VII.

Impossibile igitur esse cuncta quiescere, dictum quidem & prius est: dicamus autem & nunc idipsum, atque probemus. Nam & si uere res ita se habet, ut quidam inquiunt, id quod est infinitum esse, atque immobile, non tantum sensu sic esse uidetur: sed eorum, quæ sunt complura mouentur. Si igitur sit opinio falsa, uel omnino opinio, & motus etiam est. & si imaginatio etiam sit: & si interdum sit de quibusdam, interdum aliter uideatur. Imaginatio enim & opinio motus quidam esse uidentur. Sed de iis quidem considerare, & eorum quærere rationem, quæ melius habemus, quàm si ratione indigeremus, hominis est profecto male, id quod est melius, & id quod est deterius, id quod est credibile, & id quod non est credibile, principium denique, & non principium discernentis.

Similiter autem est impossibile & omnia moueri, aut alia moueri semper, alia quiescere semper. Ad hæc enim omnia una est sufficiens fides. uidemus enim quædam interdum moueri, interdum quiescere. Quare patet, impossibile esse similiter cuncta quiescere, & omnia continue moueri, ac alia moueri semper, alia quiescere semper.

Restat igitur contemplandum esse, utrum uniuersa talia sint, ut moueantur atque quiescant: an alia quidem talia sint, alia uero semper quiescant, & alia continue moueantur. hoc enim iam a nobis est demonstrandum.

LECTIO VII.

Eorum igitur, quæ mouent & quæ mouentur, alia per accidens, alia per se mouent atque mouentur. Per accidens quidem ea, quæ sunt in hisce, quæ mouent primum mobile semper moueri ibi. {At vero si aliquod est.} Prima pars diuiditur in duas: In prima ostendit primum mouens esse immobile ex ordine mouentium & mobilium, In secunda ex sempiternitate motus. ibi. {Et iterum considerans &c.} Prima pars diuiditur in partes duas. In prima ostendit primum mouens esse immobile, In secunda ostendit ipsum esse perpetuum ibi {Quoniam autem oportet.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quoddam, quod est necessarium ad probationem sequentium, scilicet, quòd omne quod mouetur, ab alio moueatur, secundo ostendit propositum ibi {Hoc autem dupliciter.} Ostenderat siquidem supra in principio Septimi, omne quod mouetur, ab alio moueri, ratione communi accepta ex parte ipsius motus: sed, quia incœpit

Tex.55.

Tex.50.

Tex.45.

Sect.35.

Lect. 1. Tex.cō.2. ineptè explicare motum ad res mobiles, illud quod supra vniuersaliter ostensum, hic ostendit vniuersaliter verificari in omnibus mobilibus & mouentibus. Vnde prima pars diuiditur in partes duas. In primo ponit diuisionem mouentium, & mobilium. In secunda manifestat propositum in singulis: ibi

Tex. 28. ¶ Et maxime moueri. Circa primū duo facit. Primo diuidit mouentia, & mobilia, secundo manifestat positam diuisionem: ibi ¶ Quòd enī per se ipsa. ¶ Primo ergo ponit tres diuisiones mouentiū & mobilium: quarum prima est, quòd mouentium, & mobilium, quædam mouent, seu mouentur per accidens, quædā autem per se. Et accipit hic per accidēs large, secundū quòd comprehēdit sub se etiam, quod est secū dum partem. vnde exponens quod dixerat. ¶ Per accidēs ¶ subdit, quòd per accidens moueri aut mouere dicitur dupliciter. Primo quidem dicuntur mouere p accidens, quæcunque mouere dicuntur ex eo quòd insunt aliquibus mouentibus, sicut cū dicitur, Musicum canare, quia is, cui inest musicum, canat. & similiter dicū tur moueri per accidens, ex eo q̄ insunt iis, quæ mouentur, vel sicut locatum in loco, prout dicimus hominem moueri, quia nauis mouetur, in qua est, vel sicut accidens in subiecto, prout dicimus albū moueri, quia corpus mouetur. Alio modo, dicuntur aliqua mouere vel moueri per accidens, quia mouent aut mouentur secundum partē, sicut homo dicit̄ per cutere aut percuti, quia manus percutitur aut percutit. Per se aūt dicuntur moueri aut mouere per remotionem duorū prædictorum: quia scilicet, nec dicuntur mouere, aut moueri ex eo quòd sint in aliis, quæ mouent aut moueantur, neque ex eo quòd aliqua pars ipsorum moueat aut moueatur. Omissis igitur his quæ mouent, & mouentur per accidens, subdiuidit ea, quæ mouentur per se. Primo quidem, quia eorum, quæ mouentur per se, alia mouentur a seipsis, sicut animalia: alia vero ab aliis, sicut inanimata. Tertiam diuisionem ponit, quia alia mouentur secundum naturam, alia extra naturam. Secundo ibi.

Tex.co.28. b ¶ Manifestat qualiter inueniatur secundum naturam, & extra naturam in his, quæ mouentur a seipsis, & quę mouentur ab alio. Et primo dicit de iis, quæ mouentur a seipsis, sicut sunt animalia, quæ moueat seipsa. quòd mouentur secundum naturam: quod probat per hoc, quòd mouentur a principio intrinseco. Illa autem dicimus a natura moueri, quorum principium motus in ipsis est. vnde manifestum est, quòd motus animalis, quo mouet seipsum, si comparetur ad totum animal, est

accidens quidem, ut quæcunq; in eo q̄ sunt in mouētibus, aut in iis, quæ mouentur, & quæ sunt sīm partē. Alia aūt p seipsa quęcunq; non in eo q̄ sint in mouēte aut in his, quę mouentur, neq; in eo q̄ pars aliqua ipsoū mouet, aut mouetur. Eorum autē, quæ mouentur per se, alia quidem a seipso, alia vero ab alio, & alia quidem natura, alia uero uiolentia, & extra naturam.

b Quòd.n. ipsum a seipso mouetur, natura mouetur, ut quod libet aīalium: mouetur.n. aīal a seipso. Quorumcunq; aūt principiū motus in seipsis est, hoc natura dicim' moueri: ūde aīal quiddam totū nā ipsum seipsū mouet: corpus aūt sīm q̄ est corpus, cōtingit & nā. & extra naturā moueri. Differt.n. sīm qualem motū quod mouetur eueniat. & ex quali elemento constet. Et eorū, quæ mouentur ab alio, alia quidē mouentur nā, alia vero extra nām. extra nām quidem, vt terra sursū, & ignis deorsum. Amplius aūt partes animalium multoties mouentur extra naturā iuxta positionem, & modos motus.

c Et maxime moueri a quodā. quod mouetur, in iis, quæ extra naturā mouentur, est manifestum, propter id quod manifestum est ab alio moueri. Postea autem, quæ sunt extra naturam, eorum autem, quę sunt sīm naturam ipsa a seipsis, vt animalia. hoc.n. nō immanifestū est, si ab aliquo mouentur, sed quomodo oportet accipere ipsum mouens, & quod mouetur. Videtur.n. quòd ibi sit accipiendum, sicut in nauibus,

aut mouentur, & quæ per partem. Per se autem ea, quæ mouent, aut mouentur, non ex eo, quia sunt in hisce, quæ mouent aut mouentur, neq; rursus ex eo, quia pars aliqua sua mouet aut mouetur. Eorum autem, quæ per se mouentur, quædam a seipsis, quædam ab alio motu cientur. atque alia natura, alia violentia, præterque naturam mouentur.

Idem enim, quod a seipso mouetur, natura sane mouetur, ut animalium unumquodque: animal enim a seipso motu cietur. Ea uero natura moueri dicimus, quorum principium motus in ipsis ineſt. Quamobrem totum quidem animal natura seipsum mouet: corpus tamen & natura, & præter naturam moueri potest. interest enim tali, an tali moueatur motu, & ex quo magis elemento constet. eorum autem, quæ mouentur ab alio, quædam natura, quædam præter naturam mouentur: præter naturam, terra sursum, ignis deorsum. Partes insuper animalium sepenumero præter naturam mouentur ob positiones, motusque modos.

Atque maxime quidem perspicitur id, quod mouetur ab aliquo motu cieri in hisce, quæ præter naturam mouentur, propterea quod ab alio moueri patet. Postea uero, quæ præter naturam mouentur, perspicitur in hisce, quæ natura quidem mouentur, a se autem ipsis motu cientur, in animalibus, inquā. non est enim obscurum, si animal ab aliquo moueatur: sed quonam pacto distinguere oportet id quod mouet ipsius, & id quod mouetur. nam ut in nauigijs, & in hisce, quæ non natura constant, sic & in animalibus. Videtur enim, quòd hoc modo se habeat anima quæ mouet ad corpus quod mouetur, sicut nauta ad nauim,

Tex.1. vt dicitur in Secundo de Anima. Et per hunc modum videtur

Lec.9. quòd totum animal seipsum moueat, inquātum vna pars eius aliam mouet. Vtrum autem se habeat anima ad corpus, sicut nauta ad nauim, in libro de Anima, in quirendū relinquit. Quod autem sic aliquid dicat seipsum mouere inquantum vna pars eius mouet,

Lec.10. & alia mouet, in sequentibus ostendetur. Secundo ibi.

d ¶ Manifestat propositum in iis, in quibus est magis dubiū. Et circa hoc facit tria. Primo ponit, in quibus sit magis dubiū, omne quod mouetur ab alio moueri, quia scilicet in grauibus & leuib⁹, cum secundum naturā moueantur: secundo ostēdit, quòd huiusmodi non mouent seipsa ibi. ¶ Et nanque ipsa a seipsis &c. ¶ Tertio ostendit a quo moueantur ibi ¶ Sed accidit & hoc. ¶ Dicit ergo primo, quòd ex quo maxime manifestum est, quod mouetur ab alio moueri in iis, quæ mouētur per ūiolentiā, & post hæc in iis, quæ mouet seipsa maxime videtur dubiū in residuo membro vltimæ diuisionis, siue in hiis, quæ non mouent seipsa, & tamen mouentur naturaliter. Vltimam autem diuisionē dicit istā, scilicet quòd eorum, quæ mouentur non a seipsis, sed ab alio, quædam mouentur extra naturam, quædam uero econtrario mouentur secundū naturam, & in istis dubiū est a quo moueantur: sicut sunt grauia & leuia, quæ quidem in contraria loca mouentur per violentiam, sed in propria secūdum naturam: leue, scilicet sursum graue vero deorsum. sed a quo moueantur non est manifestum cum mouentur secundum naturam, sicut est manifestum, cum mouentur extra naturam. Secundo ibi.

e ¶ Probat quòd huiusmodi non mouent seipsa quatuor rationibus. quarum prima est, quòd mouere seipsum pertinet ad rationem vitæ, & est proprie animatorum. Motu enim & sensu discernimus animatū ab inanimato, vt dicitur in Primo de Anima. manifestum est autem hæc non esse viua, seu animata: non ergo mouent seipsa. Secunda ratio ponitur ibi.

f ¶ Quæ talis est. Quæcunque mouent seipsa, possunt etiam sibi esse causa quieris: sicut uidemus quòd animalia per suum appetitum mouentur & stant. si ergo grauia & leuia mouerent seipsa motu naturali, possent facere stare seipsa. sicut si aliquis est sibi causa ambulandi, est etiam sibi causa non ambulandi. Hoc autem videmus esse falsum: quia huiusmodi non quiescūt extra propria loca, nisi propter aliquam causam extrinsecam

& non natura subsistentibus, sic & in animalibus esse diuisum mouens, & quod mouetur, & sic omne ipsum seipsum mouet.

d Maxime autem dubitatur, reliquum dictæ vltimę diuisionis. Eorum.n. quæ ab alio mouentur, hæc quidem extra naturā posui mus moueri, alia aūt relinquuntur cōtra poni, qa natura. Hæc autem sunt quæ dubitationem afferunt. a quo mouēt. vt leuia, & grauia: hæc n. in oppositos locos violētia mouētur: i ꝓprios aūt, leue quidem sursum, graue aūt deorsum natura. A quo aūt non adhuc manifestū. sicut cum mouentur extra naturam.

e Et nanque ipsa a seipsis moueri, impossibile est. vitale.n. hoc & animatorum est proprium.

f Et facere stare posset ipsa sm seipsa dico aūt, velut si ābulādi cā inest ipsi. & non ambulandi.

g Quare. si in ipso ē sursū ferri igni, manifestū est, q̄ in ipso & deorsū. Irrationabile aūt ē, sm vnum motum moueri solū hoc a seipsis, si ipsa seipsa mouent.

h Amplius quomodo cōtingit continuū aliqđ & ipsum seipsū mouere? Sm.n. q̄ vnum & continuū non tactu. sm hoc impassibile est. sed sm q̄ diuiditur, sic hoc quidem apud natū facere, illud vero pati. Nequeergo nullum horum ipsum seipsum mouet. (consita.n. sunt) neque aliud continuum nullum: sed necesse est diuidi mouens in unoquoque ad id quod mouetur, si cut in inanimatis videm⁹, cum moueat aliqđ animatorū ipsa.

malibur quod mouet & quod mouetur diuisum esse videtur, atque hoc pacto totū ipsum animal seipsum motu ciere.

Maxime uero dubitatur, reliquum dictæ diuisionis ultimo membrum. Eorum enim quæ motu cientur ab alio, quædam præter naturam moueri diximus, quædam natura moueri. Hæc autem sint, quæ dubitationem afferunt, a quonam mouentur, ceu leuia, grauiaque. hæc enim ad opposita quidem loca ui pulsa mouentur: ad propria uero. leuia quidem ad supera, grauia uero ad infera suapte natura feruntur. quonam autem mouentur?

Nam impossibile est a seipsis ipsa moueri. est enim hoc officium uitæ, ac animantium proprium.

Consistere etiā a seipsis possent. nā si quippiam sibi causa sit ambulandi, est etiam causa sibi non ambulandi.

Quare, si collocatum esset in igne moueri sursum, esset in ipso situm deorsum etiam ferri. Metas quoque rationis egrediur, & uno motu duntaxat a seipsis moueri, si ipsa seipsa moueāt.

Præterea, qui fieri potest ut continuum quid copulatiue seipsum moueat? Nam quo quippiam unum atque continuum est, non tactu, hoc passionis est expers. quo uero separatum est, eo nimirum aliud agere, aliud pati est aptum. Neque ergo quicquam ipsorum seipsum mouet: quippe cum copulatum sit, neque aliud continuum ullum. sed in unoquoque ut diuisum sit quod mouet, & quod mouetur necesse est, qđ intueri licet in expertibus aīæ cum quippiā animantium ipsa mouet.

prohibentem motum ipsorum. ergo non mouent seipsa. Sed quia posset aliquis dicere, quòd huiusmodi, ecsi non sint sibi causa stāndi extra propria loca, sunt tamen sibi causa stāndi in propriis locis, subiungit tertiam rationem ibi.

g ¶ Quę talis est. Irrationabile est dicere, quòd illa quæ mouent seipsa, moueantur solū a seipsis sm vnum motum, & nō pluribus motibus: quia quod mouet se ipsum no habet motum determinatum ab alio, sed ipsum ibi determinat motum, & quandoque determinat sibi hunc motum, & quandoque alium. vnde est in potestate eius qđ mouet seipsum, ꝙ determinet sibi hūc vel illum motum. Si ergo grauia & leuia mouerent seipsa, sequeretur, quòd si in potestate ignis esset quòd moueretur sursum, quòd in potestate eius esset quòd moueretur deorsum. qđ nunquam videmus accidere, nisi ex causa extrinseca. non igitur mouent seipsa. Est autem sciendum quòd istæ duæ rationes sunt probabiles secūdum ea, quæ apparent de mouentibus seipsa, quę sunt apud nos, quę quandoque inueniuntur moueri hoc motu, quandoq; alio, quandoque etiam quiescere. vnde nō dixit impossibile est, sed irrationabile ¶ quo modo loquendi in probabilibus vti consueuit. Ostendit enim inferius, quòd si aliquid est mouens seipsum, in quo mouens est omnino immobile, quòd illud semper mouetur, & vno motu. sed tamē hoc non posset dici in grauibus. & leuibus, in quibus non est aliquid, quod nō moueatur per se, vel per accidens, cū etiam generentur & corrumpantur. Quartam rationem ponit ibi.

h ¶ Quæ talis est. Nullum continuum mouet seipsum: grauia autem & leuia sunt continua: ergo nihil horum mouet seipsum. Quòd autem nullum continuum seipsum moueat, sic probat. quia mouens ad motum se habet, sicut agens ad patiēs: cum autem agens sit contrarium patienti, necesse est quòd diu datur id quod est aptum natum agere, ab eo quod est aptum natum pati. secundum ergo quòd aliqua sunt non contacta adinuicem, sed sunt omnino vnum & continuum, & quantitate & forma, secundum hoc non possunt pati abinuicem. sic ergo sequitur, ꝙ nullum continuum moueat seipsum: sed necesse est, quòd mouens diuidatur ab eo quod mouetur, sicut apparet cū res inanimatę mouentur ab animatis, vt lapis a manu. Vnde & in animalibus, quæ mouent seipsa, est magis quædam colligatio partium, quam perfecta continuatio, sic enim vna pars potest moueri ab alia, quod non inuenitur in grauibus & leuibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO VIII.

Tex.33. Tex.32.

Postquam ostendit, quòd grauia & leuia non mouent seipsa, hic ostendit a quo mouentur. Et primo ostendit, a quo moueantur, secundo concludit principale intentum ibi {Si igitur omnia quæ mouentur &c.} Circa primum duo facit: Primo ostendit quòd naturaliter mouentur ab aliquo. Secundo inquirit a quo moueantur ibi {Quoniam autem quòd potentia &c.} Dicit ergo primo, quòd etsi grauia, & leuia non moueant seipsa, tamen mouentur ab aliquo. Et hoc potest manifestari, si distinguantur causæ mouentes. Sicut enim in his quæ mouentur est accipere quædam secundum naturam moueri, & quædam extra naturã, ita & in mouentibus, Quædam mouẽt extra naturã, {vt vectis} idest baculus, qui non naturaliter motiuus ẽ corporis grauis, puta lapidis: Quædam vero mouent secundũ naturam, sicut quod est actu calidum naturaliter mouet id, quod secundum suã naturam est potentia calidum, & similiter est in aliis talibus. Et sicut quod est in actu naturaliter mouet, ita id quod ẽ in potentia naturaliter mouetur, vel secũdum qualitatem, vel secundum quantitatem, vel secũdũ vbi.

Tex.cõ.31.

Tex.cõ.32.

Tex.cõ.33.

Et quia in Secundo dixerat, quòd illa mouentur naturaliter, quorum principium motus ī ipsis est per se, & non secundum accidens, ex quo posset videri quòd id, qđ est in potentia tantũ calidum, cùm fit calidum, non moueatur naturaliter, tanquã principio actiuo motus exterius existente; quasi ad hanc obiectionem excludẽdã subiungit {Cùm habeat principium huiusmodi in seipso, & non secundum accidens} quasi dicat, quòd ad hoc quòd motus sit naturalis sufficit, q̃ huiusmodi principium, scilicet potentia, de qua fecerat mentionem, sit in eo quod mouetur per se, & nõ per accidens. sicut scamnum est potentia combustibile, non inquantum est scamnum, sed inquantum est lignum. Vnde hoc quod dixerat, {Et non secundum accidens.} exponens, subdit.

b ¶ Et dicit, quòd contingit idem subiectum esse, & quantum, & quale: sed vnum eorum per accidens se habet ad aliud, & nõ per se. quod ergo est potentia quale, est etiam potentia quantum, sed per accidens. Quia igitur quod est in potentia naturaliter mouetur ab alio, quod est in actu: nihil autem secundũ idem est potentia & actus: sequitur quòd neque ignis, neq; terra, neque aliquid aliud moueatur a se, sed ab alio. Mouentur quidem ignis, & terra ab alio, sed per violentiam, cum motus

F eorum est extra naturalem ipsorum potentiam: sed naturaliter mouentur, cum mouentur in actus proprios, ad quos sunt in potentia secundum suam naturam. Secundo ibi.

c ¶ Ostendit a quo moueantur. &, quia quod est in potentia mouetur ab eo quod est in actu, primo distinguit potentiam,

LECTIO VIII.

Erum sit, ut hæc etiam semper ab aliquo moueantur. quod quidem patebit, si causas diuidamus. atque licet & in mouentibus ea, quæ dicta sunt sumere. Alia nanque præter naturam motiua

G *sunt, ut est uectis motiuus ponderis, non natura: Alia sunt motiua natura. ut calidum actu motiuũ est eius, quod est potentia calidum. Similiter et in huiusmodi cæteris. Mobile etiam idest, natura, quod est potentia quale, uel quantum, uel ubi, cum in seipso tale principium, & per accidens habet.*

Erit enim idem, et quantum, & qua

H *le, sed accidit alterum alteri, & non per se compent. Ignis igitur atque terra mouentur ab aliquo, ui quidem, cum præter naturam: natura uero, cũ sub potentia suos ad actius mouentur.*

Quoniam autem esse potentia, mul tipliciter dicitur, hæc est sanè causa, ut non sit perspicuum a quo nam talia mouentur, ui ignis sursum, & terra deorsum.

Diuerso autem modo potentia sciẽs est, qui discit, & qui iam scientiã habet, & non contemplatur. Cum au-

I *tem actiuum, atque passiuum sint simul, euadit interdum id quod est potentia actu tale. ut id quod discit. & ex eo quod est potentia, si aliud potentia rursus: Qui nanque scientiam habet, & non contemplatur, est potentia quodammodo sciens, sed non ut erat antea quàm didicisset. At, cum ita sese habet, nisi quid prohibeat, operatur ac contemplatur, uel in contradictione. ignorationeque erit.*

Simili modo sese habent hæc & in

K *ipsis naturalibus rebus. Frigidũ.n. est*

secunda pars

ī {Est autẽ potentia.} Tertio soluit ex hoc quandam quæstionẽ, ibi {Et tamen quæritur.} Dicit ergo primo, quòd ideo non est manifestũ a quo grauia & leuia mouẽtur suis motibus naturalibus, vt puta ignis sursum, & terra deorsum, quia eorum potẽtia dicitur multipliciter. Secũdo ibi.

d ¶ Distinguit esse in potentia. Et primo in intellectu, secundo in qualitate, ibi {Similiter autem hæc se habent.} Tertio in motu locali, ibi {Similiter autem se habent.} Dicit ergo primo, quòd aliter, est in potentia ad scientiam ille qui ad discit. & nondum habet habitum scitix, & ille, qui iam habet habitum scientiæ, sed non cõsiderat vtens habitu. Ex prima autem potẽtia in secundam reducitur aliquid, cum actiuũ suo passiuo coniungitur. & tunc passiuũ per præsentiam actiui fit in tali actu, qui adhuc est in potentia. sicut addiscens per actionem docentis reducitur de potẽtia in actum, cui actui coniungitur alterata potentia. & sic existens in potentia prima fit in alia potentia: quia iam habens scientiam & nõ cõsiderans quoddam modo est in potentia ad actum scientiæ. sed non eodem modo, sicut antequam addisceret: ergo de potentia prima reducitur in actum, cui adiungitur secunda potentia, per aliquod agens, scilicet per docentem. Sed quando sic se habet, q̃ habet habitum scientiæ, non oportet quòd reducatur in secundum actum per aliquod agens, sed statim per seipsum operatur considerando, nisi sit aliquid prohibens, puta occupatio, vel infirmitas, aut voluntas. Vel si non impeditus, non posset considerare, tunc non esset in habitu scientiæ, sed in eius contrario, scilicet in ignorantia. Secundo ibi.

e ¶ Manifestat idem in qualitatibus: & dicit, quòd sicut dictum est de potentia ad sciendum in anima, ita est etiam in corporibus naturalibus Corpus enim, cum est actu frigidum, est potentia calidum, sicut ignorans est potentia sciens. sed cum fuerit productum per transmutationem, vt habeat formam ignis,

tunc

A tunc iam est ignis in actu habens virtutem operandi, & operatur statim comburendo, nisi aliquid prohibeat in contrarium agendo, vel qualitercunque aliter impediat: puta subtrahendo combustibile. sicut dictum est, quòd postquam aliquis addiscendo factꝰ est sciens, statim cõsiderat, nisi aliq̃d impediat. Tertio ibi.

f ¶ Manifestat idem in motu grauium & leuiũ: & dicit q̃ similiter leue sit ex graui, sicut ex frigido calidum vt puta, cum aer, qui est leuis, fit ex aqua, quæ est grauis. Hæc ergo scilicet aqua, primo est in potẽtia leuis, & postmodum fit leuis in actu, & tunc statim habet operationẽ suam, nisi aliquid prohibeat. Sed iam leuis existẽs, cõparatur ad locum, sicut potẽtia ad actũ. actus enim leuis inquantum huiusmodi, est esse in aliquo loco determinato, scilicet sursum: sed prohibetur ne sit sursum per hoc, quòd est in cõtrario loco, scilicet deorsũ: quia nõ potest esse simul in duobus locis. vnde illud, quod detinet leue deorsum, prohibet ipsum esse sursum. Et sicut dictum est in motu locali, ita etiam dicendum est de motu secundum quantitatem, vel qualitatem. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit quandã quæstionem secundum præmissa. Licet enim actus leuis, sit esse sursum, tamen a quibusdam quæritur, quare grauia & leuia mouentur in propria loca? Sed causa huius est, quia habent naturalem aptitudinem ad talia loca. Hoc enim est esse leuis, habere aptitudinem ad hoc q̃ sit sursum. & hæc est ẽt ratio grauis, habere aptitudinem ad hoc q̃ sit deorsum. Vnde nihil est aliud quærere, quare graue mouetur deorsum, quàm quærere, quare est graue. Et sic illud idem, quod facit ipsum graue, facit ipsum moueri deorsum. Deinde cum dicit.

h ¶ Ex præmissis ostẽdit quid moueat grauia & leuia: & dicit, q̃ cum id, quod est in potentia, moueat ab eo quod est in actu, sicut dictum est, considerandum est, quòd multipliciter dicitur aliquid esse in potentia leue uel graue. Vno enim modo, cum adhuc est aqua, est in potentia ad leue. Alio autem modo, cum iam ex aqua factus est aer, est tamen adhuc in potentia ad actũ leuis, quod est esse sursum. sicut habens habitum scientiæ & nõ considerans, adhuc dicitur esse in potentia. contingit enim q̃ id, quod est leue, impediatur ne sit sursum. si ergo auferatur illud impedimentum, statim agit ad hoc quòd sit sursum ascendendo. Sicut etiam dictum est in qualitate, q̃ quando est quale

B potẽtia est calidũ. cũ aũt fuerit mutatũ, iã ignis est. ardet autẽ nisi aliquid phibeat & impediat.

I Similiter aũt se habet & circa graue & leue. leue .n. fit ex graui, ut ex aqua aer. hoc enim potentia primum, & iam leue operabitur mox, nisi aliquid prohibeat. actus aũt leuis est, alicubi esse & sursum. prohibet autẽ cũ in cõtrario loco sit. similiter & hoc se habet in quãto, & quali.

g Et tũ quærit hic, quare in ipsorum locũ mouẽtur grauia & leuia? Causa aũt est, qa apta nata sunt, & hoc est graui & leui eẽ, hoc quidẽ eo q̃ sursum, illud aũt eo q̃ deorsũ determinatũ.

h Potentia autẽ est leue & graue multipliciter, sicut dictũ est. Cumq; enim sit aqua, potentia quodãmodo est leue. & cũ aer, est adhuc in potentia. Cõtingit .n. impeditum non sursum esse. sed si auferatur impedimentũ, agit & semper sursum fit: similiter autẽ & quale ad actum esse immutat. mox enim considerat sciens, nisi aliquid prohibeat. Sustinens autem & prohibens mouens est, sicut mouet. est aũt sicut non, ut est columnas diuellens, aut lapidẽ remouens a uase in aqua: isñ accidẽs enim mouet: sicut repercussa sphæra, nõ a pariete mota est, sed a proiiciente. Quod quidem igitur nihil horũ ipsum mouet seipsum, manifestũ est: sed motus quidẽ habet principium, nõ mouẽdi, neque faciendi, sed patiendi.

Tex.co.33. i Si igit oĩa quę mouent, a natura mouent, aut extra naturã, & uiolentiã: & quæ ui & extra naturã oĩa a quodã, & ab alio: eorum autem quę natura iterum quæcunq; a seipsis mouentur, ab aliquo mouentur, & quę nõ

C *potentia calidum. Cum autem est mutatum, iam est ignis, atque comburit, nisi quid prohibeat atq; impediat.*

Similiter res sese habet et circa gra

D *ue & leue. ex graui nanq; fit ipsum le ue, ut aer ex aqua. hoc .n. erat primo potentia, & iã est leue, atqi continuo operabitur, si non aliquid obstet. actus autem leuis est alicubi esse, atque in supero loco. prohibetur uero cum est in loco contrario. Et hoc similiter sese habet, & in quanto, & quali.*

Quæritur igitur, propter quid le

E *uia grauiaque ad sua loca mouentur? Est autem causa, ipsa apta esse aliquo moueri, atque hoc est ipsius grauis leuisque esse infero loco. Superoque distinctum.*

Leue uero graueq; potentia, pluri

bus est modis (ut diximus) Nam cum est aqua, leue potẽtia quodãmodo est: & cũ est aer, adhuc potentia est. Fieri enim potest, ut ob impedimentum non sit supero in loco. sed si id quod impedit fuerit sublatũ, operatur semperq; superius sit. similiter & quale ipsum ab actu tale mutatur. Continuo nanq; contemplatur & bisce, qui scientiam habet, nisi quid obstet. Et ipsum etiam quantum extenditur, si nihil sit quod impediat. Qui uero id quod substinet prohibetque, dimouit, partim mouet, partim non mouet. ut qui columnam diuellit, aut ab utre, qui est in aqua, lapidem præmentem dimouit, per accidens enim mouet. quemadmodum & pila reflexa, non a pariete, sed ab eo, qui proiecit est mota. Nihil igitur horum ut patuit seipsum mouet. sed motus quidem habet principium, non mouendi tamen, atq; agẽdi, sed patiendi.

Quòd si oĩa q̃ mouẽtur, aut natura,

aut pter nãm, et a uiolẽti motu ciẽtur: et ea q̃ ui pterq; nãm moueãtur, ab aliquo cuncta atq; ab alio mouẽtur ut patet. et ea rursus, q̃ natura mouẽtur, ab aliquo motu cientur, siue a seipsis mouẽtur, ut animalia, siue nõ a seipsis,

pium motiuum aut actiuum, sed principium passiuum, quod est potentia ad talem actum. Ex quo patet, contra intẽtionem philosophi esse, quòd in materia sit principium actiuum, quod quidam dicunt esse necessarium ad hoc quòd sit motus naturalis. sufficit enim ad hoc passiuum principium quod est potentia naturalis ad actum. Deinde cum dicit. D. 690.

i ¶ Concludit conclusionem principaliter intentam in toto capitulo: & dicit, quòd si hoc uerum est, quòd omnia, quæ per se mouentur, aut mouentur secundum naturam, aut extra naturam, & per uiolentiam: & de illis quæ mouentur per uiolentiam manifestũ est q̃ omnia mouentur, non solum a quodã mouente, sed etiam a mouente alio extrinseco, & iterum inter ea,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ mouentur secundum naturam, quædam mouentur a seipsis, in quibus manifestum est quòd mouentur ab aliquo, non quidem extrinseco, sed intrinseco: quædam etiam sunt quæ mouentur secundum naturam, non tamen a seipsis, sicut grauia & leuia: & hæc etiam ab aliquo mouentur, vt ostensum est: quia aut mouentur per se a generante, quòd facit ea esse grauia, & leuia: aut mouentur per accidens ab eo quod {soluit} idest removet ea, quæ impediunt, vel removet naturalem motum. Sic ergo patet, q̃ omnia quæ mouentur, mouentur ab aliquo vel intrinseco motore, vel extrinseco, quod dicit ab alio moueri.

LECTIO IX.

POstquam Philosophus ostendit quòd omne quod mouetur ab alio mouetur, hic incipit ostendere quòd necesse est deuenire ad aliquod primum mouens immobile. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quòd necesse est deuenire ad aliquod primum, quod vel sit immobile, vel moueat seipsum: in secunda ostendit quòd etiam, si deueniatur ad aliquod primum, quod moueat seipsum, necesse est tamen vlterius deuenire ad aliquod primum mouens immobile. ibi {Necesse igit omne quod mouetur.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd non est possibile, quòd in infinitũ aliquid ab alio moueatur: in secunda q̃ non est necessarium quòd omne mouens moueatur. ibi {Ad dicta autẽ.} Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum ascendendo in ordine mobilium & mouentium, secundo descendendo. ibi {Amplius autem & sic ipsam}. Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam necessaria ad propositam ostensionem, Secundo inducit rationem ad propositum ostendendum. ibi { Si ergo necesse.} Præmittit autem duo, quorum primum est diuisio mouentis. Cum enim dictum sit, quòd omne motum ab aliquo mouetur, contingit aliquid esse mouens dupliciter. vno modo, quando non mouet propter se ipsum i. propria virtute, sed quia est motum ab aliquo alio mouente, & hoc est secundũ mouens: alio modo aliquid mouet propter seipsum, idest propria virtute, non quia est motum ab alio. Contingit autem q̃ tale mouens moueat dupliciter, vno modo, ita quòd primum mouens moueat proximum post vltimum {idest, id quod est sibi proximum post secundum mouens}: & hoc contingit, quando primum mouens mouet mobile per vnum ratum medium. alio vero modo quando mouens mouet mobile per plura media. vt patet, cum baculus mouet lapidem, & mouetur a manu, quę mouetur ab homine, qui non mouet eo quòd ab aliquo alio moueatur. sic ergo homo est primum mouens propter seipsum, & mouet lapidem per plura media. si autem moueret lapidem manu, moueret per vnum medium tantum. Secundo ibi.

Tex. 34. Tex. 35. Tex.cõ.34. Tex. 41. Tex.cõ.36.

F

a seipsis, vt leuia & grauia: (aut enim a generante & faciente leue & graue, aut ab eo quod impedientia & prohibetia soluit:) omnia ergo quæ mouentur, ab aliquo mouebuntur.

LECTIO IX.

G

HOc autem dupliciter. Aut n. non propter seipsum est mouens, sed propter alterum, quod mouet mouens, aut propter ipsum. Et hoc aut mouens ex se primum post vltimũ, aut per plura media, vt baculus mouet lapidem, & mouetur a manu mota ab homine: hic autem non amplius, eo quod ab alio moueatur.

b Vtraque igitur mouere dicimus, & primum & vltimũ mouentiũ, sed magis primũ. illud enim mouet vltimum, sed non hoc primum. & sine primo quidem vltimum non mouebit, illud aũt sine hoc. vt baculus non mouebit nisi moueat ab hoie.

c Si ergo necesse est oẽ quod mouetur ab aliquo moueri, & aut ab eo quòd mouetur ab alio, aut non. & si ab alio quidem quod mouetur, necesse aliquid esse mouens primum, qđ non ab alio. Si autem huiusmodi est primum, non necesse est esse alterum. impossibile enim est in infinitum abire mouens, & ipsum quod mouet ab alio. infinitorũ. n. non est aliquid primum. Si ergo oẽ qđ mouetur, ab aliquo mouet: primum aũt mouens mouetur quidem, non autem ab alio, necesse est ipsum a seipso moueri.

b ¶ Ponit comparationem primi mouentis, & secũdi. Cũ enim tam primum mouens quam vltimum mouere dicamus, dicimus quòd magis mouet primũ mouens, quam vltimum. Et hoc patet per duas rationes: quarum prima est, q̃ primum mouẽs mouet secundum mouens, sed nõ econuerso. Secũda ratio est, quia secundum mouens non potest mouere sine primo, sed primum mouens potest mouere sine secũdo. sicut si baculus non potest mouere lapidem, nisi moueatur ab homine, sed homo potest mouere etiam sine baculo. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit propositum ex præmissa. Ostensum est. n. q̃ oẽ quod mouetur ab aliquo mouetur. id aũt a quo mouetur, aut mouetur, aut nõ mouetur: & si mouetur, aut ab alio mouetur, aut non. Hæc autem duo, scilicet qđ mouetur ab alio, & quod mouetur nõ ab alio, sic se habent, q̃ posito vno, ponit aliud, & non econuerso. quia si sit aliquid qđ mouetur ab alio, necesse est deuenire ad aliquod primum, qđ nõ mouet ab alio. Sed si ponatur aliquod primum huiusmodi, scilicet quod non moueatur ab alio, non est necessarium vlterius ponere alterum, scilicet quod mouetur ab alio. & hoc quidẽ per se manifestum est. Sed primum poterat esse dubium, ſ. q̃ si inuenitur aliquid, qđ mouetur ab alio, q̃ inuenitur aliquod primum, quod non mouetur ab alio. & ideo consequenter hoc probat sic. quia si aliquid mouetur ab alio, & iterum illud ab alio, & nunquam est deuenire ad aliquid, quod non moueatur ab alio: sequitur q̃ sit procedere in infinitum in mouentibus & motis. Et hoc quidem esse impossibile supra probatum est in Septimo. sed hic probat certiori via, quia in infinitis non est aliquid primum: si ergo mouentia & mota procedant in infinitum, non erit aliquid primum mouens. Iam autem dictum est, q̃ si primum mouens non mouet, nec vltimum mouet. non erit ergo aliquod mouens, qđ est manifeste falsum. Non est ergo procedere in infinitum in hoc, q̃ aliquid moueatur ab alio. Si ergo nõ detur q̃ omne qđ mouetur ab aliquo moueatur, vt ostensum est: & iterum supponatur q̃ primũ mouẽs mouet, cum probatũ sit, q̃ non moueat ab alio, necesse é q̃ moueatur a seipso. Est autem in hac ratione attendẽdum, q̃ primum mouens moueri non est hic probatũ. supponit aũt hoc secundum

ut leuia, grauiaque (nam aut ab eo mouentur, quod generauit, ac leue fecit uel graue, aut ab eo, quod ea, quæ prohibent obstantque, dimouit) uniuersa utique, quæ motu cientur, ab aliquo profecto mouentur.

LECTIO IX.

QVod autem quod mouet est duplex: aut enim non per se ipsum mouet, sed per aliud, quod quidem id motu ciet quod mouet, aut per se mouet. Et hoc aut primum post ultimum, aut per plura media mouet, ut baculus mouet lapidem, & mouetur a manu, quæ quidem ab homine motu cietur. at is non alterius ex eo mouet, qa ab alio ipse motu cietur.

H

Vtrunque igitur mouere dicimus, & ultimum mouentium, & etiam primum, sed magis primum, hoc enim ultimum mouet, sed ultimum primum non mouet. Et sine primo quidem ultimum non mouebit, sine uero hoc primum mouere potest: baculus enim, si homo non moueat, non mouebit.

I

Si igitur omne quod mouetur ab aliquo moueri necesse est, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut ab eo quòd non mouetur ab alio, & si ab eo mouetur quod ab alio motu cietur, mouens aliquod esse primum, quod non ab alio moueatur necesse est. Sin uero tale est primum, non necesse est alterum esse. fieri. n. non põt ut in infinitũ proficiscatur id quod mouet, atq; mouetur ab alio. quippe cum infinitorũ nihil sit primum. Si igitur, uti diximus, oẽ quidem, qđ mouetur ab aliquo motu cietur, id uero quod primũ mouet mouetur quidem, at non ab alio: ipsum profecto primum a seipso moueatur necesse est.

K

Tex. 34. Tex. 35. Tex. 4

secundum communem opinionem Platonicorum. Quantum autem ad virtutem rationis non magis concluditur. quòd primum mouens moueat seipsum, quam quòd sit immobile. vnde in sequentibus hanc eandem conclusionem sub disiunctione inducit, ut infra patebit. Deinde cum dicit.

A

Tex.co.35. d ¶ Probat idem descendendo. Et est eadem ratio cum præmissa, quantum ad virtutem inferendi, differens autem secundum ordinem processus. Itera aũt eam ad maiorem manifestationem. Dicit ergo, quòd predictam rationem contingit alio modo procedi, & præmittit propositiones habentes eandem rationem veritatis cũ supra præmissis, sed alio ordine. Supra enim præmisit, quòd omne quod mouetur ab alio mouetur: & quod illud, a quo mouetur, mouet, vel propter seipsum, vel propter aliud prius mouens: quod erat procedere ascendendo: hic autem econuerso descẽdendo procedit: dicens, q̃ omne mouẽs mouet aliquid, & mouet aliquo, vel seipso, vel alio inferiori mouente, sicut homo mouet lapidem, vel ipse per seipsum, vel per baculum. & ventus proiecit ad terram aliquã, aut suo impulsu, aut per lapidem quem mouit. Iterum supra præmiserat, quòd vltimum mouens non mouet se sine primo, sed econuerso: loco eius hic dicit, quòd id quo aliquid mouet, sicut instrumẽto, impossibile est, quòd aliquid moueat sine principali mouente, quod mouebat ipsum, sicut baculus sine manu. sed si aliquid mouet per seipsum, sicut principale mouens, non est necesse esse aliud instrumentũ quo moueat. & hoc magis manifestum est in instrumentis, quàm in mobilibus ordinatis, licet habeat eandem veritatem: quia non quilibet consideraret secundum mouens esse instrumentum primi. Sicut etiam supra dixerat deducendo, quòd si sit aliquid, quod mouetur ab alio, necesse est esse aliquid, quod non mouetur, sed non econuerso. ita hic dicit descendendo, quòd si inueniatur quòd illud, quo mouens mouet, sit alterum, sicut instrumentum, necesse est esse aliquid, quod mouebit, non aliquo instrumento, sed per seipsum, aut procedetur in infinitum in instrumentis: quod est impossibile, vt supra ostensum est. Si est ergo aliquid mouens id quod mouetur, necesse est stare. & non in infinitum ire. quia, si baculus mouet eo quòd mouetur a manu, sequitur quòd manus moueat baculum. si autem & manum eliquid aliud mouet, etiam sequitur econuerso, quòd aliquod mouens moueat manum, & ita oportet quòd sicut proceditur in instrumentis motis, ita procedat in mouentibus quæ mouent instrumenta. non est autem procedere in infinitum in mouentibus, vt supra ostẽsum est; ergo neque in instrumentis. Cũ ergo semper alterum, quod mouetur, moueatur alio mouente, & non sit procedere in infinitum: necesse est esse aliquod primum mouens, quod moueat per seipsum, & non per aliquod instrumentum. Si ergo detur quòd hoc primũ, quod mouet per seipsum, mouetur quidem, sed non est aliquid aliud mouens ipsum. quia sic & ipsum esset instrumentum, sequitur ex necessitate, q̃ ipsum seipsum moueat, supposito secũdum Platonicos, quòd omne mouens moueatur. Vnde & secundum istam rationem, illud, quod mouetur aut statim mouebitur a moũente, quod mouet seipsum: aut aliquando erit deuenire in aliquod tale mouens, quod seipsũ moueat. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit quòd non omne mouens mouetur, vt in prioribus rationibus supponebatur. & circa hoc duo facit. Primo probat, q̃ non omne mouens mouetur: secundo eam ex hoc quam ex superioribus rationibus concludit principale propositum. ibi {Non ergo necesse semper moueri.} Dicit ergo primo, quòd præter supradicta possunt etiam addi hæc ad nostrum propositum ostendendum. Et circa hoc tria facit. Primo præmittit quandam diuisionẽ. secundo destruit vnã partem. ibi {Primũ quidem igitur.} Tertio destruit aliã partem. ibi {At vero si non secundum accidens.} Dicit ergo primo, quòd si omne quod mouetur, mouetur ab eo quod mouetur, quod est omne mouens moueri, hoc põtest esse dupliciter. vno modo, quòd hoc inueniatur per accidens in rebus, ut mouens moueatur: ita scilicet, quòd mouens non moueatur propter id quod mouetur. vt si dicamus ædificatorem esse musicum, non quia musicus est, sed per accidens, aut non est per accidens, q̃ mouens moueatur, sed per se. Secundo ibi.

Tex.co.36.

d Amplius aũt & sic ipsã hanc eãdẽ ronem est aggredi. Oẽ. n. mouens aliquid quidẽ mouet, & aliquo. aut enim seipso mouens ipsum mouet. aut alio. vt homo seipso, aut baculo. aut vẽtus, iecit, aut ipse. aut lapis, quẽ mouit. Impossibile aũt est mouere sine nõ ipso mouẽte, & agente id quo mouet. Sed & si ipsũ seipso mouet, nõ necesse ẽ aliud esse, quo mouet. si vero sit alterũ id, quo mouet, est aliqd qđ mouebit. nõ quodã alio, sed seipso, aut in infinitũ abibit. Si ergo qđ mouetur aliqd mouet, necesse est stare, & nõ in infinitũ ire. si. n. baculus mouet eo q̃ mouet a manu, & manꝰ mouet baculũ. si aũt & hanc aliud mouet. & hũc alterũ aliqđ mouens est. Cũ itaq; aliquo moueat sp alterũ, necesse est prius ipsum seipsũ mouens eẽ. Si igit mouet qđẽ hoc, nõ aliud aũt mouẽs ipsũ, necesse ipsũ seipsũ mouere: quare & secundum hanc rationem, quod mouet, aut mox ab ipso mouente mouebitur, aut venit, aliquãdo in huiusmodi.

B

e Ad dicta aũt, & sic intẽdẽtibꝰ cõtingent eadẽ hæc. Si. n. ab eo qđ mouet, mouet oẽ qđ mouet, aut hoc rebꝰ exiſtit sm̃ accidẽs, vt moueat qdẽ qđ mouetur, nõ tamen propter id quod mouetur ipsum, aut non, sed per se.

C

f Primũ igit, si sm̃ accidẽs. non necesse ẽ moueri, qđ mouet. Si aũt hoc est, manifestũ est, q̃ cõtingit aliqñ moueri nihil eorũ quæ sunt. Non. n. necessarium ẽ accidens, sed cõtingit nõ eẽ. Si ergo ponamus possibile eẽ, nullum iposſibile accidit, falsum autem fortasis: motum autem impossibile est non esse. Ostensum enim prius est hoc, q̃n necesse est motum semper esse.

D

Præterea hoc etiam rationem hanc eandem transigere licet. Omne nanq; quod mouet & aliquid, & aliquo sane mouet. aut. n. seipso, aut alio mouet. ut homo aut seipso, aut baculo mouet. & aut ipse uentus deiecit, aut lapis, quẽ pepulit uentus. Fieri uero non põt, ut id, quo motus affertur, moueat absque eo quod mouet seipso. Sed si id quidẽ sit, quod motũ affert seipso, non necesse est aliud esse, quo motus affertur. sin uero sit aliud, quo motus affertur, est aliquid profecto, quod quidem non aliquo, sed seipso mouebit, uel in infinitum abibitur. Si igitur mouet quippiã atq; mouetur, stetur & non in infinitũ pergatur necesse est. nã si baculus moueat, q̃a mouetur a manu: manus ipsa profecto baculo motũ affert. q̃, si manu ẽt quippiam aliud moueat, & illud identidẽ manu mouet. Cũ igitur id qđ motum affert aliud aliquo mouet, tũ id fit prius, qđ seipso mouet necesse est. qđ si hoc motu qdẽ cietur, ab alio aũt non mouetur, necesse est ipsum profecto seipsum motu ciere. Quare hac ẽt ratione, aut ab eo statim quod seipsum mouet id, qđ mouetur, motu cietur, aut ad hoc ipsum tandem acceditur.

Insuper si sic etiam, considerantibus eandẽ accidẽt uniuersa. Nã, si oẽ qđ mouetur, ab eo mouetur qđ motu cietur, aut hoc ipsis rebus p accidẽs cõpetit, ut q̃ppiã moueat quidẽ, motũ & ipsum suscipiens, nõ tamen quia mouetur aut nõ p accidens, sed per se inest.

Si igitur per accidens competit, nõ necesse est moueri quod motu cietur. Quòd si id sit, patet posse aliquando nihil eorum quæ sunt, moueri. Non enim est necessarium id quod accidit, sed potest non esse. si igitur id esse posse rimus quod esse potest, nullum accidet impossibile, sed forsitan falsum: at non esse motum est impossibile. Id enim iam demonstratum est, motum inquam, necessario semper esse.

E

Tex. 39. Infra. Tex. 38.

sed cum ta ponas, quòd omne mouens mouetur, consequens F
est, quòd q̃ non mouentur mouentia, quòd non moueant. Se-
quitur ergo quòd aliquando nihil moueatur. hoc aut̃ m est im-
possibile: quia ostensum est supra, quòd necesse est motum sem-
per esse. Illud autem impossibile non sequitur ex hoc, quòd
Tex.co.37. suppossuimus, mouẽtia nõ moueri: quia si hoc est p accidens,
quòd mouens moueatur, mouentia nõ moueri erit possibile,
possibili autẽ posito, nullum sequitur impossibile. relinquitur
ergo, quòd aliud, ex quo sequitur, sit impossibile, scilicet quòd
omne mouens moueatur. Secundo ibi.

g ¶ Probat idẽ alia probabili ratione, q̃ talis est. In motu
tria inueniũtur, quorum vnum est mobile, quod mouetur:
aliud autem est mouens, tertium est instrumentũ, quo mouens
mouet. In istis autem tribus manifestum est, quòd id, quod
mouetur, necesse est moueri: sed non est necesse, quòd moueat.
instrumentum autem, quo mouens mouet, necesse est & mouere,
& moueri. Mouetur autẽ a principali mouente, & mouet vltimũ
motum: vnde & omne quod mouet & mouetur habet rationem
instrumenti.

Tex.cõ.38. Ideo autem instrumentum, quo mouens mouet, & mouetur & mouet, quia communicat cum utroque existens in quadam idẽtitate ad id quod mouetur. & hoc maxime manifestum est in motu locali. Necesse ẽ enim, quòd mouentia a primo mouente usque ad vltimum motum, omnia se tangant ad inuicem. Et sic patet, quòd instrumẽtum medium est idem p contactum cum mobili: & sic simul mouetur cum ipso, inquantum communicat ipsi, sed etiam cõmunicat moueuti, quia est mouens: hoc modo tamen, vt instrumentum, quo mouet, non sit immobile. Sic igitur ex præmissis apparet, quòd vltimum motum mouetur quidem, sed non habet in se principiũ mouendi, neque seipsum, neque aliud, & mouetur quidem ab alio, sed non a seipso. Vnde videtur esse rationabile, idest probabile, nec ad præsens curamus dicere quòd sit necessarium esse aliquod tertium, quod moueat, cum sit immobile. Probabile. n. est, quòd si aliqua duo coniunguntur per accidens, & unum inuenitur sine alio, quòd etiam aliud inueniatur sine illo. Sed q̃ possit inueniri sine illo, hoc est necessarium: quia quæ per accidens coniunguntur contingit non coniungi: sicut si album & dulce per accidens cõiungantur in zuccaro, & album inueniatur

g Et rationabiliter hoc accidit. Tria enim est necesse esse, quod mouet, & mouens, & quo mouet. Quod igitur mouetur, necesse quidem moueri, mouere autem nõ necesse est. sed quo mouet & mouere, & moueri: cõmunicat. n. simul hoc, & secundum idem existens ei quod mouetur. manifestum autem est in mouentibus secundum locum. tangere enim necesse admiucẽ, sicut vsque ad aliquid. Mouens autem sic, ut sit nõ quo mouet, immobile. Quoniam autem uidemus vltimum, quod moueri quidem potest, motus autem principium nõ habet, & mouetur quidem, ab alio autem, sed non a seipso, rationabile est (vt nõ necessarium dicamus) & ter H
tium esse, quod mouet quidem cum sit immobile.

h Vnde Anaxagoras dicit recte, intellectum impassibilem inquiens, & immistũ esse: quoniam motus principium ipsum facit esse. sic enim utique solum mouebit, cum sit immobilis. & imperabit, cum sit immistus.

i At uero, si non secundũ accidẽs, sed ex necessitate mouetur I
mouens, nisi autem moueatur, non utiq; mouet, necesse est mouẽs, si mouetur, aut moueri sic, ut secundum eandem speciem motus, aut secundum alteram.

k Dico autem quale est aut calefaciens, & ipsum calefieri: & sanãs sanari, & ferens ferri: aut sanans ferri, ferens autẽ augeri.

l Sed manifestũ q̃n impossibile est. Oportet. n. usque ad indiuidua diuidentẽ dicere. vt si aliqs K
docet Geometrizare, hoc doceri geometrizare idẽ, aut si proiicit, proiici secundũ eundẽ mo

sine dulci, ut in niue: probabile est q̃ & dulce inueniatur in aliqua re sine albo, vt in cassia. Si igitur mouẽs moueri est per accidens; & inuenitur moueri absque mouere in aliquo, sicut in vltimo moto, probabile est, quòd inueniatur mouere absque moueri, ut sit aliquod mouens, quod non mouetur. Ex quo patet, quòd ista ratio non habet instantiã in substantia, & accidente, & materia, & forma, & similibus: quorum vnum inuenitur sine alio, sed non econuerso. accidens enim per se ineest subsstãtiæ, & materiæ per se conuenit, vt habeat esse per formam. Tertio ibi.

h ¶ Probat idẽ testimonio Anaxa. quia enim cõtingit inueniri aliquod mouẽs, quod non mouetur, ideo Anaxago. recte dixit, ponens intellectum impassibilem, & immistum. Et hoc ideo, quia ipse ponebat intellectum primum principiũ motus: sic autem solum modo potest mouere, & imperare, absq; hoc quòd moueatur, & sic immistus. quod enim commiscetur alteri, mouetur quodammodo ad motum ipsius. Deinde cum dicit.

i ¶ Prosequitur aliam partẽ diuisionis, scilicet, q. òd omne quodmouetur mouetur ab aliquo, quod mouetur per se, non ẽx accidens. Et improbat hoc duabus rationibus. q̃ arum prima talis est. Si hoc non est secundum accidens, sed ex necessitate, vt mouens moueatur, & nunquam possit mouere nisi moueatur, oportet hoc contingere duobus modis. quorum vnus est, vt mouens moueatur secũdum eandem speciem motus, quæ mouet: alius est, vt mouens moueat secundum vnam speciem motus, secundum alteram moueatur. Exponit autem cõsequenter primum modum cũ dicit.

k ¶ Sic enim dicimus mouens moueri secundum eandem speciem motus, puta si calefaciens calefiat, & sanans sanetur, & ferens secundum locum feratur. Et secundum modum exponit cum dicit ⸗ Vel sanans feratur, vel ferens augeatur. ⸗ hoc enim est vt ẽx alia speciem motus moueat. & moueatur. Deinde ostendit impossibilitatem primi modi cum dicit.

l ¶ Manifestum est enim impossibile esse quòd mouens secundum eandem motus speciem moueatur. Non enim sufficiet ista in aliqua specie subalterna, sed oportebit peruenire per diuisionem vsque ad indiuidua ⸗ idest vsque ad species specialissimas. Puta, si aliquis doceat, non solum docetur, sed idem doceat & docetur. puta, si docet Geometriam, quòd hoc idem docetur

Atque idipsum cum ratione etiam accidit. Tria nanque necesse est esse, id quod mouetur, id quod mouet, & id insuper quo mouens mouetur. Id igitur, quod mouetur, moueri quidem necesse est, non necesse est autem motu ciere. id autem quo motus affertur, & mouere necesse est, & moueri. Cum enim sit simul cum eo quod motu cietur, una cum ipso mutatur. quod intueri licet in hisce, quæ loco mouentur. nam aliquo in tempere tangant ea quæ mouentur necesse est. At id, quod ita mouet, ut eius non subeat rationem, quo motus affertur, immobile nimirum est. Cum igitur sit & ultimũ ipsum, ut cernimus, quod motu quidem cieri potest: principium autem motus non habet: & id item quod mouetur quidem, sed ab alio, non a seipso cietur, rationi consentaneum est (necessarium ne dicam) & ipsum tertium esse, qđ mouet quidẽ: immobile aũt est.

Quapropter & Anaxagoras recte dicit mentem, inquiens passione uacare, & non mistam esse. quippe cum motus ipsam principium faciat. hoc enim pacto solum mouebit, nullum suscipiens motum, & uincet, mistione penitus uacans.

At uero, si non per accidens, sed necessario mouetur id, quod motum alijs affert, atque adeo ut non moueat, si non moueatur, necesse est ipsum, ut motum subijt, aut eadem specie motus, aut alia moueatur.

Ceu, aut si calefaciat calefiat, & si sanet sanetur, & si ferat feratur, aut si sanet feratur, & si ferat, accrescat,

At primum, ut patet, fieri nequit. Nam dicere hæc oportet usque ad indiuidua descendendo, ceu si quid Geometriam doceat, id eandem Geometriam doceri, & si proiiciat eodem proiectionis proiici mõ. Nec ẽt sicut motus

docetur, aut si mouet specie motus localis, quæ est proiectio, A
quòd secundum eundem motum proiectionis moueatur. & hoc est manifeste falsum. Deinde destruit secundum modum, vt scilicet, non moueatur mouens secundum eandem speciem motus, sed quod mouet vno genere motus, moueatur alio genere: puta quod mouet secundum locum, moueatur per augmentum: & quod mouet per augmentum, moueatur ab aliquo alio per alterationẽ, & illud alterans moueatur secundum aliquem alium motũ. Manifestum est aũt, quòd motus nõ sunt infiniti, neq; ẽm genus, neq; ẽm speciẽ. Est. n. habitũ ẽ Quinto, q̃ motus differãt genere & specie secũdum differentias rerum, in quibus sunt motus: genera autẽ rerum & species non sunt infinitæ, vt alibi probauit, & sic neq; genera aut̃ spẽs motus. Si ergo mouens non necesse est moueri alio genere, aut alia specie motus, nõ erit procedere in infinitum. sed erit aliquod primum mouens immobile. Sed quia posset aliquis dicere, quòd quando deficient omnes species motus, iterũ redibitur ad primã, vt scilicet, si primũ motum acceptũ mouebatur localiter distributis omnib⁹ generibus & speciebus motuum per diuersos motores, motor qui reliquus erat, mouebitur motu locali. Tex.co.39. ad hoc excludendũ, consequenter dicit, quòd tantum ualet sic reflectere, ut dicatur quòd alterans feratur. Quod dicit, quia motum localẽ supra prius nominauerat, & alterationẽ vltimo. Sic (inquã) reflectere idem est, ac si statim a principio dicat, quòd mouens secundum locũ mouetur. & non solum in genere, sed in Tex.co.40. specie, quòd docens docetur. Et quòd tãdem valeat probat consequenter. Omne enim qđ mouetur, magis mouetur ã superiori mouente quàm ab inferiori, & per consequens multo magis a primo mouente. si ergo id quod ponebatur moueri localiter, mouetur a propinquo quidẽ mouente quod augetur, vlterius autẽ ab eo quod alteratur, vltra autem ab eo quod mouetur secundum locum, hoc quod mouetur secundum locum, magis mouebitur a primo quod mouetur secundum locum, quàm a secundo quod alteratur, aut a tertio quod augetur: ergo erit uerum dicere, quòd mouens secundum locum, mouetur secundum lo-

dũ projectionis. Aut sic qdẽ nõ, sed aliud ex alio genere, vt qđ fert augeri, hoc aũt augẽs alterari ab alio, hoc aũt alterãs sm quendã moueri motũ. sed necesse est stare. Finiti. n. sunt motus. I terum aũt reflectere, & alterãs dicere ferri: idẽ facere est, & si mox dicat ferens ferri, & docẽs doceri. Manifestum. n. est quòd Tex.9. mouetur, & a superius mouẽre quod mouet oẽ, & magis a priori mouẽtiũ. At vero hoc impossibile est. docens. n. accidit addiscere: quorũ hoc quidem habere, illud aũt non habere scientiam necessarium est.

m Amplius aũt his magis irrationabile est, q̃ accidit oẽ motiũ esse mobile; siqdem ab eo qđ C
mouetur, mouetur oẽ quod mouetur. erit. n. mobile, sicut si aliquis dicat, qm̃ sanatiũ & sanãs sanabile erit. & ædificatiũ ædificabile, aut mox, aut p plura: dico aũt sic, si mobile quidẽ ab alio est oẽ motiuum: sed non sm̃ eundẽ motum mobile quo mouet proximũ, sed sm̃ alterum, vt sanatiũ. & disciplinatiũ: sed hoc ascẽdẽs perueniet aliqñ ad eandẽ spẽm, sicut diximus pri⁹. Hoc quidẽ igitur horũ impossibile, aliud aũt figmentũ est. In- D
conueniens. n. est alteratiũ ex Tex.co.39. necessitate eẽ augmẽtabile. Nõ ergo necesse est sp moueri quod mouẽ ab alio, & ab hoc quod mouetur. stabitur ergo. quare aut a quiescente mouebitur qđ mouetur primum, aut ipsum se ipsũ mouebit. At uero, si oportet considerare, vtrũ causa motus sit & principiũ ipsum seipsũ mouens, aut quod ab alio, illud omnis utiq; ponet. Ipsum. n. quidẽ, quod p se est causa, prior est B
eo, quod sm̃ alterum, & ipso existente. Quare hoc cõsiderandũ est accipientibus aliud principium, si aliquid mouet ipsum seipsum quomodo mouet, & secundum quem motum.

cum, & similiter secundum vnamquanque speciem motus. hoc autem non solum est falsum, quia uidetur instantiam habere in multis, sed etiam est impossibile. Sequeretur enim, quòd docens addiscat dum docet: quod est impossibile. includit enim hoc contradictionem. quia de ratione docentis est, quòd habeat scientiã, de ratione aũt addiscentis, quòd non habeat. Sic ergo patet, quòd non est necessarium mouens moueri. Secundam rationem ponit ibi. m ¶ Quæ non differta præcedenti, nisi in hoc, q̃ prima deducebat ad quædam inconuenientia particularia, puta quòd proiiciens proiiceretur, aut docens addisceret: hæc autem ducit ad inconueniens in communi. Vnde dicit, q̃ licet inconueniens sit, q̃ docẽs addiscat, tamẽ adhuc magis est irrationabile: quia accidit, q̃ omne motiuum sit mobile, si nihil moueatur, nisi ab eo qđ mouetur. Sic enim sequetur, quòd omne mouens sit mobile. puta si dicatur q̃ omne, quod habet virtutem sanandi, aut q̃ sanet in actu, est sanabile: & quod habet virtutem ædificandi, est ædificabile. quod est magis irrationabile, quam q̃ docens addiscat: qa docens potuit prius addiscere, sed ædificans nunquam fuit ædificatus. Hoc autem dupliciter sequitur. si enim detur q̃ omne mouẽs mouetur secundum eandẽ speciẽ motus, sequitur quòd ⸗ mox ⸗. i. immediate ædificans ædificetur, & sanans sanetur. Si autem detur quòd non per eãdem speciem motus mouens mouetur, sequitur q̃ per plura media tandẽ in hoc veniatur. Et hoc exponit: quia si omne quod mouet mouetur ab alio, sed tamen nõ mouetur secundum eandẽ motum statim quo mouet, sed secundum alterum motum, puta si aliquid sit sanatiuum, non statim ipsum sanetur, sed mo

alio genere moueatur, ceu ut id quidem, quod fert, incrementa suscipiat, id autem, quod hoc auget, ab alio alteretur: & id quod illud alterat, alio motu quodam itidem moueatur. Nam stetur, necesse est: motus enim finiti sunt. Qui uero redire dicit, idq; quod alterat ferri, perinde facit atque si statim id ferri dicat quod fert, & id doceri, quod docet. Patet enim, omne quod motu cietur, & a superiore moueri mouente, atque magis ab eo quod cætera antecedit. at id fieri nequit. Accidit enim ut id discat quod docet quorum alterum habere scientiam: alterum non habere necesse est.

Hoc præterea magis quam dicta rationis fines egreditur: omne, inquã, motiuum mobile esse, quod accidit, si omne quod mouetur, ab eo mouetur, quod motu cietur. Erit enim mobile perinde, atque si quispiam dicat omne sanatiuum ac sanans sanabile, & ædificatiuum ædificabile esse, aut statim, aut per plura. ceu si moueri quidem ab alio motiuum omne, sed non eo motu quo mouet propinquum sibi, sed diuerso moueri dicat, ut sanatiuum dicere non sanari, at id ascendens perueniet tandem ad eandem speciem motus, ut antea diximus. horum igitur alterum est impossibile, alterum figmentum, absurdum est enim alteratiuum, accrescens necessario esse. Non ergo necesse est id quod mouetur, ab eo sp moueri, quod ab alio motu cietur. erit igitur exitus huiusce tandem processionis. Quare quod primo mouetur, aut a quiescente mouebitur, aut ipsum seipsum motu ciebit. At uero, si considerare etiam oporteat, utrum sit causa motus, atque principium, utrum id, quod motu seipsum ciet, an id quod ab alio agitatur, illud omnes utique ponent. Quod enim per se causa est, id semper prior est eo, quod per aliud rationem causæ subit. Quæ cum ita sint, considerandum est alio principio sumpto, siquid seipsum moueat, quonam modo se motu ciet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus, quarum prima concludebant, q̃ non in infinitum hoc pro cedit q̃ omne quod mouetur, moueatur ab alio: & secundæ concludebant, quòd non omne mouens moueatur, possumus ex omnibus prædictis rationibus concludere, quòd non est necesse in infinitum procedere, quod mouetur ab alio moueri: ita quòd semper mouetur a mouente, qd mouetur: ergo necesse est q̃ fiat in aliquo primo. hoc autem primum, oportet quòd vel sit immobile, vel sit mouẽs seipsum. Sed si consideretur quæ sit prima causa motus in genere mobilium, vtrum illud, quod mouet seipsum, aut mobile, quod mouetur ab alio, p̃babile est apud omnes, quòd primum mouens sit mouens seipsum. Sẽper enim causa, quæ est per se, est prior ea, quæ est per alterum. Et propter hãc rationem, Platonici posuerunt ante ea, quæ mouentur ex alio, esse aliquid quod mouet seipsum. & ideo considerandum est de eo quod mouet seipsum, facientes ex hoc aliud principium nostræ considerationis, scilicet, vt consideremus si aliquid mouet seipsum, quomodo hoc est possibile.

Inte 15. 2. & 6. Phyſi 32. & quto Phy. 62.

LECTIO X.

Necesse igitur oẽ quod mouetur, esse diuisibile in semper diuisibilia. Hoc enim ostensum est prius in uniuersalibus de natura, quod omne, quod per se mouetur, cõtinuũ est. Impossibile est igitur, ipsum mouẽs seipsũ penitus mouere ipsũ seipsum.

b Totum.n. feretur utiq;, & feret sm̃ eandem loci mutationẽ vnũ cũ sit, & indiuiduũ specie: & alterabitur, & alterabit: quare docebit vtiq;, & docebitur simul, & sanabit, & sanabitur secundum eandem sanitatem.

c Amplius, determinatum est, quia mouetur mobile. hoc aũt est quod potentia mouetur, nõ actu. quod autem est potentia vadit in actum. Est autem motus actus mobilis imperfectus: mouens autem iam actu est: vt calefacit calidum, & omnino generat habens speciem. Quare simul idem & secundum idẽ calidum erit & non calidum. similiter aũt & aliorũ unuũqdq; eorum, quæ mouens necesse est habere vniuocum. hoc quidẽ igitur mouet, illud aũt mouetur eius, quod est seipsum mouens.

LECTIO X.

Postquam Philosophus ostẽdit q̃ in mobilib⁹ & in mouentibus non proceditur in infinitũ, sed est deuenire ad aliquod primum, quod vel est immobile, vel est se ipsum mouens, hic ostendit, quòd etiam si perueniatur ad primum, quod est seipsum mouens. quòd nihilominus oportet deuenire ad primum, quod est immobile. Et diuiditur in partes tres. In prima ostendit quòd mouens seipsum diuiditur in duas partes, quarum vna mouet, & alia mouetur: in secunda ostendit, quomodo huiusmodi partes se habeant adinuicẽ. ibi. {Quoniam autem mouet.} In tertia concludit ex præmissis, quòd necesse est deuenire ad aliquod primum immobile ibi { Manifestum igitur ex his. Circa primum duo facit. Primo ostendit, q̃ in eo quod mouet seipsum, una pars mouet, & alia mouetur ex hoc, quòd totum non potest se totum mouere: In secundo excludit alios modos, quibus aliquis opinari posset, quòd esset aliquid mouens seipsum. ibi. {Quod autem non contingat.} Circa primum tria facit. Primo proponit quòd mouens seipsum non totum mouet se totum: secundo probat propositum ibi {Totum enim fertur.} Tertio concludit principale intentum, ibi {Hoc quidem igitur mouet.} Quia uero totum & pars locũ non habent nisi in rebus diuisibilibus, ideo ex probatis in Sexto concludit primo, quòd necesse est omne quod mouetur, esse diuisibile in semper diuisibilia: hoc enim est de ratione continui. omne autem quod mouetur est continuum, si per se mouetur. Per accidens enim moueri aliquod indiuisibile non est impossibile, vt punctum aut albedinem. & hoc ostensum est prius in sexto huius. Omnia enim quæ ante hunc Octauum dixit, uocat uniuersalia naturæ. quia in hoc Octauo, ea quæ supra de motu in communi dixerat, incipit applicare ad res. Sic ergo, cum id quod mouetur, sit diuisibile, potest in omni quod mouetur inueniri totum & pars. si ergo sit aliquid, quod moueat seipsum, erit in eo accipere totum & partem. sed totum nõ poterit mouere seipsum totũ, quod est penitus mouere ipsum seipsum. Secundo ibi.

b ¶ Probat propositum duabus rationibus. Quarum prima talis est. Mouentis seipsum simul & semel est vnus motus numero: si igitur hoc modo aliquid moueat seipsum, quòd totum moueat totum, sequetur quòd unum & idem erit mouens & motum secundum vnum & eundem motum, siue sit loci mutatio, siue alteratio. & hoc videtur inconueniens: quia mouens & motum habent oppositionem adinuicem: oppositæ autẽ non possunt eidem inesse secũdum idẽ. non est ergo possibile, quòd secundum eundem motum sit aliquid idem mouens, & motũ. Cum enim aliquid simul mouet & mouetur, alius est motus, secundum quem mouet, & alius, secundũ quem mouetur. sicut, cum baculus motus a manu mouet lapidem, alius numero est motus baculi, & motus lapidis. sic ergo sequitur ulterius quòd aliquis docebit, & docebitur simul secundum unũ & idem scibile. & similiter quòd aliquis sanabit & sanabitur secundum vnam & eandem numero sanitatem. Secundam rationem ponit ibi.

Mne itaque quod mouetur, in semper diuisibilia diuisibile esse necesse est. Dez monstratum est enim prius. in bisce, quæ de natura uniuersaliter dicebamus, omne quod per se mouetur continuum esse, Fieri igitur nequit, ut id, quod motu seipsum ciet, se totum penitus moueat.

Vnum enim ac indiuiduum specie feretur totum, feretque lanone eadem, & alterabitur, & alterabit: quare docebit, atque docebitur simul, & sanabit, atque sanabitur eadem utique sanitate.

Præterea, definitum est antea id moueri quod mobile est: hoc autem est potentia cum mouetur, non actu, sed quod est potentia proficiscitur nimirũ ad actum. motus autem actus est mobilis imperfectus. At id quod mouet, actu iam est (ut patet:) calefacit enim id, quod est calidum actu, & omnino generat id, quod formam iam habet. Quare simul idem eodemque calidum erit atque non calidum: et unumquodque cæterorum similiter, quæ terminos habeant eiusdem nominis rationisque necesse est. Eius ergo, quod motu cietur interno, & suo aliud mouet, aliud mouetur.

e ¶ Quæ talis est. Determinatum est in Tertio, quòd id, quod mouetur, est mobile scilicet in potentia existens: quia quod mouetur, inquantum est in potentia & non in actu, mouetur. Ex hoc enim mouetur aliquid, quod cum sit in potentia, tendit in actum. Nec tamen id, quod mouetur, est ita in potentia, ut nullo modo sit in actu: quia ipse motus est quidam actus mobilis inquantum mouetur, sed est actus imperfectus: quia est actus eius, inquantum est adhuc in potentia. sed illud, quod mouet, iam est in actu. Non enim reducitur quod est in potentia in actum, nisi per id, quod est actu: hoc autem est mouens. sicut calefacit calidum, & generat illud, quod habet speciem generationis, sicut hominem generat, quod habet speciem humanam, & sic de aliis. Si ergo totum moueat se totum, sequitur q̃ idem secundum idem simul est calidum & non calidum: quia, inquãtum est mouens, erit actu calidum inquantum est motum, erit calidum in potentia. & similiter est in omnibus alijs, in quibus mouens est uniuocum}, idest conueniens in nomine, & ratione cum moto. sicut cum calidum facit calidum, & homo generat hominem. Et hoc ideo dicit: quia sunt quædam agentia non vniuoca, quæ scilicet non cõueniunt in nomine & ratione cum suis effectibus, sicut Sol generat hominẽ. In quibus tamen agentibus, & si non sit species effectus secundum eandem rationem, est tamen quodam modo altiori & ulteriori. Et sic uniuersaliter uerum est, quòd mouens est quodam modo in actu secundum id, secundum quod mobile est in potentia. si igitur totum moueat se secundum totum, sequitur quòd idem sit simul actu & potentia: quod est impossibile. Ex hoc ergo concludit principale intentum, quòd mouentis seipsum vna pars mouet, & alia mouetur. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit

Tex. 43. Tex. 44. Tex. 41. Infra. in fine. Tex. 40. Tex. 32. Tex. 49. Tex. 6.

d ¶ Excludit quosdam modos, quos aliquis posset existimare in motu mouentis seipsum. & primo ostendit quòd mouẽtis seipsum non mouetur utraque pars ab altera, secundo ostendit q̃ pars mouentis seipsum, non mouet seipsam ibi { At uero neque primum seipsum. } Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, secũdo probat propositũ ibi { Neque. n. erit. } Dicit ergo primo, manifestum esse ex iis quæ sequuntur, quod non contingit aliquid mouere seipsum, hoc modo, q̃ utraq; pars eius moueatur a residua. sicut, si A B moueat seipsum, eo quòd A moueat B, & B moueat A. Secũdo ibi.

e ¶ Probat propositum quatuor rationibus. Et est attendendum, q̃ ad hanc conclusionem, resumunt rationes suprapositas ad ostendendũ, quòd non omne mouens mouetur ab alio. vnde ex p̃missis abbreuiate hic colligit quatuor rationes. Quarum primam sumit ex prima ratione, quam supra posuit duplici ordine, ad ostendendum q̃ etiam non procederetur in infinitum in hoc, q̃ semper aliqd ab alio moueatur, propter hoc, q̃ non esset aliquod primũ mouens, quo remoto, remouerentur sequẽtia. Vnde & hic primo præmittit idẽ inconueniens. Dicit enim quòd si in primo moto, quod ponitur mouens seipsum, utraque pars ab altera reciproce moueatur, sequetur q̃ non sit aliquod primum mouens. Et hoc ideo, quia, sicut supra dictum est, mouẽs prius est magis causa mouendi & magis mouet, quam posteri⁹ mouẽs. & hoc ideo supra probatur, quia dupliciter aliquid mouet. vno enim modo mouet aliquid ex eo quòd mouet ab alio, sicut baculus mouet lapidem eo quòd mouetur a manu, & hoc est secundum mouens. alio modo mouet aliquid ex eo quòd mouetur ex seipso, sicut homo mouet. & hæc est dispositio primi mouentis. Illud autem quod mouet non eo quòd mouetur ab alio, magis est remotum ab ultimo quod mouetur, & magis proximum primo mouenti, quam medium, quod scilicet mouet eo quòd ab alio mouet. Debet ergo ratio sic formari: Si totius mouentis seipsum utraque pars mouet alia reciproce, non magis mouet una quam alia: sed primum mouẽs magis mouet quam secundum. ergo neutra earum erit primum mouens, qd est incõueniens: quia sic sequeretur, quòd illud quod mouetur ex seipso, non esset propinquius primo principio motus {quod nullum sequitur esse} quam id quod mouetur ab alio, cum tamen supra sit ostensum, q̃ mouens seipsum sit primum in genere mobilium. Non ergo hoc est uerum, q̃ mouentis seipsum utraque pars per aliam moueatur. Deinde cum dicit.

f ¶ Sumit duas rationes ad idem ex una ratione quam supra posuerat, ad ostendendum, quòd non omne mouens mouetur, ita quòd moueri conueniat mouenti per accidens. In qua quidem ratione supra duas cõclusiones intulit. Primam scilicet, q̃ mouens contingit & non moueri. Alteram, q̃ motus non sit æternus. & secundum has duas conclusiones, duas hic rationes formar. Primo enim dicit, quòd non necessarium est mouens moueri nisi a seipso secundum accidens. & est sensus, quòd nisi accipiatur primum mouens moueri a seipso, non erit etiam necesse quòd mouens primum moueatur secundum accidẽs. sicut quidam posuerunt, quòd omne mouẽs mouetur, & tamen hoc est ei per accidens. Cum ergo ponitur quòd mouẽtis seipsum, pars, quæ mouet, econtra æqualiter mouetur ab altera, hoc non erit nisi per accidẽs. sed sicut supra accipiebamus, quod est per accidens, cõtingit non esse: ergo contingit illam partem, quæ mouet, non moueri. sic ergo remanet quòd mouentis seipsum vna pars mouetur, & alia mouet, & nõ mouetur. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit alia rationem correspondentem secundæ conclusioni, quam supra intulerat, scilicet, quòd sequitur motum nõ semper esse. Hic aũt conuerso ordine, sic arguit, Si necesse est motum semper esse, non necesse est mouens cũ mouet econtrario moueri. sed necesse est, quòd vel mouens sit immobile, vel quòd ipsum moueatur a seipso. Huius autem conditionalis ratio ex supraposita ratione apparet, quia si mouens non mouet nisi moueatur & cum nõ ineest ei moueri nisi per accidens: sequitur q̃ contingat ipsum nõ moueri: ergo per cõsequens neque mouere, & sic non erit motus: sed motũ supra ostenderat sempiternum. ergo non necesse est mouẽs cum mouet contra moueri. & ita non est verum, quòd vtraque pars mouentis seipsum moueatur ab altera. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit quartam rationem, quæ sumitur ex ratione quam supra posuit ad ostendendum, quòd non inest mouenti per se quòd mouetur: quia sequeretur quòd esset deuenire in hoc, quòd mouens eodem motu moueretur quo mouet, vt supra expositum est. & ideo hic abbreuiando hanc rationem dicit, quòd si vtraque pars ab altera moueatur, sequetur, quòd secundum eundem motum mouet & mouetur. vnde sequitur, quòd calefaciens calefit: quod est impossibile. Ideo autem sequitur, si mouentis seipsum vtraque pars ab alia moueatur, quòd secundum eundem motum aliquid mouet & mouetur: quia mouentis se ipsum est vnus motus, & secũdum illum oportebit, quòd pars quæ mouet moueatur. Deinde cum dicit.

i ¶ Excludit alium modum, scilicet quòd mouentis seipsum, pars seipsam non mouet. & primo proponit quod intendit, secundo probat propositum ibi { Totum enim si mouetur. } Dicit ergo primo, quòd si accipiatur aliquid, quod est primo mouens seipsum, non potest dici, neque quòd vna pars eius seipsam moueat, neque quòd plures: ita quod quælibet earum seipsam moueat. Secundo ibi.

k ¶ Probat propositum duabus rationibus. quarum prima talis est. Si totum mouetur ipsum a seipso, aut hoc conuenit ei ratione suæ partis, quæ mouetur a seipsa, aut ratione totius. si conueniat ei ratione suæ partis: ergo illa pars erit primum seipsum mouens: quia illa pars separata a toto mouebit seipsam: sed totum iam non erit mouens seipsum primũ, vt ponebatur.

Et vero

Tex. 1. Tex. 42. Tex. 36. infra Tex. 9. Tex. 33. Tex. 37.

si vero dicatur, quòd totum mouet seipsum ratione totius: ergo quòd aliquæ partes mouent seipsas, hoc non erit nisi per accidens: quòd autem est per accidens, non est necessarium: ergo in primo mouente seipsum maxime oportet accipere ꝙ partes non mouentur a seipsis: totius ergo primi mouentis seipsum vna pars mouebit, est immobilis, alia mouebitur. Istis .n. solum duobus modis possibile esset quòd pars mouens moueretur, scilicet aut quòd moueretur a parte altera, quam mouet, aut ꝙ moueret seipsam. Vnde attendē dum est, quòd Arist. excludēdo hos duos modos, intendit cōcludere, ꝙ pars mouens in mouente seipsum, sit immobilis non autem quòd mouens seipsum diuidatur in duas partes: quarum vna sit mouens, & alia mota: hoc enim sufficiēter conclusum est per id quod primo ostendit, quòd totum nō mouet seipsū totū, & sic patet, quòd nō fuit necessarium Arist. inducere diuisionem quinque membrorum, vt quidam dixerunt: quorū vnū membrum sit, quòd totum moueat totū: secundum, quòd totum moueat partē: tertium, quòd pars moueat totum: quartum, quòd duæ partes vicissim se moueant: quintū, quòd vna pars sit mouens & alia mota: si enim totum non mouet totum, per eandem rationem sequitur, ꝙ totum non moueat partem, nec pars totum: quia vtrobique sequeretur, quòd aliqua pars mota moueret seipsam. Vnde hoc, quòd totum nō mouet totum, sufficit ad concludendū, quòd vna pars sit mota, & alia mouens: sed non sufficit ad concludendum, quòd pars mouens non moueatur a mota, & quòd non moueatur a seipsa. Et ad hoc secundum probandum induxit secundam rationem ibi.

Tex.cō.43.

1 ¶ Quæ talis est. Si detur quòd pars mouens mouentis seipsum, ipsa tota seipsam moueat, sequitur (per supra probata) quòd ipsius partis iterum vna pars moueat, & alia moueatur: iam enim ostensum supra est, quòd totum non mouet seipsum aliter, nisi per hoc quòd vna pars eius mouet, & alia mouetur. Sit ergo pars mouens mouentis seipsum A B: per rationem ergo præmissam sequitur, quòd vna pars eius sit mouens, scilicet A, & alia mota, scilicet B; si ergo A B moueat tota se totam (vt tu ponis) sequitur quòd idem moueatur A duobus motoribus, scilicet a toto, quod est A B, & a parte, quæ est A: quod est impossibile. Relinquitur ergo, quòd pars mouens in mouente seipsum, est omnino immobilis.

A mouens. B motum.

Tota linea ex seipsa mouetur, & ab A primo.

LECTIO XI.

Postquàm Philosophus ostendit quòd mouens seipsum diuiditur in duas partes, quarum vna mouet & non mouetur, alia autem mouetur, hic ostēdit quo modo huiusmodi partes se habeant adinuicem: & circa hoc tria facit. Primo proponit qđ intendit, secundo ostendit propositum. ibi {Sit enim A mouens.} Tertio concludit conclusionem principaliter intentā ex omnibus præmissis. ibi {Manifestum igitur ex his est.} Dicit ergo primo, quòd cum mouens diuidatur in duo, quorum vnum mouetur etiā ab alio, aliud vero mouens est immobile: & iterum mobile diuidatur in duo (est enim quoddam mobile) quod etiam mouet: quoddam vero mobile, quod nihil mouet: oportet dicere, quòd mouens se ipsum componatur ex duabus partibus, quarū vna sit sic mouens, quòd tamen sit immobilis, alia vero sic moueatur, quòd tamen non moueat. Quod autem subdit {ex necessitate} dupliciter potest intelligi: quia, si intelligatur, quòd pars mota mouētis seipsum nō moueat aliquid, qđ sit pars mouentis seipsum, sic legenda é litera, quòd necessitas remaneat affirmata, cadens super hoc quod dicit {non mouente.} Probat enim statim impossibile esse, quòd eius, quod primo mouet seipsū, sit tertia pars, q̄ moueatur a parte mota. Si vero intelligatur quòd pars mota non moueat aliquid extrinsecū, sic hoc qđ dicit {Ex necessitate} cadit sub negatione. Non enim est de necessitate mouentis secundum quòd pars mota moueat aliquid extrinsecum: nec tamen est impossibile. Qualiter autem hoc contingat ostendit consequenter cum dicit.

Infra

Tertiū.

G

H

I

K

Vm autem eorum quidem, quæ mouent, quoddam ab alio moueatur, quoddam immobile sit: eorum uero quæ mouentur, aliud moueat, aliud non moueat quicquam: id, quod seipsum mouet ex eo sane quod mouet, & non mouetur, & ex eo quod movetur, & non necessario mouet, sed interdum mouet, interdum non mouet, constare necesse est.

Nam sit A quidem mouens immobile, B uero id quod ab A mouetur, & mouet etiam C, hoc autem moueatur quidem, sed nō moueat quicquam: nam & si fit ut per plura quoque per ueniatur ad ipsum C, per unum tamē solum nunc accedatur. Totum igitur A B C, seipsum mouet. Sed si auferam C, ipsum quidem B seipsum mouebit, A uero non mouebit ipsum seipsum, neque penitus mouebit. At uero neq; B C mouebit ipsa seipsam sine A: ipsum .n. B mouet in eo qđ mouetur ab alio, non quia a sui ipsius parte aliqua. A B igitur solum ipsum seipsum mouet. Necesse itaq; ipsum seipsū mouens habere mouens immobile, & quod mouetur: nihil autē mouens ex necessitate.

b ¶ Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum, secūdo soluit quandam dubitationem, ibi {Dubitationem habet.} Circa primum duo facit. Primo ostendit qualiter partes mouētis seipsum se habeant adinuicem, secundo qualiter secundum eas totum dicitur seipsum mouere. ibi {Siquidem igitur continuum est.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd in mouente seipsum sunt solæ duæ partes, quarum vna mouet & non mouetur, alia mouetur & non mouet. secundo quomodo hæ duæ partes adinuicem coniungantur. ibi {Contacta autem vtraque.} Primum ostendit sic, si dicatur quòd pars mota mouentis seipsum iterum moueat aliquid aliud, quod sit pars eiusdem mouentis seipsum, sit ergo prima pars mouentis seipsum A, quod sit mouens immobile: secunda vero pars sit B, quod moueatur ab A, & moueat tertiam partem, quæ est C, quæ sic moueatur a B, quòd nihil aliud moueat, quod sit pars mouētis seipsum.

Tex.cō.44

Quartū.

Tex.cō.30.

Infra.

Tex.34 & 35.

Et licet contingat ꝙ multa media, q̄ sunt mouentia & mota ꝙ uenire in vltimum motum, quod dicitur C: accipiatur loco omnium mediorum, etiam vnū medium, quod sit B. Sic ergo hoc totum, qđ est A B C, mouet seipsum a quo toto, si auferatur hæc pars, quæ est C, adhuc ipsum A B mouebit se ipsum: quia vna pars eius est mouens, scilicet A, & alia mota, scilicet B, quod requirebatur ad hoc quòd aliquid sit mouens seipsum (vt supra ostensum est) sed C non mouebit seipsum, neque aliquam aliam partem secundum suppositā. Similiter etiam B C non mouet seipsum, sine A: quia B non mouet nisi inquantum mouetur ab alio, qđ est A, quod non est pars eius. Relinquitur ergo, quòd solū A B moueat seipsum primo & per se. Vnde necesse est ꝙ mouens seipsum habeat duas partes: quarum vna sit mouens immobilis, alia vero sit mota, quam necesse est nihil mouere, qđ sit pars mouentis seipsum: hoc enim cōclusum est per præmissam rationē. Vel nihil mouens ex necessitate: quia non ē de necessitate mouētis seipsum, ꝙ pars mota moueat aliqd aliud etiam extrinsecum. Secundo ibi.

In hac lec.

c ¶ Ostendit quomodo hę duæ partes se habeant adinuicē. Vbi considerandum est, quòd Arist. non dum probauit primū mouens non habere aliquam magnitudinem, quod infra probabit. Quidam autem antiqui Philosophi posuerunt nullam substantiam absq; aliqua magnitudine esse. Vnde Arist. ante probationē hoc sub dubio secundum suam consuetudinem derelinquens, dicit, ꝙ duas partes mouentis seipsum, quarum vna est mouens & alia mota, necesse est aliquo modo coniungi, ad hoc quòd sint partes vnius totius: non autem per continuationem, quia supra dixit, quòd mouens seipsum, & motum non possunt cōtinuari, sed necesse est ea diuidi: vnde relinquitur ꝙ oportet has duas partes coniungi per contactum: aut ita, vt ambæ partes contingant se inuicem, si ambæ partes habeant magnitudinem: aut ita quòd altera tantum pars contingatur ab alia & non ecōuerso, quod erit, si mouens nō habet magnitudinem. Quod enim est incorporeum potest quidem tangere corpus sua virtute moūēdo ipsum, non autem contingitur a corpore: duo autem corpora seinuicem tangunt. Deinde cum dicit.

Tex.cō.42.

d ¶ Ostendit qua ratione totum dicatur moūs seipsum, vna parte mouente, & alia mota: & supponamus quantum ad præsens, quòd vtraque pars sit cōtinua, idest magnitudinem habēs, quia de eo, quod mouetur, in Sexto probatum est, ꝙ sit aliqd continuum: & accipiatur nunc idem de mouente, antequam veritas pbetur. Hac igitur suppositione facta, ipsi toti composito ex duobus tria attribuūtur, scilicet moueri, mouere, & mouere seipsum. Sed hoc quod est mouere seipsum, non attribuitur ei ꝓpter hoc, ꝙ aliqua pars ei⁹ moueat seipsam, sed ipsum totum seipsum mouet: sed hoc quod est mouere & moueri, attribuitur toti ratione partis: non .n. totum mouet neque totum mouetur: sed mouet vna pars eius, scilicet A, reliqua vero pars eius solū mouetur, scilicet B. iam enim ostensum est, ꝙ non est aliqua tertia pars, vt C, quæ moueatur ab ipso B. Impossibile est enī hoc, si accipiatur id quod primo mouet seipsū, sicut supra ostensum est. Deinde cū dicit.

Infra.

e ¶ Mouet quandā dubitationem circa præmissa. Et primo mouet eam: secundo soluit. ibi {Aut potē tia quidem.} Habet autem hęc dubitatio ortum ex hoc, quod supra probauerat, ꝙ in primo mouēte seipsum, non sunt nisi duæ partes: quarum vna mouet, & alia mouetur: quia, si esset tertia, etiam ea remota compositum ex primis duab⁹ mouet seipsum: & sic ipsum est primum mouēs seipsum. Ex hoc ergo sequitur dubitatio talis. Ponamus ꝙ pars mouentis seipsum, quæ est mouēs immobile, vt A, sit qđdam continuum: de parte autem eius, q̄ mouetur, scilicet B, manifestum est, ꝙ est aliquid continuum secūdum prius probata: omne autem continuum est diuisibile: est ergo dubitatio, si auferatur aliqua pars per diuisionem ab A aut a B, vtrum reliqua pars moueat, aut moueatur: quia si reliqua pars moueat aut moueatur, adhuc residua pars de A B mouebit seipsum, & sic A B non primo mouebat seipsum. Et sic sequitur vlterius, quòd nihil erit primo mouens seipsum. Secundo ibi.

Tex.cō.32.

Tex.cō.46.

f ¶ Soluit positam dubitationem. Vbi considerandum est, ꝙ Arist. prius in Sexto probauit, ꝙ in motu non est aliquid primum, neque ex parte temporis, neque ex parte rei, in qua est motus, præcipue in augmento, & motu locali: & hoc ideo, quia tunc loquebatur de motu in communi, & de mobili, secundum ꝙ est quoddam continuum, nondum applicando ad determinatas naturas: & secundum hoc sequeretur, quod non esset aliquid

A

B

C

D

E

Tu ciebit: quippe cum A moueat, B moueatur, (ut patet) at C non seipsum motu ciebit, neq; omnino mouebitur. At uero nec ipsum B C sine A seipsum mouebit: nam ex eo B mouet, quia ab alio motu cietur, & non ex eo quia mouetur a se parte sua mouente: ipsum igitur A B, solum seipsum mouet. Quæ cum ita sint, id omne, quod seipsum mouet, habeat necesse est & id quod mouet, & est immobile, & id quod motu cietur, non autem necessario mouet.

Quæ quidē aut sese mutuo tangūt, aut alterum alterum tangit.

Quòd si id quod mouet continuum sit (nam in quod motu cietur, necessario continuum est.) patet totum seipsum motu ciere, non ex eo, quia aliquid ipsius est tale, ut ipsum seipsum moueat, sed quia totum seipsum mouet. mouetur autem & etiam mouet ex eo sane. quia ipsius est aliquid & id quod mouet: & id quod mouetur. Non enim totum mouet: neque totum mouetur, sed mouet quidem A, mouetur autem tantummodo B, ipsum uero. C non necessario mouetur a B: est enim hoc impossibile.

Existit autem dubitatio hoc loco quædam, si quispiam, aut ipsius A, si continuum sit, id quod mouet quidem, sed non mouetur, aut ipsius B, quod mouetur, aliquam auferat partem, mouebit ne reliquum ipsius A, aut reliquum ipsius B motu ciebitur? Nam, si mouebit aut mouebitur, non erit A B profecto id, quod a seipso primo mouetur. Ablata enim ab eo parte, reliquum A B seipsum adhuc mouebit.

An nihil prohibet utrunque, aut alterum, id, inquam, quod mouetur, diuisibile quidem esse potentia, indiuisibile autem actu?

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Navarra
Biblioteca

aliquid primo motum, & per consequens, nec aliquid primo mouens sit mouens sit continuum: & ita etiam non esset aliquid primo mouens seipsum. Sed nunc iam Arist. loquitur de motu, applicando ad determinatas naturas: & ideo ponit aliquid esse primo mouens seipsum: & soluit præmissam dubitationem sic, quòd nihil prohibet esse indiuisibile in potentia ex eo quòd sunt continua, scilicet mouēs & motum, & vtrumque sit continuum, sed ad minus alterū tantū, scilicet quod mouetur, quod necesse est esse cōtinuū. Sed tamen possibile est, quòd aliquod cōtinuum, siue sit mouens, siue motum, habeat talem naturā vt non possit actu diuidi: sicut patet de corpore Solis. Et si contingat quòd aliquod continuum diuidatur, non retinebit eandem potentiā ad hoc quòd mouat vel moueatur, quam prius habebat: quia huiusmodi potentia sequitur aliquam formam: forma autem naturalis requirit quantitatē determinatā. Vnde, si fit corpus incorruptibile, diuidi non potest in actu.

Tex.cō.45.

Tex.cō.46. Si autē sit corruptibile, si diuidatur in actu, non retinebit eandem potentiam, sicut patet in corde: vnde nihil prohibet in ijs, quæ sunt diuisibilia in potentia, esse vnum primum. Deinde cum dicit.

e ¶ Infert conclusionem principaliter intentam ex omnib⁹ præmissis: & dicit, manifestū esse ex p̄missis, quòd necesse est ponere primum mouens immobile, cum non procedatur in infinitum in mouentibus & motis ab alio, necesse sit stare ad aliquod primum, quod est immobile vel mouens seipsum. Siue enim mouentia & mota stent ad aliquod primum immobile, siue ad aliquod primum, quod mouet seipsum, vtrobique accidit, quòd primum mouens sit immobile, per hoc, q̄ mouentis etiam seipsum vna pars est mouens immobile, vt nunc ostensum est.

LECTIO XII.

QVoniam autē oportet semper motum esse, & non deficere, necessarium est aliquid esse, quod primum mouet, siue vnum sit, siue plura, & primum mouens immobile esse.

b Vnumquodq; igitur perpetuū esse immobiliū quidē, mouentiū autē, nihil pertinet ad eam, quę nunc rationem.

c Quoniā autē necessarium ē, esse aliquid immobile quidem ipsum ab omni exterius mutatione & simpliciter, & secundū accidens, motiuū autē alterius manifestum est cōsiderantib⁹.

d Sit aūt, si aliquis velit in quibusdam cōtingens esse, vt & sit aliquando, & non sit sine generatione & corruptione. Fortasis .n. necessariū est, si aliquod actu autem indiuisibile: si autē diuidatur, non adhuc esse eandem habens potentiam. Quare nihil prohibet & indiuisibilibus potentia primū esse vnū.

g Manifestū igitur ex his, quoniam est primum mouens immobile. Siue enim mox stet, quod mouetur, ab aliquo autē motum ad immobile primum siue in quo mouetur quidem, ipsum autem seipsum mouens & stans: vtrobique accidit primum mouens in omnibus esse motis immobile.

LECTIO XII.

VTrum autem semper esse motum oporteat, & nullas eius intercapedines fieri: esse quippiam primo mouens perpetuum immobileq; aut unum, aut plura necesse est.

Vnumquodque igitur eorum quæ immobilia sunt, atque mouent, perpetuum esse, non ad præsentem sermonem pertinet.

Esse autē aliquid necessario, quod semper omnis quidem sit mutationis tam absolute quàm per accidens expers, aliud autem moueat, perspicuum, si hoc pacto considerabimus, fiet.

Atque sit ita, si cui placeat, in aliquibus fieri posse, ut aliquando sint, aliquando non sint sine generatione corruptioneue. Fortasse namque necessarium est, si quid partibus naeāt

facit. Primo proponit quod intendit, secundo probat, ibi ¶ Sic autem si aliquid velit. ¶ Circa primum tria facit. Primo resumit ea quæ supra ostensa sunt. Secundo prætermittit quoddā, quod videbatur posse valere ad suum propositum. ibi ¶ Vnum quodque quidem igitur. ¶ Tertio exponit suum propositū. ibi ¶ Quoniam autem necessarium est esse. ¶ Dicit ergo primo, q̄ supra ostensum est, quòd motus semper est, & nunquam desicit: & q̄ omnis motus est ab aliquo mouente: in mouentib⁹ autem non est procedere in infinitum: necesse est esse aliquid primum mouens. Et quia nondum probatum est, quòd primum mouens sit vnum, ideo sub dubio derelinquit, vtrum sit vnum, vel plura. Et vlterius ostensum est, quòd primū mouens est immobile, siue statim ascendendo de motis ad mouentia perueniatur ad primum immobile, siue perueniatur ad primum mouens seipsum cuius vna pars est mouens immobile. Fuit autem quorundam positio quòd omnia principia mouentia in his quæ mouent seipsa, sunt ppetua: posuit .n. Plato omnes animas animalium perpetuas. Etsi vere esset hæc opinio, iam statim Arist. haberet propositum quantū ad hoc, q̄ primū mouens sit perpetuum; sed opinio Arist. est q̄ de partibus animę solus intellectus est incorruptibilis: cum tamen etiam aliæ partes animæ sine mouētes. Et ideo hoc consequenter prætermittit dicens,

Tex.46.

b ¶ Et dicit q̄ ad rationē, quæ p̄mittebus habetur, nihil p̄tinet an vnumquodque principiorum q̄ mouent & sunt immobilia, sit perpetuum, quamuis hoc aliqui posuerunt ponentes omnes animas incorruptibiles. Et dicit hoc non esse ad præsentem rationem: quia hoc nō suppōsito, habebit propositum. Deinde cum dicit.

c ¶ Exponit quid intendit probare & dicit, q̄ considerando ea, quæ sequuntur, manifestum potest esse, q̄ & si non omne mouens immobile sit perpetuum, necesse est tamen esse aliqd immobile, ita q̄ nullo modo ab extrinseco moueatur, nec simpliciter, nec per accidens: & tamen sit motuum alterius. Dicit autem ſab omni exterius mutatione ſ non intendens excludere motum, idest operationem, quæ est in operante, prout intelligere dicitur motus, & pront appetitus mouetur ab appetibili. Huiusmodi enim motus non excluditur a primo mouente, de quo intendit.

d. ¶ Probat quod dixerat, scilicet q̄ sit aliquod primum mouens perpetuum & penitus immobile. Et primo probat hoc p̄ mouentia se, quæ quandoque sunt & quandoque non sunt, secundo per principia mouentia, quæ quandoq; mouent, & quandoque non mouent, ibi ¶ Et iterum considerans. ¶ Circa primum tria facit. Primo, ostendit q̄ oportet esse aliquod primū mouens perpetuum, secundo q̄ tale mouens magis debet esse vnum

Tex.50.

vnum quàm plura, ibi ¶ Vnum autem magis. ¶ Tertio ostendit A vtrumque simul, scilicet quòd est vnum primum mouens & p̄petuum. ibi ¶ Manifestum est igitur ex his. ¶ Circa primū duo facit. Primo excludit quandam rationē, per quam aliquis posset niti ad probandum propositum ostendendum ibi ¶ Manifestū est enim. ¶ Posset autem aliquis sic procedere. Omne quod non potest quandoque esse & quandoq; non esse, est perpetuum: sed primum mouens, cum sit immobile, vt ostensum est, non potest quandoq; esse, & quandoque non esse: (quia quod quandoque est & quandoque non ē, generatur & corrumpitur: quod autem generatur & corrumpitur mouetur:) ergo primum mouens est perpetuum. Aristo. autem de hac ratione non curat: quia potest aliquis dicere, si vult, quòd in quibusdam contingit, q̄ quandoque sint, & quandoque non sint absque hoc, quòd generentur & corrumpantur, p̄se loquendo, & per consequēs absque hoc quòd per se moueantur. Necesse est enim si aliquid impartibile, qđ scilicet non sit compositum ex materia, & forma, quandoq; sic est & quandoque non est, quòd omne tale sine mutatione sui quandoque sit & quandoque non sit: sicut potest dici de puncto, & de albedine, & de quolibet huiusmodi: ostensum enim est in Sexto q̄ omne qđ mouetur c partibile: & in Septimo Meta. quòd omne quod generatur ē compositum ex materia & forma. Huiusmodi quidem igitur impartibilia per se quidem non generantur neque mutantur, sed per accidens generatis & mutatis alijs. Ex quo etiā patet, q̄ si aliquid neque per se neque per accidens mouetur, q̄ illud est perpetuum: & si est perpetuum, neque per accidens neque per se mouetur, secundum hoc quod est perpetuum. Si ergo conceditur esse contingens, q̄ aliquid quandoque sit, & quandoque non sit, absq; eo quod generetur & corrumpatur, etiam & hoc concedatur esse contingens, q̄ quædam principia mouentia immobilia, ita tamen q̄ possint moueri per accidens, quandoque sint, & quādoque non sint. Nequaquam tamen possibile est, omnia principia mouentia & immobilia talia esse, vt quandoque sint & quandoque non sint. Secundo ibi.

Infra

Tex.47.

Tex.cō.47.

Tex.48.

Tex.49.

Tex.28.

Tex.22.

Tex.cō.48.

c ¶ Ostendit propositum & dicit, quòd si quædam mouentia seipsa quandoque sunt, & quandoque non sunt, necesse est q̄ sit aliqua causa generationis & corruptionis ipsorum, quæ quādoque sunt & quandoq; non sunt: quia omne quod mouetur, habet causam sui motus: quod autem quandoque est & quandoque non est, si sit compositum, generatur & corrumpitur: mouens autem seipsum necesse est q̄ habeat magnitudinem, quia mouetur: & ostensum est in Sexto q̄ nihil impartibile mouetur. Sed ex dictis non potest haberi, q̄ sit necessarium mouens habere magnitudinem, & sic non mouetur per se, si quandoque sit, & quandoque non sit. Si autē generationis & corruptionis eorum, q̄ mouēt seipsa, est aliqua causa, oportet q̄ etiam huiusmodi sit aliqua causa, q̄ eorū generatio & corruptio perpetuę continuatur. Non autem potest dici quòd huiusmodi continuitatis causa sit aliquod illorum immobilium, quæ nō semper sūt, neque etiam potest dici, quòd sempiternæ generationis & corruptionis quorūdam mouentium ipsa, sint causa quædam mouentia immobilia, quæ nō semper sunt, & aliarum alia. Et hoc exponit subdens, quòd huius cōtinuæ & sempiternæ generationis nō potest esse causa neque vnum ipsorum, neq; omnia. Et quòd vnū nō possit esse causa, sic ostendit, quia id, quod nō est semper, non potest esse causa ei⁹, quod est semper perpetuum, & ex necessitate. Quòd autē omnia non possint esse causa, ostendit per hoc, quòd omnia huiusmodi principia corruptibilia, si generatio est perpetua, sunt infinita, & non simul sunt: impossibile est autē vnū effectum dependere ex infinitis causis. Et iterum, ea quę non simul sunt, non possunt esse causa alicui⁹: licet possit esse, quòd eorum quæ nō simul sunt, quædam disponant, & quædā causent. vt patet in guttis succedentibus, quæ causant lapidis effossionem. sed si aliqua multa sunt directe causa alicuius, oportet quod simul sint. Sic ergo manifestum est, quòd si sint decies milies principia mouentia & immobilia: & si sint etiam multa, quæ moueant seipsa, quorum quędam corrumpantur, & alia generentur: & inter ista, quædam sint mobilia & quædam mouentia, nihilominus tamen oportet esse aliquid super omnia, quod sua virtute contineat omnia, quæ prædicto modo generantur & corrumpuntur: quod quidem sit causa continuæ mutationis ipsorum, per quam quandoque sunt & quandoque non sunt: & per quam hæc sunt causa generationis & motus h.s, & hęc aliis: quia omne generans est causa generationis generato. sed tamen generantia corruptibilia habent, quòd sint causa generationis ab aliquo primo incorruptibili. Si ergo motus, per quem quædam quandoque sunt, & quandoque non sunt, est perpetuus, vt supra ostensum est: & effectus perpetuus non potest esse nisi a causa perpetua: necesse est, quòd primum mouens sit perpetuum,

Tex.cō.49.

Tex.cō.5.

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca Central

tum, ꝙ eſt vnum: & ſi ſunt plura prima mouentia, quòd etiam illa plura ſint perpetua. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit quòd magis debeat poni vnum principium perpetuum, quàm multa: & dicit, quòd ſicut oportet exiſtimare magis eſſe principia finita, quàm infinita, ita oportet exiſtimare, quòd ſit magis vnum principium, quàm plura. Si enim eadem accidant vel conſequantur in effectib⁹ ex poſitione finitorum principiorum, quàm ex poſitione infinitorum, magis eſt accipiendum quòd ſint principia finita, quàm infinita: quia in his, quæ ſunt ſecundum naturam, ſemper eſt magis accipiẽdum illud quod eſt melius, ſi ſit poſſibile: quia ea quæ ſunt ſecundum naturam, ſunt optime diſpoſita. melius eſt autẽ finitum principium, quàm infinitum: & vnum, quàm multa. ſufficit autem ad cauſandum perpetuitatẽ motus, quòd ſit vnum principiũ primum immobile, ſi ſit perpetuum: nõ ergo ſũt ponẽda plura prima principia. Deinde cum dicit.

g ¶ Cõcludit ex prædictis, quòd neceſſe eſt eſſe aliquid vnũ primum mouens & perpetuum. Et quàuis hoc ex ſuperioribus ſufficiẽter probatum videatur, poſſet tamen aliquis calumnioſe dicere, ꝙ cauſa continuitatis generationis eſt aliquod primum mouens ſeipſum perpetuum: ſed motor illi⁹ mouẽtis ſeipſum, nõ eſt perpetuum & vnum: ſed mouetur a diuerſis mouentibus, quorum quædã generantur & quædam corrumpuntur. Sed hoc intendit ex cludere: quia ſi motus eſt perpetuus, vt ſupra probauerat, ne ceſſe eſt ꝙ motus primi mouentis ſeipſũ, quod ponitur cauſa totius perpetuitatis motus, ſit ſempiternus & continuus. Si enim non eſſet cõtinuus, non eſſet ſempiternus: ſed quod conſequenter eſt, nõ eſt continuum. Ad hoc autem quòd motus ſit continuus, neceſſe eſt quòd ſit vnus: ad hoc vero quòd ſit vnus, neceſſe eſt quòd ſit ab vno mouente, & vnius mobilis. Si vero ſit aliud & aliud mouens, non erit totus motus continuus, ſed conſequenter ſe habens. Neceſſe eſt ergo omnino, quòd primum mouens ſit vnum & perpetuum. Mouens autem immobile, quod mouetur per accidens, non eſt perpetuum, vt ſupra dictum eſt. Relinquitur ergo, quòd primum mouens ſit omnino immobile & per ſe, & per accidens.

Tex.cõ.49

Tex.cõ.50.

f Vnum autẽ magis quàm multa, & finita quàm infinita, oportet exiſtimare. eiſdẽ aũt accidẽtibus ſemp finita magis accipiẽdum. In iis. n. quæ ſunt natura, oportet finitũ, & id quod eſt melius, ſi cõtingat, eſſe magis. Suffi ciens autẽ ſi vnum, quod primũ immobilium perpetuũ cum ſit, erit principium aliis motus.

g Manifeſtũ igitur ex his eſt, ꝙ neceſſe eſt eſſe aliquid vnum, & perpetuum primum mouens. Oſtẽſum eſt enim qm̃ neceſſe eſt ſemp motũ eſſe, & cõtinuũ eſſe. & nãq; quod ſemper continuũ, quod autẽ conſequenter. nõ eſt cõtinuum. At vero ſi cõtinuus, vnus eſt vnus aũt, ſi ab vno mouente, & vnius, quod mouetur. ſi enim quoddam aliud & aliud mouebit, nõ cõtinuus totus motus, ſed conſequenter. Igitur ex his ſciet vtique aliquis, eſſe aliquod primũ mouẽs immobile,

LECTIO XIII.

ET iterum conſiderans principia mouẽtium: Eſſe quidẽ igitur quædam eorum quæ ſunt, quę aliqñ quidẽ mouentur, aliquãdo autẽ quieſcunt, manifeſtũ eſt. Et propter hoc, manifeſtũ factum eſt, qm̃ neq; omnia mouentur, neq; omnia quieſcũt, neque alia ſemper mouent, & alia ſemper quieſcunt. Quæ nanque ſunt vtrobique, & potentiam ſunt habentia huiuſmodi quod eſt aliquãdo quidẽ moueri, aliquando vero quieſcere, demõſtrãt de his.

b Quoniam autem huiuſmodi manifeſta ſunt: volumus autem demonſtrare & duorũ vtrãque naturã, qm̃ ſunt alia quidẽ ſemper immobilia, alia autem quæ ſemper mouentẽ: procedẽtes autẽ in hoc, & proponẽtes, omne

LECTIO XIII.

POſtquam Philoſophus oſtendit, quòd primum mouens eſt perpetuum, & omnino immobile, ratione ſumpta ex perpetuitate generationis & corruptionis animalium, quæ mouent ſeipſa, hic intendit idẽ oſtẽdere, ratione ſumpta ex principiis mouẽtibus. Et circa hoc tria facit. Primo cõmemorat ea quæ dicta ſunt a principio huius tractatus: ſecundo ex præmiſſis accipit rationem ad propoſitum: ibi {Ex quibus eſt ſcire.} Tertio concludit ſolutionem cuiuſdã dubitationis ſupra motæ. ibi {Manifeſtum igitur ſ.ctum eſt ex dictis.} Circa primũ tria reſumit. Primo deſtructionem quãrundam improbabilium poſitionum: & dicit, quòd nõ ſolum ex præmiſſis poteſt aliquis ſcire, quòd eſt aliquod primum mouens immobile, ſed etiam per conſideratiõnẽ principiorum motus. Et ſicut ſupra dictum eſt, manifeſtum eſt ad ſenſum, quòd in rebus naturalib⁹ inueniuntur quædam, quæ aliquando mouentur, & aliquando quieſcunt. & ex hoc manifeſtarum eſt ſupra, quòd nulla trium poſitionum eſt vera. neque illa, quæ dicit, quòd omnia mouentur ſemper: neque illa quæ dicit ꝙ omnia quieſcunt ſemp: neque illa, quæ dicit quòd illa quæ quieſcunt, quieſcunt ſemper: & illa quæ mouentur, mouent ſemper. Huius enim rei veritatẽ demonſtrãt illa quæ ſub vtroque inueniuntur, ſcilicet motu & quiete, dum habent potentiam, vt quandoque moueantur, & quandoque quieſcant. Secundo ibi.

b ¶ Commemorat proceſſum ſupra habitum ad ineſtigandum primum motorem immobilem: & dicit, quòd quia iſta, quæ quandoque mouentur, & quandoque quieſcunt, ſunt omnibus manifeſta: ne iterum aliquis ſequeretur quartam poſitionem, ponentem omnia entia eſſe huiuſmodi, vt quandoque moueantur & quandoque quieſcant, volumus demonſtrare duplicem naturam diuerſam: oſtendentes, ſcilicet quòd quædam ſunt, quę ſemper ſunt immobilia: & iterum quòd quædam ſunt, quæ ſemper mouentur. Et circa hoc procedentes, propoſuimus primo, quòd omne quod mouetur, mouetur ab aliquo: & quòd neceſſe eſt hoc a quo aliquid mouetur, aut eſſe immobile, aut moueri: & ſi mouetur, aut a ſeipſo, aut ab alio: & cum non ſit proceder e in infinitum, vt ab alio moueatur: oportet deuenire ad hoc

Tex.cõ.51.

Tex.cõ.52.

Tex.54

Tertia. 5b

Vnum autem potius quàm plura putandum eſt eſſe, & finita quàm infinita. ſemper enim finita potius quàm infinita ſumenda ſunt, ſi modo eadem fiant. In iis enim quæ ſunt natura, finitum ſit potius, & id quod melius eſt, oportet. (ſi modo eſſe poſſit) Sufficiẽs autem eſt & vnum, quod cum primũ immobilium ſit perpetuumue, cæteris erit principium motus.

Ex hoc etiam patet, aliquid eſſe neceſſario unum perpetuumue, quod primo mouet. Demonſtratum eſt enim ſemper neceſſario motum eſſe: quod ſi neceſſe eſt ſemper eſſe, neceſſe eſt & continuum eſſe: ſemper enim eſſe continuum eſt. Deinceps autem eſſe non continuum eſt. At ſi continuus eſt, unus nimirum eſt. unus autem motus a mouente proficiſcitur uno, & unius mobilis eſt. Nam ſi aliud atque aliud mouebit, totus ipſe motus nõ cõtinuus, ſed deinceps erit. Ex his ergo quiſpiam eſſe primum quid immobile, credet.

Cum autem talia cunctis ſint manifeſta, oſtendere uolumus & utrãque duorum naturam, eſſe inquam, & quæ ſemper ſunt immobilia, & quæ ſemper mouentur. atque ad idipſum proficiſcentes, poſito hoc, omne quod mouetur ab aliquo moueri: idque

LECTIO XIII.

ITurſus, ſi ad eorum principia quæ mouent reſpexerit. eſſe igitur quædam eorum quæ ſunt, quæ aliquando mouentur, aliquando quieſcunt, luce clarius extat. Atque per hoc ipſum iam patuit, nec uniuerſa moueri, nec uniuerſa quieſcere: nec alia ſemper quieſcere, alia ſemper moueri. ea nanque, quæ potentiam habent, ut interdum moueantur, interdum quieſcant, ueras haſce ſententias eſſe demonſtrant.

ad hoc, quòd ſit quoddam primum principium mouens, ita quidem, quòd in genere eorum, quæ mouentur, eſt primũ principium, quod mouet ſeipſum: ſed vltertius ſimpliciter inter omnia primum principium eſt, quod eſt immobile. Nec debet reputari inconueniens, quòd aliquid moueat ſeipſum: quia vide mus manifeſte eſſe multa talia in genere animatorũ & animalium. Tertio ibi.

c ¶ Commemorat quandam obiectionem ſupra poſitam & ſolutã. Cum enim probaſſet motus perpetuitatẽ, poſuit obiectionem in contrarium ex rebus animatis, quæ cum priꝰ quieuerunt incipiũt quandoque moueri. Et hoc eſt quod hic dicit, quòd iſta animata, quæ mouent ſeipſa, videbãtur opinionem inducere, quòd contingit in toto vniuerſo motum fieri, cum prius non fuerit, propter hoc, quòd videmus in eis hoc cõtingere, quòd, cum prius non mouerentur, incipiunt quandoque moueri. Et ad huiuſmodi ſolutionẽ oportet hic accipere, quòd animalia mouent ſeipſa ſecũdum vnum motum, ſcilicet ſecundum motum localẽ. Hic enim ſolus motus inuenitur in animalib⁹ appetitui ſubiectus. & tamen nec ſecundum hunc motum proprie animalia ſeipſa mouentur, ita ſcilicet, quòd huiuſmodi motus alia cauſa nõ præexiſtat. Non enim animali ex ſeipſo eſt prima cauſa, quòd localiter moueatur, ſed præcedunt alii motus, non voluntarii, ſed naturales, vel ab interiori, vel ab exteriori, ſecundum quos animalia non mouẽt ſeipſa, ſicut patet de motu augmenti, & decrementi, & reſpirationis, ſecundum quos motus animalia mouentur: quamuis quieſcant ſecundum motum localẽ, quo mouentur a ſeipſis. Horum autem motuum naturaliũ cauſa eſt, vel continens extrinſecum, ſcilicet cœlum, & aer, a quo immutantur corpora animalium exterius: vel aliquid intrans corpora animalium. ſicut aer intrat per reſpirationem, & alimentum intrat per comeſtionem & potum. & ex huiuſmodi tranſmutationibus, ſiue ab interiori, ſiue ab exteriori cauſatis, contingit quòd animalia quandoque incipiunt moueri, cum prius non mouerentur. ſicut patet ex tranſmutatione, quæ eſt circa alimentum: quia dum dormiunt: diſgregato autẽ, ſurgunt & mouẽt ſeipſa. cũ primũ principiũ extra ſit, vñ nõ ſemp mouẽtur cõtinue a ſeipſis, aliud. n. eſt mouens ipſum, qđ mouẽt, & mutãs ad vnũquodq; mouentiũ ſeipſa. In oĩbus autẽ his mouẽt primum mouẽs, & cauſa ipſum ſeipſum mouẽdi a ſeipſo, ſecundum accidens tamen. mutat. n. locum corpus: quare & quod in corpore exiſtens, & neceſſario mouens ſeipſum.

Lec. 4.

Tex. 53.

d Ex quibus eſt ſcire. quia ſi aliquid eſt immobiliũ quidẽ, mouentiũ autẽ, & ipſorũ, quę ſecundum accidẽs mouẽtur, impoſſibile eſt cõtinuo motu mouere. Quare, ſi neceſſe eſt quidẽ cõtinue ẽ motũ, eſſe oportet aliqd primum mouens immobile, & non ſecundum accidẽs, ſi debet,

aut immobile eſſe, aut moueri, vel a ſeipſo, vel ab alio ſemper: od hoc ſumendum tandem proceſſimus, eorum (inquam) quæ mouentur, principium eſſe, ſubeuntium quidem motum id, quod ipſum ſeipſum mouet: omnium autem id quod immobile eſt. Cernimus autem, atque admodum clare, res eſſe tales: quæ quidem ſeipſas mouent, quale eſt ammantium, ac animalium genus.

Hæc igitur & opinionẽ nobis præbebant, ne fortaſſe contingat motum omnino non eſſe, deinde oriri: quia in ipſis id accidere cernimus, nam prius immobilia ſunt, vt videtur, deinde mouentur. Hoc autem nos ſumamus oportet, vno, inquam, hæc ſeipſa motu ciere, atq; illo non proprie, quippe cum non in ipſis eius ſit cauſa, ſed inſunt animalibus naturales alij motus, quibus ipſa non per ſeipſa mouentur, vt accretio, decretio, & reſpiratio, quibus, ut patet, animalium unumquodq; mouetur, cum quieſcit, & non mouetur eo motu, quo ipſum ſeipſum ciet.

Atque horum cauſa eſt continens ipſum, & eorum multa, quæ corpus ingrediantur, vt nonnullorum ipſum alimentum, cum enim digeritur, dormiunt: cum diſgregatur, expergiſcuntur, & ſeipſa mouent, ac ipſum primum principium eſt externum. Iccir co non ſemper continue a ſeipſis mouentur, aliud eſt enim id quod mouet ipſum: ſubiens motum atque mutationem ad vnumquodque eorum, quæ ſeipſa motu ciunt. In vniuerſis aũt his, id qđ primo mouet, & qđ eſt cã vt ipſa ſeipſa moueãt, a ſeipſo mouetur, p accidẽs tamẽ. Corpus. n. mutat locum, vt patet: quare & id, qđ in corpore eſt, & motione vectis ſeipſum mouet.

Ex quibus credi poteſt, impoſſibile eſſe, ſiquid immobile quidem eſt, mouet autem & ipſum ſubiens per accidens motum, id cõtinuo motu mouere. Quare, ſi neceſſe eſt continue motum eſſe, ſit aliquid oportet primum mouens immobile, neque per accidens ſubiens motum, ſi oportet in biſce, quæ ſunt, inceſſabilem quendam eſſe motũ,

Tex. 54.
Infra.

d ¶ Ex premiſſis oſtendit propoſitum. & primo, quòd primum mouens ſit immobile, ſecundo ꝙ primus motꝰ ſit ſempiternus, ibi {At vero ſi aliquid eſt.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum, ſecundo excludit quãdam obiectionẽ, ibi {Non eſt idem moueri ſecundum accidẽs.} Dicit ergo primo, quòd ex premiſſis poſſumus ſcire, ꝙ ſi aliquod primũ eſt mouens immobile, quod tamen mouetur ſecundum accidens, non poteſt face re continuum motũ & ſempiternum. iſta enim cauſa eſt aſſignata, quare animalium animę non mouentur ſemper: quia

Tex. 46.

mouentur per accidens. Sed oſtenſum eſt ſupra, quòd neceſſe eſt motum vniuerſi eſſe continuum & ſempiternum: ergo neceſſe eſt primam cauſam mouentem in toto vniuerſo eſſe immobilem, ita quòd nec etiam ſecundum accidens moueatur. Sed ſicut ſupra dictum eſt, in rebus naturalibus inueniri debet quidam motus immortalis & inceſſabilis: & quòd totum ens, ideſt diſpoſitio huius vniuerſi, maneat in ſua diſpoſitione, & in eodem ſtatu. Ex immobilitate enim principii, quod ponitur

manete

Universidad de Deusto
Biblioteca

manere immobile, sequitur, quòd totum vniuersum habeat quandam perseuerantiam sempiternam, secundum quod continuatur primo principio immobili, recipiendo influentiam ab ipso. Secundo ibi.

e ¶ Excludit quandam obiectionem. Dixerat enim, quòd si aliquod mouens mouetur per accidens, nō mouet motu sempiterno, hoc autem videtur habere instantia, quia secundū eius positionē motus inferior orbium, puta Solis & Lunæ & aliorum planetarū, sunt sempiterni: & tamē motores eorum videntur moueri per accidēs, si sequamur ea quæ superius dixit: ea enim ratione dixit animam animalis per accidens moueri, quia corpus animalis mouetur quodam alio motu ab exteriori principio, quod non est ab anima. Similiter autem apparet, quòd orbis Solis mouet quodam alio motu, quasi delatus ex motu primi orbis, secundū quòd reuoluitur ab oriente in occidentē: isto autem motu, non mouetur a proprio motore, sed conuertitur ab occidente in orientē. Hanc ergo obiectionem excludit dicens, quòd moueri secundum accidens potest attribui alicui secundum seipsum, vel secundum alterum, & hoc non est idem. Motoribus igitur orbium planetarum attribui potest moueri per accidens: non ita quòd per accidens moueatur, sed ita quòd orbes ab eis moti, per accidens mouentur, delati ex motu superioris orbis. Et hoc est quod dicit, quòd moueri per accidens {ab altero}, idest ratione alterius, ineſt quibusdam principiis cælestium motuum, quantum ad motores orbium, qui mouentur pluribus motibus, scilicet motu proprio, & motu superioris orbis. {Sed alterum} scilicet moueri per accidens secundū seipsum, inuenitur solum in corruptibilibus, sicut in animalibus animalium. Et huius diuersitatis ratio est: quia motores superiorum orbium non constituūtur in suo esse ex sua vnione ad corpora, & eorum connexio est inuariabilis: & ideo, quamuis corpora orbium moueantur: ipsi non mouentur per accidens. Sed animæ, quæ mouent animalia, constituūtur in suo esse secundum vnionem ad corpora, & variabiliter eis connectuntur, & ideo secundum transmutationem corporum, ipsæ etiam animæ dicuntur per accidens mutari. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat quòd primus motus est sempiternus. Et hoc duabus rationibus: quarum prima dependet ex præmissis, & talis est. Motus, qui non est semper, inuenitur esse a motore, qui mouetur per se vel per accidens, vt ex prædictis patet: cum ergo primum mouens sit immobile & perpetuum, ita quòd nec per se, nec per accidens mouetur: necesse est, quòd primum mobile, quod mouetur ab hoc motore penitus immobili, perpetuo moueatur. Est autem attendendum, quòd supra probauit immobilitatem primi motoris per perpetuitatem motus supra ostensam: hic autem conuerso, per immobilitatem primi motoris probat perpetuitatem motus. esset autem probatio sua circularis, si de eodem motu intelligeret. Vnde dicendum est, quòd supra probauit immobilitatem primi motoris ex perpetuitate motus in communi, vnde dixit, quòd {in his quæ sunt est incessabilis quidem & immortalis motus. {Hic autem per immobilitatem primi motoris probat perpetuitatem primi motus: ex quo manifestum est falsum esse quod Commentator dicit, quod supra in principio huius Octaui, probauit motum primum esse perpetuum. Secundam rationem ponit ibi,

g ¶ Quæ sumitur ex perpetuitate generationis, & dicit, q̄ primum motum esse perpetuū est manifestum etiā ex eo, quod non est possibile aliter esse generationem, & corruptionē: & huiusmodi mutationes non temporales, nisi sic aliquid qđ moueat & moueatur. Quòd enim omnis mutatio sit ab aliquo motore iam supra ostensum est: oportet ergo generationem, & corruptionem, & huiusmodi mutationes esse ab aliquo motore. non autem possūt esse immediate a motore immobili: quia immobile semp mouebit eundem motū & eodē modo, quia non mutabitur eius dispositio & habitudo ad mobile. Manēte autem eadem habitudine motoris ad mobile, semper manet idem motus, nō autem generatio, & corruptio semper eodem modo sunt, sed quandoque aliquid generatur, quandoque corrumpitur: non ergo sunt immediate a motore immobili, sed a motore mobili. quod autem mouetur a motore moto, quod tamen mouetur a motore immobili, in alternatione diuersorum motuum potest habere perpetuitatem: quia propter id, quod mouens mobile aliter & aliter se habet ad res motas, non causabit eundem motum semper, sed magis diuersum, propter id, quod in diuersis locis mouetur, si moueatur motu alterationis, & causabit contrarium motū in aliis, & faciet qñq; quiescere, qñq; aūt moueri. Dicit aūt {contrariis locis aut speciebus} quia nondum est probatum, qua specie motus primum mobile moueatur, sed hoc infra inquirer. sic igitur inquantum mouetur est causa diuersitatis motuū: inquantū vero mouet a motore immobili, est cā ppetuitatis in hac mutationū diuersitate: ipia ergo ppetuitas gnonis dicit primū motū esse ppetuū, & a motore imobili moueri. Est autē sciendū, q̄ hæ rōnes, quibus Arist. probare nititur primū motū esse perpetuū, non ex necessitate cōcludunt, pōt .n. contingere absq; omni mutatione primi motoris, q̄ nō semp moueat, sicut supra ostēsum est in principio huius Octaui. Deinde cū dicit.

h ¶ Infert quandam conclusionem, quam supra dimiserat insolutam, scilicet quare quædam mouent semper, & quædam non mouent semper, & dicit, quòd causa huiusmodi manifesta est ex præmissis. Quæ enim mouentur a motore immobili, & perpetuo mouentur & semper: quæ autem mouentur motore mutato, non semper mouentur: quia immobile, vt prius dictū est, cum simpliciter, & similiter & in eadē dispositione maneat, mouebit vnū motum & simplicē.

LECTIO XIIII.

POstquam Philosophus ostēdit, quòd primum mouens est immobile, & primus motus est perpetuus, hic incipit ostendere quis sit primus motus, & quale sit primum mouens. Et diuidit in partes duas: in prima ostendit qs sit primus motus, in secunda quale sit primum mouens: ibi {Quod autē hic necesse est.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio, secundo exequitur propositū ibi {Tribus enim existentibus.} Dicit ergo primo, quòd ad hoc quòd præmissa certius considerentur, oportet ab aliquo principio incipere, vt scilicet considēremus, vtrum sit aliquis motus, quem contingat esse in infinitum cōtinuum. Et si contingat aliquem motum talem esse, quis est hic, & quis est etiā primus motuum. Et ne aliquis putaret alium esse, quem contingit esse continuum, & q̄ est primus: ad hoc excludendum subiūgit, manifestum esse q̄ cum necessarium sit motum semper esse: & quòd primus ē in sempiternum cōtinuus: propter hoc quòd causatur a primo mouente immobili, necesse est quòd sit vnus & idem motus quem contingit esse in sempiternum continuum: & qui ē primus. Secūdo ibi.

b ¶ Ostendit propositum. Et primo per rationes. Secundo per antiquorum dicta: ibi {Quòd autem secundum locum mutatio.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd motus localis est primus: secundo, quis motus localis: ibi {Quæ autem loci mutatio.} Primū ostendit tripliciter. Primo quidem per proprietates motuum.

Tex.cō.54.

Tex.cō.55.

Tex.cō.56.

Lect.sequen.

Lect.5.

per quidem mouentur, alia vero semper quiescunt, sed quędā aliquando quidem, aliquando non. Huius enim causa manifesta nunc est: quoniam alia quidem ab immobili mouentur p petuo: vnde semper mutantur, alia vero ab eo quod mouetur, & mutatur; quare & ipsa necessarium est mutari. Immobile aūt, sicut dictū ē, sic simpliciter & similiter, & in eodē pmanēs, vnū & simplicē mouebit motū.

LECTIO XIIII.

AT vero aliud facientibus principiū magis erit de iis manifestum. Cōsiderandum enim est, vtrum aliquem motum contingit esse cōtinuum, aut non: & si contingit, quis hic, & quis primus est motuum. Manifestum autem, q̄ si necessarium est semper motum esse, primus autem hic, & continuus est, quia primū mouens mouet ipsum motum, necessarium est vnum & eundem esse, & continuum, & primum.

b Tribus autē existētibus: alio quidem secundum magnitudinem: & alio secundū passionem & quodā secundum locū: quem vocamus loci mutationē: hunc necessariū est primum esse. Impossibile .n. est augmentū esse, alteratione non præexistente. Quod .n. augmentatur, est quidem tanq̄ simili augmentetur: est aūt tanq̄ dissimili. Contrarium .n. alimetum dicitur contrario: adiicitur aūt omne factum simile simili. Necesse est igitur alterationē in contraria esse mutationē. At vero si alterabitur: indigebit esse alterans & agens ex potētia calido, actu calidū. Manifestū igitur q̄ mouens non similiter se habet: sed aliquando quidē propius: aliquando aūt longius ei quod alteratur. Hæc aūt sine loci mutatione non cōtingit esse. Si ergo necesse est semper motū esse: necesse est & loci mutationē semp esse primā motuū. Et in loci mutatione si est: alia quidē prima: alia vero posterior prima.

A Secundo per distinctionem prioris & posterioris. ibi {Amplius & hic considerandus.} Tertio per ordinem mobilium ibi {Maxime autem manifestum est} Circa primum ponit duas rationes: circa quarum primam sic procedit. Primo enim proponit quod intendit: & dicit quòd cum sint tres species motus: vnus quidem qui est secundum quantitatem: q̄ vocatur augmentum, & diminutio, alius autem qui est secundum passibilem qualitatem, & vocatur alteratio: tertius autem qui est secundū locum, & vocatur loci mutatio: necesse ē quòd iste sit primus inter omnes. Et hoc probat sic: quia impossibile est quòd augmentum sit primus motus. Augmentū enim esse nō potest nisi alteratio præexistat, qa illud quo aliquid augmentatur, ē quodammodo dissimile & quodammodo simile. Quòd .n. sit dissimile patet, qa illud quo aliquid augmentatur est alimētum, quod est in principio contrarium ei quod nutritur propter diuersitatem dispositionis. Sed quādo iam additi vt augmentum faciat, necesse est q̄ sit simile. De dissimilitudine autem non tranſitur ad similitudinem nisi per alterationem. Necesse est ergo, q̄ ante augmentum p̄cedat alteratio per quam alimentum ā vna contraria dispositione mutetur in aliam. Secūdo vero ostendit, quòd ante omnem alterationē præcedat motus localis: quia si aliquid alteratur necesse est quòd sit aliquid alterans, quod potentia calidū faciat esse actu calidum. Si autē hoc alterans semper esset eodem modo propinquum in eadē distantia ad alteratum: nō magis faceret calidū nunc q̄ prius. Manifestum ē ergo, q̄ mouens in alteratione non similiter distat ab eo qđ alteratur, sed aliquando est p̄pinquius, aliquando remotius, quod non potest contingere sine loci mutatione. Si ergo necesse ē motum semper esse, necesse ē loci mutationem semper esse: cū

semper mouentur, alia semper quiescunt sed quædam interdum mouentur, interdum quiescunt. Huius enim causa ultro sese offerre videtur: quædam enim ab immobili sempiterno mouentur: quocirca semper mouentur: quædam ab eo quod mouetur atq; mutatur: quare & ipsa mutentur necesse

B *est. Id autem quod est immobile, cū simpliciter eodemque modo, ac in eodem semper permaneat, uno motu simplicique mouebit.*

LECTIO XIIII.

TQui si principium ēt aliud considerationis fecerimus, de hisce magis patebit. Est enim considerandum si possit aliquis continuus motus esse nec ne, & si possit, quisnam hic sit, & quisnam motuū

C *primus sit. Etenim, si motum quidem semper esse necesse est, primus autē hic atque continuus est, patet id quod primum mouet, hoc sane motu mouere, quem unum & eundem & continuum ac primum esse necesse est.*

Cum ita tres sint motus: in magnitudine: in affectu, atque in loco, quem quidem lationem consuenimus appellare, hunc primum motuum esse necesse est. Fieri namque non potest ut

D *accretio sit, nisi alteratio antecedat. Et enim id quod incrementa suscipit, tum simili, tum dissimili crescit. Contrariū namque contrarii nutrimentum dicitur esse. Additur autem alimentum omne cum sit simile simili. Sit igitur alteratio necesse est ea mutatio quæ ad contraria proficiscitur. At uero si alteratur: sit id oportet quod alterat: & ex potentia calido, calidum actu facit. Patet autem id quod mouet, nō sese habere simili modo: sed interdum esse propinquius ei quod alteratur, in-*

E *terdum remotius ab eodem. At hæc absque latione nequeunt esse. Si igitur semper motum esse necesse est, & latio sit semper motuum prima necesse est. Quòd si lationis alia prior, alia posterior est, prior numerum omnes antecedat necesse est.*

sit prima motuū. Et si inter loci mutationes vna est prior alia, necesse est si præmissa sunt vera, quòd prima sit sempiterna. Secundam rationem ponit ibi.

Lec. 1. pri. c ¶ Quæ talis est. Alteratio sicut in septimo probatum est, fit secundum passiones vel passibiles qualitates, inter quas secundum antiquorum opinionem principium esse videtur densitas & raritas, quia & graue & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum videntur consequi rarum & densum, & secundum ea distingui. In elementis enim densa quidem inueniuntur grauia & frigida, rara vero calida & leuia. Et hoc quidem aliquando verũ est, sed passibilibus ordo attendatur secũdum propinquitatẽ ad materiale principium. Nam rarum & densum videntur maxime ad materiã pertinere, vt patet ex his quæ in quarto sunt dicta. Densitas autẽ & raritas videntur esse quædã congregatio, & disgregatio, secundum quas, scilicet congregationem & disgregationẽ antiqui philosophi ponebant trãsmutationem, quam corruptionem substantiarum. Qua quidẽ opinione nũc vtitur vt probabili, antequam veritatem generationis & corruptionis ostendat in libro de generatiõe. Illa autẽ q congregantur & disgregantur ex hoc ipso, secũdum locum mutari videntur. Loci ergo mutatio principium est alterationis. Sed attendendum, quòd cõgregatio & disgregatio corporum existentium in actu ad motum localem pertinẽt, congregatio vero & disgregatio, secundum quòd eadem materia continentur sub magnis, vel paruis dimensionibus, non pertinẽt ad motum localem, sed ad motum alterationis. Et secundum hoc Aristoteles 1 4. assignauit rationem rari & densi. Sed hic loquitur secundum quod erat probabile ex opinione aliorũ Philosophorum. Si enim autem motus localis requiritur ad alterationem, ita etiam requiritur ad augmentum. Necesse est enim, quòd eius quod augetur & decrescit, magnitudo mutetur secundum locum, quia quod augetur excrescit in maiorem locum, quod autem decrescit in minorem contrahit. Sic ergo patet, quòd motus localis est naturaliter prior & alteratione, & augmento. Secundo ibi

d ¶ Probat idem, distinguendo modos, prioris & posterioris, & dicit, quòd ex hac consideratione manifestum erit, quòd loci mutatio est prima inter motus, quia sicut in aliis rebus, prius aliquid altero dicitur multipliciter, ita & in motu. Dicitur enim vno modo prius, quo non existente, non erunt alia, sed illud potest esse sine aliis. Sicut vnũ est prius duob⁹, qa duo nõ possunt esse, nisi sit vnum, vnum autem potest esse, si nõ sunt duo. Secundo dicitur aliquid prius tempore, quod scilicet, est remotius a presenti, sicut in præterito, vel propinquius, sicut in futuro: vt in Quarto dictum est. Tertio dicitur aliquid prius secundum substantiam, scilicet secundum substantiæ complementum: sicut actus est prior potẽtia, & perfectum imperfecto. Secũdo ibi.

Tex.cõ.56. c Amplius autem omnium passionum principium densitas & raritas. Et graue nanque & leue & molle & durum, & calidum & frigidum, & densitates videntur esse & raritates quædam. Densitas autem & raritas, congregatio & disgregatio sunt, secundum quas generatio & corruptio dicitur substantiarum. Quæ autem congregantur, & disgregantur, necesse est secundum locũ mutari. At vero, sed eius quod augmentatur & decrementũ patiẽs, mutatur secundum locum magnitudo.

Lec. 14. t. cõ. 84. in fi.

Tex.cõ.56. d Amplius & hinc consideranti bus erit manifestum, quòd loci mutatio prima. Primũ enim sicut & in aliis, sic & in motu dicetur vtique multifarie. Dicitur autem prius, quo non existẽte, non erunt alia, illud vero sine reliquis. Et quod secundum substantiam, & quod tempore.

e Quare, quoniam motum quidem necesse est esse continue, erit vtique continue, aut qui continuus, aut qui cõsequẽter. Magis autẽ qui continuus & dignior est continuũ, quàm consequenter esse. Dignius autẽ semper accipimus in natura esse, si possibile est. Possibile autẽ est continuũ esse, mõstrabitur aũt posterius. Nunc aũt hoc supponatur. Et hũc neq; vnũ aliud possibile est esse, sed aut loci mutationẽ. Necesse est igitur loci mutationem esse primã. Neq; vna n. necessitas est, neq; augmẽtari, neq; alterari quod fertur. Nã neq; fieri aut corrumpi. Horum autẽ neq; cõtingit, nisi continuus sit, quẽ mouet primum mouẽs.

Tex.cõ.59. f Adhuc tempore prior est. Perpetuum enim contingit solum mouere secundum hunc.

f ¶ Ponit ueram solutionem secundum ea quæ supra præmisserat: & dicit q̄ secūdum veritatem hoc dicendum est ad solutionem dubitationis motæ: illud quod præmissimus in ratiocinibus suprapositis p xime, scilicet q̄ si aliquis diuidat continuū in duo media, tūc vtitur vno signo scilicet in quo diuiditur continuum tāquā n duobus: quia facit ipsum & principium vnius partis & finem alterius. Facit autem hoc numerando: & in duo media diuidendo. Cum autem sic diuisū fuerit continuum: iam non erit continuum siue diuidatur magnitudo ut linea: siue diuidatur motus: quia nec motus potest cē continuus, nisi sit cōtinui, scilicet subiecti & temporis & magnitudinis super quā transit motus. Sic ergo diuidēs numerat: & numerando continuitatem soluit. Sed in continuo dum cō tinuitas durat, sunt infinita media non i actu: sed in potēcia, quia si facias aliquis aliquod medium in esse in actu, hoc erit per diuisionem: vt dictum est: inquantā accipietur vt principium vnius, & finis alterius: & sic non remanebit continuum: sed stabit, ideſt, iam media in actu nō erūt infinita: sed in eis erit status. Quod maxime accidit in eo qui vult numerare media: quia necesse est ei q̄ vnum signum numeret quasi duo, inquantum est vnius medietatis finis & alterius principium. Et hoc dico quando non numeratur totum cōtinuum vt vnum: sed numerantur duæ medietates in ipso. Si enim accipiatur totum cōtinuū vt vnū, tunc ia dictū est q̄ signū mediū nō accipitur vt finis & principiū actu, sed i potētia tantū. His ergo visis, respōdēdū est ad eum qui interrogat, an contingat infinita transire siue in tēpore siue in magnitudine: qđ quodammodo contingit & quodammodo non contingit. Cum enim sint infinita media i actu, non contingit ea transire: cum autē sint in potentia contingit infinita transire. Et sic cum in cōtinuo non sint infinita media nisi in potētia: contingit infinita transire: quia illud quod continue mouetur, tran siuit secūdum accidens, infinita scilicet in potētia. Per se enim transit linea finitam: cui accidit q̄ infinita sint in ea infinita media in actu in potentia: sed ipsa linea secundum substantiā, & rationem est alia ab his mediis infinitis. Non enim linea componitur ex punctis: sed puncta possunt signari in linea inquantum diuisibē. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit tertiam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo proponit dubitationē & solutionē: secundo manifestat vtrumque per exemplaria. Tertio infert quoddam correlarium ex dictis ibi. { Si autem quecunque. } Ponit ergo dubitationem primo quę in generatiōibus & corruptionibus fieri solet. Qđ enim generatur desinit non esse, & incipit esse. Oportet autem aliud tempus assignari ei quod est esse rei generatæ vel corrupta, & aliud ei qđ est non esse: puta si ex aere generetur ignis in toto tēpore A, B, erat nō ignis sed aer in toto autē tēpore, B, C, est ignis. Cum ergo hoc signū tpis quod

Sed hæc solutio ad interrogantem quidem sufficienter se habet. Interrogabatur enim si fieri posſit: ut finito in tempore quippiam transeat: aut enumeret infinita. Ad rem autem ipſam, ueritatemque profectō non satisfacit. Nam si quiſpiam omiſſa longitudine dictaque interrogatione: si fit inquam ut finito in tempore pertrā seat quippiam infinita: hæc de ipso interroget tempore (habet enim tempus infinitas diuiſiones) non erit ſufficiens hæc ſane ſolutio.

Sed ea dicenda eſt ueritas quam pauloante diximus. Nam ſi quiſpiā lineam diuidat in duo dimidia: is uno punctō utitur ut duobus: faciet enim ipſum principium atque finem. Sic autem facit: & qui numerat: & qui in dimidia diuidit. Quo ſic diuidente, neque linea eſt continua; neque motus. Continuus enim motus continui eſt. In continuo autem inſunt quidem dimidia infinita: ſed non actu; ſed potentia ſunt: utpatet. Si uero quiſpiam dimidiam faciat actu: non continua faciet: ſed modum ipſorum ponet.

Quod quidemin eo accidere patet qui dimidia numerat. Vnum namque punctum uti duo numerare ipſum neceſſe eſt. Alterius enim dimidij principiū alterius finis erit; ſi non ut unū ipſum continuum lineam: ſed ut dimidia numeret duo. Quare ad interrogantem, ſi fieri poteſt ut in tempore, aut in longitudine pertranſeat quiſpiā infinita: partim poſſe, partim fieri nō poſſe dicamus oportet. Si enim infinita ſint actu: fieri nequit. Sin uero potentia: fieri poteſt. Qui nanque mouetur continue: per accidens ſane nō ſimpliciter infinita tranſiuit. Accidit enim lineæ ut dimidia ſint infinita. Subſtantia uero ipſius diuerſa eſt atque eſſe.

At qui perſpicuum etiā eſt ſi quiſpiam temporis punctum quod prius poſteriuſque diuidit: non poſteriori tempori reſpectu rei tribuat ſemper: idem eſſe ſimul atque nō eſſe. & cum eſt ortum, non eſſe. Punctum igitur temporis utriſque commune eſt, priori inquam poſteriorique: & unum ac idem eſt numero; ratione uero non idem. Alterius enim finis alterius principium eſt. At reſpectu rei poſterioris eſt ſemper affectus. Sit tēpus quidem A B C, Res autem D, Quæ quidem A C, tempore ſit alba: in C B, uero non alba. In ipſo ergo C. alba eſt ſimile atque non alba. In quouis nanque temporis A C, punctō licet ipſum D, uere dicere album eſſe: ſi toto tempore illo eſt album: & in quo libet etiam ipſius B C, non album eſſe: C, uero eſt in utriſque.


Non eſt igitur dandum in omni tēpore A C, punctō D album eſſe: ſed in quouis præter ultimum C. hoc autē iam ipſum poſterius eſt: & ſi non album fiebat: & ſi album corrumpebatur in A C, toto factum eſt ſane: aut corruptum in C. Quare album aut non album primum in illo uerū eſt dicere: aut cum eſt factum: nō erit, aut cum corruptum eſt: erit. Aut ſimul album: & non album: & omnino eſſe; & non eſſe neceſſe eſt.

Quod ſi id generetur neceſſe eſt, quod prius non eſt: & cum generatur non eſt: fieri profectō non poteſt ut tēpus in indiuidua tempora diuidatur. Nam ſi in A, tempore D, ipſum album fiebat; factum eſt autem ſimul & eſt in alio indiuiduo tempore B, herente tempori A; ſi in A quidem fiebat & non erat, eſt autem in ipſo tempore B, generationem aliquam nimirum mediam eſſe oportet. Quare, &

Tex. cō. 69.

quod est B. sit utrique tempori commune videtur quòd in illo instanti communi sit simul esse igni, & non esse eiusdem. Hāc ergo dubitationem Philosophus soluens dicit manifestum esse q̄ nisi aliquis hoc signum temporis quod diuidit tempus prius a posteriori {faciat semper esse posterioris rei} ideſt quòd in illo instanti hoc modo se habeat res sicut in tempore sequenti: sequitur q̄ idem sit ens, & non ens simul: & sequitur quòd quando aliquid factū est sit non ens. Tunc autem factum est, quando generatio terminatur, scilicet in illo nunc, quod diuidit tempus prius, & posterius. Si ergo in toto tēpore priori non erat ens: in hoc etiā nūc quando iam generatum est, etiā non ens est: quia illud nunc est finis prioris temporis. Quomodo autem ista inconueniētia non sequātur ostendit subdēs, quòd vnum & idem numero signum, scilicet nunc: est commune vtrique tempori, scilicet priori, & posteriori. Sed quamuis sit vnum subiecto: non tamen est vnum ratione, sed duo: est. n. finis prioris temporis, & principium posterioris. Sed si accipiatur in ipso nunc, quod res est, ideſt si accipiat secundum quòd est vnum re: semper tenet se cum posteriori passione. Vel aliter: quamuis ipsum nunc finis sit temporis prioris: & principium posterioris, & sic sit communis vtrique: tamen secundum quòd est rei, ideſt secundum quòd comparatur ad rē quæ mouetur: semper est posterioris passionis, quia res quæ mouetur in illo instanti, est subiecta passioni posterioris temporis. Sic ergo obiectione, & solutione posita, manifestant vtrumque per exempla: & primo obiectionem cum dicit, { Sit enim tempus. } Et dicit sit tempus A C B. res autem quæ mouetur sit D. quod quidem D. in A. tempore sit album in B. autem non album. Videtur ergo sequi quòd in C. sit album, & nō album: & quomodo hoc sequatur ostendit subdens. Si enim in toto tēpore A. est album: sequitur quòd in quolibet accepto in ipso A. sit album: & similiter si in toto tempore B. est non albū. sequitur quod in quolibet ipsius accepto sit non album: cum ergo C. sit acceptū in utroque, quia est huius finis, & illius principium: videtur sequi q̄ in C. sit album, & non albū. Secundo ibi.

Exemplaris ostensio qua dubitatur, quod id quòd generatur uel corrumpitur, in eodem instanti sit, & non sit.




h ¶ Manifestat solutionem supra positam, & dicit quòd non est concedendum quòd in quolibet accepto in A. sit albū. sed est excipiendum vltimum nunc, quod est C. quod quidem iam est postremum, ideſt ultimus terminus mutationis. Puta, si album vel fiebat, vel corrumpebat in toto A. in C. non corrumpitur, nec fit album, sed ia factū est, & corruptum. Quod autē factum est, est. quod autem corruptū est, non est. Vnde manifestū est quòd in C. primo verum est dicere hoc esse album: si ibi terminetur generatio albi; aut esse non album: si ibi terminet corruptio albi. Aut si hoc non dicatur: sequentur inconuenientia supra posita, scilicet, quòd cum aliquid ē iam generatū adhuc est non ens. & cū corruptum est adhuc est ens. Aut etiam sequitur, quòd aliquid simul sit album & non album: & vniuersaliter ens, & non ens. Deinde cum dicit.

i ¶ Infert quoddam correlarium ex premissis, scilicet, quòd tempus non diuidatur in indiuisibilia tempora: quia hoc posito, non poterit solui præmissa dubitatio. Dicit ergo, q̄ necesse est omne qđ est prius non ens, & postea ens: aliquando fieri ens: & iterū necesse est quòd cum aliquid sit: non est. Si autē hæc duo quæ supponit sunt vera: impossibile est quòd tempus diuidatur in indiuisibilia tempora. Diuidatur enim tempus in indiuisibilia tempora: & sit primum tempus indiuisibile A. secundum autem consequenter se habens ad ipsum sit B. D autem quod prius non erat album: & postmodum est album fiebat album in A. & tunc non erat album: oportet autem dare quòd sit factum in aliquo tēpore indiuisibili, & habito, ideſt consequēter se habente, scilicet in B. in quo iam est. Si autem fiebat album in A. sequitur quòd in A. non erat albū: in B. aūt est album. Cum ergo inter non esse & esse sit generatio media, quia nihil transit de non esse in esse, nisi per generationē: sequitur quòd inter A, & B, sit generatio media: ergo erit aliquod tempus medium inter A, & B. in quo fiebat album, quia hoc ponitur tempus B, D, generationis. Et similiter cum in illo medio tempore indiuisibili fiat album, est non album: vnde eadem ratione oportebit ponere aliud tempus adhuc medium, & sic in infinitum. Et hoc ideo quia non potest poni quòd in eodem tempore fiat & factum sit. Sed non est eadem ratio si dicatur quòd non sunt indiuisibilia tempora in quæ tempus diuiditur. Dicemus enim secundum hoc, quòd vnum, & idem tēpus est in quo fiebat & factum est. Sed fiebat, & erat non ens in toto tempore præcedenti: est autem factum & ens in vltimo nunc temporis; quod quidem non se habet ad tempus præcedens, sicut habitum, aut consequenter: sed sicut terminus eius. Sed si ponantur tempora indiuisibilia: necesse est, quòd consequenter se habeant. Manifestum est autem, secundum præmissa, quòd non suppositis temporibus indiuisibilibus, si aliquid fiat album in toto tempore A, non est matus tēpus in quo factum est, & fiebat: quām in quo fiebat solum: quia in toto tempore fit: in vltimo autem termino temporis est factum. Tempus autem, & terminus temporis non sunt aliquid maius quàm tempus tantum. Sicut etiam punctum nihil magnitudinis

gnitudinis adiicit lineæ. Sed si ponantur tempora indiuisibilia: manifestum est ex præmissis quòd oportet plus temporis esse in quo fit, & factum est: quàm in quo fit solum. Vltimo autem epilogando concludit principale intentum, dicens: quòd præmissæ rationes sunt: & similes eis quibus credendum est tanquam propriis, quòd motus reflexus non est continuus.

Ostensio quòd tempus non diuidatur in indiuisibilia.

A. Tempus indiuisibile *B. Tẽpus indiuisibile.*



LEC. XVIII.

Quare & tẽpus erat in quo fiebat. Non enim eadem erat ratio & in non athoma diuidentibus: sed ipsius temporis in quo fiebat; factum est, & est in ultimo signo: cuius nihil est habitum: neque consequenter; sed indiuisibilia tempora cõsequenter sunt. Manifestum aũt est: quia si in A, toto tempore fiebat: non est plus tempus in quo factum est, & fiebat, quàm in quo fiebat solum omni. Quibus quidem igitur aliquis tanquam propriis credet rationibus hæ, & hmõi quedã sunt.

Quòniam autem Philosophus ostendit rationibus propriis, quòd motus reflexus non est continuus: ostendit hic idem rationibus communibus, & logicis. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo probat propositum. ibi. {Oẽ enim quod monet.} Dicit ergo primo, qp si aliquis velit {rationabiliter} idest logice intendere ad propositum ostendendum: videbitur hoc idem sequi, scilicet, quòd motus reflexus non est cõtinuus ex rationibus quæ ponẽtur. Secundo ibi

Tex.cõ.70.

b ¶ Ostendit propositum. Et primo solum in motu reflexo locali. Secundo communiter in omnibus motibus. ibi {Amplius ex his manifestum &c.} Prima ratio talis est. Omne quod mouetur continue; a principio sui motus ferebatur in finem ad quem peruenit secundum loci mutationem: nisi fuerit aliquid prohibẽs: quia a prohibẽte potuisset in aliam partem deflecti. Exẽplificat autem hanc propositionem dicẽs, qp si aliquid per motũ localem peruenit ad B, non solum quando propinquũ erat: sed statim quãdo incepit moueri, mouebatur ad B. Nõ est. n. aliqua rõ, quare magis moueat ad B nũc quàm prius. & simile

Lect. 5.

Tex.cõ.71.

LECTIO XVIII.

Rationabiliter aũt & ex his itẽdẽtib' videbit' alicui & idẽ hoc accidere.

b Omne enim quod mouetur continue, si a nullo prohibeatur, in quod quidem venit secũdum loci mutationem; in hoc & ferebatur prius. ut si in B, venit, & ferebatur in B, & non cũ proximum erat: sed mox sicut incepit moueri. Quid enim magis nunc, quàm prius. Similiter autem & in aliis. Quod autem ab A, fertur in C, iterum veniet in A, continue motum: cum ergo ab A, in C ferabatur, tunc & in A. fertur secundum motum qui est A C, & econuerso, quare simul contrariis. Cõtrarii. n. q secundũ rectitudinẽ.

c Simul autem & ex hoc mutatur in quo nõ est. Si igitur hoc impossibile. necesse est stare in C. Non ergo vnus motus. Reditus enim statui non est unus.

d Amplius & ex his manifestũ vniuersaliter magis de oĩ motu

P

est in aliis motibus. Si autẽ ita sit q motus reflexus sit cõtinu' verũ erit dicere, qp id quod mouetur ab A. in C, & iterũ reflectitur in A, cõtinue mouetur. Ergo in prima parte motus qui est ab A, in C. mouebatur ad terminũ vltimę partis q est A, & tũc dũ mouetur ab A, mouetur ad A. Sequitur ergo qp simul moneat cõtrariis motibus: qa in motibus rectis cõtrariũ est moueri ab eodẽ & in idẽ. In motibus aũt circularibus nõ est cõtrariũ. Hoc aũt est impossibile, qp aliquid simul moueatur cõtrariis motib': ergo ipossibile est qp mot' reflexus sit cõtinuus. Deinde cu dicit.

Ratio prima qua ostenditur, q motus reflexus non possit esse continuus.



H

tempus id erat in quo fiebat. Non. n. eadem & bis erit ratio, qui non ex indiuiduis inquiunt tempus constare.

Sed factum est in temporis ipsius in quo fiebat ultimo puncto: cui quidem nihil haberet, neque deinceps est. Indiuidua uero tempora sunt deinceps.

Quæ cum ita sunt, patet si in A, toto tempore D. fiebat non esse maius id tempus: in quo factum est atque fiebat eo tempore, quo toto solum fiebat. Hę igitur taleſue quædam sunt rationes: ex quibus ut propriis quisquam credet motum rectum perpetuo continuum esse non posse.

LECTIO XVIII.

Hoc idẽ insuper ita sese hẽre uidebitur: & si differendi mõ idipsum considerabimus.

I

Omne itaque quod continue mouetur: modo nihil prohibeat: ad id & antea ferebatur ad quod per motum accessit. Ceu si peruenit ad B, ferebatur ad B, & non solum cum erat prope: sed statim etiam ut incepit motu cieri. Cur enim nunc magis quàm prius. Hoc & ad ceteros accommodabitur motus. At id quod ex A, fertur ad B ueniet rursus ad A, continuo motu.

Cum igitur ex A, mouetur ad B, tum

K *fertur etiam ad A, eo motu quo pergit ex ipso B. Quo fit ut contrariis simul motibus moueatur. Recti nanque motus contrarii sunt.*

Et insuper ut ex eo mutetur in quo ipsum nõ est. Quod si hoc fieri nequeat: in ipso B, stetur necesse est. Nõ igitur hic unus est motus. Qui nanq; motus intercipitur statu, is unus profectõ nõ est. ut luce clarius extat.

Præterea ex hisce magis uniuersaliter de omni motu perspicuũ idẽ erit.

c ¶ Ex eodem medio ducit ad aliud in conueniens. Si enim aliquid dum mouetur ab A, mouet ad A, non autem potest moueri ad A, nisi ex aliquo contrapposito quod sit C, in quo mobile nõdum fuit cum incipit moueri ab A, sequitur quòd aliquid moueatur ex illo termino in quo non est. Si ergo impossibile é quòd motus reflexus sit continuus. Et si hoc est impossibile: ne esse est quòd in puncto reflexionis mobile quiescat, scilicet i C. Ex quo patet quòd non est vnus motus: quia motus qui distinguitur per interpositionem quietis, non est vnus. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat idem vniuersalius in quolibet genere motus tribus rationibus. Quarum prima talis est. Omne quod mouetur: mouetur aliqua specierum motus supra assignatarum: & similiter omne quod quiescit oportet q qeseat aliqua quiete oppositarum prædictis motibus Ostensum est enim supra in quinto, quòd non potest esse altus motus præter assignatos. Accipiamus ergo aliquem motum distinctum ab aliis motibus hoc modo, quòd sit differẽs specie ab aliis: sicut dealbatio differt a denigratiõe, non autem sic quòd motus qui accipitur distinguat ab aliis sicut

Lec.5.

cut vna pars motus ab aliis partibus eiusdem motus: vt una pars dealbationis, distinguitur ab aliis partibus dealbationis eiusdem. Accepto ergo vno tali motu, sicut dictum est: verum est dicere quòd illud quod non semper mouetur hoc motu: ex necessitate pti' quiescebat opposita quiete: sicut quod non semper dealbatur, aliquã do quiescebat quiete opposita dealbatiõi. Et hæc ppositio non esset vera, si aliqua pars determinata motus accipieretur. Non enim est necesse, vt quod nõ semper mutatur hac parte dealbationis, quòd antea quiesceret quiete opposita, quia antea etiã dealbabatur alia parte dealbationis. & propter hoc signãter dixit { Et non si aliqua pars é toti'.} Hanc autem propositionem sic probat. Quorum priuatiue oppositorum necesse est cum vnum non insit: alterum inesse susceptibili: quies autem opponitur motui priuatiue: ergo si mobile erat quando sibi motus nõ inerat: ex necessitate sequitur quòd tunc ques sibi ineſſet. Hac igitur propositione

Tex.cõ.72.

pbata ex ratione suppositã, sumit minorem, dicens, quòd si motus recti cõtrarii sunt, qui est ab A, ad C. & qui est a C, ad A: & non contingit simul esse motus contrarios, manifestum est, quòd quando mouebatur ab A, ad C, non mouebatur tunc a C, ad A: & sic isto motu qui est a C, ad A. non sẽ per mouebatur. Vnde secundum propositionem præmissam necesse est, quòd mobile prius quiesceret quete opposita. Ostẽsum est aũt in Quinto, quòd motui qui est A C, opponitur quies que est i C, ergo quiescebat in C. Non ergo motus reflexus erat vnus, & continuus: cũ distinguatur per interpositionem quietis. Secũdã rõnem ponit ibi.

Lec.6. Tex.cõ.54.

Tex.cõ 73.

e ¶ Quæ talis est. Simul corrumpitur non album, & generatur album: & e contrario simul corrumpitur album, & fit non album. Sed si motus reflexus in quolibet genere sit continuus: sequetur, quòd continue alteratio terminetur ad album: & incipiat ex albo recedere: & quòd non quiesceat ibi aliquo tempore. Alioquin non esset continua alteratio, si interponeret quies. Sed sicut dictum est, cum sit album corrumpitur non albũ: sequitur ergo quòd simul corrumpatur non album: & fiat non album: quia ista tria sunt in eodem tempore, scilicet fieri albũ, & corrumpi non album: & iterum fieri non album: si tamen continuetur reflexio absque interpositione quietis. Hoc autem est manifeste impossibile, quòd simul fiat non album: & corrũ

patur non album. Non ergo est possibile, quòd motus reflexus sit continuus. Hæc autem ratio ad generationem, & corruptionem pertinere videtur. Et propter hoc hãc rationem dicit esse magis propriam, quàm præmissas: quia in cõtradictoriis magis apparet, quòd non possunt esse simul natura. Et tamen quod dicitur in generatiõe, & corruptione extẽditur ad omnes motus. quia in quolibet motu est quędam generatio, & corruptio. Sicut enim in alteratione generatur, & corrumpitur album, vel non album ita & in quolibet alio motu. Tertiam rationẽ ponit ibi.

f ¶ Quæ talis est. Si cui supra in Quinto habitum est: non est necessarium si continuum est tempus, qp propter hoc motus sit continuus. Motus enim diuerſarũ specierum, & si succedãt sibi in tempore continuo, non tamẽ sũt continui. sed consequenter se habetes: eo quòd oportet cõtinuorum esse vnum communem terminum. contrariorum autem in specie differentium, vt albedinis & nigredinis: nõ potest esse vnus communis terminus. Cũ igitur motus qui est ab A, in C, sit contrarius motui qui é a C, in A in quocũque genere motus vt supra in Quinto ostensum est: impossibile est, quòd isti duo motus fiant continui adinuicem, etiam si tempus eorũ sit continuum nulla interposita quiete. Relinquitur ergo, quòd motus reflexus nullo modo potest esse cõtinuus. Est autem considerandum, qp rationes præmisse dicuntur logicæ: quia procedũt ex quibusdam communibus, scilicet ex proprietate contrariorum.

Tex.cõ.70.

Lec.8. Tex.cõ.48.

Nam si omne quod mouetur, aliquo motu dictorum motuum omnino mouetur: & quod quiescit, ex his aliqua quiete quiescit quæ opponuntur: nullus enim alius in ratione rerum præter assignatos est motus: id autẽ quod non semper hoc motu mouetur: eorũ motuum inquam: qui specie differunt & non motus totius cuiuspiam partę: necesse est oppositã quiescat quiete. Est enim quies priuatio motus. Si igitur hæc ita se habent: & motus quidẽ recti contrarii sunt: fieri uero nequit: ut simul quicquam motibus contrariis moueatur: id profectõ ex A, fertur ad B, non ex B quoque simul ferctur ad A. Atque cum non simul motibus utrisque feratur: moueatur autem dicto motu ex A, pergendo ad B: prius in ipso B, quiescat necesse est. Hic. n. est ea quies quæ opponitur ei motui, quo itur ex B, ad A. Patet igitur ex hisce quæ diximus: motum nullum rectum continuum esse posse.

Insuper hoc etiam modo ratio magis erit accommodata. Simul enim corruptum est non album: & ortum est album. Si igitur alteratio qua itur ad album: atque ex albo continua sit: & nullo in tempore maneat: simul profectõ corruptum est non album: & factum est album: atque non album. Horum enim trium idem tempus erit: ut patet.

Præterea non si tempus continuũ est: & motus continuus est: sed deinceps. Quo nanque pacto contrariorũ motuum: ut dealbationis, ac denigrationis idẽ fuerit finis. Patet igitur motũ rectũ continuum ppetuo esse nõ posse.

LECTIO XIX.

Vi autem in circulari: erit vnus & cõtinuus. Nullum enim impossibile contingit. Quod. n. ex A. mouetur simul mouebit in A, secundum eandem positionem.

E

LECTIO XIX.

Motus autem ifce, qui super circularem lineam fit: unus atque continuus erit. Nullum enim impossibile accidit. Etenim id quod ex A, mouetur, simul ad ipsum mouebitur A. eadem nimirum

LECTIO XIX.

Postquam Philosophus ostẽdit, quòd nullus motus localis potest esse continuus prẽter circularem. Hic ostendit quòd motus circularis potest esse continuus, & primus. Et primo ostendit hoc per proprias rationes. Secundo per rationes logicas, & cõmunes. ibi {Rationabiliter aũt accidit.} Circa primum duo facit. Primo ostendit, qp motus circularis sit. Secundo, qp sit primus. ibi {Quòd aũt lationum.} Circa primũ duo facit. Primo ponit duas rõnes ad ostendẽdum, qp motus circularis potest esse continuus. Secundo ex eisdem rationibus concludit, quòd nullus alius motus potest esse continuus. ibi {Manifestum autem ex hac diuisione.} Quòd autem motus circularis possit esse vnus continuus, prima ratione sic probat. Illud dicitur esse possibile, ad quod nullum sequitur impossibile, nullum


nullū aut̄ sequitur impossibile si dicamus, ꝙ motus circularis sic in perpetuum continuus. Quod patet ex hoc, quòd in motu circulari, illud quod mouetur ex aliquo: puta A, simul uuetur in idem ſignum {secundum eandem positionem} idest, secundum eundem processum mobilis eodem ordine partium, ſertato: quod in motu reflexo non contingit: quia cum aliquid retrocedit, disponitur secundum contrarium ordinem, partium in mouendo: quia vel oportet quòd pars mobilis quæ in primo motu erat prior: ex reflectione fiat posterior: vel oportet quòd illa pars mobilis, quæ in primo motu aspiciebat ad vnam differentiam loci: puta dextrum, vel sursum: in reflexione aspiciat ad contrarium. Sed in motu circulari seruatur eadem positio: dum aliquid mouetur ad id a quo recedit. Sic ergo poterit dici, quòd etiam a principio sui motus dum recedebat ab A, mouebatur ad hoc, ad quod tandem perueniet, scilicet ad ipsum A. Nec propter hoc sequitur hoc impossibile, ꝙ simul mouetur motibus contrariis, aut oppositis: sicut seque batur in motu recto. Non enim omnis motus qui est ad aliquē terminum, est contrarius: aut oppositus motui qui est ex illo eodem termino. Sed ista contrarietas inuenitur in linea recta: secundum quam attenditur contrarietas in loco. Non.n. attenditur contrarietas inter duos terminos, secundum lineam circularem quæcunque pars sit circumferentię, sed secundum diametrū. Contraria enim sūt quæ maxime distāt. Maxima autem distantia inter duos terminos non mensuratur secundum lineam circularem: sed secundum lineam rectam. Possunt enim inter duo puncta in finitæ lineæ curuæ describi: sed non nisi vna linea recta. Id autem quod est unū, est mensura in quolibet genere. Sic igitur patet quod si sit aliquis circulus: & diuidatur per mediū: & sit diameter eius A. B, motus qui est per diametrum ab A in B, est contrarius motui, qui est per eundem diametrum a B, in A. Sed motus qui est per semicirculum ab A, in B, non est contrarius motui qui est per alium semicirculū a B, in A. Contrarietas autem erat quæ impediebat, quòd motus reflexus non posset esse continuus: vt ex superioribus rationibus apparet. Nihil ergo prohibet contrarietate subiata, motum circularem esse continuum: & tamen nullo tempore deficere. Et huius ratio est: quia motus circularis habet suum complementum per hoc quòd est ab eodem in idem, & sic per hoc non impeditur eius continuatio. Sed motus rectus habet suum complementum per hoc, quòd est ab eodem in aliud. Vnde si abillo alio reuertatur in idem a quo inceperat moueri: non erit unus motus continuus: sed duo. Deinde cum dicit.

In quod enim veniet: & mouetur in hoc. Sed non simul mouebitur contrariis neque oppositis. Non.n. omnis qui est in hoc: ei qui est ex hoc, contrarius est neque oppositus. Sed contrarius in recta quidem. Hic enim est contrarius secundum locum: vt qui secundum diametrū. Distat.n. plurimū. Oppositus aūt qui est secūdum eandem longitudinem. Quare nihil prohibet moueri continue: & nullo tempore deficere. Circularis quidē enim motus est ab eodem in idē. Rectus aūt ab eodē in aliud.

b Et q quidē in circulo; nequaquam in eisdem est. Qui vero secundum rectitudinē: multoties in eisdem est. Eum quidem igitur qui semp in alio & alio fit; contigit moueri continue. Qui vero in eisdem multotiens: non contingit. Necesse est .n. simul moueri contrarios. Quare neque in semicirculo: neque in alia circulatione, neque vna contingit moueri continue. Multotiēs enim necesse eadem moueri: & contrarias mutationes mutari. Non enim copulat principio finem. Qui aūt circuli, copulat, & solus est perfectus.

c Manifestum autem, & ex hac diuisione: quoniā nō contingit alios motus eē continuos. In oī bus enim accidit eadē moueri multotiēs, vt in alteratione media: & in eo qui est quantitatis secundū mediū magnitudinis:

Ostensio quòd motus qui sunt per diametrum circuli, sunt contrarii: non autem qui sunt per semicirculos.



b ¶ Ponit secundam rationem dicens, ꝙ motus circularis no est in eisdem: sed motus rectus multoties est in eisdem. Quod sic intelligendum est. Si enim aliquid moueatur ab A, in B, per diametrum: & iterū a B, in A, per eundem diametrum: necesse est, quòd per eadem media redeat p quæ prius transierat: & sic pluries per eadem fertur. Sed si aliquid moueatur ab A, in B per semicirculum, & iterum a B, in A per semicirculū alium: est circulariter moueri: manifestū est, ꝙ non redit ad idem per eadē media. Est aūt de ratione oppositorum, quòd circa idem considerentur: & sic manifestum est, quòd moueri ab eodem in idem secundum motum circularem, est absque oppositione: sed moueri ab eodem in idē secundū motum reflexum, est cum oppositione. Sic igit̄ patet, ꝙ motꝰ circularis q non redit ad idem p eadem media: sed semper pertransit aliud, & aliud, pōt esse vnus, & cōtinuus: quia non habet oppositionem. Sed ille motus reflexus, licet qui dum redit in idem pluries in eisdem mediis fit pertransēundo, non pōt esse in perpetuū continuus: quia necesse esset, ꝙ aliquid sic moueretur contrariis motibus. vt supra ostensum est. Et ex eadē ratione concludi potest: ꝙ neq; motus quidem in semicirculo: neque in quacunque alia circuli portione potest esse in perpetuum cōtinuum, quia in his motibus necesse est quòd multories per transeātur eadē media: & ꝙ mouean-

appetitione. Ad qđ̄ n. perueniet: ad id & mouetur, sed non simul cōtrariis ciebitur motibus: neq; oppositis sane. Nō enim oīs motus quo ꝓgitur ad hoc, cōtrarius ei quo itur ex hoc, aut oppositus est. Sed cōtrarius qdē ē rectus, huic. n. motus loco acōmodatus contrarius est: ut his q ꝓ diametrū fit. Termini. n. plurimum distāt. Oppositus autem est, qui per eandem fit longitudinem. Quare nihil uetat, ut talis motus continuus sit: nullaſque prorsus intercapedines habeat. Etenim conuersio quidem a seipso in seipsum, rectus autem motus a seipso in aliud transitio est.

Et isce quidem motus qui sit in circulo: nunquam sit in eisdem. Rectus autem sepe sit in eisdem. Is igitur motus qui semper in alio, atque alio fit; continue fieri potest. At hisce continue fieri non potest, qui sepe sit in eisdem. Motibus enim oppositis: id quod mouetur simul mouetur necesse est. Quare fieri non potest; ut aut in semicirculo quicquam: aut in alia ulla circumferentia continue moueatur. Sepe enim in eisdem moueatur, & contrariis mutationibus mutetur necesse est. Non enim coniunguntur hic principium, atque finis. Circuli autem coniunguntur; & hic est solus motus perfectus.

Ex hac autem diuisione patet fieri non posse quo ceterorum motuum quisquam continuus sit. Accidit enim in uniuersis: ut per eadem quisque fiat. Vt in alteratione per medium ipsum; & in motu qui quantitati accommodatur per magnitudines medias, & in

quem prædictorum motuum: de quibus ostēdimus ꝙ non possunt esse in perpetuum continui. Et maxime, quia secundum ꝙ illi dicunt: motus sēper continuus, est alteratio. Dicunt enim ꝙ omnia sēper defluunt, & corrumpuntur. Et adhuc dicunt, ꝙ generatio & corruptio nihil est aliud q̄ alteratio: & sic dum dicunt omnia sēper corrumpi: dicunt omnia sēper alterari. Probatum est autem per rationem supra inductam, ꝙ nullo motu contingit sēper moueri nisi circulari; & sic relinquitur ꝙ neq;

esse aliquis motus continuus. Et primo ostendit propositum. A Secundo infert quoddam correlarium ex dictis, ibi {Manifestū igitur ex his.} Dicit ergo primo, quòd etiam ex ista distinctione quæ ponit inter motum circularem, & alios motus locales, manifestum est, quòd nec in alijs generibus motus contingit esse aliquos motꝰ i infinitum continuos: ꝙ in omnibus aliis generibus motus, si debeat aliquid moueri ab eodem in idem: sequitur quòd multotiens pertrāseat eadem: sicut in alteratione oportet quòd pertranseat medias qualitates. Ex calido enim transitur in frigidum per tepidum: & si debeat rediri ex frigido in calidum: oportet quòd per tepidum transeatur. Et idem apparet in motu qui est secundum quantitatem: quia si qđ mouetur de magno in paruū: & iterum redeat ad magnum: oportet quòd bis sit in media quantitate. Et simile est ét i generatione & corruptione. Si enim ex igne fiat aer: & iterū ex aere fiat ignis: oportet quòd medias dispositiones bis trā seat. Sic enim mediū potest poni in generatione & corruptio ne secundum ꝙ accipitur cum transmutatione dispositionum. Et quia media transire contingit in diuersis mutationibꝰ diuersimode: subiungit ꝙ nihil differt, vel pauca vel multa media facere: per q̄ aliquid moueatur de extremo ī extremū, neq; accipere aliqđ medium positiue: vt pallidum inter albū & nigrum: vel remotiue: vt inter bonum & malum: quod neque bonum neq; malum est: quia qualitercunque media se habeant: sēper accidit quòd eadem multotiens pertranseantur. Secundo ibi.

d ¶ Concludit ex præmissis, quòd antiqui naturales nō bene dixerunt: ponentes omnia sensibilia sēper moueri: quia oporteret quòd moueruntur secundū alia & in generatione & corruptio ne similiter. Nihil enim differt pauca aut multa facere, in quibus est mutatio: neq; medium ponere aliquid, aut auferre. Vtrobiq; enim accidit eadem moueri multotiens.

d Manifestū igitur ex his: quoniam neque physiologi bene dicunt: omnia sensibilia moueri sēper dicentes: moueri enim necesse ē aliquem horum motuū: & maxime secundum illos est alterari. Fluere enim dicunt, & sēper corrumpi. Adhuc autem, & generationem & corruptionem alterationem dicunt. Ratio autem nunc dixit vniuersaliter de omni motu: quòd secūdum nullum motum contingit moueri continue extra quē circulo. Quare neque secundum alterationem: neque secundum augmentum. Quòd quidem igitur neq; infinita sit mutatio, neque vna, neq; cōtinua extra circuli motū, nobis dicta sint tāta.

e Quòd autem lationū circularis prima sit, manifestum est. Omnis enim secundum locum motus, sicut & prius diximus, aut in circulo: aut in recto, aut mixtus est. Hoc autem necesse est priores esse illos. Ex illis. n. cōstitutus est. Recto autem circularis. Simplex enim & perfectus magis est. In infinitum .n. non est rectū ferri, sic enim infinitum nō est. Sed neque si esset, moueretur vtique nihil. Non enim fit impossibile. Transire autem infinitum impossibile ē. Infinito autem recto reflectēs quidem compositus est, & duo sunt motus. Non reflexus autē impfectus & corruptus. Prius autē & natura, & ratione, & tēpore est perfectum quidem imperfecto. Corruptibili autem incorruptibile.

f Amplius prior est quem contingit perpetuum esse non con-

generatione corruptioneue similiter. Nihil enim interest pauca quispiam, an plura faciat ea media in quibus est ipsa mutatio: & addat quid, an auferat: fit enim utroque modo ut per eadem sæpe motus efficiatur.

B *Ex his igitur patet, nec eos naturales bene sensisse, qui res uniuersas sensibiles inquiunt sēper moueri. Nam motuum iam dictorū aliquo moueāt, maximeque secundum illos alterentur necesse est. Fluere enim, inquiunt, eas sēper decrementaque suscipere. Præterea generationem atque corruptionem alterationem esse dicunt. Ratio uero nostra nunc dixit, nullo quicquam omnino motu præter conuersionem cōtinue moueri posse. Quare nec alteratione nec accretione, decretioneue.*

C *Hæc igitur satis sint dicta ad demonstrandum nullam infinitam, esse mutationem, aut continuam præter ipsam solam conuersionem.*

Ipsam autem conuersionem lationum omnium esse primam, perspicuū inde fieri potest. Omnis enim latio, aut circularis est, aut recta, aut mixta, sicut & antea diximus. At hac quidem illas priores esse necesse est, ex illis enim constat, ut patet. Recta uero, circularis est prior. Est enim simplex perfectaque magis. Fieri igitur non potest, ut super infinita linea recta quicquam feratur. Non est enim id in ratione rerum, quod hoc pacto dicitur infinitum. At neque si esset moueretur quicquam omnino. Non enim id fit quod impossibile est. Impossibile autem est (ut patet) transire quippiam infinitum. Ea uero latio quæ super finita recta linea fit, si reflectatur, composita erit profecto duo que motus, si nō reflectatur, imperfecta ac corruptibilis. At imperfecto perfectū, et incorruptibile corruptibili natura prius esse, et ratione, atq; tpe cōstat.

D *Hisce præterea motus qui perpetuus esse potest, prior est eo qui perpe-*

Lect. 16. t. com. 64.

Lect. 16. t. com. 64. Lect. 18.

cior, & perfectior q̄ motus rectus. Perfectum autem est prius imperfecto, & similiter incorruptibile corruptibili, & natura, & ratione, & tempore, sicut supra ostensum est, cū probabatur loci mutationem esse priorem aliis motibus. Necesse est ergo motum circularem esse priorem recto. Deinde cum dicit.

Lect. 14. com. 55.

f ¶ Ponit secundam rationem: quæ talis est. Motus qui potest esse perpetuus, est prior eo qui perpetuus esse non potest, quia perpetuum est prius non perpetuo, & tempore, & natura.

Circularis

Circularis autem motus potest esse perpetuus, & nullus aliorum motuum: cum oporteat eis succedere quietem. Vbi autem quies superuenerit: corrumpitur motus. Relinquitur ergo ꝙ motus circularis sit prior omnibus aliis motibus. Hæc autē quæ in hac ratione supponit, ex superioribus patent.

LECTIO XV.

Rostquàm Philosophus ostēdit per proprias rationes: ꝙ motus circularis est cōtinuus, & primus, hic ostendit idem ꝑ quasdam logicas, & communes ratiões. Et ponit tres rationes. Circa quarum primam dicit, quòd rationabiliter accidit, quòd motus circularis sit vnus, & cōtinuus in perpetuū: non autem motus rectus; quia in recto determinatur principium, medium, & finis: & oīa hæc tria est assignare in ipsa linea recta, & ideo est i ipsa linea vnde incipit motus, & vbi finiatur: quia omnis motus quiescit apud terminos, scilicet vel a quo, uel ad quem. Has enim duas quietes supra in Quinto distinxerat. Sed in linea circulari termini nō sunt distincti. Nulla enim est ratio, quare vnum punctū signatū in linea circulari, sit magis terminus, quàm alius: quia vnumquodque similiter est, & principium, & medium, & finis: & sic quodāmodo quod mouetur circulariter: semper est in principio, & in fine: inquantū, scilicet quodlibet punctum signatum in circulo, potest accipi vt principiū, vel finis; & quodammodo nō quam est in principio, vel fine inquantum scilicet nullum punctum circuli est principium, vel finis in actu. Vnde sequitur, quòd sphæra quodammodo mouetur, & quodammodo qe scit, quia sicut in Sexto dictum est, sperā mouetur semper obtinet eundem locum secundum subiectum: & quantum ad hoc quiescit: aliū tamen, & alium secundum rationem: & quantum ad hoc mouetur. Ideo autem in ipsa linea circulari non distinguitur principium medium, & finis: quia hæc tria pertinent ad centrum: a quo sicut a principio procedunt lineæ ad circunferentiam: & ad ipsum terminā tingenti. Circularem quidē igitur cōtingit perpetuū esse: alio rum aūt neque loci mutationē; neque alium: neque vnum contingit esse perpetuum. Statū. n. oportet fieri. Si aūt status est, corruptus est motus prior.

Com. 74.

L. 8. t. c. 54.

Lect. 11. Tex. cō. 84.

LECTIO XX.

Rationabiliter aūt accidit, & circularem vnū esse & continuū: & non rectum. Eius enim qui in recto determinatum est principium, & finis, & mediū, & oīa hæc hēt in seipso. Quare est. vnde incipiet qđ mouetur: & vbi finiet. Apud terminos. n. quiescit oē, aut ūde, aut ubi. Circularis aūt indeterminati sunt. Quid. n. magis quicunque terminus eo rum qui sunt in linea. Similiter enim vnumquodque principiū & medium est, & finis. Quare ſp quædam sunt in principio, & fine, & nunquam in vno tantū sunt. Vnde mouetur, & quiescit quodāmodo sphera. Eundem enim obtinet locum. Causa autem est, quòd omnia hec accidunt centro. Principium enim & medium magnitudinis, & finis est. Quare propter id, quòd extra circularem est: nō est vbi quod fertur quiescat. Sic enim semper fertur circa medium; sed non ad vltimū. Proprer hoc autem manet, & semper quiescit quodammodo totum: & mouetur continue.

b Accidit autem conuersim, & nanque, quoniam mensura motuum circulatio: primam necesse est ipsam esse. Omnia enim mensurantur primo. Et quia primum mensura aliorum est.

c Amplius autem, & regularem contingit circularem esse solum. Quæ enim in recto: a principio irregulariter feruntur ad finē. Omnia enim quan to distant quidem plus a quiescente: feruntur velocius. Circu-

F

G

H

I

K

tur lineæ a circunferētia protractæ; & est etiam medium totius magnitudinis secundum æquidistantiam ad omnia signa circūferentiæ. Et ideo quia principium, & finis circularis magnitudinis est extra circulationem, scilicet in centro: ad quod non pertingit quod circulariter mouetur: nō est assignare in motu circulari vbi quiescat illud quod fertur cū puenerit ad ipsum, quia quod circulariter mouetur, semper fertur circa medīū, sed non fertur ad ul timum: quia nō fertur ad mediū quod est principium, & vltimum. Et propter hoc, totū quod spherice mouetur: quodā modo semper quiescit: & quodammodo continue mouetur, ut dictum est. Ex his ergo quæ dicta sūt, fit ratio extrahi potest. Omnis motus qui nunquā est in principio, & fine est cōtinuus: sed motus circularis est huiusmodi, ergo &c. Et per idem mediū probatur, quòd motus rectus non possit esse continuus. Deinde cum dicit:

tuus esse nequit. At conuersio quidem perpetua esse potest. Ceterorum autem motuum nullus perpetuus esse potest. Status enim sit oportet. Qui cum est: corruptus est iam ipse motus atque euanuit.

LECTIO XX.

Atqui recte cum rationeq; accidit: conuersionem unum esse motum, atque continuum, & no ea ratione qua super recta linea pergitur. Huius. n. principium, et finis & medium definitum est: & uniuersa hæc sunt in ipsa. Quo fit, ut id sit unde incipiat quod mouetur, & id item ad quod perueniet, desinetque moueri. In ipsis nanque finibus quiescit id omne, qđ motu recto cietur: aut in eo ex quo incipit motu cieri, aut in eo ad quem accidit. Sed in circunferentia sunt hæc ut patet indefinita. Quod enim ipsius pūctum, finis potius ratione, quam princi pii subit. Aeque. n. quoduis punctorū principium est, & medium: atq; finis ut semper id qđ mouetur in principio sit, & medio, atque fine, & nunquam in uno tantū. Quapp ipsa sphera mouetur, & aliquo mō quiescit. Eundē. n. occupat locum. Causa autem est, hæc omnia accidisse ipsi centro. Nā principium est, & magnitudinis, atque finis. Quare fit, ut quia hoc extra circūferē tiam est, non sit in quo quiescit id quod fertur quasi transierit. Sp. n. circa mediū: sed nō ad ultimū fertur. Quia uero sp hoc manet: ideo totum ipsum cōti nue partim quiescit, partim mouetur.

Lec. u

Accidit aūt hæc conuersio; ut econtra conuersio motuum sit prima, atque mensura, quia nāq; motuū est mēsura ipsa cōuersio, ideo primus sit ipsa motus necesse est, ipso. n. primo oīa mēsurātur. Et qa rursus primus ē, & oīum motus, ideo ipsa mēsura est ceterorū.

Lec. vlt. Tex. cō. 138

Præterea uniformis etiā motus sola conuersio esse posset. Quæ nanque recto motu cientur, differentiter sane feruntur. Discrepant. n. partes motus propinquæ principio ab bisce partibus quæ propinquæ sunt fini. Etenim uniuersa quæ suapte natura feruntur, quo magis

L. 7. c. 44

qui non est æqualiter velox per totum: quod necesse est accidere in omni motu recto, quia in motibus naturalibus, quanto aliqua quæ mouentur plus distant a prima quiete a qua incipit motus, uelocius mouentur: in motu autem violento, quanto plus

A plus distant ab vltima quiete ad quam terminatur motus: tanto velocius mouentur. Nam motus naturalis intenditur in fine: violentus aūtem in principio. Hoc autem in motu circulari locum non habet: quia in circulo principium, & finis non est natum esse inter ipsam circulationem, quę fit per circumferentiā. ℔ sed extra ℔ idest in centro. vt dictū est. Vnde nulla est ratio quare intendatur, & remittatur, mot' circularis quasi per approximationem ad principium uel finē: cum semper æqualiter appropinquat cētro, quod est principium, & finis. Manifestum est autem ex his quæ in 5. dicta sunt, quòd motus regularis est magis vnus quam irregularis: & sic motus circularis est prior natu raliter quam motus rectus. Quanto. n. aliquid est magis vnum: tanto naturaliter prius est. Deinde cum dicit.

Comm. 77.

B

Lec. 7. tex. com. 43.

d ¶ Ostendit per opiniones antiquorū philosophorū ꝙ motus localis sit primus motuū: & dicit ꝙ huic ueritati attestāt dicta omniū philosophorū antiquorū ꝙ motu secerūt memoriā: quia principiis attribuunt, ꝙ moueat motu local. Et hoc ostēdit primo per opinionem Empe. qui posuit amicitiam, & litem prima principia mouentia: quorum amicitia congregat: lis uero disgregat. congregatio autē, & disgregatio sunt motus locales. Secūdo ostēdit idem per opinionem Anaxa. qui posuit intellectum primam causam mouētem: cuius opus secūdum ipsum est disgregare commixta. Tertio ostendit idē per opinionem Democ. qui non posuit causam mouentem: sed dixit quòd omnia mouentur propter naturā vacui. Motus autem qui est propter vacuum est loci mutatio: uel similis loci mutationi: quia uacuum, & locus nō differunt nisi ratione, vt in quarto dictum est. Et sic dum ponunt res primo moueri propter uacuum, ponunt motum localem naturaliter primum, & nullum aliorum motuū. Sed alios motus opinantur consequi ad motum localem. Dicunt enim sequentes Democritum, quòd augmentari, & corrumpi, & alterari contingit per quandam congregationem, & disgregationem indiuisibilium corporum. Quarto, ostendit idem per opiniones antiquorum naturalium, qui ponebant unam causam materialem tantum, vel aquam uel aerem vel ignē, uel aliquid medium. Ex illo eni uno materiali principio constituunt generationem, & corruptionē rerum per condensationē, & rarefactionem, quæ per quandam congregationē & disgregationē cōplētur. Quinto, ostēdit idē ꝙ opinionē Platonis ꝙ posuit animā esse primā causam mot'. Posuit. n. Plato, ꝙ mouens seipsum qđ est anima: est principiū omniū eorū ꝙ mouētur. Mouere aūt seipsum cōuenit animali, & oi aīato ℔ eū ꝙ est liū locū cinesim. ꝙ trāsmutationē localem. Sexto aūt ostēdit idē ꝙ ea quæ cōmuniter & uulgariter loquentes dicunt. Illud eni solum dicimus moueri, quod mouetur secundū motum locale. Si autem aliquid quiescat in loco, sed moueatur motu augmenti, aut decrementi, aut alterationis, dicitur ꝙ mouetur quodammodo sed non simpliciter. Deinde cum dicit.

Lect. 9. in prin. T. com. 78.

C

e ¶ Epilogat quæ dixerat. s. quòd motus semper fuerit, & semper erit, & quod est aliquod primū principium motus perpetuum, & quis sit primus motus, & quem motum contingat esse perpetuum, & ꝙ primum mouens sit immobile. Hęc eni omnia in præcedentibus declarata sunt.

D

LECTIO XXI.

Ostquam Philosophus ostēdit, qualis sit primus motus, hic ostēdit quale sit primum mouēs. Et diuidit in partes duas. Primo, dicit de quo ē ictētio. Secūdo, exeqē ꝓposītū, ibi ℔ Horū aūt quidē. ℔ Dicit aūt primo, ꝙ cū dictū sit supra, ꝙ primū mouēs ē immobile: nūc dicendū ē ꝙ primū mouēs ē indiuisibile, & nullam habēs magnitudinē, sicut oīa ieorporeā.

R Sed

LECTIO XXI.

Vod autem hoc necesse est impartibile esse, & nullam habere magnitudinem nunc dicamus, deter-

ab eo loco recedūt, ex quo moueri cęperint eo celerius moueri uidentur. At sola in cōuersione, neq; principiū est, neq; finis: quippe cū nō sit in ipsa circūferētia quicquā tale, sed extra.

At uero scientiæ huius, lationem in quam, primum motuum esse, testes sūt uniuersi, qui mentionem motus fecerunt. Principia enim ipsius hisce tribuunt, quæ motu ifiusmodi cient. Segregatio nanque, congregatio, uel motus in loco sunt: hoc autem modo concordia, atque discordia, mouent': altera nanque ipsarum segregat, altera congregat. Anaxagoras quoque mentem, quæ mouet prius secernere dicit. Eadem & hi sentiunt qui nullam alia talem causam ponunt, sed ob uacuum inquiunt res moueri. Et hi nanque naturam eo motu, qui loco accommodatur moueri dicunt. Motus enim qui fit ob uacuum latio nimirum est, & ut in loco motus, ut patet. Ceterorum autē motuum nullū ipsis ineſſe primis, sed in hisce duntaxat, quæ cōstant ex illis putant. Accrescere enim hæc decrescereque, ac alterari, congregationē segregationemque subeuntibus indiuiduis corporibus dicunt. Eadem & hi cęnsent, qui densitate, raritateue, generationem, corruptionēue conficiūt: congregatione nanq; segregationeue hæc uniuersa disponunt. Accedit ad hæc eorum quoque sententia, qui causam motus animam faciunt. Id enim quod seipsum mouet, eorum quæ mouentur, principium esse dicunt. Animal autem, omneq; animans, motu ad locum accommodato seipsum mouet. Id præterea solum proprie moueri dicimus, quod eo motu cietur, qui ad locum accomodatur. Quod si quippiam quiescat quidem eodem in loco, incrementa uero, uel decrementa suscipiat uel alteretur id aliqua ex parte, & nō absolute moueri dicere consueuimus.

Motum igitur omnii in tēpore semper fuisse, semperque fore, & quid est principium perpetui motus, quis præterea primus est motus, et quis solus ꝙ petuus esse potest, & id insuper quod primum mouet immobile esse: satis iā bisce, quæ dicta sunt explicauimus.

LECTIO XXI.

Nunc autem partibus hoc va care, magnitudinemq; nul la prorsus habere necessariū esse dicamus, ac demonstremus apor-

Sed antequam hoc ostendamus oportet prædeterminare quædam quæ exiguntur ad huiusmodi probationem. Secundo ibi. D ¶ Exequitur propositum. Et primo præmittit quædam quæ sunt necessaria ad principalis propositi ostensionem. Secundo ostendit principale propositum, ibi ¶ Determinatis autem his. ¶ Circa primum tria facit. Primo ostendit, q̃ ad motum infinitū requiritur potentia infinita. Secundo, q̃ potentia infinita nō pōt esse in magnitudine finita, ibi ¶ Qđ autem omnino in finita magnitudine. ¶ Tertio, quòd primū motore oportet esse vnum qui moueat motum continuum & sempiternum, ibi ¶ De his autem quæ feruntur. ¶ Dicit ergo primo, quòd inter ea quæ prædeterminanda sunt ante principale propositum, vnum est quòd est impossibile aliquod finitum secundum potentiam mouere per tempus infinitum. Quod sic ostēdit. Tria sunt in quolibet motu, quorum vnum est quod mouetur, aliud est ipsum mouens, tertium autem est tempus in quo fit motus. Oportet autem, quòd aut omnia ista sint infinita, aut omnia sint finita, aut quòd quędā sint finita, & q̃dā infinita, vel duo tātū, vel vnū. Ponat ergo primo, q̃ A sit mouēs, B qđ mouet. Tempꝰ vero i quo fit motꝰ sit C. Et ponatur quòd aliqua pars ipsius A, quæ est D, moueat aliquam partem B, quæ est E. His ergo positionibus factis concludi potest, quòd D mouet E in tempore non æquali ipsi C, in quo A mouebat B, sed in tempore minori. Probatum est enim in texto, quòd totum mobile in maiori tempore pertransit aliquod signum, quām pars eius. Cum ergo tempus quod est C, sit infinitum, relinquitur quòd tempus in quo D mouet E, nō erit infinitum, sed finitum, & sit illud tempus Z, vt sicut A mouet B, in tempore C infinito, ita D moueat E, in tempore Z finito. Cū autem D sit pars ipsius A, si subtrahendo ab A addatur ipsi D, totaliter ipsum A, auferetur vel consumetur cum sit finitum. Omne enim finitum consumitur per subtractionem, si eadem quantitas semper sumatur, vt in tertio dictum est. Et similiter consumetur ipsum B, si continue subtrahatur aliquid ab ipso & apponatur ipsi E, quia B etiam ponebatur esse finitum, & quantumcunque auferatur a tempore quod est C, etiam secundum eandem quantitatem auferēdo, non consumitur totum C, quia ponitur esse infinitum. Ex hoc concludit, quòd totum A mouet totum B, in tēpore aliquo finito quod est pars ipsius C. Quod quidem sic sequitur ex præmissis, quia secundum proportionē, qua additur ad mobile & ad motorem, additur etiam ad tēpus. Cum ergo subtrahendo a toto mobili & motore, & addendo ad partes ipsorum consumatur quandoque totum mobile, & totum mouens, ita quòd totum quod erat in toto addetur parti, sequitur quòd proportionabiliter addendo ad tempus, relinquetur tempus finitum, in quo totum mouens mouebit totum mobile. Et sic oportet, quòd si totum mouens est finitum & mobile finitum, quòd tempus sit finitum. Sic ergo non est possibile, q̃ a finito mouente moueatur aliquid motu infinito, scilicet secundum tempus infinitum. Et sic patet quod primo ponebatur, quòd non contingit, quòd finitum mouens moueat in tēpore infinito. Mouet autem Auicen. dubitationem circa hanc Arist. demonstrationem. Videtur enim non esse vniuersalis. Est enim aliquod finitum mouens & mobile, a quo non potest aliquid auferri, vel subtrahi, sicut est corpus cælestе, quod tamen in hac demonstratione non excipitur. Vnde videtur, quòd vel demonstratio sit particularis, vel procedat ex falsa suppositiōe. Huic autem obiectioni respondet Auerro in com. quòd quāuis a cælo nihil posset subtrahi, hæc tamen conditionalis est vera, Si a cælo aliqua pars auferatur, pars illa mouebit, aut mouebitur in minori tempore quam totum. Nihil in prohibet conditionalem esse veram, cuius antecedens est impossibile. Sicut patet in hac cōditionali, Si homo volat, habet alas. Quicquid autem tollit veritatem conditionalis veræ, falsum est, licet antecedens conditionalis sit falsum. Veritas autem prædictæ conditionalis non potest stare cum hoc, quòd finitum moueat tempore infinito, vt patet per deductiōem Arist. Sic igitur ex veritate præmissæ cōditionalis concludit Arist. impossibile esse quòd finitū moueat tempore infinito. Potest autē breuius dici, quòd Arist., quādo in demonstrationibus suis vtit ablatione vel subtractione, non semper per ablationem intelligenda est solutio cōtinuitatis, quam impossibile est esse in corpore cælesti, sed ablatio intelligi potest secundum quancunq; designationē. Sicut in ligno contiuuo manente, possum designare vel tactu, vel cogitatione aliquod punctum quasi diuidens totum, & per hunc modū auferre aliquam partē a toto, & dicere q̃ minor albedo est in parte q̃ in toto. Et per hūc etiā modū pōt dici, q̃ virtus ad mouendū in parte corporis cælestis per designationē ablata, minor est quā in toto. Alia autem dubitatio est difficilior. Non enim videtur esse contra rōnē mouentis finiti, quòd moueat tempore infinito, quia si illud finitum sit in corruptibile, vel impassibile secundum sua natura, & nō recedēs a sua natura, sp eodē mō se habet ad mouendū, qā idē semp eodē mō se hās, semp facit idē. Vñ non est magis ratio quare non pōt mouere post, q̃ ante. Et hoc sensibiliter apparet. Videm⁹ enim q̃ sol pōt in infinito tpe mouere corpora inferiora. Ad huius autem dubitationis solutionem, inuestigandus est processus demonstrationis inductæ. Certum enim esse debet, quòd sic intelligenda est conclusio, quæ admodum sequitur ex præmissis. Considerandum est igitur, quòd tempus motus potest accipi dupliciter, præcipue in motu localis. Vno modo secūdum partes mobilis, alio modo secundum partes magnitudinis supra quam transit motus, manifestum est enim, q̃ prius vna pars mobilis pertransit aliquod signum magnitudinis, q̃ totum mobile. Similiter etiam totum mobile prius pertransit vnam partem magnitudinis, quām totam. Apparet autem manifeste ex processu Aristotelis, quòd hic loquitur de tempore motus, secundum quòd tempus motus accipitur secundum partes mobilis, & non secundum quòd accipitur secundum partes magnitudinis. Accipit enim in sua demonstratione, quòd pars mouētis moueat partem mobilis in minori tempore, quam totū mouens totum: quod non esset verū, si acciperemus tempus motus secundum partes magnitudinis, quę motu pertranſitur. Eadē enim est proportio partis motoris ad partes mobilis, quæ est proportio totius motoris ad totum mobile. Vnde æquali velocitate semper pars mouebit partem, qua totum mouet totum: & sic in æquali tempore pertransibit pars mobilis aliquam magnitudinem mota a parte motoris, & totum mobile motum a toto motore. Vel forte in minori tempore mouebitur totum quām pars: quia potentia vnita, maior est quam potentia diuisa: & quanto maior est potentia mouentis, velocior est motus, & tempus minus. Oportet ergo quòd hoc intelligatur, secundum quòd accipitur tempus motus secundum partes mobilis: quia vna pars mobilis in minori tempore pertransit aliquod signum, quam totum mobile. Et secundum hoc est impossibile, quòd tempore infinito moueatur, nisi sit mobile infinitum. Impossibile est autem, quòd mobile infinitum moueatur a motore finito: quia semper virtus motoris est maior quam virtus mobilis. Vnde necesse est, quòd mobile infinitum moueatur a motore infinito. Et sic sicut impossibile sequitur ex hoc

minantes primum de prioribus ipso.

b Horum autem vnum quidē est, quòd impossibile est nullū finitum mouere secundum infinitum tempus. Tria enim sunt, quod mouetur, mouens, in quo tertium tempus: hęc autē, aut finita omnia, aut ifinita sunt omnia, aut quędam, aut duo, aut vnum. Sit igitur A mouēs. Qđ autem mouētur B. Tempus infinitū in quo C. Ipsum D, igitur moueat aliquam partem ipsius B, quæ est in quo E. Non igitur in æquali ipsi C, in pluri enim maius. Quare non est infinitum tēpus quod est ipsius Z. Sic itaque ipsi D apponens, auferam, ipsum A, & ipsi E, ipsum B. Tps aūt nō aufera sp remouēs equale, infinitū. n. ē. Quare omne A totū B, mouebit, ī hnito tpe ipsi⁹ C. Nō ergo posibile ē A finito

tet prius bisce definitis, quæ hanc sententiam antecedunt.


Atq; horum vnum est hoc fieri inquam nō posse, quo finitū quicquā tpe moueat infinito. Tria nanq; esse in omni motu cōstat: id quod mouetur, id qđ mouet, & tertiū ipsum tempus. Aut; aut hæc omnia infinita sunt, aut finita, aut horū aliqua, ut duo, aut et unū. Sit igitur A quidē mouēs: B aut id qđ mouetur, & tēpus infinitū sit C. Pars itaque ipsius A, quæ quidem sit D moueat partem aliquam ipsius B, sitque illa pars E. atque patet, non toto C, tempore ipsam mouere. In maiore nanq; maius numerum mouet: quare fit, vt tēpus illud infinitum non sit designetur, atque sit, F. Hoc igitur pacto addēs ipsi D, atq; E, parū partem totum A tandem, & B, similiter totum consumam, tempus autem nunquam, æquale F, parti semp auferens partem quippe cū sit, vt ē suppositū infinitum. Quare totum A mouens totum B, ipsum

moueri nihil secundum infinitum motum, Quod quidē igitur non contingit finitum in infinito tempore mouere: manifestum est.

c Quod autem omnino in finita magnitudine non contingit infinitam esse potētiam: ex his manifestum est. Sit enim plus potentia semper equale in minori faciens tempore, vt calefaciens: aut dulcefaciens: aut proiiciens: & omnino mouens. Necesse ergo, & a finito quidē, infinitā aūt habēte potētiā pati aliqđ patiēs: & plus q̃ ab alio.

hoc quod ponitur, quòd motor finitus moueat mobile finitum, motu qui sit infinitus secundum partes mobilis. Ita remoto hoc inconuenienti, oportet vlterius hoc concludere, quòd motus infinitus sit mobilis infiniti a motore infinito. Sed contra hoc potest aliquis obiicere, quòd Arist. supra non probauit motum esse infinitū secūdum partes mobilis, sicut motus corporis infiniti dicitur infinitus: quia totū vniuersum corporeū finitum est, vt probatum est in tertio huius, & probabitur in primo de cælo. Vnde non videtur esse demōstratio Arist. sic verificata ad propositum concludendū: vt scilicet prim⁹ motor qui mouet motā infinitum, sit infinitus. Sed dicēdum, q̃ id quod est causa prima motus infiniti, oportet q̃ sit per se cā infinitatis motus q̃ semper causa quæ est per se, est prior ea quæ est per aliud, vt supra dictum est. Virtus autem causæ per se, determinatur ad effectum per se, & non ad effectum per accidens. Sic enim supra docuit Arist. in secundo, comparare causas effectibus. Cum autē contingat motum esse infinitum dupliciter: sicut dictum est, scilicet secundum partes mobilis, & secundum partes magnitudinis, supra quam transit motus: per se infinitum est in motu ex partibus mobilis, per accidens autem secundum partes longitudinis: quia quantitas motus quæ attenditur secundum partes mobilis competit ei secundum proprium subiectum, & ita inest ei per se. Quantitas autem motus non accipitur secundum partes longitudinis, sed secundum reiterationem motus ipsius mobilis, prout scilicet mobile totum quod compleuit motum suū per vnam partem longitudinis, iterato pertransit aliam. Id ergo quod est causa prima infinitatis motus, habet virtutem super īfinitatem motus quæ est per se, vt scilicet possit mouere mobile infinitum si contingat. Et ideo necesse est, quòd sit infinitum. Et quamuis primum mobile sit finitum: tamen habet quandam similitudinem cum infinito, vt dictum est in tertio. Ad hoc autem quòd aliquid sit causa motus infiniti per reiterationē motus quę est per accidens, non oportet quòd habeat virtutem infinitam, sed sufficit si habet virtutem immobilem finitam: quia semper manente eadem virtute, poterit reiterare eundem effectum. Sicut sol habet virtutem finitam, & tamen posset mouere inferiora elementa tēpore infinito si motus esset sempiternus secundum positionem Aristo. Non enim est prima causa infinitatis motus: scilicet quasi ab alio mota ad mouendum tempore infinito secundum positionem prędictam. Secundo ibi.

Demonstratio, qua probatur quòd finitum mouens nō potest mouere aliquid in tempore infinito.



c ¶ Ostendit quòd necesse est virtutē quæ est in magnitudine proportionari magnitudini in qua est. Et primo ostendit in magnitudine finita quòd non potest esse potentia infinita: quod principalius intendit. Secundo, quod nec in magnitudine infinita potest esse potentia finita ibi ¶ Neq; igitur finitū. ¶ Quòd autem in magnitudine finita non contingat esse potentiā infinitam probat: duas suppositiones præmittendo: quarū prima est, quòd maior potētia equale effectum perficit in minore tempore quàm minor: sicut maior potentia calefactiua ad æqualē caliditatem perducit id in quo agit in minori tempore, & simile est de potentia dulcorantis uel proficientis, uel cuiuscunq; mouentis. Et ex hac suppositione concludit: quòd

finito in tēpore. C. mouebit: fieri ergo non pōt: ut a finito quicquam infinito in tempore moueatur: perspicuum igitur est, fieri non posse: quo finitum quicquam tempore moueat infinito.

Fieri uero nō posse: ut finita in magnitudine uires sint infinitæ: ex bisce sane fuerit notum, sint. n. maiores hæ semp uires: quæ æquale quod minore in tempore faciunt ceu calefaciunt: aut dulcedine afficiunt: aut proiiciunt: oīno mouent. Quod cum ita sit, ab eo quoq; profectō, q̃ infinitum quidē est: infinitas āt uires hēt patiēs quippiā patiatur, & magis quā ab alio patiatur necesse ē, īfinitæ nāq; uires uiribus sūt

cum potentia infinita sit maior quàm potentia finita: necesse est, quod si sit aliqua finita magnitudo habens potentiam infinitam, quòd a tali agente siue vnum patiens siue plura, patiātur in eodem tempore maiorem mutationem: quàm ab alio habente potentiam finitam. Vel econuerso, quod æqualem mutationem patiens ab eo patiatur in minori tempore. Vtrumq; .n. potest intelligi in eo quòd dicit ¶ & pluſquam ab alio. ¶ Secunda suppositio est. Cum oē quod mouet moueat in tēpore. ut in. 6. probatum est, non potest esse quòd patiens immutetur ab agente infinitæ potentiæ in non tempore: immutatur ergo in tempore. Ex hoc sic procedit. Sit tempus in quo uirtus infinita mouet calefaciendo vel impellendo A. Tempus autem in quo aliqua uirtus finita mouet sit A. B. quod ē maius quàm A. Quæ libet autem potentia finita potest accipi alia maior. Si ergo accipiamus aliam maiorem potentiam finitam quàm primam, q̃ mouebat in tempore A B, sequitur quòd hæc secunda potentia mouebit in tempore minori, & iterum tertia potētia finita maior, in tēpore adhuc minori, & sic semper accipiendo finita maior, in tempore adhuc minori, & sic semper accipiendo finitam potentiam, veniam aliquando adhoc, quòd aliqua potentia finita moueat in tempore A. Cum enim semper fiat additio ad potentiam finitam, excedetur omnis determinata proportio. Similiter autem additur ad potētiam motiuam, & subtrahitur a tempore motus, quia maior potentia in minori tempore mouere potest. Si ergo sequitur, quòd finita potentia perficiat motum in æquali tempore cum potentia infinita, quæ ponebatur mouere in A, hoc autem est impossibile, ergo nulla magnitudo finita habet potentiam infinitam. Dubitatur autem circa hāc rationem multipliciter. Primo nanque videtur, quòd hæc ratio nullo modo concludat. Quod enim conuenit alicui per se, per nullam potentiam potest ab eo remoueri, quantūcunque sit magna. Non enim est ex defectu potentiæ vel infinitati potentię repugnat, si dicatur fieri non posse, q̃ homo non sit animal. Esse autem in tēpore per se conuenit motui: ponitur enim motꝰ in diffinitione temporis, vt supra in quarto habitum est, ergo si ponatur etiam potentia infinita mouens, non sequitur q̃ motꝰ sit in non tempore, vt Arist. hic concludit. Item si considereꝰ processus Philos⁹. ex hoc concludit q̃ motus sit in non tēpore: quia potentia mouens est infinita, sed potentia infinita mouens potest etiā non esse in corpore, ergo eadē ratione sequitur, q̃ talis potentia si sit infinita, mouebit in non tēpore. Non solū ergo per hoc q̃ est impossibile moueri in non tēpore, potest concludi q̃ nulla virtus infinita est in magnitudine, sed q̃ simplr nulla virtus mouens sit infinita. Item. Ad magnitudinē potentię duo pertinere videntur. s. velocitas motus, & diuturnitas tēporis. Et ſm excessum potentiæ fieri videmus excessum in vtroque dictorum. Sed secundum excessum potētiæ infinitæ supra ostendit, q̃ motus perpetuus est ab aliqua potentia infinita, non autem q̃ aliqua potentia infinita non sit in magnitudine. ergo similiter & hic ſm excessum in velocitate, non debet concludere q̃ nulla virtus infinita sit in magnitudine, sed q̃ virtus q̃ mouet tēpore infinito, p̃p sui infinitatē mouebit etiā in nō tēpore. Ité videtur cōclusio esse falsa. Quāto. n. est maior virtus alicuius corporis, tāto diutius pōt conteruari in esse. Si ergo nullius corporis potētia est īfinita, nullū corpꝰ posset i infinitū durare.

Infra.

Le. 8. ī prī.

Te. cō. 101.

Quod patet esse falsum tam secundum opinionem ipsius quàm secundum sententiam fidei christianæ: quæ ponit substantiam mundi in infinitum duraturam. Posset etiam moueri obiectio de diuisione & additione quibus vtitur: quę non conueniunt rerum naturę. Sed quia superius satis dictum est, prætermitto ad præsens. His ergo dubitationibus per ordinem respondentes dicendum est ad primam: quod Philosophus non intendit hic facere demonstrationem ostensiuã sed demonstrationẽ ad impossibile ducẽtem: in qua, quia ex aliquo dato aliquid sequitur quod est impossibile: concluditur primum datũ impossibile esse. Non autem est verum q̃ primum datum simul cum conclusione esse fit possibile: sicut si daretur quòd esset aliqua potentia quæ posset remouere genus a specie: sequeretur quòd illa potentia posset facere quòd homo non esset animal. Sed quia hoc est impossibile: impossibile est & primum. Non autem ex hoc potest concludi esse possibile q̃ sit aliqua potentia quæ faciat hominem non esse animal. Ita ex hoc quòd est aliquam potentiam infinitam esse in magnitudine: ex necessitate sequitur motum esse in non tempore, sed quia hoc est impossibile: impossibile est infinitam potentiã esse in magnitudine. Nec potest ex hoc concludi esse possibile quòd potentia infinita moueat in non tempore. Ad secundam autem dubitationem respondet Auerro, in commento huius loci dicens: quòd ratio Arist. hic procedit de potentia ratione suæ infinitatis: finitum autem & infinitum conuenit quantitati: vt supra habitum est. Vnde potentia quæ non est in magnitudine non proprie comperit quòd sit finita vel infinita.

Plus enim est infinita potentia. At vero tempus non contingit esse nullum. Si enim est in quo A tempus in quo infinita vis calefacit aut depellit, in quo aũt A B, finita quędam, ad hãc maiorem semper accipiens finitã: veniam aliquando ad id quod in A, tempore motum erat. Ad finitum enim semper addens excellam omne determinatum: & auferens, & deficiens

Lec. vlr. t. c. vlr.

Sed hæc responsio est & contra Aristotelis intentionem & contra veritatem. Contra intentionem quidem Aristotelis est: quia Aristoteles in præcedenti demonstratione probauit quòd potentia mouens tempore infinito sit infinita: & ex hoc infra concludit quòd potentia mouens cælum non est potentia in magnitudine. Est etiam contra veritatem: quia cum omnis potentia actiua sit secundum aliquam formam: eo modo conuenit magnitudo potentiæ: & per consequens finitũ & infinitum: sicut conuenit formæ. Formæ autem conuenit magnitudo per se: & per accidens. Per se quidem secundum perfectionem ipsius formæ: sicut dicitur magna albedo etiam paruę niuis secundum perfectionem propriæ rationis. Per accidens autem secundum quòd aliqua alia forma habet extensionem in subiecto: sicut dicitur magna albedo propter magnitudinem superficiei. Hæc autem secunda magnitudo non potest competere potentiæ quę non est in magnitudine, sed prima magnitudo maxime ei competit: quia potentiæ immateriales quã to sunt minus contractæ per applicationem ad materiam: tanto sunt perfectiores & vniuersaliores. Velocitas autem motus non sequitur magnitudinem virtutis quæ est per accidens per extensionem ad magnitudinem subiecti: sed magis eam quæ ẽ per se secundum propriam perfectionem: quia quanto aliquod ens actu est perfectius: tanto est vehementius actiuum. Vnde non potest dici quòd potentia quæ non est in magnitudine: quia non est infinita infinitate magnitudinis quæ est ex magnitudine subiecti: propter hoc non causet augmentum velocitatis in infinitum: quod est moueri in non tempore. Vnde & idẽ Commentator hanc dubitationem aliter soluit in 11. Meta. vbi dicit quòd corpus cæleste mouetur a duplici motore, scilicet a motore coniuncto: qui est anima cæli & a motore separato q̃ non mouetur neque per se neque per accidens. Et quia ille motor separatus est infinitæ virtutis: motus cæli acquirit ab eo perpetuam durationem. Quia vero motor coniunctus est finitæ virtutis: ideo motus cæli acquirit ab eo velocitatem determinatam. Sed nec ista responsio sufficiens est. Cum enim vtrumque videatur consequi potentiam infinitam, scilicet quòd moueat tempore infinito: vt præcedens demonstratio concludit: & quòd moueat in non tempore: vt videtur concludere hæc de monstratio, iterum restat dubitatio: quare anima cæli quæ motiet in virtute motoris separati infiniti: magis ab eo fortiatur, vt possit mouere tempore infinito: q̃ vt moueat velocitate infinita, idest, in non tempore. Ad hanc igitur dubitationem dicendum est q̃ omnis potentia quæ non est in magnitudine, mouet per intellectum. Sic enim Philosophus probat cælum moueri a

Vel. 12. cõ. 41.

F motore in vndecimo Meta. Nulla autẽ potentia quæ est in magnitudine, monet quasi intelligens. Probatum ẽ enim in tertio de anima q̃ intellectus non est virtus alicuius corporis. Hęc autem est differentia inter agens per intellectum, & agens materiale: quia actio agentis materialis proportionatur naturæ agẽtis: tanta enim procedit calefactio quãtus est calor. Sed actio agentis per intellectũ non proportionatur naturæ ipsius, sed formæ apprehensæ. Nõ enim ædificator tantum ædificat quantũ potest, sed quantum exigit ratio formę cõceptæ. Si igitur sit aliqua esset virtus infinita in magnitudine, sequeretur q̃ motus ab ipsa procedens esset secundũ proportionem eius: & ita procedit demonstratio præsens. Si autem sit virtus infinita nõ in magnitudine: motus ab ipsa non procedit, sm proportionem virtutis, sed secundũ rationem formæ apprehensæ. i. secundã q̃ conuenit fini & naturæ subiecti. Est ét aliud attendendũ: q̃ sicut probatũ est in 6. huius, nihil mouetur nisi magnitudinẽ hũs: vnde velocitas motus est effectus recepti a mouente in aliquo hñte magnitudinẽ. Manifestũ est autẽ q̃ nihil hũs magnitudinẽ: potest recipere ęquale effectũ proportionatũ potentiæ q̃ non est in magnitudine: qa omnis natura corporea cõparatur ad naturã incorporeã sicut quoddã particulare ad absolutũ & vniuersale. Vñ non potest cocludi ũ virtus infinita non sit in magnitudine, q̃ ex ea consequatur infinita velocitas in aliquo corpore q̃ est effectus proportionatus tali potentiæ: vt dictũ est. Sed nihil prohibet in aliqua magnitudine recipi effectũ virtutis q̃ est in magnitudine: quia causa proportionatur effectui. Vñ si poneretur q̃ aliqua virtus infinita esset in magnitudine: sequeretur q̃ effectus corrũdens esset in magnitudine. i. velocitas infinita. Et hoc est impossibile: ergo & primum. Ex his aũt patet solutio tertię dubitationis. Nam moueri tpe infinito, non repugnat rationi magnitudinis motæ: cõuenit .n. magnitudini circulari, vt supra ostensum est. Vñ a primo mouente infinitæ virtutis causatur motus diuturnitatis infinitæ: non autẽ motus velocitatis infinitæ. Quartã vero dubitationẽ soluit Alex. vt Auer. dicit hic in cõmento, q̃ corpus cæleste acquirit ætternitatẽ a motore separato, qũ est infinitæ virtutis: sicut & perpetuitatẽ motus. Vñ sicut non est ex infinitate cælestis corporis q̃ in perpetuũ moueatur: ita non est ex infinitate corporis cælestis q̃ in perpetuũ duret, sed vtrunq; est ex infinitate motoris separati. Hanc aũt responsionẽ Auer. improbare nititur in hoc cõiuncto, & in 11. Meta. dicens q̃ impossibile ẽ q̃ aliquid acquiręt perpetuitatẽ essendi ab aliquo, quia sequeretur q̃ id quod in se est corruptibile: fieret ætern ũ. Sed perpetuitatẽ motus põt aliquis acquirere ab altero: eo q̃ motus ẽ actus mobilis a mouente. Dicit ergo q̃ in corpore cælesti quantũ est de se, nõ est aliqua potentia ad nõ esse: quia eius substantiæ non est aliquid contrariũ. Sed in ipso est aliqua potentia ad quietẽ: quia motui eius contrariatur quies. Et inde est, q̃ non indiget acquirere perpetuitatẽ essendi ab alio: sed perpetuitatẽ motus ab alio acquirere indiget. Quod aũt in corpore cælesti non sit aliqua potentia ad non esse: ex hoc contingere dicit: q̃ corpus cęleste dicit non esse compositum ex materia & forma quasi ex potentia & actu. Sed dicit ipsum esse materiam actu existentẽ: & formam eius dicit animam ipsius, ita tamen q̃ non constituatur in esse per formam: sed solum in moueri. Et sic dicit in eo esse non potentia ad esse: sed solũ ad vbi: sicut Philosophus dicit in. ii. Meta. Sed hæc solutio, & veritati repugnat: & intentioni Aristotelis. Veritati quidem repugnat multipliciter. Et primo: quia dicit q̃ corpus cæleste non componitur ex materia, & forma. Hoc enim est omnino impossibile. Manifestũ est .n. corpus cæleste esse aliquid actu: alioquin non moueretur. Quod .n. est in potentia tm̃ non est subiectũ motus: vt in 6. habitũ est. Oportet autem omne quod est actu: vel esse formã subsistentẽ: sicut substantiæ separatæ: vel habere formã in alio, qđ quidẽ se habet ad formã sicut materia & sicut potentia ad actu. Non aũt potest dici q̃ corpus cæleste sit forma subsistens: quia sic esset intellectum. in actu non cadens sub sensu neq; sub quãtitate. Relinquitur ergo q̃ est compositũ ex materia & forma, & potentia & actu, & sic est in ipso potentia quodãmodo ad nõ esse. Sed dato q̃ corpus cęleste non sit compositũ ex materia & forma: adhuc oportet ponere in ipso quodãmodo potẽtiã essendi.

Vel. 12. lec. 6. t. cõ. 38. Lec. 7. t. cõ. 46. Lect. 10. t. com. 19.

Lect. 10. 2 prin.

Vel. 12. cõ. 41.

Lect. 5. tex. com. 32.

Vel. 12. le. 2.

Lect. 6.

Necesse

Necesse est enim, quòd omnis substantia simplex subsistens, A vel ipsa sit suum esse, vel participet esse. Substantia autem simplex quæ est ipsum esse subsistens, non potest esse nisi vna, sicut neque albedo si esset subsistens posset esse nisi vna. Omnis ergo substantia, quę est post primam substantiam simplicem participat esse. Omne autem participans componitur ex participante & participato, & participans est in potentia ad participatum, ergo substantia quantuncunque simplex post primam substantiam simplicem est potentia essendi. Deceptus autem fuit per æquiuocationem potentiæ. Nam potentia quandoque se habet ad opposita. Et hoc excluditur a corpore cælesti, & a substantiis simplicibus separatis, quia non est in eis potentia ad non esse secundum intentionem Aristotelis, eo quòd substantiæ simplices sunt formæ tantum, formæ autem per se conueniunt esse. Materia autem corporis cælestis nõ est in potentia ad aliam formam. Sicut enim corpus cæleste comparatur ad suam figuram cuius est subiectum, vt potentia ad actum, & tamen non potest non habere talem figuram, ita materia corporis cęlestis comparatur ad talem formam, vt potentia ad actum, & non est in potentia ad priuationem huius formæ, vel ad non esse. Non enim omnis potentia est oppositorum. Alioquin possibile non sequeretur ad necesse, sicut dicitur in secundo Perihermenias. Est etiam eius positio contra intentionem Aristotelis, qui in primo de Cælo in quadã demonstratione vtitur q̃ corpus cæleste habeat potentiam vel virtutem ad hoc, quòd sit semper. Nõ potest ergo euadere inconueniens per hoc quod dicit, quòd corpus cæleste non est in potentia essendi. Hoc enim est manifeste falsum, & contra intentionem Aristotelis. Videamus ergo vtrum conuenienter impugnet solutionem Alexan. qui dicit, quòd corpus cęleste acquirit æternitatem ab alio. Esset siquidẽ conueniens eius improbatio si Alexander posuisset, quòd corpus cęleste de se haberet potentiam ad esse & non esse, & ab alio acquireret esse semper. Et hoc dico supposita intentione ipsius, vt non excludamus omnipotentiam dei, per quam corruptibile hoc potest induere incorruptionem, quod nũc discutere ad propositum non pertinet. Sed tamen Auerrois etiam sua intentione supposita, concludere non potest contra Alex. qui non posuit, quòd corpus cæleste acquirat æternitatem ab alio, quasi de se habens potentiam ad esse & nõ esse, sed quasi non habens ex se esse. Omne enim quod non est suum esse, participat esse a causa prima quę est suum esse. Vnde & ipse confitetur i libro de substantia orbis: quòd deus est causa celinõ solum quantum ad motum eius: sed etiã quantum ad substantiam ipsius: quod nõ est nisi quia ab eo habet esse. Non autem habet ab eo esse nisi perpetuum, habet ergo perpetuitatem ab alio. Et in hoc etiam consonant verba eius qui dicit in Quinto Meta. & supra in principio huius Octaua, quòd quędam sunt necessaria quæ habẽt causam suæ necessitatis. Hoc ergo supposito, plana est solutio secundum intentionem Alexan. quòd sicut corpus cæleste habet moueri ab alio: ita & esse. Vnde sicut motus perpetuus demonstrat infinitam virtutem motoris: non autem ipsius mobilis: ita & perpetua eius duratio demonstrat infinitam virtutem causæ a qua habet esse. Non tamen omnino eodem modo se habet potentia corporis cælestis ad esse & ad moueri perpetuo. Non quidem secũdum differentiam quam ipse assignat quòd in corpore cælesti sit quantum ad moueri potentia ad oppositа quæ sunt quies & motus, sed ad oppositа quæ sunt diuersa vbi. Sed differunt quantum ad aliud. Nam motus secundum se cadit in tempore, esse vero non cadit in tempore, sed solum secundum quòd subiacet motui. Si ergo sit aliquod esse quod non subiacet motui, illud esse nullo modo cadit sub tempore. Potentia ergo quæ est


Tex. cõ. 6. Tex. cõ. 15.

Lect. 7. Tex. 16. tex. com. 120.

B Potentia infinita.



A Tempus.



Potentia finita.



similiter. In æquali ergo tempore mouebit finita ipsi infinitæ. Hoc autem est impossibile.

d Nullum itaque finitum contingit infinitam potentiam habere: neq; infinitum infinitam.

e Et tamen cõtingit in minori magnitudine amplioré potentiam esse. Sed adhuc magis in maiori plurima.

f Sit igitur in quo est A B, infinitum: sed B C, habet potentiã quandam quę in aliquo tempore mouet ipsum D, in tempore in quo est E Z. Si igitur ipsi B C duplam accipio: in medio mouebit tempore ipsius EZ. Sit. n. hæc ꝓportio. Quare in Z, & T, mouebit ergo sic accipiẽs semp AB, quidẽ nequaquã transibo.

autem est impossibile: fieri ergo non potest: ut magnitudo finita vires habeat infinitas.

Neque igitur fieri potest: ut infinita in magnitudine finitæ sint vires.

Atque quam quam sit ut minore in magnitudine plus virtum insit: multo tamen maiores sunt in maiore.

Sit itaque magnitudo infinita A B, atque pars eius C B, vires aliquas habet: quibus D mouit aliquo in tpe quod E F, literis designetur. Si igitur ipsius C B duplum capero magnitudinẽ: hac enim nunc ratione utamur illa tẽporis in dimidio: quod est E G, idẽ profectò mouebit. Quod si hoc pacto sumpsero partes A B, quidem magnitudinem nunquam transibo. Tempore uero

d ¶ Probat quòd in magnitudine infinita non potest esse potentia finita. Et hoc duabus rationibus. Circa quarum primam tria facit. Primo ponit conclusionem principaliter intentam dicens: quòd sicut in magnitudine finita non potest esse potentia infinita: ita nec in aliquo quanto infinito potest esse potentia finita secundum totum. Nam pars infiniti si accipiatur finita habebit potentiã finitam. Hoc autem inducit nõ quasi necessarium ad principale propositum ostendẽdum: sed quia si adhęrens & affinis conclusioni prius demõstratę. Secũdo ibi.

e ¶ Ponit quoddam per quod alicui videri posset quòd in magnitudine infinita sit potentia finita. Videmus enim quòd aliqua minor magnitudo habet maiorem virtutem quàm maior magnitudo, sicut paruus ignis habet maiorem virtutem actiuã, quàm multus aer. Sed per hoc non potest haberi quòd quantum infinitum habeat potentiam finitam: quia si accipiatur aliqua adhuc magis excedens magnitudo: habebit maiorem virtutem: sicut si aer maior secundum aliquam quantitatem habet minus de virtute q̃ paruus ignis: si multum augeatur aeris quantitas habebit maiorẽ virtutem q̃ paruus ignis. Tertio ibi.

f ¶ Ponit demonstrationem intentam quæ talis est. Sit quantum infinitum A B, & sit B C, magnitudo finita alterius generis quæ habet quandam potentiã finitã, & sit quoddã mobile D quod moueatur a magnitudine B C, in tempore quod est E Z.

Lect 9. tex. com. 30.

sic quia B C, est magnitudo finita poterit accipi maior magnitudo. Accipiatur igitur maior secundum duplam proportionē. Quanto autem est maior potentia mouentis: tanto in minori tempore mouet: vt habitum est in Septimo. ergo duplum ipsius B C, mouebit idem mobile scilicet D, in medio tempore quod sit Z I, ita quòd intelligatur tempus E Z, diuidi per medium in puncto T. Semper autem sic addendo ad B C, minuetur tempus motus: sed quantumcunque addatur ad B C, nunquam poterit transire A B, quod improportionabiliter excedit B C, sicut infinitum finitum, & cum A B, habeat potentiam finitam, mouet in tempore finito D. Et sic diuidendo semper de tempore quo mouebat B C, peruenimus ad aliquod tempus minus quam sit tempus in quo mouebat A B, quia omne finitum transenditur per diuisionem. Sequitor ergo, quòd minor potentia moueat in minori tempore: quod est impossibile. Relinquitur ergo, quòd in magnitudine infinita erat potentia infinita: quia scilicet potentia magnitudinis infinitæ excedit omnem potentiam finitam. Et hoc probatum est per subtractionem temporis: quia omnis potentiæ finitæ necesse est ponere quoddam determinatum tempus in quo mouet. Quod ex hoc apparet: quia si tanta potentia mouet in tanto tempore: minor mouebit in minori tempore: sed tamen determinato ideſt finito secundum conuersam proportionem: vt scilicet quantum additur ad potentiam, tantum diminuatur de tempore. Et sic quātumcunque addas ad potentiam finitam: dummodo remaneat potentia finita, semper habebit tempus finitum: quia erit accipere aliquod tempus quod erit tanto minus tempore prius dato, quanto potentia superexcrescens ex additione est maior potentia prius data. Sed potentia infinita excellit in mouendo omne determinatum tempus: sicut in omnibus aliis infinitis contingit: quia omne infinitū sicut multitudo, & magnitudo, excedit omne determinatum sui generis. Et sic manifestum est quòd potentia infinita excedit omnem potentiam finitam ex quo excessus potentiæ super potentiam est sicut minoratio temporis a tempore: vt dictum est. Vnde patet quòd conclusio prædicta, scilicet quòd magnitudinis infinitę sit potentia infinita: ex necessitate sequitur ex præmissis. Deinde cum dicit.

Tempore autem dato semper minus accipiam. infinita ergo potentia erit. Omnem enim finitam potentiam excellit. Omnis autem finitæ potentiæ necesse est finitum esse. & tempus. Si enim in quodam tanta. maior in minori quidem, determinato autem mouebit tempore secundum conuersionem proportionis. Infinita enim omnis potentia sicut multitudo, & magnitudo excellens oē finitum.

Tex.cō. 81.

g Est aūt hoc demonstrare, & sic. Accipiens. n. quendā potentiā eādē genere ei quę est in infinita magnitudine ī finita magnitudine existentē: quę mensurabit eā quę ē ī infinita magnitudine finitā potentiā. Quod qdē igit nō cōtingit infinitā esse potētiā ī finita magnitudine: neq; finitā in infinita ex his palā est.

Demonstratio, quòd nulla magnitudo, vel quantum infinitum habet potentiam finitam.


Tempus in quo quantum infinitum potentiæ finitę mouet, D.



AB quātā infinitū, his potēciā finitā.




E. Tempus. F.



B C quantum pars ipsius AB.



F. Tempus. H.



dato semper accipiam minus. Erunt ergo vires ipsius A B, magnitudinis infinitæ. Omnes enim finitas exuperant vires. Omnium autem finitarū virium tempus etiam finitum esse necesse est. Nam si aliquo in tēpore moueant tante: maiore minore in tempore quidem: at definito mouebunt conuersione contraria rationis. Sunt autem infinitæ uires perinde: atq; multitudo: magnitudoque infinita est ea: que multitudinem omnem: magnitudinemque exuperat definitam.

I *Licet autem hoc idem: sic ēt demonstrare. Accipiemus. n. magnitudinis finitæ cuiuspiam potentiam aliquā generis eius potentiæ: quæ in magnitudine est infinita: quæ finitam potentiam infinitæ magnitudinis metietur. Ex his igitur: quæ dicta sunt patet fieri non posse: ut finita in magnitudine vires sint infinitæ: aut in infinita finitæ.*

g ¶ Ponit ad idem aliam demonstrationem, quæ non differt a prima, nisi in hoc, quòd prima concludebat accipiendo potentiam finitam existentem in magnitudine finita alterius generis, hæc autem secunda demonstratio procedit accipiendo quandam aliā potentiam finitam, existentem ī aliqua magnitudine finita eiusdem generis, cuius ē magnitudo infinita. Puta, si sit aer magnitudinis infinitæ, habens potentiam finitam: accipiemus quā dam potentiam finitam existentem ī aliqua magnitudine finita eiusdē generis. Hac positione facta, manifestū est q̄ potentia finita magnitudinis finitę aliquoties multiplicata, mē surabit potentiam finitam, quæ est in infinita magnitudine, q̄ omne finitū mensūratur ab aliquo finito minori aliquoties sumpto, vel etiam excēditur. Cum ergo in magnitudine eiusdē generis oporteat q̄ maior magnitudo habeat maiorem potentiā, K sicut maior aer habet maiorē potentiam q̄ minor, necesse erit, q̄ illa magnitudo finita, quæ habebit eandem proportionē ad magnitudinem finitā prius acceptam, quam habet potentia finita, infinitæ magnitudinis, ad potentiā magnitudinis finitę prius acceptæ, habeat æqualem potentiam potentiæ magnitudinis finitæ. Sicut si potentia finita magnitudinis infinitæ sit centupla, potentiæ finitæ cuiusdam magnitudinis finitę datæ, oportebit q̄ magnitudo, quæ est centupla illius magnitudinis potētię finitæ, habeat æqualem potentiam magnitudinis infinitæ: ex quo proportionabiliter in re eiusdem generis augetur magnitudo & potentia. Hoc autem est impossibile quod conclusū est, quia oportet vel q̄ magnitudo finita esset æqualis infinitæ, vel q̄ minor magnitudo eiusdem generis habeat æqualem potētiam maiori. Est ergo impossibile & primum, ex quo sequitur, scilicet q̄ magnitudo infinita habeat potentiam finitam. Sic ergo epilogando concludit duas conclusiones demonstratas. s. q̄ in magnitudine finita non possit esse potentia infinita, & q̄ in magnitudine infinita, non possit esse potentia finita.

LECTIO

LECTIO XXII.

Lect. 7. t. com. 26.

OStquam Philosophus ostendit duo, quæ sunt necessaria ad principale ptopositum ostendendum, scilicet quòd potentia finita non possit mouere tempore infinito, & quòd potentia infinita non possit esse in magnitudine finita. Nunc accedit ad probandū tertium, id est vnitatem primi motoris. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostēdit, quòd propter diuersitatem motorū deficit continuitas, vel vnitas motus in quibusdam mobilibus quæ videntur cōtinue moueri. Secūdo ostendit, ex hoc quòd primum motorem necesse est esse vnum, ibi { Quoniā autem in his. } Circa primū tria facit. Primo enim mouet dubitationē de his, quæ proiiciuntur. Secundo soluit dubitationem, ibi { Necesse est autem. } Tertio ostendit, ex hoc quòd motus corporis proiecti non est continuus, ibi {Hoc quidem igitur. Circa primū duo facit. Primo ponit dubitationem. Secundo excludit quandam solutionem, ibi {Si autem simul. } Proponit ergo dubitationem primo de his q̄ feruntur proiecta, q̄ talis est. Ostensum est supra in principio hui⁹. 8. quòd omne qđ mouetur, ab alio mouetur, dum modo non sint de illis quæ mouent seipsa, sicut sunt animalia, de quorum numero nō est lapis proiectus. Mouet autē corporale per contactum. Est ergo dubitatio quomodo, proiecta continue mouentur etiam postquam tanguntur a mouente. Videtur enim, quòd moueātur nullo mouente ipsa. Secundo ibi. b ¶ Excludit quandam solutionem, q̄ dicitur fuisse Platonis, qui dicebat, quòd proiiciens qui primo mouit lapidem, simul etiam mouet cum lapide aliquid, scilicet aerem, & aer motus mouet lapidem etiam post contactum projectoris. Sed hanc solutionem excludit, quia similiter videtur impossibile, quòd moueatur aer non tangente, neque mouente primo, scilicet projectore, sicut erat impossibile de lapide, sed videtur esse necessarium, quòd simul dum primum mouens mouet, omnia moueantur, & dum primum mouens quiescit, ideſt cessat a mouendo, omnia quiescant, quamuis etiam aliquid motum a primo mouente, sicut lapis faciat aliquid moueri, sicut id quod primo mouit, mouebat. Deinde cum dicit. c ¶ Ponit suam solutionem, & dicit quòd si secundum motēs

Tex. 82.

LECTIO XXII.

EHis autem quæ feruntur bene se habet dubitare quandam dubitationem primum. Si enim omne quod mouetur, mouetur ab aliquo, quæcunq; non ipsa seipsa mouent, quomodo mouentur aliqua continue non tangēte eo, quòd mouet vt proiecta.

b Si autē simul mouet, & aliud aliquid qui mouet, vt aerē qui motus mouet, similiter impossibile primo non tangente, neque mouente moueri, sed simul omnia moueri & quiescere, cū primum mouens quiescet. Et si facit sicut lapis, vt mouere qđ mouet aliud.

c Necesse autem hoc quidē dicere, quòd primum mouens facit possibile & mouere, aut aerem huiusmodi, aut aquā, aut aliud aliquid tale, quod aptum natum est mouere & moueri, sed non simul pausat mouens & quod mouetur. Sed quod mouetur quidem simul, cum mouens quieuit, mouens autem adhuc est. Vnde mouetur cum alio habitum, & in hoc eadem ratio est. Pausat autem cum mi nor virtus mouendi fit in habito. Tandem autem quiescit, cū non amplius faciat quod prius mouens, sed motum solum. Hęc autē necesse est simul pausare, hoc quidem mouens. Hoc autem motum, & totum motum.

d Hic quidem igitur in contingentibus aliquando quidē moueri, aliquando quidem quiescere fit motus, & nō cōtinuus, sed videtur. Aut enim consequenter entium est, aut tangentium. Non enim vnum mouens, sed habita adinuicem sunt. Vnde mouet motum a primo mouente, necesse est hoc dicere, quòd primum mouens, scilicet proiiciens dec secundo mouenti, scilicet aeri, vel aquæ, vel cuicunque tali corpori, quod est natum mouere corpus proiectum, vt possit mouere, & vt possit moueri, vtrunque enim habet aer, vel aqua a proiiciente, & quòd moueat, & quod moueatur. Sed quia mouere & moueri non de necessitate sunt in eodem, cum inueniatur aliqd mouens non motum nō simul pausāt mouens, & quod mouetur. } Ideſt aer motus a proiiciente nō simul cessauit mouere & moueri. Sed stātim cum primū mouens, ideſt proiiciēs cessauerit mouere, & aer cessat moueri. Sed adhuc mouet. Et hoc manifestum est ad sensum, quia quādo aliquod mobile iam peruenerit ad terminum motꝰ, in ipso vltimo peruentiōis potest mouere, sed tunc non mouetur, sed est in motum esse. Dum autem secundū mouens mouet, mouetur illud quod est habitum, ideſt consequēter se habens ad ipsum. Et de hoc etiam tertio est eadem ratio, quia remanet mouens etiā quando non mouetur, & quia secundum mouens habet minus de potentia mouendi, quām primum. & tertium quām secūdū, oportet quòd cesset motus proiectionis, ex hoc scilicet quòd minor est virtus mouēdi { in habito }, ideſt consequenti, quām in eo ī quo fuit primo. Et sic tandem propter minorationem virtutis mouēdi venietur ad hoc, quòd id quòd est primum & prius respectu sui consequētis, non faciet ipsum consequens habere potentiam mouendi, sed faciet ipsum tantummodo mouere. Et tūc necesse est quòd simul dum illud vltimum mouens pausat a mouendo, & motum ab ipso pausēa moueri, & per consequens pausabit totus motus, quia vltimum motū nō potest mouere aliquid aliud. Deinde cū dicit. d ¶ Concludit ex præmissis, quòd iste motus proiectionis nō sit continuus. Dicit ergo, quòd hic motus, scilicet proiectionis sit in corporibus quæ contingit aliquando moueri, & aliquando quiescere, si qua vere sunt quibus conueniat. Quod patet ex dictis. Quiescit enim proiectionis motus per defectū virtutis mouendi, vt dictum est. Patet etiam ex præmissis, q̄ ille motus non est continuus, & si continuus videatur. Videtur enim continuus propter mobilis vnitatem, non tamen est continuus, quia sunt diuersa mouentia, vt dictum est. Aut enim ille

Lect. 7. t. com. 26.

Lib. 5. tex cō. 22.

His igitur motus in hisce fit, quæ nunquam moueri, nonnunquam quiescere possunt, & non est continuus, sed apparet, nam aut deinceps collocatorum, aut tangentium est. Non est enim vnum mouens, sed plura, quorum aliud alij hæret. Quo circa talis motus in aere fit, & in aqua, quem

Ed de his quæ feruntur bene sese habet, aliquam primo dubitationem afferre. Nam si omne quod mouetur ab aliquo mouetur, quo pacto eorum quæ seipsa mouent continue nonnulla mouentur, eo quòd mouerat non tangente, vt corporum ea quæ proiciuntur.

ille motus est a pluribus mouentibus consequenter se habentibus, aut etiam a pluribus mouentibus se tangentibus. Quomodo autem differant consequenter se habere & tangere supra dictum est in 5. & in .6. Et manifestum est ad sensum, quòd
5.l.5.t.c.22 6 l.1.t.pri. utroque modo se habentibus mouentibus diuersis, possunt mouere vnum mobile, secundum quòd ipsa mouentur ab aliquo primo mouente. In his enim quæ mouentur motu proiectionis, motꝰ sit p medium facile diuisibile, scilicet per aerem & aquã, in quibus propter diuisionem non est vnum mouens tantum, sed multa habita adinuicem, & consequenter se habentia & cõtacta. Et quia diuer
Tex.cõ.83. sitas non est absque diuisione, ideo prædictus motus proiectionis motus sit per mediũ facile diuisibile, idest per aerẽ & aquam, in quibꝰ propter diuisionẽ de facili contingit diuersitas mouentium. Quem quidem motum proiectionis aliqui dicunt esse antiperistasim, & contra resistẽtiam, ex eo scilicet quòd aer circunstãs motus aliquo modo mouet corpus proiectum, sicut supra dictũ est in 4. Sed nõ
L.11.t.c.68 potest prædicta dubitatio solui nisi eo modo qui posit⁹ est, quia si ponatur causa proiectionis antiperistasis aeris, sequitur quòd omnia simul moueant, idest quòd totꝰ aer simul moueat & moueaꝰ, & per consequens ꝙ simul quiescant omnia, quòd patet esse falsum. Videmus enim vnum aliquid de & in aere, & in aqua fit huiusmodi motus, quem dicunt quidam antiperistasim esse. Impossibile autem aliter opposita soluere nisi dicto modo. Antiperistasis autem simul omnia mouere facit & mouere. Quare & quiescunt. Nunc autem videtur vnum aliquid qđ continue mouet a quocũq;, non n. ab eodẽ.

LECTIO XXIII.

Voniam autẽ in his quę sunt, necesse est semp esse motum continuum, hic autem vnus est. Necesse autẽ vnum magnitudinis alicuius esse. Nõ. n. mouetur impartibile. Et vnus ab vno. Non enim erit continuus, sed habitus alter alteri, & diuisus. Mouens igitur vnum, aut motum mouet, aut immobile existens.

b Siquidem igitur motum consequi oportebit, & mutari ipsũ. Simul autẽ moueri ab aliquo. Quare stabit & veniet in ipsum moueri ab immobili. Hoc autẽ nõ necesse est simul mutare, sed semp poterit mouere. Infatigabile enim est sic mouere.

c Et regularis hic motꝰ est, aut solus, aut maxime. Non enim habet mutationẽ, neq; vnã mouens. Oportet autem, neq; qđ mouet iuxta illud habere mutationẽ, quatinꝰ similis sit motus. Esse quod continue mouetur a quocunque moueatur. Quod ideo dico, quia non habet vnum & idem determinatum mouens, sed mouentia diuersa.

LECTIO. XXIII.

Soluta dubitatione quam mouerat de motu proiectionis, ex cuius solutione accipit, quòd non est vnus motus continuus, qui est a pluribus mouentibus, hic accedit ad principale propositum, vt scilicet ostendat vnitatem primi motoris. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo mouet, quandam dubitationem & soluit, ibi ¶ Habet autem dubitationem. } Circa primum tria facit. Primo, ostendit vnitatem primi motoris per continuitatem motus. Secundo, quomodo ab vno motore procedit motus continuus, ibi ¶ Si quidem igitur motus. } Tertio, vbi sit principium motus continui, ibi ¶ Necesse est autem. } Quod
L.19.& 10. per totum. autem necesse sit esse vnum motorẽ, probat per continuitatem motus, accipiens quod supra probauerat, quòd necesse est aliquem motum continuum semper esse. Motus autem continuus
L.7.i. prin. est vnus vt dictum est in .5. ergo necesse est semper accidere aliquem motum esse vnum. Ad hoc autem, quòd motus sit vnus, necesse est quòd sit vnius magnitudinis motæ, quia non potest
L.5.t.c.19. moueri aliquod impartibile, vt probatum est in .6. & etiam oportet quòd sit ab vno motore: siue enim sint diuersa mobilia, F siue diuersi motores, non erit vnus motus, & per consequens, nec continuus, sed erit vnus motus diuisus ab alio diuisione mobilis, vel motoris, & consequenter se habentes. Necesse est igitur mouens esse vnum, quod vel moueat motum, vel moueat immobile existens. Secundo ibi.

quidam antiperistasim esse dicunt. Impossibile autem est alio modo soluere ea, quæ dubitata sunt, quàm dicto modo, ipsa autem antiperistasis cuncta simul mouere, mouerique facit. Quare & desinunt simul, nunc autem vnum, quod continue ab aliquo moueri videt, non enim ab eodem mouetur. G

LECTIO XXIII.

Voniam autem in bisce, quæ sunt, continuum esse motum necesse est, hic vero est vnus, atque vnum motum magnitudinis cuiuspiam esse necesse est. Non enim id mouetur, quod magnitudinis est expers, & uniis esse atque ab uno, alioquin continuus non erit, sed hærens alius alij, atque diuisus. Id quod mouet si unum est, aut subiens motum mouet, aut immobile est.

Si igitur mouetur, simul sequatur ipsum, atque mutetur, & insuper ab aliquo moueatur oportet. Quare stabitur atque ad id accedetur, quod mouet, & est immobile. Hoc enim non simul mutari necesse est, sed poterit semper mouere, nam hoc pacto mouere sine labore profecto est.

Est hic motus, aut solus, aut maxime uniformis. Id enim quod mouet nullam subit mutationem. Id etiã quod ab illo mouetur, ut motus sit similis, non subeat mutationem oportet. I

b ¶ Ostendit quòd ab vno motore possit esse motus continuus. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quomodo ab vno motore possit esse vnus motus continuus semper. Secundo, quomodo sit regularis, ibi ¶ Et regularis. } Dicit ergo primo, quòd motus est vnus qui est ab vno motore sicut dictum est. Aut ergo est a motore moto, aut a motore nõ moto. Siquidem igitur sit mouens motum, sequitur quòd mouetur ab aliquo, secundum ea quæ supra probata sunt. L.7.t.c.27. 28. Lect.9.tex. com.34. Sed hoc non potest procedere in infinitum, vt supra probatum est. Quare stabit iste processus motorum, & mobilium, & peruenietur ad aliquod primum mobile, quod mouetur ab immobili motore, quod quidem non habet necessitatẽ vt moueat, quia non mouetur ab alio. Quod enim ab alio mouetur, ex necessitate mouet, secundum, quòd imponitur ei necessitas a suo motore. Et quia mutatur a sua dispositione, non potest semper mouere vniformiter, quia variatur dispositio eius. Sed mouenti non moto, non imponitur necessitas ab alio, nec mutatur dispositio eius, vnde non ex necessitate mouet, sed potest semper mouere, scilicet absque sui mutatione, quia sic mouere, scilicet absque sui mutatione, est infatigabile. Ex hoc enim accidit fatigatio in mouendo aliquibus motoribus, quia simul & ipsi mouentur, & ex fatigatione contingit, quòd non semper possunt mouere. Vnde relinquitur, quòd mouens non motum, potest mouere motu continuo sempiterno. Et quia ad perfectam motus continuitatem & vnitatem requiritur, ꝙ motus sit regularis & vniformis, vt in quinto habitum est. Lc.2.t.c.4 K Ideo consequenter cum dicit.

c ¶ Ostendit, quòd motus qui est a motore immobili sit regularis, & dicit, quòd iste solus motus est regularis, qui est a motore immobili, vel si aliqui alij sunt regulares, iste est maxime regularis. Vtitur autem hac disiunctione, quia dispositio mouetis: quandoque per aliquod tempus manet eadem, non variata ad minus secundum sensum, & secundum hoc videtur per aliquod tempus mouere motum vniformem, quia tale mouens non habet nisi vnam mutationem. Quod dicit ad ostendendũ, quòd quædam mouentia sunt, quæ non mouẽtur eo motu quo mouent, sicut corpus cæleste non mouetur motu alterationis, sed mouetur quodam alio motu, scilicet motu locali. Sed primum mouens omnino immobile nulla mutatione mouetur. Nec solum requiritur ad hoc, quòd motus sit regularis, & vniformis, quòd mouens sit omnino immobile, sed etiam oportet ad hoc quòd ¶ sit motus similis }, idest uniformis, quòd id

id quod mouetur non habeat aliquam mutationem iuxta hanc A qua mouetur a motore immobili. Sicut corpus cæleste mouetur a motore immobili localiter, & iuxta illam mutationem nõ habet aliquam. Si enim alteraretur, non semper remaneret eadem dispositio ad motum, & sic non esset motus eius vniformis. Deinde cum
Tex.cõ.84. d ¶ Ostendit vbi sit principium motus continui primi. Et quia ostensum est, ꝙ primus motꝰ est circularis, qui quidem motus competit magnitudini circulari,
Tex.cõ.85. necesse est, quòd primũ principium huius motus sit, aut in medio, ideſt in centro, aut in circulo, quia illa sunt principia magnitudis circularis. Lineæ enim in magnitudine circulari a cẽtro ad circumferentiam ducũtur, vnde necesse est quòd alterum istorũ accipiatur sicut principium, & alterum sicut terminus. Ostẽdit aũt consequẽter, ꝙ principiũ primũ motus est in circulo tali ratione. Omnis motus, quanto est propinquior primo mouenti, tanto est velocior, & magis recipit impressionem mouentis. Sed ita videmus in motu totius firmamenti qui est a primo motore immobili, quòd quanto aliquod mobile magis appropinquat supremę circumferentiæ, tanto citius mouetur, ergo mouens est in circulo & non in centro. Huius igitur rationis maior manifesta est. Sed ad euidentiam minoris proposition is considerandum, quòd in corporibus cælestibus inuenitur duplex motus, vnus qui est totius firmamenti, quo scilicet totum firmamentum reuoluitur ab oriente in occidente motu diurno, & ille est primus motus. Alius motus est quo stellæ mouentur econuerso ab occidente in oriente. In hoc autem secundo motu, tanto vnumquodque cælestium corporum velociꝰ mouetur, quanto propinquius est centro, vt patet secundum computationem astrologorum qui motui Lunæ deputant tempus vnius mensis, Soli vero Mercurio, & Veneri vnum annum, Marti vero duos, Ioui duodecim, Saturno triginta, & stellis fixis triginta sex millia annorum. Sed secundum motum totius firmamenti est econuerso. Nam quanto aliquod cælestium corporum est remotius a terra, tanto velocius mouetur, quia pertransit maiorem magnitudinem in eodem tempore. Maiores enim sunt circunferentiæ circulorum magis a centro distantes, & tamen omnia corpora cælestia secundum motum totius eodem tempore reuoluuntur, & sic oportet superiora esse velociora. Vnde relinquitur, quòd principium primi motus non sit in centro, sed in circunferentia. Sed tunc oritur dubitatio de conclusione. Primum enim mouens vt infra concludet, est indiuisibile, & nullam habens magnitudinem, nec eius potentia est potentia in magnitudine. Quod aũt est huiusmodi, non videtur habere determinatum situm in corpore, non ergo contingit primo motori esse magis in vna parte primi mobilis, ꝙ in alia. Sed dicendum est, quòd dicitur primum mouens esse in aliqua parte sui mobilis, non per determinationem suæ substãtiæ, sed per efficientiam motus, quia ex aliqua parte sui mobilis mouere incæpit, & ideo potius dicitur esse in cęlo, quàm in terra, & potius in oriente, vnde incipit, quod non potest intelligi secundum aliquam affixionem motoris illius ad partem determinatam mobilis, cum non sit aliqua pars determinata mobilis semper in oriente, sed quæ nunc est in oriente, postmodum est in occidẽte. Et sic patet, quòd dicitur esse virtus mouens in oriente per influentiam motus, & non per determinationem suæ substantiæ. Est etiam considerandum in motu sperę, quòd finis in motu habet quandam immobilitatem, partes enim mouentur mutando locum ſsubiecto & ratione, sed totum mouetur mutando locum ratione, & non ſsubiecto, vt in .6. habitum est. Et hæc duo attribuuntur duobus principiis magnitudinis sphericę de quibus hic fit mentio. Nam principium motus est ex parte circunferentiæ, principium autem immobilitatis est ex fixione centri. Deinde cum dicit.

e ¶ Mouet quandã dubitationem circa prædicta. Et primo mouet eam. Secundo soluit, ibi ¶ Aut enim ipsum. } Dixerat enim supra, quòd mouens immobile potest causare motum continuum, & ideo hic consequẽter inquirit vtrum aliquod mouens motum possit causare aliquem motum cõtinuum, ita scilicet quòd sit vere continuus absque alia intercisione, sicut accidit intercisio impellit aliquis impellit aliquod corpus, & iterum impellit alia vice. Manifestum est enim, quòd ille motus qui sic continuatur ex pte mobilis, non est vere continuus, eo quòd motiones non sunt continue, sed vna habet consequẽter ad aliam. Non enim cõtinuus impellit, sed

Atqui illud, aut in medio, aut in orbe esse necesse est. Hæc enim principia sunt. At ea, quæ propinquissima sunt mouenti, summa cum celeritate mouentur. Talis autẽ est ipsius totius motus. Illic igitur est id, quod mouet.

Exiſlit autem dubitatio si fieri possit, ut quippiam motum subiens continue moueat, sed non ut id, quod iterum, iterumq; pellit ex eo continue mouet, quia motus deinceps sunt. B

Aut enim ipsum pellere, uel trahere, uel utrunque facere oportet, aut aliud, aliudque succedens perinde atque sit in bisce, quæ proiciuntur, ut antea diximus, si cum facile diuisibilis sit, uel aqua, uel aer, alius semper mouet subiens motum. At neutro modo motus unius esse potest, sed C *plures hærentes erunt. Solus igitur is est continuus motus, quo id, qđ est immobile mouet. Semper enim similiter ſese habens, & ad quod mouetur, similiter & continue ſse habebit.*

d Necesse est autem, aut in medio, aut in circulo esse. Hæc enim principia sunt, sed citius mouentur, proxima mouenti. Huius autem est totius motus. Ibi ergo est mouens.

e Habet autem dubitationem si contingat aliquod quod mouetur mouere continue, sed nõ sicut impellens iterum, & iterũ consequenter esse continue.

f Aut enim ipsum oportet impellere, aut trahere, aut vtraq;, aut aliquid aliud contingens aliud alind ab alio, sicut olim dictum est in his quæ proijciuntur. Si autem cum diuisibilis sit aer, aut aqua mouet, sed sicut semper motus, vtrobiq; autem non posibile est motum vnum esse, sed habitum. Solus itaque continuus est quem mouet immobile. Semper enim similiter se habens, & ad id quod mouetur similiter se habebit & continue.

Lc.3.t.c.10

g ¶ Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Expræmissis demonstratis, concludit principale intentũ, & dicit quòd impossibile est primum mouens immobile habere aliquam magnitudinem, vel ita quòd ipsum sit corpus, vel quòd sit virtus in corpore, quia si haberet aliquam magnitudinem, aut esset finita, aut infinita. Ostensum est autem supra in tertio, in communibus naturæ, quòd non est possibile esse aliquam magnitudinẽ infinitam. Relinquitur ergo si habet magnitudinem, quòd habeat magnitudinem finitam. Et ex hoc probatur, ꝙ impossibile est, finitam magnitudinem habere potẽtiam infinitam. Quod autẽ primum mouẽs immobile necesse sit habere potẽtiam infinitam, probat per id quod supra demõstratum est, quòd impossibile est a potentia finita moueri aliquid, secundum infinitum tempus. Primum autem mouens, perpetuũ mouet motũ, & ĩfinito tpe. Manifestũ, itaq; ꝙ ĩdiuisibile ẽ & impartibile, & nullã hẽs magnitudinẽ.

Lec. 7.

Tex. cõ. 68.

Lec. 21.

g Determinatis autem his, manifestum est quoniam impossibile est primum mouens & immobile habere aliquam magnitudinẽ. Si.n. magnitudinẽ hẽt, necesse ẽ, aut finitã ipsam esse, aut infinitã. Infinitam quidem igitur, ꝙ non contingit magnitudinem esse, ostensum est priꝰ in Phyſicis. Quod autẽ impossibile est finitam habere infinitã potentiam, & quòd impossibile est a finito moueri aliquid secundum infinitum tempus, demonstratum est nunc. Primum autẽ mouens, perpetuũ mouet motũ, & ĩfinito tpe. Manifestũ, itaq;, ꝙ ĩdiuisibile ẽ & impartibile, & nullã hẽs magnitudinẽ.

F uens, causat perpetuum motum, & continuum, & tempore infinito vnus & idem existens, alioquin motus ille non esset continuus, ergo habet potentiam infinitam, & sic non habet magnitudinem finitam, nec infinitam. Manifestum est itaque, quòd primum mouens est indiuisibile, & quòd nullam partem habet, sicut etiam est indiuisibile punctum, & etiam sicut omnino nullam magnitudinem, quasi extra genus magnitudinis existens. Et sic terminat Philosophus considerationem cõmunem de rebus naturalibus in primo principio totius naturę, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

His hoc pacto determinatis, patet impossibile esse primum mouens, atque immobile magnitudinem ullam habere. Nam si habet, aut finitam, aut infinitam ipsam esse necesse est. At demonstratum est prius in naturalibus fieri non posse, ut magnitudo sit infinita, & nunc demonstrauimus G *finitam magnitudinem infinitas uires habere non posse, & impossibile insuper esse, infinito in tempore quicquam a magnitudine finita moueri. Primum autem mouens æterno motu, infinitoq; tempore mouet. Patet igitur ipsum indiuisibile, ac uacare partibus, ac magnitudinem nullam prorsus habere.*

Commentariorum Diui Thomæ Aquinatis, In octo Libros Physicorum Aristotelis finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R

Omnes sunt Quaterniones, præter R, qui est Ternio.



ROMAE
Apud hæredes Antonij Bladi, & Ioannem Osmarinum Liliotum socios
M D L X X

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS IN LIBROS QVATVOR DE CAELO, ET MVNDO ARISTOTELIS EXPOSITIO

PROOEMIVM S. THO.

Text.c.1. SIcvt Philosophus dicit in primo Physicorum, Tunc opinamur cognoscere vnumquodque, cum causas cognoscimus primas, & principia prima & vsque ad elementa: ex quo manifeste Philosophus ostendit, in scientijs esse processum ordinatum, prout proceditur a primis causis, & principijs, vsque ad proximas causas, quæ sunt elementa constituentia essentiam rei. Et hoc est rationabile. nam processus scientiarum est opus rationis, cuius proprium est ordinare. vnde in omni opere rationis, ordo aliquis inuenitur, secundum quem proceditur ab vno in aliud. Et hoc patet tam in ratione practica, cuius consideratio est circa ea, quæ nos facimus, q̃ in ratione speculatiua, cuius consideratio est circa ea, quæ sunt aliunde facta. Inuenitur autem processus de priori ad posterius in consideratione practicæ rationis secundum quadruplicem ordinem. Primo quidem, secundum ordinem apprehensionis, prout artifex primo apprehendit formam domus absolute, & postea inducit eam in materiam. Secundo, secundum ordinem intentionis, secundum quod artifex intendit totam domum perficere, & propter hoc facit quicquid operatur circa partes domus. Tertio, secundum ordinem compositionis, prout scilicet prius dolat lapides, & postea compingit eos in vnum parietem. Quarto, secundum ordinem sustentationis artificij, prout artifex primo facit fundamentum, super quod cæteræ partes domus sustentantur. Similiter etiam inuenitur quadruplex ordo in consideratione rationis speculatiuæ. Primus quidem, secundum quod proceditur a communibus ad minus communia. Et hic ordo respondet proportionaliter primo ordini, quem diximus apprehensionis. vniuersalia enim considerantur secundum formam absolutam: particularia vero secundum applicationem formæ ad materiam, sicut Philosophus in primo de Cælo dicit, quòd qui dicit cælum, dicit formam; qui autem dicit hoc cælum, dicit formam in materia. Secundus ordo proportionaliter respondet ordini, quem diximus intentionis, prout scilicet totum est prius in consideratione quàm partes, non quælescunque, sed partes quæ sunt secundum materiam, & quę sunt indiuidui, sicut semicirculus, in cuius definitione ponitur circulus. Est enim semicirculus media pars circuli: & acutus angulus, in cuius definitione ponitur rectus. est enim acutus angulus minor recto. Accidit autem circulo & recto angulo sic diuidi: vnde huiusmodi non sunt partes speciei. Huiusmodi enim partes sunt priores in consideratione quàm totum, & ponuntur in definitione totius, sicut carnes & ossa in definitione hominis, vt dicitur in 7. Metaphysicæ. Tertius autem ordo est secundum quod proceditur à simplicibus ad composita, inquantum composita cognoscuntur per simplicia, sicut per sua simplicia principia. Et hic ordo comparatur tertio ordini, quem diximus compositionis. Quartus autem ordo est, secundum quod principales partes necesse est prius considerare, sicut cor & hæpar, quàm arterias & sanguinem: & ordo hic proportionatur practico ordini, qui fundamentum prius iacit. & hic quadruplex ordo consideratur etiam in processu scientiæ naturalis. Nam primo determinantur communia naturæ in libro Physicorum, in quo agitur de corpore mobili inquantum est mobile. vnde restat in alijs libris scientiæ naturalis huiusmodi communia applicare ad propria subiecta. Subiectum aũt motus est magnitudo & corpus: quia nihil mouetur nisi quantum. In corporibus autem est attendere tres alios ordines. Vno quidem modo, secundum qđ totum vniuersum corporeum est prius in cõsideratione q̃ partes eius. Alio modo ſm qđ simplicia corpora prius considerant quam mista. Tertio ſm qđ inter simplicia corpora prius necesse est de priori cõsiderare. sic de cælesti corpore, per quod omnia alia firmant. Et hæc tria in hoc libro aguntur, qui apud Græcos intitulatur de Cælo. Traduntur enim in hoc libro quædam pertinentia ad totum vniuersum, sicut patet in primo libro: quædam pertinentia ad corpus cæleste, sicut in secundo: quædam pertinentia ad alia simplicia corporea, sicut patet in tertio & quarto. Et ideo rationabiliter hic liber ordinatur primus post librum Physicorum. Et propter hoc statim in principio huius libri agitur de corpore, cui necesse est applicari omnia, quę tradita sunt de motu in libro Physicorum. Quia igitur diuersa in hoc libro traduntur, dubium fuit apud antiquos expositores Aristotelis de subiecto huius libri. Alexander nãque opinatus est qđ subiectum, de quo principaliter in hoc libro agitur, sit ipsum vniuersum. Vnde, cum cælum tripliciter dicatur, quandoq; ipsa vltima sphæra, quandoque totum corpus quod circulariter mouetur, quandoque autem ipsum vniuersum, asserit hunc librum intitulari de Cælo, quasi de Vniuerso, vel de Mũdo. In cuius assertionem assumit, qđ Philosophus in hoc libro determinat quædã ad totum vniuersum pertinentia, puta qđ sit finitum, & sit vnum tantum, & alia huiusmodi. Econtrario autem alijs videtur, qđ subiectum de quo principaliter in hoc libro intenditur, est corpus cæleste quod circulariter mouetur. Et propter hoc intitulatur de Cælo. De alijs autem corporibus determinatur in hoc libro vel ex consequenti, inquantum continentur à cælo, & eius influentiam recipiunt, sicut Iamblicus dixit: vel per accidens, inquantum aliorum corporum notitia assumitur ad manifestandum ea quæ dicuntur de cælo, vt dicit Sirianus. Sed hoc non videtur probabile: quia postquàm Philosophus in secundo libro determinauit de cælo: in tertio, & quarto subiungit considerationẽ de alijs simplicibus corporibus quasi principaliter de eis intendens. Non. n. consueuit Philosophus principalem partem alicuius scientiæ assignare his, quæ per accidens assumuntur. Et ideo alijs visũ est, sicut Simplicius dicit, qđ in tertio Philosophi in hoc libro est determinare de simplicibus corporibus, inquantum conueniunt in communi intentione simplicis corporis. Et quia inter simplicia corpora principalius est cælum, a quo alia dependent: ideo denominatur totus liber de cælo. Et sicut dicit, non obstat qđ in hoc libro determinantur quædam quæ pertinent ad totum vniuersum: quia huiusmodi conditiones conueniunt

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE CAELO, ET MVNDO LIBER PRIMVS.

LECTIO PRIMA.

Tralatio Antiqua.

Text.cõ.1. DE Natura Scientia ferè plurima videtur circa corpora, & magnitudines, & horum existens passiones & motus: adhuc autem & circa princi-

Ioannis Argyropoli tralatio.

SCIENTIA Naturalis ferè plurima circa corpora, magnitudines, atque horum affectus motus ue, & insuper circa principia, quæ sunt substantiæ talis, versari uidetur. Eorum

Universidad de Salamanca Biblioteca

uenĩunt vniuersõ, inquantum cõueniunt cælesti corpori. sc. esse infinitum & sempiternum, & alia huiusmodi. Si aũt intentio principalis Philosophi esset determinare de vniuersõ, siue de mundo, oporteret ꝙ Aristo. considerationem suam extenderet ad oẽs partes mundi; & vsq; ad plãtas & aĩalia, sicut Plato in Timæo. Sed eadẽ rõne possemus arguere cõtra Simplicium: quia si in hoc libro principalr intenderet de corporibus simplicibus, oporteret ꝙ oĩa, q̃ pertinent ad corpora simplicia, in hoc libro traderent. Nunc aũt in hoc libro tradũtur solum ea quæ pertinent ad leuitatẽ & grauitatẽ ipsorũ alia vero tradunt in libro de Gñone. Et ideo rõnabilius dicẽdum vt ſm sententiã Alexandri, ꝙ subiectum huius libri sit ipsũ vniuersum, qđ dr cælum, vel mundus. Et ꝙ de simplicibus corporibus determinatur i hoc libro ſm ꝙ sunt partes vniuersi constitutiuæ. Cõstituitur aũt vniuersum corporeum ex suis partibus ſm ordinem situs. Et ideo solum de illis partibus vniuersi determinatur in hoc libro, q̃ primo & ꝙ se habent situ in vniuersõ. sc. de corporibus simplicibus: vnde de quatuor elementis non determinatur in hoc libro ſm ꝙ sunt calida & frigida, vel aliquid huiusmodi, sed solũ ſm grauitatem & leuitatẽ, ex quibus determinatur eis situs in vniuersõ: alijs aũt partibus vniuersi, puta, lapidibus, plantis, & animalibus non determinatur situs ſm se, sed ſm simplicia corpora: & ideo de his non in hoc libro agendum est. Et hoc consonat ei quod consueuit apud latinos dici, ꝙ in hoc libro agitur de corpore mobili ſm situm, siue ſm locum: qui quidẽ motus communis est omnibus partibus vniuersi.

Tex.cõ.2.

LECTIO PRIMA.

a Via igitur in hoc libro primo incipit applicare Arist. ad corpora, quæ cõiter dicta sunt de motu in libro Physicor. ideo primo præmialiter oñdit ꝙ ad scientiam naturalem pertinet determinare de corporibus & magnitudinibus. Secundo incipit prosequi suum propositum, ibi {Continuum quidem &c.} Circa primum ponit talẽ rationem. Res naturales sunt corpora, & magnitudines, & quæ ad hęc ptinent: sed scia naturalis est de rebus naturalibus. ergo scia naturalis consistit circa corpora & magnitudines. Primo ergo ponit conclusionem dicens, ꝙ scia quæ est de natura, fere plurima. i. in maiori parte vt esse exſs circa corpora & magnitudines. i. lineas, & superficies, de quibus tñ aliter considerat Naturalis q̃ Geometra. Naturalis qdã cõsiderat de corporibus, inquantũ sunt mobilia, de superficiebus aũt & lineis, inquantum sunt termini corporũ mobiliũ. Geometra aũt considerat de eis, quæ sunt qdam quãta mensurabilia. Et quia ad sciam ptinet nõ solũ cõsiderare subiecta, sed et passiones, vt dicitur in primo Posteriorum, ideo subiungit, ꝙ Naturalis scia existit circa ꝓdictorum passiones & motus: vt ꝙ passiones intelligant alterationes & alij motus consequentes, ſm quos alteratur aliquid in substantia rei. Subdit aũt & motus, quasi ꝓcedens a speciali ad cõe. Vel ꝙ motus intelligit speciale motus locales, q̃ sunt ꝓfectiores in gñe motuum: vel ꝙ passiones intelligit ꝓprietates, & ꝙ motus operationes rerũ naturaliũ, q̃ non sunt sine motu. Sed qa in qualibet scia oportet cõsiderare principia, subiungit, quod naturalis scientia est circa quæcũq; principia ꝓdictæ substantiæ, s. corporeæ mobilis. ꝙ dat intelligi, ꝙ ad Naturalem pertinet ꝑcipue considerare de corpore, inquantũ est in gñe subę. sic. n. est subiectum motus: ad Geometra aũt, inquantum est in gñe quantitatis, sic. n. mensuratur. Et quia minor est manifesta, scilicet ꝙ scia naturalis sit de rebus naturalibus, subiungit maiorẽ dicens, quòd ideo scientia naturalis existit circa prædicta, quia eorum, quæ sunt secundum naturam, quędam sunt corpora, & magnitudines, sicut lapides & alia inanimata, quædã habẽt corpus & magnitudinẽ, sicut plãtæ & aĩalia, quorum principaliorpus est aĩa. Vñ magis sunt id quod sunt ſm animam, quàm ſm corpus. quædam vero sunt principia habentium corpus & magnitudinem, sicut anima, & vltr forma, & materia. Et ex hoc apparet quare dicit, ꝙ scientia de natura ferè plurima existit circa corpora & magnitudines: quædam. n. pars eius est circa habentia corpus & magnitudines. Est etiã circa principia horũ: est etiam circa quædam, quæ non sunt in natura, quę aliqui attribuerunt corporibus & magnitudinibus, scilicet circa vacuum & infinitum.

F

LECTIO II.

a Ontinuum quidem igitur est, qđ diuisibile in semper diuisibilia.

b Corpus autem quod omniquaque diuisibile. Magnitudinis autem, quę qdem ad vnum, linea: quæ ad duo, planum: quę autem ad tria, corpus. & ꝓter has nõ est alia magnitudo, propter tria omnia esse, & ipsum ter omniquaque.

G *Ontinuum igitur est, quod in diuisibilia semper diuisibile est.*

Corpus autem est, quod est diuisibile, omni ex parte magnitudinis, ea quidem quæ ad vnum est diuisibilis, linea est: ea vero quæ ad duo, superficies. at ea quæ ad tria est, corpus. Atque ꝓter has nulla alia prorsus est magnitudo, propterea quod ipsa tria oĩa sunt, et ter ipsũ omne ex pte.

LECTIO II.

Postquàm Philosophus ostendit ꝓmialiter ꝙ determinandum est de corporibus, & magnitudinibus in scientia naturali, hic incipit prosequi principale propositum. Et quia, vt supra dictum est, in hoc libro principaliter intendit Aristoteles determinare de Vniuerso corporeo, & principalibus partibus eius, quæ sunt corpora simplicia, inter quæ potissimum est corpus cæleste: ideo diuiditur liber iste in tres partes. In prima determinat de vniuerso corporeo: In secunda determinat de corpore cęlesti, & hoc in secundo libro, ibi {Quod quidem igitur neque factum est &c.} In tertia parte determinat de aliis simplicibus, scilicet de graui & leui, ibi. {De primo quidem igitur cælo &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit perfectionem vniuersi: Secundo determinat quasdam conditiones, seu proprietates ipsius, ibi. {Sed quoniã manifestum de his &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit perfectionem vniuersi: Secundo ostendit ex quibus partibus eius perfectio integretur, ibi. {De totius quidem igitur natura &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit perfectionem vniuersi, quam habet secundum communem rationem sui generis, inquantum scilicet est corpus: Secundo probat perfectionem propriam ipsius, ibi. {Partialium quidem igitur corporum &c.} Circa primum tria facit. Primo manifestat definitionem corporis, qua vtitur ad propositum ostendendum: Secundo probat propositum, ibi. {Itaque quoniam, & totum &c.} Tertio quid ex præmissis possit esse manifestum, ibi. {Quæcunque quidem igitur &c.} Circa primum duo facit. Primo definit continuum, quod est genus corporis: Secundo manifestat corporis definitionem, ibi. {Corpus autem &c.} Circa primum considerandum est, quòd continuum inuenitur a Philosopho dupliciter definitum. Vno modo definitione formali, prout dicitur in Prædicamentis, quòd continuum est cuius partes copulantur ad vnum communem terminum: vnitas enim continui est quasi forma ipsius. Alio modo definitione materiali, quæ sumitur ex partibus, quę habent rationem materiæ, vt dicitur in secundo Physicorum: & sic definitur hic quòd continuum est, quod est diuisibile in semper diuisibilia. Nulla enim pars continui potest esse indiuisibilis, quia ex indiuisibilibus non componitur aliquod continuum, vt probatur in sexto Physicorum. Satis conuenienter hæc definitio ponitur hic, alia autem in Prædicamentis: quia consideratio Naturalis versatur circa materiam: consideratio autem Logici circa rationem, & speciem. Deinde cum dicit.

H

I

K

Tex.cõ.3.

b ¶ Definit corpus, & primo proponit definitionem dicens, quòd corpus est continuum, quod est diuisibile omniquaque, idest, quo ad omnem partem, vel secundum omnem dimensionem: secundum ibi {Magnitudinis autem &c.} Probat positam definitionem tali ratione. Illud quod diuiditur secundum tres dimensiones, diuiditur secundum omnes dimensiones, vel omniquaque: corpus diuiditur secundum tres dimensiones. ergo corpus est diuisibile secũdum omnes dimẽsiones.

Primo

Primo ergo manifestat Minorem quasi per diuisionem. Nam magnitudinum quędam est, quæ diuiditur ad vnam partem, & hæc dicitur linea: quædam autem est, quæ diuiditur ad duas partes, & hæc dicitur planum, idest, superficies: quædam autem est, quæ diuiditur secundum tres dimensiones. & cùm talis magnitudo non sit linea neque superficies, sequitur quòd sit corpus. Maiorem propositionem ponit, ibi {Et ꝓter has &c.} & primo ponit eam & dicit, quòd ꝓter has magnitudines, seu dimensiones nõ est alia magnitudo, seu dimẽsio, propter hoc, quòd tria habẽt rationem vt sint omnia: quia habent rationem cuiusdam totalitatis, & quod est corpus videtur esse tria omniquaq;, vel omnino, idest, secundum omnem modũ. Secundo ibi.

c ¶ Probat quod dixerat, primo quidem secundum rationem Pythagoricorum, q̃ dixerunt, quòd id quod dicitur totum, & omne determinatur ternario numero, principiũ enim, medium, & consummatio, idest finis, habent numerum, qui conuenit toti & omni. In rebus enim diuisibilib* prima pars non sufficit ad integritatẽ totius, quod constituitur per vltr ium, & à principio peruenitur per medium: hæc autem, scilicet principium, medium, & finis habent numerum ternariũ. Et sic patet ꝙ numerus ternarius conuenit omni & toti. Secundo ibi.

d ¶ Probat idem per ea, quæ in cultu diuino obseruantur. Vtimur enim numero hoc, scilicet ternario ad sacrificationem Deorum, quos scilicet gentiles colebant in sacrificijs & laudibus ipsorum. ac ſi acceperimus a natura leges & regulas ipsius, vt scilicet, sicut natura perficit omnia ternario numero: ita illi, qui instituerunt cultũ diuinum, volentes Deo attribuere omne quod perfectum est, attribuunt ei ternarium numerum. Tertio ibi.

o ¶ Probat idem per communem vsum loquendi: & dicit, ꝙ etiam assignamus vocabula rebus secundum modum prædictum, quo scilicet perfectio competit ternario. Si enim aliqua sunt duo, dicimus quòd sunt ambo, & duos homines dicimus ambos, non autem de his dicimus omnes: sed primo hoc vocabulo vtimur circa tres. Et istum modum loquendi sequuntur communiter omnes propter hoc, quòd natura ad hoc nos inclinat. Ea enim, quæ sunt propria singulis in modo loquendi, videntur prouenire ex proprijs cõceptionibus vniuscuiusque: sed id quod obseruatur communiter apud omnes, videtur ex naturali inclinatione prouenire. Est autem attẽdendum, quòd nusquàm alibi Aristo. inuenitur Pythagoricis rationibus vtens ad propositum ostendendum; neque inuenitur alibi per numerorum proprietates aliquid de rebus concludere. & forte hoc hic facit propter affinitatem numerorum ad magnitudines, de quibus hic agitur. Videtur etiam cum hoc, ꝙ hęc probatio non est efficax: non enim magis videtur sequi, quòd dimẽsiones sint tres, propter hoc quòd ternarius est numerus totius, & omnis: alioquin sequeretur per eandem rationem, quòd essent solum tria elementa, vel tres digiti manus. Sed sciendum est, quòd sicut dicit Simplicius in commento Aristotelis, non procedit hic demonstratiue, sed secundum probabilitatem, & hic modus sufficiens est post demonstrationes præmissas, vel præsuppositas ab alia scientia. Manifestum est autem, quòd determinare de dimensionibus corporum inquantum huiusmodi, per se pertinet ad Mathematicam: Naturalis autem præsupponit a Mathematico ea, quæ circa dimensiones considerat. Et ideo probare demonstratiue esse solum tres dimensiones, pertinet ad Mathematicum: sicut Ptholemæus probat per hoc, ꝙ impossibile est coniungi simul lineas perpendiculares plures q̃ tres super idem punctum: omnis autem dimensio mensuratur secundum aliquã lineam perpendicularem. Huius igitur demonstrationis supponens Aristo. mathematico vtitur testimonio, & signis, sicut conuenit facere post demonstrationes a se inductas. Deinde cum dicit.

A

C

Tex.cõ.3.

Quemadmodum enim aiũt & Pythagorici totum & omnia tribus determinata sunt. Consummatio enim, & mediũ principium numerum habent eum qui omnis. hic autem eum, qui trinitatis est.

Propter quòd a natura accipientes tanquàm leges illius, & ad sacrificia deorum hoc vtimur numero.

Nam vt Pythagorici etiam inquiunt ipsum omne, ac omnia tribus sunt definita. Finis enim medium, atque principium ipsius omnis numerum habent, hæc autem trinitatis.

D

Quapropter hoc a natura numero sumpto, perinde atque quadam illius lege, & in deorum sacrificijs celebrandis vti solemus.

E

Assignamus insuper & appellationes hoc modo. duo enim ambo dicimus, & duos ambos atque vtrosque non omnes: at de tribus hanc appellationem dicimus primo. Hæc autem ita dicimus, quia sequimur, vti diximus, ipsam sic proficiscentem naturam.

Afſignamus f Itaque, quoniam omne, & totum & perfectum, non secundum speciem differunt abinuicem, nisi vtique in materia, & in quibus dicuntur: corpus vtique erit solum è magnitudinibus perfecta. solũ enim determinatum est tribus. Hoc autem est omne: terquaque autem existens diuisibile, omniquaque est diuisibile. aliorum autem hoc quidem ad duo, hoc autem ad vnum. Vt enim numerum adepta sunt, sic & diuisionem & continuitatem: hoc quidem enim ad vnum cõtinuum, hoc autem ad duo, hoc autem omniquaque tale.

Quare, cùm omnia omne atque perfectum inter seſe non differant forma, nisi materia tantum, & bisce de quibus dicuntur: corpus profectio magnitudinum solum perfectum erit. solum enim istis tribus est definitum: hoc autem est omne. Atq; cum sit tribus ex partibus diuisibile, omni ex parte, atque omnino est diuisibile. cæterarum autem magnitudinum altera ad unum, altera ad duo est diuisibilis. Nam ut numerum subeunt, sic & diuisionis continuationisue participes sunt. alia enim ad unum continua est, alia ad duo, alia omni ex parte, atque omnino est talis.

D

E

Tex.cõ.3.

Tho. de Cælo. A 2 Ostendit

Universidad de Sevilla Biblioteca

E ¶ Ostendit quid ex præmissis manifestum sit, vel non, & ponit tria, quorum primum secundum se manifestum est, scilicet, quòd quælibet magnitudo diuisibilis sit continua. si enim non esset continua non haberet rationem magnitudinis, sed potius numeri. Secundum autem est conuersum huius, scilicet, quòd omne continuum sit diuisibile, sicut in definitione fuit positum, & hoc quidem manifestum est ex his quæ probata sunt in 6. Physicorum, vt supra dictum est. Non est autem manifestum ex his quæ prædicta sunt, quia quòd continuum sit diuisibile, hic supponitur, non probatur. Tertium est manifestum ex præmissis, scilicet, quòd non fit transitus a corpore in aliud genus magnitudinis, sicut fit transitus ex longitudine in superficiem, & ex superficie in corpus. Et vtitur modo loquendi quo vtuntur Geometræ, imaginantes q punctus motus facit lineam, linea vero mota facit superficiem, superficies autē corpus. a corpore autem non fit transitus ad aliam magnitudinē: quia talis exitus fiue processus ad aliud genus magnitudinis est secundum defectum eius a quo transitur: vnde etiam motus naturalis est actus imperfecti. Non est autem possibile q corpus, quod est perfecta magnitudo, deficiat secundum hāc rationem: quia est continuum secundū omnem modum: & ideo non potest fieri transitus a corpore in aliud genus magnitudinis. Deinde cum dicit.

Tex.cō.4.
Tex.cō.3.

g Quæcunque igitur diuisibiles magnitudines sunt, & continuæ hęc sunt. Si autem & continuæ omnes diuisibiles sunt, nondum manifestum ex his quæ nunc. Sed illud quidem palam, quoniam non est in aliud genus trāsitio: quemadmodum ex longitudine in superficiē, in corpus autem ex superficie. non enim adhuc talis perfecta erit magnitudo. Necesse enim fieri exitum secundum defectionem. Non autem possibile perfectum deficere: omniquaque enim est.

h Partialium quidem igitur corporum secundum rationē, vnumquodque tale est: omnes enim habet dimensiones: sed terminatum est ad proximum tactu. propter quod modo quodam, multa corporum vnumquodque est.

i Totum autem cuius hæc partes sunt, perfectum necesse est esse, & quemadmodum nomen significat, omniquaque, & non hac quidem. hac autē non.

LECTIO III.

Tex.cō.5.

a DE totius quidem igitur natura quidem infinitum sit secundum magnitudinem, siue finitum secundum totam molem, posterius intendendum. De his autem, quę secundum speciem ipsius partis sunt, nunc dicamus, principium facientes hoc.

b Omnia enim Physica corpora, & magnitudines secundum seipsa mobilia dicimus esse secūdum locum. Naturam enim principium motus esse dicimus in ipsis.

F non secundum alium: quia habet omnes dimensiones, & comprehendit in se corpora.

LECTIO III.

a OStquàm Philosophus ostendit vniuersum esse perfectum, & ratione suæ corporeitatis, & ratione suæ vniuersitatis, hic ostendit ex quibus partibus perfectio eius integratur. & primo dicit de quo est intentio, secundo ostendit propositū, ibi. {Omnia enim Physica corpora, &c.} Circa primum considerandū est, quòd sicut dicitur in 3. Physicorū, Antiqui dixerūt infinitum esse, extra quod nihil est. Quia igitur probauit vniuersum esse perfectū ex hoc q nihil est extra ipsum, sed omnia complectitur, posset aliquis suspicari ipsum esse infinitum: & ideo huic opinioni occurrens concludit subdens, q posterius intendendū est quantum ad nauram totius vniuersi, si est infinitum ſm magnitudinem, siue finitum secundum corā suam molem. interim tamen, antequā hoc tractetur, dicendum est de partibus eius, quæ sunt secundum speciem, in quibus, s. integritas speciei ipsius consistit, cuiusmodi sunt simplicia corpora. Nam animalia, & plantæ, & alia huiusmodi, sunt secundariæ partes eius, quæ magis pertinēt ad bene esse ipsius q ad primam eius integritatem: & hanc consideratione inchoabimus a principio infra posito.

Tex.sej.

Tex.cō.6.

b ¶ Ostendit propositum, s. ex qbus partibus principalibus perfecta species vniuersi integret. & primo ostendit, quòd præter quatuor elementa, necesse est aliud corpus simplex esse: secundo ostendit, quòd præter quæ corpora simplicia, non est aliud corpus, ibi {Manifestum aūt ex dictis &c.} Circa primum duo facit. Primo ondit esse quintum corpus præter quatuor elementa: secundo ostendit differentiam eius ad quatuor elementa, ibi {Qm autem hæc quidem supponuntur &c.} Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad propositum ostendendum: secundo argumētatur ad propositū. ibi {Siquidem igitur est simplex motus &c.} Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam, quę pertinent ad corpora mobilia. ibi {Qm autem corporum hæc quidē &c.} Circa primum duo facit. Primo præmittit continuitatem motus localis ad corpora naturalia: secundo ponit distinctionem motuum localium, ibi {Omnis autem &c.} Dicit ergo primo, quòd omnia corpora Physica, i. Naturalia, dicimus esse mobilia secundum locum secundum seipsa. i. secundum sui naturam, & similiter

Tex.15.
Tex.16.
Tex.17.
Tex.18.
hic infra.

similiter alias magnitudines naturales, puta superficies, & lineas, prout sunt termini naturalium corporum ita tñ, q corpora per se mouentur, aliæ tamen magnitudines per accidens motis corporibus. Et ad huius probationem inducit definitionem naturæ, quæ est principium motus in eis, in quibus est, vt dr in secundo Physicor. ex hoc autem sic argumentatur. Corpora naturalia sunt, q habent naturam: sed natura est principiū motus in eis, in quibus est ergo corpora naturalia habēt principium motus in seipsis: sed quæcunque mouentur quocūq; motu, mouentur localiter, non aūt econtrario, vt patet in 8. Physico. eō q motus localis est prim' motuum. ois ergo corpora naturalia mouentur naturaliter motu locali, non autem omnia aliquo aliorum motuum. Sed videtur hoc esse falsum. Cælum enim est corpus naturale, nec tamē eius motus vī esse a natura, sed magis ab aliquo intellectu, sicut ex his quæ determinantur in 8. Physic. & 2. Metaphysicæ patet. Sed dicendum est, q duplex est principium motus. vnum quidem actiuum, q est ipse motor, & tale principium motus animalium est anima: aliud est principium motus passiuum, ſm q corpus habet aptitudinem, vt sic moueatur: & huiusmodi principium motus est in grauibus & leuibus. non enim componuntur ex mouente & moto, vt Philosophus dicit in 8 Phys. Quod quidem inquit nihil horum. s. grauium & leuium, ipsum mouet seipsum, manifestum est: sed motus habent principium non mouendi neque faciendi, sed patiendi. Sic igitur dicendum est, q principium actiuum motus cælestium corporum est intellectualis substantia: principium vero passiuum est natura illius corporis, ſm quam natum est tali motu moueri. & esset simile in nobis, si anima non moueret corpus nostrum, nisi ſm naturalem inclinationem eius, scilicet deorsum. Deinde cum dicit.

Lec.1. Tex.cō.3.
D.690. Lec.8. Tex.cō.38.
Lec.14. Tex.cō.56.
Tex.cō.6.
Sco.4. Meth.12. Lec.6.
2.D.14.3. pri. Prima parte q.70. 3. 4.
Lec.23. Tex.cō.86.
Lec.6. Tex.cō.38.
Vide infra.
Lec.15.

c Omnis autem motus secundum locum, quem vocamus lationem, aut rectus, aut circularis, aut ex his mistus.

d Simplices enim hi duo soli. causa autem, quia magnitudines istæ simplices solum sunt, recta & circularis.

e Circulatio quidem igitur est qui circa medium fit.

f Rectus autem, qui sursum & deorsum. Dico autem sursum quidem eū, qui a medio: Deorsum autem eum, qui ad mediū.

g Itaq; necesse omnem esse simplicem lationem, hanc quidem a medio, hanc autem ad medium, hanc aūt circa medium.

h Et videtur sequi secundum rationem hoc ea is, quę a principio: etenim & corpus perfectum est in tribus, & motus ipsius.

A linea simplex, sed mista ex recta & circulari. causatur enim elix ex duobus moribus imaginatis, quorum vnus est linea circumeuntis columnam, alius est puncti moti per lineam. si enim vterque motus simul & regulariter perficiatur, constitueretur elica linea per motum puncti in linea mota. Item videtur quòd motus circularis non sit simplex: partes enim sphæræ circulariter motæ non vniformiter mouentur: sed pars, quæ est circa polos, vel circa centrum, mouetur tardius: quia peragit minorem circulum in eodem tempore, & ita motus sphæræ videtur compositus ex tardo, & veloci. Sed dicendum, quòd continuum nō habet partes in actu, sed solum in potentia: quod autem non est actu, non mouetur actu: vnde partes sphæræ, cùm sint corpus continuum, non mouentur actu. vnde non sequitur, quòd in motu sphærico, vel circulari sit diuersitas actualis, sed solum potentialis, quæ non repugnat simplicitati, de qua nunc loquimur. omnis enim magnitudo habet pluralitatem potentialem. Deinde cum dicit.

Omnis autem motus ad locum accommodatus, quem lationem consueuimus appellare, aut rectus est, aut circularis, aut ex hisce mistus.

Simplices enim hi duo sunt soli, propterea quod & magnitudines hæ solum simplices sunt, recta & circularis.

B *Circularis igitur est qui circa medium fit.*

Rectus autem, quo sursum itur atque deorsum. Atque eo sursum iri dico, quo e medio pergitur. Eo vero deorsum, quo ad medium proficiscitur.

Quare lationum simplicium, aliam è medio, aliam ad medium, aliam circa medium esse necesse est.

C *Atque hoc cum ratione ea, quæ initio dicta est, secutum esse videtur: nam & corpus itribus consectum est, & ipsius etiam motus.*

e ¶ Distinguit motus simplices, & primo ponit vnum, scilicet circularem, secundo ponit duos rectos, ibi {Rectus autem &c.} Tertio concludit numerum ternarium simplicium motuum, ibi {Itaque necesse &c.} Dicit ergo primo, quòd circulatio, idest motus circularis, dicitur, qui est circa medium: & est intelligendum circa mundi medium. rota enim, quæ mouetur circa medium sui, non mouetur proprie circulariter, sed motus eius est compositus ex eleuatione & depressione. Sed videtur secundum hoc, quòd non omnia corpora cælestia circulariter moueantur. nam secundum Ptholomæum motus planetarum est in eccentricis, & epicichis: qui quidem motus non sunt circa medium mundi, quod est centrum terræ, sed circa quædam alia centra. Dicendum, quòd Aristote. non fuit huius opinionis, sed existimauit, quòd omnes motus cælestium corporum sunt circa centrum terræ, vt ponebant Astrologi sui temporis. postmodum autem Hyparchus, & Ptholomæus adinuenerunt motus eccentricorum & epiciciorum ad saluandum ea, quæ apparent sensibus in corporibus cælestibus. vnde hoc non est demonstratum, sed suppositio quædam: si tamen hoc verum sit, nihilominus omnia corpora cęlestia mouentur circa centrum mundi secūdum motum diurnum, qui est motus suprem̄ę sphęræ reuoluentis totum cælum. Deinde cum dicit.

D

f ¶ Distinguit motum rectum in duos, scilicet in eum qui est sursum, & in eum qui est deorsum. & describit vtrunque per habitudinem ad medium mundi, sicut describerat motum circularem, vt sit vniformis descriptio. & dicit, quòd motus sursum est, qui est a medio mundi: motus autem deorsum est, qui est ad medium mundi: vnde primus est motus leuium, secundus autem est motus grauium. Deinde cum dicit.

E

g ¶ Concludit numerum simplicium motuum. & primo inducit conclusionem intentam: & quod necesse est simplicem lationem, idest, motum localem quendam esse a medio, & hic est motus sursum corporum leuium: quendam vero esse ad medium, & hic est motus deorsum corporum grauium: alium vero esse circa medium, & huiusmodi est motus circularis corporum cęlestium. Secundo ibi.

h ¶ Ostendit hanc conclusionem supradictis congruere, & dicit, quòd hoc quod dictum est de numero simplicium motuum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

motuum, ideo dicitur consequenter se habere ad id quod supradictum est de perfectione corporis, quæ, sicut consistit in tribus dimensionibus, ita & motus simplices corporis in tres distinguuntur. Hoc autem dicitur esse secundum rationem, ideſt, secundum probabilitatem quandam. non enim proprie tres motus coaptatur tribus dimensionibus. Deinde cum dicit.

Tex.cō.7. 1 ¶ Ponit quædam ex parte corporum mobilium. Circa quod sciendum est, vt dicitur in Tertio Physicorum, quod Motus est actus mobilis: actus autem proportionatur perfecti bili: vnde oportet motus proportionari corporibus mobilibus. Sunt autem corporum quædam simplicia, quædam composita. Simplex autem corpus est, quod habet principium alicuius naturalis motus in ipso, sicut patet de igne, qui est simpliciter leuis, & de terra quæ est simpliciter grauis, & de speciebus horum: sicut flamma dicitur esse quædam species ignis, & bitumen quædā species terræ. Addit autem & cognata his, propter media elementa, quorum aer habet maiorem affinitatem cum igne, aqua vero cum terra, & per consequens necesse est corpus mistum esse, quod non habet in se secundum propriam naturam principium alicuius motus simplicis. & ex hoc concludit, q̄ necesse est motuum quosdam esse simplices, quosdam autem aliqualiter mistos: sine ita quòd motus mistus non sit vnus, sed habens diuersas partes, sicut ille qui componitur ex eleuatione, & depressione, aut ex pulsu, & tractu: siue ita, quòd motus mistus sit vnus, sicut patet de motu, qui est super lineam eliceam: vnde simplicium corporum necesse est esse motus simplices: mistorum autem, mistos. vt patet de motu pluuiæ, aut alicuius vnius corporis, in quo non totaliter grauitas, aut leuitas dominatur. Et, si aliquando contingat, quòd corpus mistum moueatur motu simplici, hoc est secundum elementum, quod in eo est prædominans, sicut ferrum monetur deorsum secundum motum terræ, quæ in eius mistione dominatur.

Tex.cō.8. a

Tex.cō.9.

LECTIO. IIII.

b Postquàm Philosophus præmisit quædam necessaria ad propositum ostendendum: hic incipit arguere ad propositum, & hoc quinque rationibus. quarum prima talis est, Motus circularis est motus simplex: motus autem simplex est primo, & per se corporis simplicis: quia, & si contingat q̄ aliquis motus simplex sit alicuius corporis compositi, hoc erit ſm corpus simplex, quod in eo prædominatur. sicut in lapide prædominatur terra, ſm cuius naturam monetur deorsum. ergo necesse est, esse aliquod corpus simplex, quod moueatur naturaliter ſm motum circularem. Posset autem aliquis huic rationi obuiare dicendo, q̄ licet simplex motus sit simplicis corporis, non tñ oportet q̄ id simplex corpus, quod monetur circulariter, sit aliud à corpore simplici, quod monetur motu simplici recto: & ideo hoc excludit subdens, q̄ nihil prohibet, quin diuersa corpora moueantur vno motu non naturaliter: ita. ſ. q̄ vnum corpus moueatur per violentiam motu alterius; sed q̄ vnum corpus moueatur secundum naturam motu naturali alterius corporis, est impossibile. Necesse. n est esse vnum motum simplicem naturalem vnius simplicis corporis, & diuersos diuersorum: vnde, si motus circularis est simplex, & alius a motibus rectis, necesse est q̄ sit naturalis corpori simplici, & quod sit aliud a corporibus simplicibus, quæ mouentur motu recto. Sed videtur hoc esse falsum, q̄ vnus motus simplex sit solius vnius corporis simplicis. Motus enim deorsum est naturalis aquæ, & terræ, & motus sursum est naturalis igni & aeri. Sed dicendum, quòd motus localis attribuitur elemento non, ſm secundum calidum & frigidum, humidum & siccum, ſm quę distinguuntur quatuor elementa, vt patet in secundo de Generatione. hæc enim sunt principia alterationum: motus autem localis attribuit elementis secundū grauitatem & leuitatē: vnde duo corpora grauia comparantur ad motum localem sicut vnum corpus, & similiter duo corpora leuia. Humidum enim & siccū, secundum quæ differunt aqua & terra, vel ignis & aer, accidentalem habitudinem habent ad motum localem. & in graui & leui differentia quædam est: nam ignis est leuis simpliciter & absolute: terra autem grauis: aer autem est leuis per comparationem ad duo elementa: & similiter aqua est grauis. vnde non omnino est idē secundum speciem motus aquæ & terræ, vel ignis & aeris: quia non sunt idem termini, secundum quos specificantur eorum motus. aer. n. natus est moueri ad locū, qui subditur igni: aqua autem ad locum, qui supereminet terræ. Item videtur q̄ non sit necessarium, si corporis simplicis est vnus motus simplex, q̄ propter hoc aliquis motus simplex sit alicuius corporis simplicis; sicut etiam non est necessarium, q̄ tot sint corpora composita, quot sunt motus compositi, qui diuersificantur in infinitum. Sed dicendum est, q̄ sicut motus simplex localis non respondet corpori simplici quantum ad calidum & frigidum, humidum & siccum, ita etiam neque motus compositus respondet corpori misto secundum gradus mistionis prædictarum qualitatum, sed secundum compositionem grauis & leuis, secundum cuius diuersitatem diuersificatur obliquatio corporis mixti a simplici motu grauis, vel leuis: vtraque autem diuersitas non tendit in infinitum secundum speciem, sed solum secundum numerum. Item videtur secundum hoc, quòd sint multa corpora simplicia: quia sicut motus sursum, & deorsum videntur esse motus simplices ita motus: qui dextrorsum, vel sinistrorsum, & qui ante & retro. Sed dicendum est, q̄ cùm corpora simplicia sint essentiales & primę partes vniuersi, oportet quòd motus simplices, qui sunt naturales corporibus simplicibus, attendantur secundum conditionem vniuersi: quod cùm sit ſpbs ricum, vt infra probabitur, oportet quòd motus eius attendatur per comparationem ad medium, quod est immobile: quia omnis motus fundatur supra aliquod immobile, vt dicitur in libro de Causa motus animalium: & ideo oportet esse solum tres motus simplices, secundum diuersas habitudines ad medium, s. eum, qui est a medio: & eum, qui est ad medium: & eum, qui est circa medium. Dextrum autem & sinistrum, ante, & retro, considerantur in animalibus, & non in toto vniuerso, nisi secundum quòd ponuntur in cælo, vt in Secundo dicetur. & secundum hoc motus circularis celi est secundum dextrum, & sinistrum, ante, & retro. Etiam videtur, quòd motus rectus, & circularis non sunt eiusdem rationis. est enim motus rectus corporis nondum habentis complementum suæ speciei, vt in Quarto dicetur, & existentis extra propriū locum: motus autem circularis est corporis habentis complementum suæ speciei, & in loco proprio existentis: vnde non videtur quòd secundum eādem rationem motus simplices corporales sint simplicium corporum, sed quòd alij motus sint corporum, prout sunt in fieri, circularis autem prout sunt in facto esse. Sed dicendum, quòd quia motus proportionatur mobili tāquam actus eius, conueniens est quòd corpori, quod est separatum à generatione, & à corruptione, & non potest per violentiam expelli à proprio loco, debeatur motus circularis, qui est corporis in suo loco existentis: corporibus autem alijs generabilibus, & corruptibilibus debetur extra proprium locum, qui est absque complemento speciei. non tamen ita quòd corpus, quod monetur naturaliter motu recto non habeat primum complementum suę speciei, quod est forma: hanc enim sequitur talis motus: sed, quia non habet vltimum complementum, quod est in consecutione finis, qui est locus conueniens, & conseruans. Deinde cum dicit.

Cum autem corporum alia simplicia sint, alia ex hisce composita: Atque ea simplicia dico, quæ motus secundam naturam principium habent, vt ignem, terram, harumq; species, & ea quæ sunt hisce propinqua: motiones etiam alias simplices, alias quodam modo mistas esse necesse est, simplicium quidem simplices, compositorum autem mistas moueriq; compositorum eiusce simplicis, quod in his ipsis dominatur ac superat.

LECTIO IIII.

Si igitur simplex in ratione rerum est motus, conuersio autem motus, est simplex. Atque corporis simplicis simplex est motus, & simplex motus corporis simplicis est. Nam si compositū sit, per id illi simplex, quod superat competit: simplex quippiam esse corpus in ratione rerum profecto necesse est, quod quidem sit aptum circulari motu suapte natura ferri. Etenim fieri potest ut ui quippiam eo moueatur motu, qui ad aliud corpus accommodatur, at ut eo moueatur secundum naturam fieri nequit: si vniuscuiusque corporis simplicis unus sit motus, ei competiens secundum naturam.

Lect.4. Tex.cō.6.

b Adhuc, si qui præter naturam contrarius est ei, qui secundum naturam est, & vnum vni contrarium, necesse est, cū simplex circularis sit, si non erit secundum naturam lati corporis, præter naturā ipsius esse. Si igitur ignis aut aliud aliquod talium est circulo latum, contraria, quæ secundum naturam ipsius est latio, erit circulari. sed vnum vni contrarium: quę autem sursum, & deorsum inuicem contrarię. Si autem alterum aliquod est corpus latum circulariter præter naturā, erit aliquis ipsius alius motus secundum naturam. hoc autem impossibile. siquidem enim, qui sursum, ignis erit, aut aer: si autem qui deorsum, aqua, aut terra.

Tex.cō.11.

c Sed adhuc & primam quidem necessarium est esse talem lationem. Perfectum enim est prius natura imperfecto. circulus autem perfectorum est: recta autem linea neq; vna, neque enim quę infinita: haberet enim vtiq; finem, & terminum

Tex.cō.12. Linea recta non est per fecta.

Si hisce præterea motus, qui præter naturam est, ei qui secundum naturam est aduersatur: vnumque vni contrarium est, cum conuersio sit motio simplex, si non secundum naturam ei corpori quod fertur inest, præter naturam insit eidem necesse est. Si igitur ignis sit quod aduersatur, aut quippiam aliud tale naturalis ipsius motus conuersioni contrarius erit. at vnum vni contrarium est: atque motus ij, quibus inferat superaque loca petuntur, inter sese contrarij sunt. Sin vero quippiam aliud corpus adsit, quod præter naturam in orbem fertur, erit alius quispiam motus ipsius secundum naturam. at id esse non potest: nam, si sit hisce motus quo sursum itur, ignis vel aer erit: sin hisce, quo deorsum accedatur, terra erit, vel aqua.

At vero talem lationem, & primā esse necesse est. Perfectum enim imperfectum antecedit natura. atque circulus quidem perfectum est: linea uero recta nulla est sanè perfecta. neque. n. infinita: terminum enim atque finem haberet. neque finita rum est ulla ratio: est enim quippiam

cundum veritatem eadem est circa hæc vtriusque Philosophi opinio. Plato enim corpus, quod circulariter fertur, ignem vocat propter lucem, quæ species ignis ponitur, non quòd sit de natura ignis elementaris. vnde & posuit quinque esse in vniuerso, quibus adaptauit quinque figuras corporales, quas Geometræ tradunt, quia tum corpus æthere nominans. Sed vlterius quod hic dicitur, ignem moueri circulariter esse præter naturam, videtur contrarium ei quod dicitur in Primo Meteororum, vbi idem Aristotel. ponit, quòd hyperauma, ideſt ignis, & superior pars aeris feruntur circulariter motu firmamenti, sicut patet per motum stellæ comatæ. Sed dicendum est, quòd illa circulatio ignis, vel aeris non est ei naturalis, quia non causatur ex principio intrinseco: neque iterum est per violentiam siue contra naturam, sed est quodammodo supra naturam: quia talis motus inest eis ex impressione superioris corporis, cuius motum ignis, & aer sequuntur secūdum completam circulationem: quia hæc corpora sunt extra propinquiora. aqua vero secundum circulationem incompletam, scilicet secundum fluxum, & refluxum maris, terra vero velut remotissima a cælo, nihil a tali permutatione participat, nisi secundum solam alterationem partium ipsius. Quod autem inest inferioribus corporibus ex impressione superiorum, non est eis violentum, nec contra naturam: quia naturaliter apta sunt moueri a superiori corpore. Sed videtur falsum esse quod hic dicitur, vnum vni esse contrarium. Vni enim vitio contrariatur & virtus, & vitium oppositum, sicut illiberalitati prodigalitas, & liberalitas. Dicendum est, quòd eidem secundum idem est vnum tantum contrarium: nihil tamen prohibet, quin vni secundum diuersa sint plura contraria: sicut si sit idem subiectum dulce & album, contraria videntur ei nigrum & amarum. sic igitur illiberalitati contrariatur virtus liberalitatis, sicut ordinatum inordinato, prodigalitas autem sicut superabundantia defectui. Non potest autem dici, quòd vterque motus, scilicet qui est sursum, & qui est deorsum contrarietur motui circulari secundum communem rationem recti. Rectum enim & circulare non sunt contraria: pertinent enim ad figuram, cui nihil est contrarium. Deinde cum dicit.

ὑπέκαυμα

c ¶ Tertiam rationem ponit. Circa quam primo ostendit, quòd motus circularis sit primus inter motus locales. Est enim comparatio motus circularis ad motum rectum, qui est sursum, vel deorsum, sicut comparatio circuli ad rectam lineam. Probatur autem quòd circulus, ideſt linea circularis, est perfecta: quia quicquid in ea accipitur est principium, & finis, & medium: vnde non accipit aliquis exterioris additionem. linea autem recta nulla est perfecta, quod patet. & quantum ad lineam infinitam, quæ imperfecta est, quia sine caret ex quo denominatur aliquid perfectum in græco. & idem patet in linea finita: quia quamliber lineam finitam contingit augeri, ideſt accipere maiorem quantitatem; & sic est aliquid extra eam. & si linea

circularis naturaliter est prior, quàm recta. ergo & motus circularis est prior naturaliter recto motu: sed prior motus est naturaliter vnius corporis: motus autem rectus naturaliter alicuius simplicium corporum, sicut ignis mouetur sursum, & terra deorsum, & ad medium: & si contingat, quòd motus rectus sit

corporum mistorũ, hoc erit secundum naturã simplicis corporis dominantis in mistione. C̃ igitur corp̃ simplex sit naturaliter prius misto, consequens est, q̃ motus circularis est proprius, & naturalis alicuius corporis simplicis, quod est prius corporibus elementaribus, quæ sũt hic apud nos: & ita ex his patet, quòd præter substãtias corporales, quæ hic sunt apud nos, nata est esse quædam substantia corporalis, quæ

Tex. cõ. 13. est dignior, & prior omnibus substantijs corporalibus, quę sunt apud nos. Videtur autem esse falsum, q̃ nulla linea recta sit perfecta. si enim

Tex. cõ. 14. perfectum est quod habet principium, medium, & finem, vt supra habitum est: videtur quòd linea recta finita, quę habet principium, & medium, & finem, sit perfecta. Sed dicendum est, quòd ad hoc, quòd aliquid sit perfectum partialiter, oportet quòd habeat principium, medium, & finem in seipso: sed ad perfectionem perfecti simpliciter, requiritur,

neque finitarum vlla: extra enim omnes aliquid est: augeri enim contingit quãcũque. Itaque siquidem prior motus prioris naturæ corporis, qui autem circulo prior recto, qui autem in recta, simplicium corporum est. (Etenim ignis ad rectũ sursum fertur, terrę vero deorsum ad medium) necesse est, & circularem motum alicuius simplicium esse corporum. mistorum enim lationem dicebamus esse secundum prædominans in mistura simplicium. Ex his igitur manifestum, quia nata est esse quędam substantia corporalis præter eas, quę hic sunt constitutiones, quæ sunt dignior, & prior omnibus substantijs corporalibus, quę sunt apud nos. Videtur autem esse falsum, q̃ nulla linea recta sit perfecta. si enim perfectum est quod habet principium, medium, & finem, vt supra habitum est: videtur quòd linea recta finita, quę habet principium, & medium, & finem, sit perfecta. Sed dicendum est, quòd ad hoc, quòd aliquid sit perfectum partialiter, oportet quòd habeat principium, medium, & finem in seipso: sed ad perfectionem perfecti simpliciter, requiritur, quòd non sit aliquid extra ipsum: & hic modus perfectionis competit primo & supremo corpori, quod est omnium corporum contentiuum: & secundum hunc modum linea recta dicitur esse imperfecta, circularis vero perfecta. Item videtur q̃ etiam secundum hunc modum, quòd aliqua linea recta sit perfecta: quia diameter cæli non potest additionem accipere. Sed dicendum est, quòd hoc ei accidit inquantum est in tali materia: non autem hoc habet ex hoc quod est linea recta secundum hoc. n. non impediretur, ne ei posset additio fieri: sed circulus ex propria ratione circuli habet quòd non sit additionis susceptiuus. Videtur quòd secundum hoc concludi non possit, quòd motus circularis sit perfectus: additionem enim recipit, cum sit continuus, & sempiternus secundum Aristot. Ad hoc dicendum est, quòd vna circulatio habet complementum suæ speciei, cùm redierit ad principium à quo incæpit. vnde non fit additio ad eandem circulationem: sed quòd sequitur, ad aliam circulationem pertinet. Item, si hoc solum perfectum dicitur, cui non potest fieri additio, sequitur quòd neque homo, neque aliquid aliud finitum in corporibus sit perfectum, cum eis possit additio fieri. Ad hoc dicendum est, quòd hic dicuntur esse perfecta secundum speciem, inquantum non potest eis fieri additio alicuius, quod pertineat ad rationem speciei ipsorum: lineæ autem rectæ sit additio eius, quod pertinet ad speciem suã: & pro tanto dicitur imperfecta inquantum est linea. Item videtur quòd circulus sit imperfectus, perfectum enim est in magnitudinibus quæ habent tres dimensiones, hoc autem lineæ circulari non competit. Sed dicendum est quod linea circularis non est simpliciter magnitudo perfecta: quia non habet quicquid pertinet ad rationem magnitudinis, est tamen quodam perfectum in linea: quia linealiter aliquid ei addi non potest. Videtur etiam falsum esse, quòd perfectum sit prius imperfecto, ex quo simplex est prius composito: cum tamen compositum d se habeat ad simplicia, vt perfectum ad imperfecta. Ad quod dicendum est, quòd perfectum ad imperfectum se habet sicut actus ad potentiam: qui quidem simpliciter est prior potentia in diuersis, in vno autem & eodem, quod mouetur de potentia ad actum, potentia est prior actu tempore, sed actus est prior secundum naturam: quia scilicet hoc est, quod primo & principaliter natura intendit. non autem Philosophus intendit, quòd perfectum sit prius imperfecto in vno & eodem, sed in diuersis: nec etiam quòd sit prius tempore, sed natura, sicut expresse dicit. Item videtur, quòd Philosophus inconuenienter argumentetur. procedit enim ex perfectione lineæ circularis ad probandum perfectionem circularis motus, ex cuius perfectione procedit ad probandum perfectionem circularis corporis, & sic videtur eius probatio esse circularis: quia linea circularis non videtur esse alia, quàm quæ ipsius corporis, quod circulariter mouetur. Sed dicendum est, quòd motus circularis probatur esse perfectus ex perfectione lineæ circularis absolute: ex perfectione autem motus circularis in communi probatur hoc corpus, quod circulariter mouetur, esse perfectum: & sic non proceditur ab eodem in idem, sed ex communi ad proprium. Deinde cum dicit.

d ¶ Quartam rationem ponit. Quæ quidem procedit ex duabus propositionibus suppositis, quarum prima est, Quòd omnis motus simplex, aut est secundum naturam: aut præter naturam. secunda est, quòd motus, qui est præter naturam vni corpori, est alij corpori secundum naturam: sicut patet in motu, qui est sursum, qui est secundam naturam igni, & præter naturam terræ, & in motu, qui est deorsum, qui est naturalis terræ, & præter naturam igni. Manifestum est autem, quòd motus circularis inest alicui corpori, quod ad sensum circulariter mouetur. & si quidem talis motus sit eidem naturalis, habebimus propositum, scilicet quòd præter quatuor elementa sit quoddam aliud corpus, quod circulariter mouetur. si autem motus circularis sit præter naturam corpori, quod circulariter fertur, sequitur ex præmissa suppositione, quòd sit alterius corporis secundum naturam, quod consequenter erit aliud in natura à quatuor elementis. Videtur autem Aristote. sibi esse contrarius. Nam supra probauit, quòd motus circularis non est præter naturam corpori, quod circulariter fertur: hic autem supponit contrarium. Dicunt igitur quidam, quòd Philosophus supra accepit præter naturam pro eo, quod est contra naturam. sic enim oportet, quòd motus contra naturam alicuius corporis sit contrarius motui etiam naturali eiusdem, vt supra procedebat. hic autem accipit præter naturam communius, secundum quòd præter naturam idem est, quod non secundum naturam: sic enim in se comprehendit tam id quod est contra naturam, quàm id quod est supra naturam: & hoc modo

extra omnes, quippe cùm fieri possit vt cuius incrementum addatur. Quare, si prior quidem motus corporis sit prioris natura, conuersio vero prior sit recto, atque ipse rectus corporum sit simplicium motus: ignis enim loca recto motu supera petit, & terrea corpora eodem ad infera, mediumque feruntur: & ipsam sanè conuersionem cuiuspiam corporis simplicis esse necesse est. Mistorum enim lationem eiusce nutu simplicis fieri diximus, quod in mistione dominatur ac superat. Ex his igitur patet aliam quandam in ratione rerum corporis substantiam esse præter eas corporum constitutiones, quæ hic sunt, diuiniorem his uniuersis atque priorem.

Præterea, si motus omnis aut secundum naturam, aut præter naturam est, & qui motuum est cuipiam præter naturam, is alij naturalis est, quod quidem intueri licet in hisce motibus, quibus sursum itur atque deorsum: alter enim igni, alter terræ secundum naturam, & præternaturam est: conuersionem etiam (cùm horum respectu sit præter naturam) alij cuipiam competere secundum naturam, necesse est.

modo supponit hic, quòd aliquod corpus possit circulariter

T.c.15. moueri præter naturam, sicut dictum est supra, quòd ignis in sua sphera circulariter mouetur præter naturam delatus à motu cœli. Sed hoc videtur esse contra intentionem Aristo. eodem enim modo videtur vtrobique accipere præter naturã. quia tam hic, quàm supra exẽplificat de motu, qui est sursum & deorsum, qui est vni corpori contra naturam, & alteri secũdum naturam. Et ideo dicendum est, & melius, quòd Arist. in prima ratione probauit, quòd aliquod corpus secundum naturã circulariter mouetur: &, quia posset aliquis dicere quòd corpus, quod videtur circulariter moueri, mouetur hoc motu contra naturam, dupliciter contra hoc arguitur. Vno modo ostendẽdo quòd iste motus non est contra naturam, vt patet in secunda ratione, & etiã in tertia. Alio modo ostendẽdo quòd etiam, si moueatur contra naturam, adhuc sequitur esse aliud corpus, qd

T.c.16. secundum naturam mouet circulariter. Sic ergo quod supra negauit secũdum veritatem proprię opinionis loquens, hic negauit quasi vtens suppositione aduersariorum. Item non videtur sequi quòd, si aliquis motus sit præter naturam alicui corpori, quòd sit

T.c.17. alteri corpori naturalis. Põt. n. ignis, vel quodcunq; aliud corpus multiformiter moueri nec tamẽ propter hoc oportet, quòd huiusmodi motus omnes sint naturales aliquibus corporibus. Est autem aduertendum quòd Philosophus hic loquitur de simplici motu, ad quem natura corporis simplicis inclinat, sicut ad aliquid unum. motus autem diuersimode variati magis videntur ex arte dispositi quę potest esse principium diuersorum. Est etiam considerandum, quòd licet motus, qui est alicui corpori præter naturam, sit alteri corpori secundum naturam. non tamen oportet quòd omne corpus, cui est aliquis motus secundum naturam, habeat aliquem motum præter naturam: quia omne corpus, quod susceptiuum est alienæ impressionis, habet aliquid sibi proprium, & connaturale. non autem omne corpus potest extraneam impressionem accipere, vt sic possit naturalem motum habere. Deinde cum dicit.

e ¶ Quintã rationem ponit hic, quę est talis. Cõclusum est ex, præmissa ratione, quòd, si corpus quod ad sensum circulariter mouetur, moueatur præter naturam, oportet quòd talis motus sit alteri corpori secundum naturam: quod quidem, si conceda tur, scilicet quòd circularis motus sit alicui corpori secundum naturam, notum est, quòd erit aliquod corpus simplex & primum, quod circulariter mouetur propter simplicitatem, & perfectionẽ circularis motus, vt ex præmissis patet: sicut ignis mouetur sursum & terra deorsum. Si autem non concedatur processibus præcedentis rationis, sed dicatur quòd omnia quæ mouẽtur circulariter secundum periferiam i. secundum circumferentiam, mouentur præter naturam, ita quòd hic motus nullis corporibus sit secundum naturam: hoc videtur esse mirabile omnino, immo irrationabile. Ostensum est enim in .8. Physicorum, quòd solum motum circularem contingit esse continuum, & sempiternum: irrationabile autem videtur quòd id, quod est sempiternum, sit contra naturam, & motus non sempiterni sint secundum naturam. Videmꝰ enim quòd ea, quę sunt præter naturã, citissime trãseunt, & corrumpuntur: sicut calefactio aquæ, & proiectio lapidis in altum. Ea vero, quę sunt secundũ naturam, videntur diutius permanere. sic ergo oportet omnino motum circularem esse alicui corpori naturalem. si ergo istud corpus quod videmus circulariter ferri est de natura ignis, ut quidam dicunt, motus iste erit præter naturam: sicut, & motus qui est deorsum. videmꝰ enim q̃ motus naturalis ignis est sursum secundum rectam lineam: & sic, sicut motus qui est deorsum est alteri corpori naturali, scilicet terræ, ita erit motus circularis alicui alii corpori naturali.

f ¶ Vltimo epilogãdo concludit, quòd si aliquis ex omnibus præmissis syllogizauerit per modũ prædictum, credet, idest firmiter asentiet, q̃ sit aliquod corpus præter corpora, quæ sunt hic circa nos, scilicet quatuor elemẽta, & ex his composita, separatum ab eis: & in natura tãto habens nobiliorem naturam, quãto est magis elongatum sẽ undum loci distantiam ab his quæ sunt hic.

Corpora enim continentia in vniuersõ se habent ad corpora contenta, sicut forma ad materiam, & actus ad potentiam, vt dictum est in quarto Physicorum. Lec. 8. T.c. 49.

Insuper, Si conuersio cuipiam competit secundum naturam, patet esse quippiam corporum simplicium atque primorum, quod quidem sic suapte natura versatur, vt ignis sursum, & terra deorsum fertur. Si vero corpora quæ uersantur circa medium præter naturam feruntur, mirabile sane, metasque penitus egredi rationis uidetur, hunc solum motuum continuũ esse perpetuumve, qui quidem præter naturam illis corporibus inest. in cæteris enim ea quæ præter naturam sunt, citissime corrumpi, perireque uidentur. Quare, si ignis sit id quod uersatur, ut quidam in quiunt, non minus hæc motio præter naturã est ipsi, quàm ea qua infera loca petuntur. Ignis enim eum esse motum uidemus, quo recta pergitur e medio sursum.

Quapropter ex his omnibus quispiã rationibus, corpus quippiã aliud esse crediderit, præter ea corpora, quæ hic, & circa nos sunt, separatũ, tanto præstantiorem habẽs naturam, quanto plus ab istis corporibus distat.

LECTIO V.

Voniam autẽ hęc qui dẽ supponuntur, hæc autem ex dictis ostensa sunt: manifestum, quia neque leuitatem, neque grauitatem habet corpus totum.

LECTIO V.

Vm eorum quæ dicta sunt alia supposita sint, alia demonstrata, patet non omne corpus leuitatem, aut grauitatem habere.

Ostquam Philosophus ostendit, quòd est corpus quoddam aliud à corporibus quæ sunt hic, scilicet à quatuor elementis, & his quę componuntur ex eis hic ostendit differẽtiam huius corporis, & corporum quæ sunt hic. & primo per comparationẽ ad motum localem, secundo secundum alios motus, ibi{ Similiter autem rationabile &c. } Circa primum tria facit. Primo ponit quod intendit: secundo ostendit propositum, ibi{ Oportet autem supponere, &c. } Tertio excludit quandam obiectionẽ, ibi{ Quoniam autem in idem feruntur &c. } Dicit ergo primo, quòd quia eorum, quæ dicta sunt, quædam sunt suppositа, scilicet quòd vnum vni sit contrarium: & q̃ sint solæ duę simplices magnitudines, scilicet recta, & circularis, & quædam aliæ huiusmodi: quædam autem sunt demonstrata ex quibusdam præmissis, puta quòd sint tres motus simplices: & quòd motus circularis sit naturalis alicui corpori, quod est aliud in natura à corporibus quæ sunt hic: notum potest esse ex prædictis, quòd totum corpus illud, quod circulariter mouetur, non habet grauitatem

Universidad de Navarra Biblioteca

uitatem, neque leuitatem, quæ sunt principia quorundam motuum localium. Deinde cum dicit.

Lec.2. 2. libri.

b ¶ Ostendit propositum. & quia principium demonstrationis est quod quid est, vt dicitur in libro Posteriorum. Primo supponit diffinitiones grauis, & leuis, secundo ex his argumentatur ad propositū, ibi } Necesse est autē &c. } Circa primum duo facit. Primo describit quid graue, & quid leue est, secundo describit quid est grauissimum, & quid leuissimum, ibi } Grauissimum vero &c. } Dicit ergo primo q̄ ad propositum ostendendum oportet supponere quid dicimus graue, & quid leue. Ideo autem dicit supponere: quia nō perfectè inuestigat hic eorum diffinitiones, sed vtitur eis vt suppositionibus quantū sufficit ad necessitatē præsentis demōstrationis. Diligētius autem considerabitur de eis in Quarto huius, vbi exponetur substantia siue natura ipsorum. Definit ergo graue, quod natū est moueri ad mediū: leue vero quod natum est moueri à medio. Vtitur autē tali modo diffiniendi vt seruet se à contrarietate Platonis, qui dicebat quòd in mundo secundum se non est sursum propter rotunditatem mundi: corpus enim rotū dum est vndique vniforme. Dicebat autē quòd sursum, & deorsum est in mundo solū quo ad nos: quia nominamus sursum quod est supra caput nostrū: deorsum autem id quod est sub pedibus nostis. Si autem essemus econtrario situati, nominaremus sursum & deorsum econtrario. sic ergo Plato non accipit id quod est sursum, & deorsum secundum rei naturam, sed quo ad nos. Arist. autem vtitur his omnibus secundum communem modum loquendi, prout dicit in Secundo Topicorum, quòd nominibus vtendum est vt plures. vnde sursum, & deorsum appellat in mundo id, quod communiter ab omnibus appellatur sursum, & deorsum. nec tamen est distinctum solum quo ad nos, sed etiam secundum naturam: sicut enim in nobis distinguuntur dextrum, & sinistrum secundum diuersam habitudinem ad motum animalium, qui est secundum locum: ita sursum, & deorsum determinantur in mundo secundum habitudinem ad motus simplicium corporum, quæ sunt principales partes mundi: & propter hoc ipse dicit, q̄ sursum est locus in quem feruntur leuia: deorsum autem locus in quem feruntur grauia. & hoc rationabiliter: nam sicut in nobis nobilior pars est, quæ est sursum, ita in mundo corpora leuia sunt nobiliora quia formaliora. Hic tamen, vt sine calumnia procedat ad propositum ostendendum, definit graue, & leue per habitudinem ad medium. Deinde cum dicit.

T.c.18.

c ¶ Definit grauissimum, & leuissimum. & dicit, quòd Grauissimum est quod substat omnibus, quę deorsum feruntur:

b Oporter autem supponere quid dicimus graue, & quid leue, nunc quidem sufficiēter vt ad præsentem necessitatem: diligentius autem iterum cum considerabimus de substantia ipsorum. Graue quidem igitur sit quod ferri natum est ad medium. Leue autem quod à G medio.

c Grauissimum autem, quod omnibus substat deorsum latis. Leuissimū quod omnibus supertertur sursum latis.

d Necesse autem omne quod fertur deorsum, aut sursum, aut leuitatem habere, aut grauitatem, aut ambo, non ad idem autem. Adinuicem enim sunt grauia & leuia, puta aer ad aquam, & ad terram aqua. Quod autē circunfertur H corpus impossibile habere grauitatem, aut leuitatem. Neque enim secundum naturam, neque præter naturam conuenit ipsi moueri ad medium, vel à medio. secundum naturā quidem non est ipsi, quę in rectum latio: vna enim erit vniuscuiusque simplicium. quare erit idē alicui sic latorum. Quod si præter naturam feratur. siquidem, quæ deorsum præter naturam quæ sursum erit secundum naturam. Si autem quæ sursum præter naturam, quę deorsum, secundum naturam. Posuimus enim contrarium, cui altera præter naturam, alteram esse secundum naturam.

e Quoniam autē in idem fe-

T.c.19.

Leuissimum autem est, quod supra eminet omnibus quæ sursum feruntur. Et est intelligendum inter ea quæ deorsum, & sursum feruntur. nam cælum non est leuissimum, licet omnibus supereminear quæ feruntur sursum. Est autem attendendum, quòd hic vtitur eo quod est sursum & deorsum tanquam termino, nō mouēat à medio, vel ad mediū, quod circulariter est à medio, vel ad mediū. Deinde cū dicit. d ¶ Ostendit propositum ex præmissis, dicens notum esse q̄ omne corpus, quod fertur deorsum aut sursum, habeat absolute grauitatem, tanquàm grauissimum, sicut terra quæ substat omnibus: aut q̄ habeat leuitatē absolute, sicut ignis qui supersta omnibus: aut habeat ambo, nō quidē respectu ciusdē, sed respectu diuersorum. Media. n. elementa, scil. aer, & aqua sunt adinuicem grauia, & leuia: sicut aer est leuis per respectum ad aquam, quia supertertur ei: & eadem ratione aqua ad terram. aer vero ad ignem quidē grauis est, quia substat ei: & similiter aqua ad aerem. Corpus autem, q̄d circulariter mouet, impossibile est quòd habeat grauitatem, aut leuitatem. neque enim potest moueri ad medium, vel à medio secundum naturam, neque præter naturam. Et quòd non possit secundum naturam hoc modo moueri, manifestat per hoc, quòd motus rectus qui est ad medium, vel à medio, naturalis quatuor elementis est. dictum est autē supra, quòd vnus motus est naturalis uni simplicium corporum. ergo sequere

Atque supponatur, quidnam sit id quod leue, & quid id quod graue nuncupamus, oportet quoad satis est ad usum præsentem: exactius autem rursus dicemus, cum substantiam ipsorum considerandam aggrediemur. Graue igitur id sit, quod aptum est ad medium ferri. Leue id quod aptum est medio ferri.

Grauissimum id, quod sub his omnibus collocatur, quæ deorsum feruntur: leuissimum id quod super omnia collocatur, quæ sursum pergunt.

Omne autem quod fertur sursum aut deorsum, aut leuitatem aut grauitatem habeat, aut utrunque, at non ad idem necesse est. Ad alia nanque grauia sunt leuiaque, ut aer ad aquam, & aqua ad terram. Corpus igitur id quod uersatur, impossibile est grauitatem, aut leuitatem habere. Fieri enim nō potest, ut ipsum aut secundum naturā, aut præter naturam ad mediū, aut è medio moueatur. Latio enim recta non competit ipsi naturam: nam uniuscuiusque corporis simplicis una esse latio dicebatur. quare erit idem quod ignis, aut exterorum quippiā corporū, quæ recto motu cīē tur. Quod si præter naturā feratur, si ea latio qua deorsum itur sit præter naturam, ea sanè qua sursum pergitur, ipsi competit secundum naturam: si præter naturam sit ista, secundum naturam illa competet sanè. Posuimus enim, si contrariorum motuum alter est cuipiam præter naturā, alterum eidem competere secundum naturam.

Cum autem ad idē totum, & pars

tur, q̄ corpus quod circulariter fertur, sit eiusdem naturę cum aliquo corporum quod mouetur motu recto: cuius contrarium est supra ostensum. Similiter nō potest dici, quòd motus rectus propter hoc conueniat corpori quod circulariter fertur quia si vnus contrariorum motuum ineſt alicui corpori præter naturam, alius motus erit ei secundum naturam, vt ex supradictis K patet. Si ergo motus deorsum sit quinto corpori præter naturam, motus sursum erit ei secundum naturam, & econuerso. vtrūque autem eorum est falsum, vt patet per præcedentem rationem. sequitur ergo quòd corpus quintum, quod circulariter fertur, non moueatur à medio, vel ad medium neque secundum naturam, neque præter naturam. Omne autem corpus habens grauitatem, aut leuitatem mouetur vno horum motuum secundum naturam, & altero præter naturā. ergo corpus quintum neque habet grauitatem, neque leuitatem. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit quandam obiectionem. Dicebant enim quidam, quòd partes elementorum sunt corruptibiles, ita quòd extra proprium locum existentes mouentur naturaliter motu recto. Ipsa autem elementa secundum suam totalitatem sunt incorruptibilia, & nunquàm extra proprium locum esse possunt, vnde

vnde in locis suis mouentur circulariter; & sic corpus, quod circulariter mouetur in suo loco secundum suam totalitatem, nō oportet quòd careat grauitate, & leuitate. Ad hoc igitur excludendum Philosophus proponit, quòd in eundem locum ferun tur naturaliter pars & totum, sicut tota terra, & vnus bolus eius. & hoc patet ex quiete: quia vnumquodque mouetur naturaliter ad locū in quo quieſcit naturaliter: in eodem autem loco quieſcit naturaliter tota terra, & pars eius. Vnde manifestū est, quòd tota terra habeat inclinationē naturalem quòd mo neatur ad medium, si esset extra suum locum, sic ergo ex prę missis duo sequuntur: quorum primum est, quòd totum corpus quintum nullam habeat grauitatem, neque leuitatem: quia, vt patet ex ratione prædicta, moueretur naturaliter ad mediū, vel à medio. Secundo sequitur ex suppositione nunc inducta, quòd, si aliqua pars à corpore cæleſti traheretur, non mouebitur, neque sursum, neque deorsum, quia cum sit eadem ratio de toto, & partibus, non conuenit neque toti corpori quinto, neque alicui parti eius, quòd moueatur nisi secundum naturam, uel præter naturam alio motu, quàm circulari.

T.c.20.

runtur totum & pars secundū naturā, puta tota terra & parvus bolus, accidit primum qui dem neque leuitatem habere ipsam, neque vn am, neque grauitatem. Aut enim vtique ad medium aut à medio posset ferri secundum suiipsius naturam. deinde, quia impossibile moueri eo qui secundum locū motu, aut sursum, aut deorsum detractum. Neque. n. secundū naturam contingit ipsi moueri motu alio, neque pręter naturam, neque ipsi. neque particularum nulli. Eadem. n. ratio de toto, & partibus.

LECTIO VI.

2 Imiliter autem rationabile existimare de C ipso, & quod ingenitum, & incorruptibile, & inaugmentabile: & inalterabile: propter fieri quidem omne generabile ex contrario & subiecto quodam: & corrum pi similiter supposito quodā: & à contrario & in contrariū: quemadmodum in Primis dictum est Sermonibus. Contrarium autem, & lationes contrariæ. Si autem & huic nihil con-

T.c.11.

Lec.11. T.c.44.

Alus motus est contrarius, ut infra probabitur. ergo huic corpori nihil est contrarium. & ita recte videtur natura fecisse excutiens siue eximens hoc corpus à contrarietate, tanquàm futurū, ideſt, debens esse ingenitum. & incorrpptibile. Sed circa ea, quæ hic Aristo. dicit, duplex consideratio occurrit. vna quidem circa positionem eius, qua ponit corpus cæleſte esse in generabile, & incorruptibile, alia autem est circa rationem ipsius. Sciendū est autem circa primum, quòd quidam posuerunt cæli corpus esse generabile & corruptibile secundum suam naturam, sicut Ioannes Grammaticus, qui dictus est Philoponus. Ut ad suam intentionē inducendam primo venit auctoritate Platonis, qui posuit cælum esse genitum, & totum mundum. Secundo inducit talem rationē, Omnis virtus corporis finiti est finita, vt probat in octauo Physicorum: sed virtus finita non potest de extendere ad durationem infinitam: vnde per virtutem finitam non potest aliquid moueri tempore infinito, vt ibidem probatur. ergo corpus cæleſte non habet virtutem, vt sit infinitum tempore. Tertio obicit sic. In omni corpore naturali est materia & priuatio, vt patet in Primo Physi. sed vbicunq; est materia cū priuatione est potentia ad corruptionem. ergo corpus cæleſte est corruptibile. Si quis autem dicat, quòd non est eadem materia cœlestium corporum & inferiorum, obicit in contrarium: quia secundum hoc oporteret quòd materia esset composita, ex eo scilicet, quòd est commune vtrique materiæ, & ex eo quod facit diuersitatem inter materias. Sed hæc necessitatem non habent. Quod enim Plato potuit cælum genitum, non intellexit ex hoc quòd est generationi subiectum, quod Arist. hic negare intendit: sed quod necesse est ipsum habere esse ab aliqua superiori causa, vepote multitudinem, & distentionem in suis partibus habere, per quod significatur esse eius a primo uno causari, a quo oportet multitudinem causari. Quod autem obicitur, virtutem corporis cælestis esse finitam: soluit Aueroys dicendo, quod in corpore cæleſti est virtus siue potentia ad motum secundum locum. Non est autem virtus siue potentia ad esse neque finita, neque infinita. Sed in hoc manifeste dixit contra Aristo. qui infra in hoc eodem libro ponit in sempiternis virtutē ad hoc quòd fiat semper, fuit autem deceptus per hoc, quòd existimauit virtutem essendi pertinere solum ad potentiam passiuam, quæ est potentia materiæ, cum magis pertineat ad potentiam formæ: quia vnumquodque est per suam formam. vnde tantum & tam diu habet vnaquæque res de esse, quantā est virtus formæ eius: & sic non solum in corporibus cæleſtibus, sed etiam in substantiis separatis est virtus essendi semper. Dicēdum est ergo, quòd illud quod requirit virtutem infinitam, oportet esse infinitum: infinitum aūt, secundū Philosophorum in primo Physi. pertinet ad quantitatem, ita quod illud, quod quantitate caret, neque finitū neque infinitum est: motus autem quantitatem habet, quæ mensuratur tempore & magnitudine, vt patet ex 6. Phys. & ideo virtus quæ potest in motum sempiternum, potest esse tam infinitum, & propter hoc talem virtutem oportet esse infinitam. Ipsum autem esse alicuius rei secundū se consideratum non est quan tum

Lec.21. T.c.56.

Lec.22. T.c.79.

D

E

F

Lec.3. T.c.36. Lec.8.

T.c.15.

tum non enim habet partes, sed totum est simul. accidit autem ei quòd sit quantum, vno quidem modo secundum durationē, inquantum est subiectum motui, & per consequens tempori, sicut esse rerum variabilium. Vnde virtus cuiuslibet rei temporalis, cuius esse subiectum est variationi, non potest nisi in durationem finitā. Alio autem modo esse alicuius rei potest per accidens dici quantū ex parte subiecti, qđ habet determinatā quantitatem. Dicendum est ergo, quòd esse exili non est subiectum variationi, nec tempori: vnde non est quantum quantitate durationis, & per consequens neque finitum, neque infinitum. est autem quantum secundum quantitatem corporis extensi, & secundum hoc est finitum. Sic ergo dicendum, quòd virtus essendi corporis cælestis est finita. Nec tamen sequitur quòd sit ad essendum tempore finito: quia finitum & infinitum temporis accidit ipsi esse rei, quod nō est subiectum varietati temporis; non tamen posset huiusmodi virtus habere esse in infinita magnitudine, vel etiam in maiori quàm sit magnitudo cælestis corporis. Similiter tertium quod obicit, soluit Auerrois per interemptionem. Negat enim corpus cæleste habere materiam: sed dicit corpus cæleste esse solū actu ens, ad quod comparatur anima eius sicut forma ad materiam. Et siquidem intelligat, quòd corpus cæleste non habeat materiam, secundum quòd dicitur materia in ordine ad motū vel mutationem, verum dicit. sic enim etiam Arist. in 8. Phys. & 12. Metaphy. ponit corpus cæleste habere materiam non ad esse, sed ad vbi: quia scilicet non est subiecta transmutationi, quæ est secundum esse, sed ei quæ est secundum vbi. Si vero intelligat quòd corpus cæleste nullo modo habet materiam, vel quodcunque subiectum, manifestō dicit falsum. Patet enim q̄ corpus illud est actu ens, alioquin non ageret in hęc inferiora. Omne autem quod est actu ens vel est actus, vel est habēs actū. non potest autem dici quòd corpus cæleste sit actus: quia sic esset forma subsistens, & esset aliquid intellectum in actu, non autem sensu apprehensum. Oportet ergo in corpore cælesti ponere aliquod subiectum suę actualitatis: non tamen oportet quòd istud subiectum, uel materia habeat priuationem: quia priuatio nihil aliud est quàm absentia formæ, quæ est nata ineſſe. huic autem materiæ, vel subiecto, non est nata ineſſe alia forma, sed forma sua replet totam potentialitatem materię, cum sit quædam totalis & vniuersalis perfectio, quod patet ex hoc, quòd virtus actiua eius est vniuersalis non particularis. sicut virtus inferiorum corporum, quorum formæ, tanquam particulares existentes, non possunt replere totam potentialitatem materiæ. Vnde simul cum vna forma remanet in materia priuatio formæ alterius, quæ est apta nata ineſſe. sicut etiam videmus quòd corpora inferiora sunt susceptibilia diuersarum figurarū: sed corpus cæli non est figurabile aliqua alia figura. Sic igitur in corpore cælesti non est priuatio alicuius formæ, sed solum priuatio alicuius vbi. Vnde non est mutabile secundum formam per generationem & corruptionem, sed solum secundum vbi. Ex quo patet, quòd materia cælestis corporis est alia & alterius rationis à materia inferiorum corporum, non quidem per aliquam compositionem, sicut Philoponus existimauit, sed per habitudinē ad diuersas formas, quarum vna est totalis, & alia partialis: Sic enim potentiæ diuersificantur secundum diuersitatem actuum ad quos sunt. Manifestum est igitur ex his quòd corpus cęli secundum suam naturam non est subiectum generationi & corruptioni. vtpote primum in genere mobilium, & propinquissimum rebus immobilibus. & inde est quòd minimum habet de motu. mouetur enim solum motu locali: quia nihil variat intrinsecum rei, & inter motus locales habet motum circularem, qui etiam minimum variationis habet, quia in motu sphærico totum non mutat suum vbi subiecto. sed solum ratione vt probatur in 6. Physicorum: sed partes mutant vbi. diuersum etiam subiecto: non tamen dicimus secundum Fidem catholicam, quòd cælum semper fuerit, licet dicamus quòd semper sit duraturum, nec hoc est contra demonstrationem Arist. hic positam. non enim dicimus quòd inceperit esse per generationem, sed per effluxum a primo principio, a quo perficitur totum esse omnium rerum, sicut etiam Philosophi posuerunt: a quibus tamen in hoc differimus, quia illi ponunt Deum produxisse cælum coæterne sibi: nos autem ponimus cælum esse productum a Deo secundum totam sui substantiam ab aliquo determinato principio temporis. Contra quod tamen obstat Simplicius Aristo. & Commētatori, super hunc locum tripliciter. Primo quidē, quia

trarium cōtingit esse, eo quòd circularioni non est contrarius motus, recte videtur natura futurum, ingenitum & incorruptibile eximisse à contrariis. Inter contraria. n. generatio. & corruptio est.

Si igitur nihil huic contrario esse potest, propterea quòd & conuersioni nullus est contrarius motus natura recte id à contrarijs accepisse videtur, quòd ingenerabile & atque incorruptibile est. Generatio namque corruptioque in ipsis contrarijs est.

Comm. 79.

Lec. 19. T.c. 10.

Lec. 11. T.c. 85.

D 335.

F Deus produxit cælum secundum suum esse, non per aliquid aliud additum. vnde cum esse suum sit æternum & inuariabile, semper cælum ab ipso processit. Item, si bonitas Dei est causa rerum, fuisset bonitas Dei ociosa & vacans antequàm mundus esset, si ex aliquo determinato principio temporis incœpit. Ité, omne quod incœpit esse aliqua determinata parte temporis cum prius nō fuerit, hoc contingit ei ex ordine alicuius superioris motus: ex quo contingit, quòd hoc nunc incœpit, & nō prius. sicut homo incœpit esse nūc, & nō

G prius, secundum ordinem reuolutionis cælestis corporis. Non est autem dare aliquam superiorem reuolutionem, aut motum vltra corpus cæleste. non ergo potest dici, quòd corpus cæli ita nunc incœpit, quòd prius non fuerit. Sed hæc necessitatem non habent. quod enim primo dicitur, quòd Deus agit per suum esse & non per aliquid superadditum, uerum est, sed etiā esse suū non est distinctum a suo intelligere, sicut in nobis, nec etiam a suo velle: vnde produxit res secundum intelligere & velle suū. In his autem quæ producuntur ab aliquo agente, inquantum est intelligens, & volens, oportet esse id quod producitur hoc modo sicut est intellectum a producente, non autem eo modo quo est ipse producens secundum suum esse. Vnde, sicut non oportet quòd id, quod est productum a Deo producente secundum suum esse, sit in aliis conditionibus tale, quale est esse diuinum, sed quale est determinatum per eius intelligere: sita nō est necessarium quòd id quod est productum a Deo, sit tam diutur-

H num quantum Deus, sed quantum determinatum est per intellectum ipsius. Et hoc etiam potest dici circa quantitatem dimensiuam cæli. Quòd enim cælum tantam habeat quantitatem & non maiorem, prouenit ex determinatione intellectus diuini determinantis sibi talem quantitatem, & coaptantis ei naturā proportionatam tali quantitati: sicut etiam exemit ipsum a cōtrariis vt esset ingenitum & incorruptibile, vt dicitur in littera. Quòd enim dicitur recte seciſſe naturam, importat actionē intellectus agentis propter aliquem finem: non enim alia natura superior exemit eum a contrariis nisi diuina. Similiter, quod dicit bonitatem diuinam fuisse vacantem & ociosam ante productionem mundi, non habet rationem. Ociosum enim dicitur, quod non consequitur finem ad quem est: bonitas autem diuina non est propter creaturas. vnde creaturæ essent ociosæ, si non cōsequerentur diuinam bonitatem. diuina autem bonitas non esset ociosa etiam si nullam vnquàm creaturam produxisset. Similiter etiam quod tertio obiicit, locum habet in agente particulari, quod præsupponit tempus, & in parte temporis aliquid

I facit: & ita oportet quòd id quod fit proportionetur tali agenti, & ad aliam partem temporis, & ad totum tempus: vel etiam ad causam totius temporis. Sed nunc agimus de agente vniuersali, quod produxit ipsum totum tempus simul cūtis quæ sunt in tempore. Et ideo non habet hic locum quæstio, cum quæritur, quare nunc, & non prius: quasi præsupponatur alia pars temporis præcedens, vel aliqua causa vniuersalior causans totum tempus. Sed habet hic locum quæstio, quare agens vniuersale, scilicet Deus, voluit tempus non esse semper, & ea quæ sunt in tempore: quia dependet ex determinatione intellectus ipsius, sicut in domo Artifex quantitatem alicuius partis domus accipit secundum proportionem ad aliam partem, vel totam domum: sed quātitatem totius domus determinat secundum suū intellectum, & voluntatem. Restat autem alia consideratio circa demonstrationem Arist. quam obiicit Ioannes Grammaticus: quia si nihil generatur & corrumpitur, nisi quod habet con-

K trarium, cum substantiæ non sit contrarium aliquod, quod maxime manifestum est in animalibus & plantis: similiter etiam nec figuris & relationibus est aliquid contrarium: nihil horum generabitur, aut corrupetur. Respondet autem ad hoc Simplicius, quòd hoc est intelligendum de contrario communiter dicto, prout includit etiam contrarietatem priuationis & speciei. Sic enim Arist. loquitur de contrario in primo Physicorum, ad quod nos remittit. Et hoc modo contrarium inuenitur in omnibus prædictis, sicut informe est contrarium formato, & infiguratum figurato. priuatio autem non habet locum in corporibus cælestibus, vt dictum est. Hæc autem responsio, & si sic vera, non tamen habet locum in proposito. Arist. enim dicit contrarietates motuum localium respondere contrarietati corporum: cum tamen certum sit quòd priuationi non respondeat aliquis motus localis. Vnde dicendum est, quòd sicut ipse post dicet, substantiæ nihil est contrarium compositum, vel secundū

Lec. 13. T.c. 41.

materiam, vel secundum formam substantialem. est tamen aliquid sibi contrarium secundum propriam dispositionem ad talem formam: sicut ignis dicitur esse contrarius aquæ contrarietate calidi & frigidi. & talis contrarietas requiritur in omnibus quæ generantur & corrumpuntur. huiusmodi autem contrarietatem cōsequitur cō

T.c. 21. trarietas motuum secundum graue & leue, per quorum subtractionem intelligitur corpus cæleste esse exemptum ab omnibus aliis contrariis quæ comitantur graue & leue. Item videtur secundum hoc, q̄ si contrarietati corporum debet respondere cō trarietas motuum, quòd ignis magis sit contrarius terræ quàm aquæ, cum qua conuenit in vna qualitate, scilicet in siccitate. Sed dicendum, quòd Philosophus in hoc Libro agit de corporibus simplicibus secundū situm: sic enim constituunt vniuersum vt partes, & secundum hoc maior ē contrarietatem ignis ad terram q̄ ad aquā: licet ad aquā sit maior cō trarietas ignis ē̄m qualitates actiuas & passiuas, quod pertinet ad considerationem Libri de Generatione. Videtur etiā non ex necessitate sequi, quòd corpori cælesti nihil sit contrarium, ex eo quòd motui circulari quo mouetur, nihil sit cōtrarium: quia etiā ignis in propria sphæra eius, & suprema parte aeris circulariter mouentur vt in primo Meteororū dicitur, aeri tamē & igni est aliquid contrarium.

T.c. 22.

Lec. 6.

Sed dicendum est, quòd aer & ignis non mouentur circulariter quasi proprio motu, sed deferuntur per motum cæli. corpora autem cælestia mouentur circulariter proprio motu: vnde nō est similis ratio. Item videtur quòd contrarietas motuum non assequatur contrarietati mobilium. eadem enim substantia numero quæ sibi non contrariatur, est susceptiua contrariorum, vt dicitur in Prædicamentis, & ita mouetur motibus contrariis, qui sunt ad contraria, puta dealbatione, & denigratione. & similibus motibus. Præterea aer mouetur sursum in loco aquæ existens: & deorsum existens in loco ignis. Idem ergo contrariis motibus mouetur: & sic contrarietas motuum non cōsequitur contrarietatem mobilium. Adhuc etiam videmus quòd eadem anima mouetur motu virtutis & vitii, qui sunt cōtrari motus. Est autem circa hoc considerandum, quòd Philosophus vtitur hac propositione, Quòd si motus nō sint contrarii, quòd etiam mobilia non sunt contraria: non autem ponit econuerso, quòd si mobilia non sunt contraria, quòd motus non sint contrarii: quia posset aliquis dicere, quòd omnium corporum contrarietatem habentium sunt contrarii motus. non autem omnes contrarii motus sunt contrariorum: contra quod, predictę obiectiones procedunt. Tamen secundum rei veritatem cōtrarietas motuum naturalium consequitur proprietatem actiuorum principiorum, siue formalium, ad quæ consequitur motus, non autem contrarietatem principiorum passiuorum siue materialiū, quia eadem materia susceptiua est contrariorum. & ideo alterationes, quæ sunt ex principiis extrinsecis, nihil prohibet esse circa idem subiectum quāmuis sint contrariæ. Si qua vero alteratio ex principio intrinseco proueniens, sicut sanatio quando fit per naturam, oportet quòd contrarietas aliū alterationum consequatur contrarietatem mobilium: & eadem est ratio de motibus localibus, de quibus nunc intendit. huiusmodi enim motus cōsequūtur principia formalia intrinseca. Ad id vero, qđ obiicitur de aere, dicendum, quòd cōtra dictio quæ includitur in omnibus oppositis, habet in sui ratione quòd sit secundum idem, & respectu eiusdem. Motus autem aeris naturalis non est sursum & deorsum respectu eiusdem: sed sursum quidem respectu aquę & terræ, deorsum vero respectu ignis. vnde huiusmodi motus non sunt contrarii. non enim sunt ad contraria loca, sed ad eundem locum: qui, scilicet supereminet aquæ, & subsidet igni. Quod autē dicitur de motu animę secundum virtutem & vitiū, nō est ad propositū: quia huiusmodi motus non sunt naturales, sed voluntarii.

LECTIO. VII.

A Tvero & augmentabile omne augetur â cō naturali aduenient, & resolutio in materiam: huic autem non est ex quo factum est.

B

b Si autem est & inaugmentabile, & incorruptibile eiusdē intellectus est suscipere & inalterabile esse. Est quidem enim alteratio motus secūdū quale. Qualis autem habitus quidem & dispositiones nō sine his, quę secundum passiones fiunt transmutationibus, puta sanitas & languor. Secundum passionem autem quęcunq; transmutātur C Physicorum corporum habentia omnia & augmentum, & decrementum puta animaliū corpora & partes ipsorum, & plantarum: similiter & elemētorū. Itaque, siquidem circulare corpus neque augmentum habere contingit, neque decrementū, rationabile & inalterabile esse. Quod quidem igitur sempiternum, & neque augmentum habens, neque decrementum, sed D insenescibile & inalterabile. & impassibile est primum corporum, siquis suppositis credit, manifestum ex dictis est.

LECTIO. VII.

A Tvero & id quod accrescit a propinquo quodam, accedente subeuntque resolutionem in materiam

B augetur: hoc autem non habet id ex quo est ortum.

Quod si neque accrescere neque corrumpi potest, eiusdem est profecto sententiæ, & alterationibus ipsum subijci non posse putare. alteratio enim motio est in qualitate. Qualitatis autē habitus quidem, & dispositio non sine mutationibus in passionibus fuit. ut sanitas atque morbus. Quæ uero naturalium corporum in passionibus mutantur, ea uniuersa incrementa suscipere decrementaque uidemus, ut animalium corpora, partesque ipsorum, atq; plantarum, etiam & elementorum simili modo. Quare, si corpus quod nec augetur neque incrementa, neque decrementa suscipere potest, expers ipsum & alterationum esse consentaneum est rationi. Patet igitur ex hisce quæ dicta sunt, id quod primum est corporum perpetuum esse, & neque accrescere, neque decrescere, neque senescere, neque alterationibus, neque passionibus subiici: si quispiam hisce, quæ sunt suppositi, credit.

LECTIO VII.

A Ostquàm Philosoph' ostē dit quòd corpus quintū non est subiectum generationi & corruptioni, hic ostendit quòd non est subiectū augmento & diminutioni. & vtitur tali ratione. Omne corpus augmētabile est quātum ad aliquid subiectum generationi & corruptioni. ad cuius manifestationem proponit, q̄ omne corpus augmentabile augetur per appositionē alicuius connaturalis aduenientis: quod quidē, cum prius esset dissimile, factū est simile per resolutionem in propriam materiā, quæ deposita forma priori, formam corporis augmentandi assumpsit: sicut panis resolutus in materiā, accipit formā carnis: & ita per additionem ad carnem existentem, facit augmentū. vnde vbicunque est augmētum, ibi oportet quòd sit generatio & corruptio in aliquid corpori autem cælesti non est dare aliquid ex quo fit generatū, ut ostentum est. ergo non potest esse augmētabile, vel diminuibile. Deinde cum dicit.

b ¶ Ostendit quòd non sit subiectum alterationi. posset tamen videri alicui q̄ breuis via remouendi alterationem à corpore cælesti esset per remotionem contrarietatis. sicut. n. generatio est ex contrariis, ita & alteratio. Sed aduertendum est, quòd Arist. remouit contrarietatem a quinto corpore, remouēdo ab eo contrarietatē motus. alteratio aūt vē fieri non solum ē̄m contrarietatē, cui respondent cōtrarii motus locales, qui sunt grauis & leuis, & eorū quæ assequuntur: sed etiā ē̄m alia contraria, quæ ad hoc non pertinent, puta, ē̄m albū & nigrū, & ideo vtitur alia via, quæ sumitur ex parte augmenti, & dicit, q̄ eiusdē ratio-

Lec. 4. T.c. 8. Lec. 5. T.c. 15.

nis est æstimare, q̄ corpus cęleste non sit alterabile, & quòd non sit augmentabile, seu corruptibile: quia alteratio est motus ē̄m qualitatē, ut dictum est in 5. Phy. Alteratio autē, vt in 7. Phy. ostensum est, proprie fit ē̄m tertia speciē qualitatis, quæ est passio, & passibilis qualitas. Quia. n. habitus & dispositio pertinent

Universidad de Sevilla Biblioteca

ueant ad genus qualitatis, non tamen causantur sine trāsmutatione, quæ sit secundum passiones: sicut sanitas & languor prouenium ex trāsmutatione frigidi & calidi, humidi & sicci: omnia autem corpora naturalia, quæ transmutantur secūdum passionem, vel passibilem qualitatem, per consequens videntur habere augmentum, & decrementum; sicut patet de corporibus animalium & de partibus eorum, & etiam de plantis, in quibus proprie est augmentum. Ita etiā de elementis est, quę quidem secundū trāsmutationem calidi, & frigidi rarefiunt & condensantur, & per consequens transmutantur in maiorem vel minorem quantitatem, quod est quodammodo augmentari, & diminui. Sic igitur patet quòd si corpus quod circulariter mouetur non subiacet augmento, vel decremēto, quòd etiam non subiaceat alterationi. Vltimo autem epilogando, concludit manifestū esse ex dictis, sigs vilit consentire priori bus demonstrationi bus non proterue contradicendo, quòd corpus primum, quod scilicet mouetur motu primo & perfecto, idest, circulari, est sempiternum, quasi non subiacens generationi & corruptioni: neque etiam habet augmentum, neque decrementum, & nō subiacet senectuti, neque alterationi, neque passioni. Posset tamē obiici contra hanc Arist. rationem dupliciter. Primo quidem contra conclusionem. Videtur enim esse falsum, quòd corpus celeste non alteretur. manifeste enim apparet Lunam a Sole illuminari, & per vmbram terræ obscurari. Dicendum est autem, quòd duplex est alteratio. Vna quidem passiua, secundum quam ita aliquid abiicitur, quòd etiam aliquid aliud addituri sicut, cum aliquid alteratur de calido in frigidum, amittit calorem, & recipit frigiditatem: & talem alterationem quæ fit per passiones, intendit hic Philosophus excludere a corpore cæleſti. Est autem altera alteratio perfectiua, quæ fit secūdum quòd aliquid ab alio perficitur absque alterius abiectione, qualem alterationē ponit Philosophus in Secunno de Anima, etiam in potentia sensitiua, & talem alterationem nihil prohibet esse in corporibus cælestibus 2, quorum quædam recipiunt virtutes ab aliis secundum coniunctiones, & varios aspectus absque hoc, quòd aliquod eorum propriam virtutem amittat. Secūdo obiicitur contra processum rationis hic inductæ. Non enim videtur esse verum, quòd quæcunque alterantur, augmentum & decrementū suscipiant augmentū. n. & decrementū fit per additio nē alicuius, quod est. conuersum in substantiā eius qđ augetur, vt dr in Libro de Generatione, & in Secūdo de Anima, & etiā hoc supra dictū est. hic aūt motus augmēti nō est nisi in animalibus, & plantis: nam ea quæ rarefiunt & condensantur, non augentur ex aliquo addito, vt probatur in 4. Physico. Inconuenienter igitur uidetur hic Aristo. attribuere motum augmenti non solum animalibus & plantis & partibus eorum, sed etiam elementis. Dicendum est autem, quòd Aristot. attribuit motum augmenti non solum animalibus & plantis & partibus eorum, sed etiam elementis dicendum est autem quòd Aristo. hic loquitur, de augmento pro quolibet motu quo aliquid proficit in maiorem quantitatem: nondum enim perfecte explicauerat naturam motus augmenti. Est autem fuæ consuetudinis vt ante manifestationem ueritatis, vtatur opinionibus communibus, nec impedit virtutem probationis eius, quòd supra excluſit augmentum a corpore cęlesti per exclusionem additionis corporis in ipsum quod augetur; quia sicut quod augetur per additionem, nō est omnino liberum a generatione & corruptione, ita etiam quod augetur per rarefactionem. Est autem considerandum, quòd signanter in hac ratione mentionem facit de corporibus Physicis: quia in corporibus matematicis potest esse augmentum sine alteratione, puta, cum quadratum crescit appositio gnomone, sed non est alteratum, vt dicitur in Prædicamentis: & e contrario potest aliquid alterari sine hoc quòd augeatur, sicut cum fit triangulus æqualis quadrato. Deinde cum dicit.

Lec. 11. T.c. 57.

T.c. 34. T.c. 84.

c Videt aūt & ratio apparentib' testificari & apparētia rōni. Omnes. n. hoīes de diis habēt existimationē, & oēs eum qui sursum deo locū attribuūt & Barbari, & Græci quicūque quidem putāt deos, palam vt immortali imortale coaptatū impossibile. n. aliter. Si quidē igitur est aliquid diuinū, quēadmodum est: & nunc dicta de prima substantia corporea dicta sunt bene.

d Accidit aūt hoc & per sensum sufficiēter, vt ad humanā dicere fidē. In omni. n. prēteri to tpe sñ traditam inuicē memoriā nihil videtur trāsmutatū neque sñ totum extremum cęlū, neque secundum partem ipsius propriam vllam.

e Videtur autem, & nomē ab

Videtur autē & ratio testis his esse, quæ apparent, & ea, quæ apparent testes esse etiā rationi. Omnes. n. homines de diis existimationē habēt, & uniuersi qui deos esse putant tam Græci quām Barbari ipsum supremū locum diis tribuerūt, propterea quod immortale ad immortale est accommodatum. alio nanque modo est impossibile. Si igitur quippiam est diuinum, quem admodum, & est, ea sane quæ de prima corporū substantia dicta sunt, bene rectēque sunt dicta.

Emergit autem hoc & per sensum respectu fidei humanæ sufficienter. in toto nanque præterito tempore per traditam successione memoriam posteris non mutatum ullo pacto fuisse uidetur, aut in toto ultimo cælo, aut in suarum partium ulla.

Videtur autem, & ipsum nomen

scilicet illud corpus inter cætera corpora magis accedit ad similitudinem spiritualium substantiarum, & diuinarum. Est enim impossibile, quòd aliter Deo habitatio cæli attribuatur: quasi indigeat loco corporali à quo comprehendatur. Si igitur ponendæ sint tales res, immo quòd pro certo ponendæ sunt, consequens est, quia bene sint dicta ea, quæ dicta sunt de prima substantia corporali, scilicet de corpore cælesti, quòd scilicet est ingenitum, & impassibile. Quamuis autem existimant homines templa esse locum Dei: hoc tamen non existimant ex parte ipsius Dei, sed ex parte colentium Deum, quos oportet Deū in aliquo loco colere. vnde templa corruptibilia sunt proportionabilia hominibus corruptibilibus: cælum autem est in corruptibile proportionabile substantiæ diuinæ. Secundum signum ponit ibi.

d ¶ Quod quidem accipitur ab experientia longi temporis. & dicit, quòd id quod probatum est per rationem & per communem opinionem, accidit, idest, consequitur sufficienter non quidem simpliciter, sed sicut potest dici per comparationem ad humanam fidem, & quantum homines possunt testificari de his quæ paruo tempore, & a remotis viderunt. Secundum enim memoriam, quam sibinuicem tradiderunt Astrologi, dispositiones, & motus cęlestium corporum obseruantes, in toto præterito tempore non videtur aliquid transmutatum, neque secundum totum cælum, neque secundum aliquam propriam partem eius, quod quidem non esset, si cælum generabile, & corruptibile esset. Quæcunque enim generantur, & corrumpuntur, paulatim, & successiue ad perfectum statum perueniunt, & ex eo paulatim recedunt: quod quidem non posset tanto tempore latere in cælo, si naturaliter generationi, & corruptioni subiaceret. Nec tamen hoc est necessarium, sed probabile: quanto enim aliquod est diuturnius, tanto maius tempus requiritur ad hoc, quod eius mutatio deprehendatur: sicut transmutatio hominis non deprehēditur in duobus, vel tribus annis, in quibus deprehenditur transmutatio canis, vel alicuius alterius animalis breuiorem uitam habentis. Posset igitur aliquis dicere, quòd & si cælum sit naturaliter corruptibile, est tamen tam diuturnum, quòd totum tempus, cuius memoria potest haberi, non sufficit ad comprehendendam eius transmutationem. Tertium signum ponit ibi.

e ¶ Quod quidem sumitur a nomine impositio ab Antiquis, quod durat vsque ad præsens tempus: per quod datur intelligi, quòd ipsi etiam hoc modo opinantur cælum esse incorruptibile, sicut nos opinamus. Et ne aliquis contra hoc obiiceret, quòd aliqui, circa suum tempus cælum generabile, & corruptibile posuerunt, subiungit, & opiniones verę renouatæ sunt secundum diuersa tempora non semel aut bis, sed infinities suppositis infinitate temporis, destruuntur enim studia veritatis per diuersas mutationes in his inferioribus accidentes: sed quia mentes hominum naturaliter inclinantur ad veritatem cessantibus impedimentis, renouantur studia, & homines tandem perueniunt ad opiniones veras, quæ prius fuerunt. Opiniones autem falsas nō necesse ē renouari: & ideo antiqui opinantes, quòd primum corpus, scilicet cæli esset alterius naturæ præter quatuor elementa, nominauerunt supremum locum mundi æthera, ponentes scilicet ei nomē ab eo, quod semp currit sempiterno tempore. Thein enim in Græco idē est quod currere. sed Anaxagoras male interpretatus est hoc nomen, attribuens ipsum igni, quasi cæleste corpus sit igneū. Ethein enim in Græco, idem est quod ardere, quod est proprium ignis: sed quòd cæleste corpus non sit igneum, patet ex supra dictis.

T.c. 23.

LECTIO VIII.

a Postquàm Philosophꝰ ostendit necesse esse aliquod corpus præter quatuor elementa, hic ostendit, quòd præter ista corpora non requirit integritas vniuersi aliquod aliud corpus. & primo ostendit propositum; secūdo probat quod dam quod supposuerat, ibi § Quod autē non est circulationi &c. } Dicit ergo primo, quòd ex prædictis, quibus probatū est esse quintum corpus præter grauia & leuia, potest etiā manifestari quòd impossibile est esse maiorem numerum simplicium corporum, quia sicut supra dictum est, necesse est quòd cuiuslibet simplicis corporis sit aliquis motus simplex, sed non est alius motus simplex præter prædictos; quorum vnus est circularis, & alius est rectus, qui in duas partes diuiditur. Nam motuum rectorum vnus quidem est a medio, qui dicitur motus sursum: alius autem est ad medium, qui dicitur motus deorsum. horum autem motuum ille, qui est ad medium, est corporis grauis, scilicet terræ & aquæ: ille autem qui est a medio, est corporis leuis, scilicet ignis & aeris. ille autem qui est circularis, est primi & supremi corporis. Vnde relinquitur, quòd præter prædicta corpora simplicia non est aliquod corpus simplex, & ita integritas vniuersi ex istis quinq; corporibus cōsistit. Deinde eū dicit:

b ¶ Probat quoddam, quod supposuerat, scilicet quòd motui circulari non sit aliquis motus contrarius, & hoc quidem supposuerat in demonstratione, qua probauit corpus cæli non esse subiectum generationi & corruptioni. sed ideo hoc statim non probauit, sed distulit probationem vsque huc: quia

T.c. 24.

b Quòd autem nō est circulatiōi cōtraria alia latio, ex multis vtique quis accipiet fidem.

T.c. 25.

c Primum quidem, quia circulari rectū opponi maxime ponimus. Concauum enim & gibbosum non solum adinuicem opponi videntur, sed & recto combinata, & iuxta se posita. Itaque siquidem contraria aliqua est latio, eam in recto maxime necessarium

hoc etiam ualet ad ostendendum, quòd non sit maior numerus simplicium corporum. Si enim motui circulari esset aliquis motus contrarius, posset dici, quòd sicut est duplex corpus quod mouetur motu recto propter contrarietatem huius motus, ita etiam est duplex corpus, quod mouetur motu circulari. hoc autem non continger, si constet quod corpori circulari non sit aliquis motus circularis cōtrarius. Circa hoc ergo primo proponit quod intendit & dicit quòd per multas rationes pōt aliquis accipere fidem, quòd motui circulari non sit aliquis motus localis cōtrarius. Secunda ibi.

usque ad hoc tempus ab antiquis hæc opinatis, quæ & nos dicimus successione traditum esse. Non enim semel neque bis, sed infinities easdem opiniones ad nos accedere putare oportet. Quapropter, quia primum corpus diuersum quoddam est a terra, igne, aere, atque aqua, ætherem superum locum appellauerunt a semper currendo perpetuo tempore posita appellatione. Anaxagoras uero hoc nomine abutitur non recte: pro igne enim ætherem dicit.

LECTIO. VIII.

a Manifestum autē ex dictis, quia & numerū impossibile est esse maiorem dictorum corporum simplicium. Simplicis quidem enim corporis necesse motum simplicē esse. Solos autem hos esse dicimus simplices, eum qui circum, & eum qui in rectum: & huiusmodi duas partes. Hunc quidē a medio, hunc autem ad medium.

b Quòd autem nō est circulatiōi cōtraria alia latio, ex multis vtique quis accipiet fidem.

c Primum quidem, quia circulari rectū opponi maxime ponimus. Concauum enim & gibbosum non solum adinuicem opponi videntur, sed & recto combinata, & iuxta se posita. Itaque siquidem contraria aliqua est latio, eam in recto maxime necessarium

LECTIO. VIII.

Patet autem ex dictis, & cur impossibile est numero plura esse ea, quæ simplicia corpora dicuntur. Simplicis enim corporis motum simplicem esse necesse est. Solus autem motus hosce simplices dicimus esse, circularem, & rectum: & huius duas partes, unam qua a medio, alteram qua ad medium pergitur.

Non esse autem aliam lationem conuersioni contrariam, ex compluribus quispiam sumere fidem potest.

Primo quidem ex eo, quia circumflexæ lineæ rectam opponi maxime ponimus. Concauum enim, & curuum non solum inter sese opposita esse uidentur, sed etiam rectæ coniuncta simulque sumpta. Quare si qua est contraria latio, eum motum maxime, qui sit super linea recta, conuersioni contrarium esse necesse est.

Deinde siquis existimat &c. } Tertio, quòd non sit cōtrarietas in toto motu circulari, vnius scilicet motus circularis ad alium, ibi { At vero neque quæ aliam &c. Dicit ergo primo, quòd motui maxime circulari vidētur opponi rectū. Linea. n. recta nullā habet fractionem: figura autem angularis habet quandam fractionem, non per totum, sed in angulis. Sed figura circularis videtur per totum habere fractionem, ac si totum esset angulus, & secundum hoc rectum & circulare videntur esse contraria quasi maxime distantia. Et quia posset aliquis dicere, quòd circulari nō opponitur rectum, sed concauo opponitur conuexum, siue gibbosum, ad hanc obiectionem excludendam subiungit, quod concauum & gibbosum, idest, conuexum, non solum uidentur habere oppositionem ad inuicem, sed etiam ad rectum. Ad seinuicem autem videntur habere oppositionem, sicut conbinata, & iuxta se posita, idest, secūdum relationem. Nam concauum dicitur respectu eorum quæ intra sunt: gibbosum vero respectu eorum, quæ extra sunt: & sic omni modo rectum contrariatur circulari, siue accipiatur sub ratione concaui, siue sub ratione conuexi. Et quia contrarietas motuum videtur esse secundum contrarietatem eorum in quibus est motus, videtur esse consequens, quòd si aliquis motus sit contrarius motui circulari, maxime quòd sit ei contrarius motus rectus, qui scilicet

D. 335.

licet est super lineam rectam, sed motus recti contrariantur ad inuicem propter loca contraria: motus enim qui est sursum, cõtrariatur ei qui deorsum est, quia deorsum & sursum important differentiam, & contrarietatem loci, & sic vni motui recto contrariatur alius motus rectus, & circularis. hoc autem est impossibile: quia uni vnum est contrariũ. ergo impossibile est, quòd motui circulari sic aliquis motus cõtrarius. Potest autem aliquis obiicere contra hoc quod dicitur, quòd circulari maxime contrariatur rectum. Dictũ est enim in Prædicamẽtis, quòd figuræ nihil est contrarium, rectum autem, & circulare sunt differentiæ figurarum. Potest autem dici, quòd Philosophus hic ex hypothesi loquitur, & nõ simpliciter. Si enim esset aliquid contrarium circulari, maxime contrariaretur sibi rectum, ratione supra dicta. Potest etiã dici, q͡d, in quolibet genere inuenitur cõtrarietas differentia, rum, ut patet. 10. Metaphysicorum, licet non sit in omni genere contrarietas specierum. Etsi enim rationale, & irrationale sint contrariæ differentiæ, non tamen homo, & asinus sunt contrariæ species. sic igitur ponitur contrarietas inter rectum, & circulare, non sicut inter species, sed sicut inter differentias eiusdem generis. Huiusmodi autem contrarietas posset attendi in motibus secundum differentiam recti, & circularis, quæ non est contrarietas corruptiua, qualem intendit hic Philosophus excludere a corpore cœlesti, sicut est contrarietas calidi, & frigidi: contrarietatem autẽ secundum differentias aliquorum generum nihil prohibet in corpore cœlesti esse, puta, secundum quòd par, & impar, vel aliquid huiusmodi. Obiicit autem Ioannes Grammaticus contra id, quòd Philosophus videtur ponere concauum, & gibbosum opponi secundum relationem, quia relatiua videntur simul esse: concauum autem, & gibbosum non sunt simul ex necessitate. potest enim esse aliquod corpus sphæricum exterius conuexum absque hoc, quòd sit interius concauum. sed in hoc deceptus fuit: quia Philosophus loquitur de concauo, & conuexo secundum quod inueniuntur in linea circulari, non autem secundum quod inueniuntur in corpore sphærico, in quo vnum potest esse sine altero, non sût in linea. Deinde cũ dicit.

T.c.27.


T.c.28.

Tex.cõ.13.

contrariam esse ad eum, qui in circuitu motum. Quę autem in recto, adinuicem opponuntur propter loca. Quod enim sursum, ei quod deorsum, & loci est differentia, & contrarietas.

d Deinde siquis existimat eandem rationem esse, quam & in recto circulari: eam enim, quæ ab A ad B, lationem contrariam ei quæ à B ad A eam quę in recto dicit. Hæ enim finitæ sunt. Circulares autem infinitæ vtiq; erũt circa eadẽ signa.

e Similiter autem & quę in semicirculo vno, puta à G ad D, & à D, ad G, Eadem enim est quę in diametro est. Semper enim vnumquodque distare secundum rectum ponimus.




d ¶ Ostendit non esse contrarietatem in partibus motus circularis, & primo excludit cõtrarietatem a partibus huius motus. Secundò ostendit quòd contrarietas partium non sufficit ad cõtrarietatem totius, ibi{ Si autẽ & istæ contrariæ &c. } Circa primum tria facit. Primo ostẽdit, quòd non est contrarietas in partibus motus circularis, quæ accipiuntur secũdum diuersas portiones circuli, quæ designantur inter duo puncta. Secundo ostẽdit, quòd non est contrarietas in partibus motus circularis, quæ accipiuntur secundum eundem semicirculum, ibi{ Similiter autem & quæ in semicirculo &c. } Tertio ostendit, quòd non est contrarietas in partibus motus circularis quæ accipiuntur secũdum duos semicirculos, ibi{ Similiter autem & vtique &c. } Dicit ergo primo, quòd posset aliquis existimare, quòd eadem sit ratio contrarietatis in motu qui est per lineã circularem, & in motu qui est per lineam rectam. Si enim designetur una linea recta inter duo puncta quæ sunt A & B, manifestum, quòd motus localis qui fiet super lineam rectam ab A in B, contrarius erit motui locali qui fiet econuerso a B in A. sed non est similis ratio. si describatur vna linea circularis super duo pũcta, quæ sint A & B: quia inter duo puncta nõ põt esse nisi vna linea recta, sed inter duo puncta possunt describi infinitę lineæ curuæ, quę sunt diuersę portiones circulorũ. Sequeretur igitur, si motui qui est ab A in B per circularem lineã, esset contrarius motus qui est a B in A secũdum lineam circularem, quòd infiniti motus essent contrarii vni. Est autem attendendum, quòd loco huius quod debuit dicere, quòd linea recta est vna inter duo pũcta, dixit, quòd lineæ rectæ sũt finitæ: quia si accipimus in diuersis locis duo puncta, erunt inter ea lineæ rectæ finitæ: sed inter quælibet duo puncta poterunt describi lineæ curuę infinitę. Obiicit autem cõtra hanc rationẽ Ioãnes grammaticus: quia non videtur quòd vni motui sint infiniti motus contrarij, sed inueniri infinitis: quia secundum vnamquamque portionem circuli, qui describuntur super duo puncta, erũt duo motus sibi inuicem contrarii. Item videtur, quòd sic idem inconueniens quod sequitur ex contrarietate motuum rectorum. Manifestum est enim, quòd sicut inter duo puncta possunt describi infinitæ lineæ curuæ, ita à centro mundi ad circumferentiam possunt describi infinitę lineæ rectæ. Sed dicendum est ad primum, quòd si contrarietas sit motuum, qui fiunt per lineas curuas secundum contrarietatem terminorum, sicut accidit in motibus rectis, sequitur ex hac suppositione, quòd quilibet motus, qui fit à B, in, A per quamcunque linearum curuarum, sit contrarius motui quia est ab A, in B. & sic sequetur, quòd non solum vni motui sint infiniti motus contrarii, sed quòd cuilibet infinitorum motuum ex vna parte incipientium, contrarientur infiniti motus, qui incipiunt ex parte contraria. Ad secundũ dicendũ, q͡ infinitæ lineæ rectæ, quæ sunt a centro ad circumferentiam sunt æquales, & ideo designant eandẽ distantiã inter contrarios terminos, & ideo in oibus est eadẽ ratio contrarietatis, quę importat maximã distantiã, sed omnes lineæ curuæ infinitę, quæ describunt super eadẽ puncta, sunt inæquales. vnde non est in eis eadẽ ratio cõtrarietatis, quia non est vna & eadẽ distantia accepta s̃m quantitatẽ lineæ curuæ. Deinde cũ dicit.

At hi qui super linea recta fiunt, inter sese oppositi sunt ob loca: supra enim & infra differentia loci atque contrarietas est.

Deinde si quispiam eandem etiam rationem & in recta linea & in circunflexa: lationem enim ab A, ad B, ei contrariam esse dicit, qua à B ad A pergitur: is eam lationem dicit, quæ super linea recta fit: hæc enim finita est: circunflexæ autem circa eadem puncta infinitæ esse possunt.

Similiter & in semicirculo uno, ueluti a C, ad D, & a D, ad C: est enim illa quæ super diametro fit. Semper enim vnumquodque per lineam rectam distare ponimus.



e ¶ Ostendit quòd non sit contrarietas in motu circulari secũdum vnum & eundem semicirculum. Posset enim aliquis dicere, quòd motui qui est super vnam lineam curuam ab A in B nõ contrariatur quilibet motus, qui est a B, in A per quamcunque lineam curuam, sed per vnam & eandem, puta, per vnum semicirculum. Si autem semicirculus G D & sicita, quòd motus, qui est per semicirculum a G ad D, contrarietur motui qui est super eundem semicirculum a D, ad G: sed contra hoc procedit Aristoteles ex hoc, quòd eadem distantia reputatur quæ est a G in D per semicirculum, illi distãtiæ, quæ accipitur per diametrum, non quòd semiciculus sit æqualis diametro, sed quia omnem distantiam mensuramus per lineam rectam. Cuius ratio est: quia omnis mensura debet esse certa, & determinata, & minima. Inter duo autem puncta mensura lineæ rectæ est certa & determinata: quia non potest esse nisi una: & est minima omnium linearũ quæ sunt inter duo Puncta. lineæ uero curuę inter

inter duo puncta describi possunt infinitæ, quæ omnes sunt maiores linea recta inter eadem puncta descripta. Vnde distantia quæ est inter duo puncta, mensuratur per lineam rectam & non per lineam curuam semicirculi, seu cuiuslibet alterius portionis circuli aut maioris, aut minoris portionis circuli. Cum igitur de contrarietatis ratione sit quòd habet maximam distantiam, ut dicitur in 10. Metaphysicorum, cum distantia quæ est inter duo puncta non mensuretur secundum lineam curuam, sed secundum rectam: consequens est, quòd contrarietas terminorum non faciat contrarietatem in motibus qui sunt super semicirculum, sed solum in motibus qui sunt super diametrum. Obiicit autem contra hoc Ioannes Grammaticus, quia non solum Geometræ & Astrologi accipiunt quantitatem lineæ curuæ p lineam rectam, sed etiã econuerso. probat enim quantitatem chordæ per arcum, & quantitatem arcus per chordam, sed in hoc deficit ab intellectu Aristo. Non enim hoc intendit Aristot. quòd linea curua mensuretur per rectam, sed quòd distantia quæ est inter quælibet duo puncta, mensuretur per lineam rectam ratione iam dicta. Obiicit etiam quòd maxima distantia est in cęlo, quæ est inter duo puncta opposita, puta inter principiũ Arietis, & principium Libræ, & tunc si cõtrarietas est maxima distantia, potest secundum hanc distantiam attendi contrarietas in motu circulari. Sed dicendum est, quòd illa distantia maxime attenditur secundũ quantitatem diametri, & non secundum quantitatem semicirculi, aliquin plus distaret principium Arietis a principio Sagittarii, quod cspicit trino aspectu, quàm a principio Libræ, quod respicit aspectu rectæ oppositionis. Deinde cum dicit.

T.c.6. T.c.13.


Ar.c.6.29.

T.c.30.

f Similiter autem & vtique, si quis circulũ faciens, eam quæ in altero semicirculo lationem contrariam ponat ei, quę in altero, puta, in toto circulo eam quæ ab E ad Z, eius qui I semicirculi, & quæ à Z ad E I T semicirculo.

g Si autem & istæ contrarię: sed nunquàm & quæ in toto circulo inuicem propter hoc contrarię.


h At verò neque quæ ab A ad B circulatio, contraria ei quæ ab A ad G. Ex eodem enim in idem motus. Contraria autem determinata est latio ex contrario in contrarium esse.



f ¶ Ostendit non esse contrarietatem in motu circulari secundum duos semicirculos: & dicit, quòd similis est ratio, si quis describens circulum totum ponat motum qui est in uno semicirculo, contrarium ei qui est in alio semicirculo. Sit enim circulus, cuius diameter sit E Z, diuidens ipsum in duos semicirculos, in vno quorum describatur I, in alio T. posset ergo aliquis dicere quòd motui qui est ab E ad Z, per semicirculum I, contrariatur motus qui est a Z ad E, per semicirculum T: sed hoc improbatur eadem ratione qua & primum: quia scilicet distantia quæ est inter E T Z, non mensuratur semicirculo, sed diametro E Z. Adhuc alia ratio est: quia vnus motus continuus est, qui incipiens ab E, venit in Z per semicirculum. & iterum per semicirculum T, redit a Z in E: duo autem motus contrarii non possunt sibiinuicem continuari, vt patet in 8. Phyficorum. Deinde cum dicit.

Ar.c.16. T.c.62.

g ¶ Ostendit quòd etiam si istæ partes motuum circularium essent contrariæ, non tamen propter hoc sequeretur quòd contrarietas esset in motibus circularibus secundum totum. Non enim sequitur ad contrarietatem partium contrarietas totius. Et sic patet, quòd id quod iam ostendit Philosophus de contrarietate partium motus circularis, ex abundanti prosecutus est, vt totaliter a motu circulari contrarietatem excluderet. Deinde cum dicit.



Similiter res sese habet, & si quispiam circulo facto lationem eã quæ super altero fit semicirculo, ei contrariam posuerit lationi, quæ super altero fit ueluti toto in circulo eam qua ab E ad F, itur super G semicirculum, ei qua ab F, ad E pergitur in semicirculo H.

Quòd si & hæ sunt contrariæ, at non hæ sunt ob hoc inter se contrariæ lationes, quæ super toto circulo fiunt.

At uero neque ea latio circularis, qua B ad A petitur, ei contraria est, qua ab A ad C proficiscitur. Ad idem enim hæc ex eodem est motio: contraria uero latio contrarijs est locis definita: à contrario enim ad contrarium itur.

h ¶ Ostendit quòd toti motui circulari non est alius totus motus circularis cõtrarius, & hoc duabus rationibus, quarum prima sumitur ex consideratione ipsius motus circularis in communi. Sit ergo vnus circulus, super quem in tribus punctis describantur A & B & G, super hunc autem circulum intelligantur duo motus circulares, quorum vnus incipiat ab A, & per B vadat in G, & sic reuertatur ad A: alius autem motus econuerso incipiens ab A primo uadat ad G, & sic transiens per B reuertatur ad A: dicit ergo illos duos motus non esse cõtrarios. vterque enim horum motuum ab eodem incipit, scilicet ab A, & in idẽ terminatur, scilicet in ipsum A. & sic patet quòd isti duo motus non incipiunt a contrario, neque terminantur ad contrarium: contrarius autem motus localis est, qui est a contrario in contrarium. patet ergo prædictos motus circulares non esse contrarios. Obiicit autem contra hoc iterum Ioannes grammaticus. primo quidem, quia in diuersis videtur esse diuersa ratio contrarietatis. Moueri enim a contrario in contrarium determinat contrarietatem in motibus rectis: vnde non oportet, si talis contrarietas non est in motibus circularibus, quòd propter hoc nulla contrarietas in eis esse possit. Item, sicut est de ratione motus contrarii in motibus rectis, quòd sit de contrario in contrarium: ita est de ratione motus, quòd sit de vno in aliud. Per hoc autem quòd motus circularis est ab eodem in idem, non solum excluditur a motibus circularibus quòd nõ sint contrarii, sed etiam quòd penitus non sint motus. Dicendum est autem ad primũ, quòd esse a contrario in contrarium, non est ratio cõtrarietatis propriain motibus localibus, qui sunt secundum lineam rectam: sed est communis ratio contrarietatis in omnibus motibus, vt patet in 5. Phy. Et huius ratio est: quia contrarietas est differentia secundum formam, vt ostenditur in 10. Meta. motus autem habet formam seu speciem ex suo termino, & ideo in nullo motu potest esse contrarietas absque contrarietate terminorum. Ad secundum dicendum, quòd motus circularis, quia est primus motuũ, minimum habet de diuersitate, & plurimum de uniformitate. & hoc quidem apparet proportionabiliter in mobili & in motu. in mobili quidem, quia non mutat suum ubi secundum totum subiecto, sed solum ratione. pars vero quælibet mutat suũ ubi etiam, subiecto ut ostensum est in 6. Phyficorũ. Et similiter etiam pars motus circularis est de vno in aliud subiecto differens: Totus autem motus circularis est quidem de eodem in idem secundum subiectum, sed est de uno in aliud differens

Ar.c.5. T.c.48. Ar.c.8. T.c.13. Ar.c.11. T.c.85.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sola ratione. Si enim accipiatur circulatio vna, quæ ab A redit in A ipsum, A quod est terminus a quo, & in quem, est idem subiecto, sed differens ratione, inquantum accipitur, ut principiū & finis: & ideo, quia motus circularis plurimum habet de vnitate, est natura eius longinqua a contrarietate, quæ est maxima distantia. Et ideo talis

T.c.31. motus competit primis corporibus, quæ sunt propinquissima substantiis simplicibus, quæ penitus cōtrarietate carent. Secundam rationem ponit ibi.

i ¶ Et hæc quidem ratio sumitur per applicationem circularis motus ad corpora naturalia, quæ quidem ratio talis est. Si vnus motus circularis esset contrarius aliis, oporteret quòd

T.c.32. alter eorum esset frustra: sed nihil est frustra in natura: ergo non sunt duo mot⁹ circulares contrarii. Conditionalem autem probat sic. Si essent duo motus circulares contrarii, oporteret quòd corpora, quæ mouerentur illis duob⁹ motibus, transirent per eadē signa in circulo signata, & hoc ostendit: quia contrarietas motus localis exigit contrarietatem locorum, quæ attingit utrunque mobilium. si ergo essent motus circulares contrarii, oporteret quòd loca designarentur contraria in circulo. In recta quidem linea designantur sola duo loca contraria, quæ scilicet maxime distant: alia vero loca signata per lineam rectam, quæ sunt infra duo loca extrema, cū non maxime distent, non habent contrarietatem adinuicem: sed in circulo cuiuslibet puncti, est accipere maximam distantiam ad aliquod aliud punctum circuli, quia a quolibet puncto signato in circulo contingit ducere aliquam diametrum, quæ est maxima linearum rectarum cadentium in circulo. dictum est autem, quòd omnis distantia mensuratur secundum lineam rectam: quia igitur ea quæ mouentur contrariis motibus, necesse est attingere cōtraria loca: necesse est, si motus circulares sint contrarii, quòd utrunque corpus circulariter motum, a quouis puncto circuli moueri incipiat, perueniat ad omnia loca circuli, quæ omnia sunt contraria. Nec est inconueniens, si in circulo deseribantur loca contraria secundum omnem partem, quia contrarietates loci accipiuntur non solum secundum sursum, & deorsum, sed etiam secundum ante, & retro, & dextrum, & sinistrum. dictum est autem, quòd contrarietates motus localis accipiuntur secundum contrarietates locorum. Et sic, si motus circulares sunt contrarii, necesse est accipi contrarietates in circulo secundum prædicta. Ex his autem sequitur quòd alterum motuum, vel corporū esset frustra: quia si æquales essent magnitudines motæ, ideſt, æqualis virtutis, neutra ipsarum moueretur, quia vna totaliter impediret alteram, cum oporteret utranque transire per eadem loca. si vero alter motus dominaretur propter præeminentiam virtutis in altero mobilium, vel mouentium, consequens est, quòd alter motus esse non posset, quia totaliter impediretur per motum fortiorem. Itaque, si ambo corpora essent, quæ essent nata moueri contrariis motibus circularibus, frustra esset alterum illorum corporum, quod nō posset moueri illo motu, qui impediretur per fortiorem. Vnumquodque enim dicimus esse frustra, quod non potest habere suum vsum: sicut dicimus calciamentum esse frustra, quo non potest aliquis calciari: & similiter corpus erit frustra, quod non poterit moueri proprio motu: & etiam motus erit frustra, quo nihil potest mouere. Sic ergo patet, quòd si sint duo motus circulares contrarii, necesse est aliquid esse frustra in natura, sed quòd hoc sit impossibile, probat sic. Omne quod est in natura, uel est a Deo, sicut primæ res naturales, uel est a natura, sicut a secunda causa, puta inferiores effectus, sed Deus nihil facit frustra, quia, cum sit agens per intellectionem, agit propter finem. Similiter etiam natura nihil facit frustra, quia agit sicut mota a Deo, ve-

i Si autem & esset quæ circum ei quæ circum, contraria, frustra utique esset altera. Ad idem enim fit profectio per utrasque, quia necesse est quod circunfertur undecunque incipiens in omnia similiter aduenire contraria loca. Sunt autē loci contrarietates sursum & deorsum: ante & retro: & dextrum & sinistrum. Lationis autem contrarietates secundum locorum cōtradictiones sunt. Siquidem enim æquales essent, non utique esset motus ipsarū. Si autem alter motus dominaretur: alter utique non esset. Itaque, si ambo essent, frustra utique esset alterum corpus non motum eodem motu. Frustra enim calciamentum hoc dicimus, cuius non est calciatio. Deus autem & natura nihil frustra faciunt.

lut a primo mouente, sicut sagitta non mouetur frustra inquantum emittitur a sagittante ad aliquod certum. Relinquitur ergo, quòd nihil in natura sit frustra. Est autem attendendum, quòd Aristoteles hic ponit Deum esse factorem cęlestium corporum, & non solum causam per modum finis, ut quidam dixerunt. Obiicit autem contra hanc rationem Ioannes grāmaticus, quia pari ratione posset aliquis concludere, quòd in motibus rectis non sit contrarietas: quia contraria mobilia impediunt seinuicē. Sed dicendum quòd alia ratio est in motibus rectis, & circularibus, propter duo. Primo quidem, quia duo corpora mouentur contrariis motibus rectis, absque eo quòd seinuicem impediant, eo quòd nō attenditur contrarietas in motibus rectis nisi secundum extrema linearum rectarum, puta secundum centrum mundi, & circunferētiam eius. A centro autem ad circunferentiam possunt infinitæ lineæ duci, ita quòd id quod mouetur per vnam earum sursum, non impedit id quod mouetur deorsum per aliam: sed in motu circulari eadem ratio contrarietatis est in omnibus partibus circuli, & ideo oportebit, quòd per eadem loca circuli vtrunque transeat: & sic ex necessitate oportet quòd motus circularis cōtrarii seinuicem impediant. Secundo est diuersa ratio vtrobique, quia corpus, quod mouetur naturaliter motu recto sicut naturaliter est aptum corrumpi, ita naturaliter est aptum impediri. vnde si impediatur, non est hoc frustra, sicut nec quòd corrumpatur. Sed corpus circulariter motum, est naturaliter incorruptibile: vnde non est natum impediri. vnde si in natura esset aliquod impeditiuum ipsius, esset frustra. Item potest obiici de motu planetarum, qui mouentur propriis motibus ab occidente in orientem: quod videtur esse in contrarium motus firmamenti, quod mouetur motu diurno ab oriente in occidentem. Sed dicendum est, quòd tales motus habent quidem aliquam diuersitatem adinuicem, quæ designat aliquo modo diuersam naturam mobilium: non tamen est aliqua contrarietas, propter tria. Primo quidem, quia huiusmodi diuersitas non est secundum contrarios terminos, sed secundum contrarias vias perueniendi ad eundem terminum: puta, quia firmamentum a puncto orientis mouetur ad punctum occidentis per hemisphęrium superius, & redit ad punctum orientis per hemisphærium inferius: planęta autem mouetur a puncto occidentis ad orientem per aliud hemisphærium. Moueri autem diuersis viis ad eundem finem, non facit contrarietatem actionum, vel motuum, sed pertinet ad diuersum ordinem motuum, uel mobilium: quia quod nobiliori uia pertingit ad terminum est nobilius: sicut melior est Medicus qui efficaciori uia sanitatem inducit. Et inde est, quòd motus primus firmamenti est nobilior secundo motu, qui est planetarum, sicut, & supremus orbis est nobilior: vnde & orbes planetarum mouentur motu primi orbis absque hoc, quòd impediantur a suis propriis motibus. Secunda ratio est, quia quamuis vterque motus sit super idem centrum, est tamen uterque motus super alios & alios polos. vnde non sunt cōtrarii. Tertia ratio est, quia non sunt in eodem circulo: sed motus planętarum sunt in inferioribus circulis. oportet autem contrarietatem attendi circa eandem distantiam, sicut patet in motibus rectis, quorum contrarietas consistit in distantia centri, & circunferentiæ.

Quod, si circularis motio circulari esset contraria, frustra altera esset. Ad idem enim fit profectio per utrasque: præterea id quod uersatur à quocunque signo incœperit, ad omnia similiter accedere contraria loca necesse est: sunt autem loci contrarietates supra & infra, ante, & retro, dextrum & sinistrum: lationis uero contrarietates per locorum sunt contrarietates. Si igitur æqualia essent, motus ipsorum non esset. Si alterum superaret, alter profectio non esset. Quare, si utraque essent, frustra sanè corpus alterum esset, suum non subiens motum. frustra enim calceum, eum dicimus esse, cuius usus opus non est. At Deus & natura nihil prorsus faciunt frustra.

LECTIO

LECTIO IX.

T.c.65. a POstquàm Philosophus ostendit perfectionē vniuersi, & ex quibus partibus eius perfectio integretur, hic incipit

T.c.33. inquirere de infinite ipsius, quia ut dē in 3. Phy. quidam rationē perfecti attribuerunt infinito. Potest autē aliquid a dici infinitum tripliciter. Vno modo secundum magnitudinem: alio modo secundum numerum: tertio modo secundum durationē. Primo igitur inquirit, vtrum universum sit infinitum secundum magnitudinē. Secundo vtrum sit infinitum secūdum multitudinem, vtrū scilicet sit vnus mundus tantum, vel infiniti, seu plures, ibi ¶ Quia autem neque plures &c. ¶ Tertio vtrum sit infinitum durationē, quasi semper existens, ibi ¶ His autem determinatis, &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit proœmialiter de quo est intentio secundo exequitur propositum, ibi ¶ Quod quidem igitur necesse &c. ¶ Circa primum tria facit. Primo ostendit de quo est intentio: secundo assignat rationem suæ intentionis, ibi ¶ Sic enim, aut nullo mō, &c. ¶ Tertio determinat modū agendi, ibi ¶ Necesse autē itaq; &c. ¶ Dicit ergo primo, q quia manifestum est ex prædictis, quòd motui circulari non est aliquis motus cōtrar⁹, & de aliis quæ dicta sunt, oportet nunc intendere ad ea, quæ residua sunt, & primo inquirendum est, vtrum sit aliquod corpus infinitum in actu secundum magnitudinem, sicut primi antiquorum Philosophorum putauerunt, omnes, scilicet qui posuerunt vnum principium naturale, puta ignem, aut aerem, aut aquam, aut aliquod medium horum: vel potius hoc est impossibile, quòd sit aliquod corpus infinitum in actu, sicut probatum est in 3. Physicorum: supponendo tamen, quòd non sit aliquod corpus præter quatuor elementa secundum opinionem aliorum: sed quia iam probauit, quòd est aliquod corpus præter quatuor elemenT.c.24. ta, repetit hanc considerationem, vt vniuersalior sit inquisitio veritatis. Deinde cum dicit.

b ¶ Assignat rationem suæ intentionis ex diuersitate, quæ accidit propter prædictam positionem, & primo proponit hanc diuersitatem consequentem: & dicit, quòd non modicum differt in comparatione ad speculationem veritatis in Naturali Philosophia, vtrum hoc, aut illo modo se habeat, scilicet quòd sit aliquod corpus infinitum secundum magnitudinem, vel non: sed magis inducit differentiam circa totum, ideſt, circa totum vniuersum, & circa omnem considerationem;

LECTIO. IX.

SEd quoniam manifestum de his, & de reliquis intendendū est. Et primo, vtrum est corpus infinitum, quemadmodum pluri a mi antiquorum Philosophorū putauerunt: aut hoc vnum est aliquod impossibile.

b Sic enim aut illo modo habere se non aliquid modicum, sed totum differre facit, & omne ad eam, quæ de veritate speculationem. Ferè enim hoc omnium principium contradictionum enunciantibus, aliquid de tota natura, & fuit, & erit vtique.

c Si quidem qui modicum transgressus fuerit a veritate fit longe plus decies millies: puta siquis minimam aliquam dicat esse magnitudinem. sic enim minimum introducens maxima vtique amouebit mathematicorum. Huius autem causa: quia principium virtute maius, quàm magnitudine. Quapropter quod in principio modicum, in fine sit multū magnum: infinitum autē principii habet virtutem, & quanti maximam. Itaque nihil inconueniens, neque irrationabile mirabilem esse differentiam, ex eo quòd sumitur, quòd est aliquod corpus infinitum: propter quod de ipso dicendum a principio resumentibus.

LECTIO IX.

VErum ubi hæc satis emersorunt, de reliquis considerandum oportet atque primo considerandum est, utrum sit corpus quippiam infinitū, ut complures antiquorum putarunt, an idipsum unum quid sit, eorum quæ fieri nequeunt.

Hoc enim an illo modo res sese habeat, non parum sed totum ad ueritatis contemplationem utique refert. Etenim hoc fere contrarietatum omnium hisce, quæ de natura tota aliquid dixerunt, principium, & fuit, & fieri sane potest.

Siquidem & paruus exitus a ueritate sit hisce qui exorbuarunt, si longe progrediantur, decies millies maior: ueluti si quispiam magnitudinem aliquam minimam dixerit esse. Hic enim minima magnitudine introducta, maximas rerum mathematicarum utique dimouebit. Atque huius causa est, principium maius, quàm magnitudinem esse. Idcirco quod in principio paruum est, id in fine ualde magnum emerget. Infinitum autem, & principium, & quantitatis maximam habet, quare non est absurdum neque egredutur rationem admirabilem, differentiam esse ex infimiti positione, si quispiam sumpserit infinitum corpus in ratione rerum quippiam esse. Quamobrem a principio repetentes, de ipso dicamus oportet.

A nem naturalem. Hoc enim quod dictum est, fere fuit in præterito, & erit in futuro principium omnium contradictionum inter eos, qui aliquid enunciauerunt de tota natura rerum. Illi enim qui posuerunt vnum infinitum principium, posuerunt alia fieri quasi per separationem ab illo principio: & sic propter infinitatem illius principii dixerunt generationem rerum non deficere: sicut si aliquis diceret, quòd ex infinita massa possent fieri panes in infinitum. Illi vero qui posuerunt principia finita, dixerunt res fieri in infinitum per reciprocam congregationem, & separationem elementorum. Deinde cum dicit.

c ¶ Assignat causam quæ tanta diuersitas ex hoc sequatur, quia scilicet modicum transgrediatur a ueritate circa principium procedens in processu, fit magis longe a veritate decies millies: & hoc ideo, quia omnia subsequentia dependent ex suis principiis. & hoc maxime apparet in erroreviarum, quia qui parum ēgatur a recta uia, post modum procedens fit multum longe. Et ponit exemplum de eo quod dictum est in his, qui posuerunt aliquam minimam magnitudinem, sicut Democritus posuit corpora indiuisibilia. sic autem introducens aliquod minimum in quantitate, destruit maximas propositiones Mathematicorum, puta, quòd lineam datam contingit secari in duo media: & huius causa est, quia principium, & si sit modicum magnitudine, seu quantitate, est tamen magnum virtute, sicut ex modico semine producitur magna arbor. Et inde est, quòd illud quod est modicum in principio, in fine multiplicatur, quia pertingit ad totum id, ad quod se extendit virtus principii: siue hoc sit verum, siue falsum. infinitum autem habet rationem principii. Omnes enim quicunque sunt locuti de infinito posuerunt infinitum esse principium, vt dictum est in 3. Physicorum, & cum hoc habet maximam virtutem quo ad quantitatem: quia excedit omnem quantitatem datam. si igitur principium, quod est minimum quantitate facit magnam differentiam in sequentibus, multo magis infinitum, quod non solum excedit in virtute principii, sed etiam in quantitate: & ideo neque inconueniens, neque irrationabile est, si mirabilis differentia sequatur in scientia naturali, ex eo quòd sumitur aliquod corpus esse infinitum: & ideo de hoc dicendum est, resumendo considerationem nostram a principio, quod supra accepimus de differentia simplicium corporum, & compositorum. Deinde cum dicit. Lec.5. T.c6.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

d ¶ Ostendit quo ordine agendum sit, & dicit quòd necesse est omne corpus, aut de numero simpliciū, aut de numero compositorum corporum esse. vnde oportet etiam quòd corpus infinitum aut sit simplex, aut compositum. iterum manifestum est, quòd si corpora simplicia essent finita multitudine, & magnitudine, necesse est quòd compositum sit finitum & multitudine, & magnitudine. Tantam enim quantitatem habet corpus compositum, quanta est quantitas corporum simpliciū, ex quibus compositum est. ostensum est autē supra, quòd corpora simplicia sunt finita multitudine: quia non est aliquod corpus præter prædicta. Restat igitur videre, utrū contingat aliquod simpliciū infinitū esse magnitudine, aut hoc impossibile. præargumentantes autem de principio corporum, sic intendamus & de reliquis.

Tex.cō.34.

T.c.35.

d Necesse itaq; omne corpus aut simplicium esse, aut cōpositorum: quare & infinitum, aut simplex aut compositum. Sed adhuc & quòd finitis simplicibus, necesse finitū esse cōpositū palā. Ex finiti. n. & multitudine, & magnitudine compositum, finitum est & multitudine & magnitudine. tantum enim est, ex quātis est compositum. Restat igitur uidere, utrū contingat aliquod simpliciū infinitū esse magnitudine, aut hoc impossibile. præargumentantes autem de principio corporum, sic intendamus & de reliquis.

e. Quod quidē igiē necesse sit corpus quod circunfertur finitum esse omne, ex his palam.

f Si enim infinitum quod circūfertur corpus, infinitę erunt quæ a medio egredientes. Infinitarum autem distantia infinita. Infinitā. n. distantiam dico linearum, cuius nulla est extra sumere magnitudinem tangentem lineas. Hanc igitur necesse est infinitam esse. Finitarū. n. semper erit finita. Adhuc autē semper est data maiorem accipere. Itaque quēadmodū numerum dicimus infinitum: quia maximus nō est: eadem ratio & de distātia. Si igit infinitū non est pertransire. infinito autem ente necesse distātiā infinitam esse, nō vtique cōtinget circum moueri.

e. ¶ Ostendit quòd non sit corpus infinitū, & primo propriis rationibus de singulis corporibus, secundo tribus communibus rationibus de omnib⁹, ibi. ¶ Quidem igitur non est infinitum corpus &c.] Circa primum duo facit. Primo ostēdit propositū in corpore quod circulariter mouetur: secundo in corporibus, quæ mouentur motu recto, ibi. ¶ Sed adhuc neque quod ad medium &c.] Circa primū duo facit. Primo proponit quod intēdit, & dicit quòd manifestum est ex his, quæ dicentur, quòd necesse est, omne corpus, quòd circulariter fertur esse finitum, hoc enim est primum corporum. Deinde cum dicit.



f ¶ Probat propositū, sex rationibus, quarum prima talis est. Si aliquod corpus est infinitum, non potest moueri circulariter, sed corpus primum mouetur circulariter. ergo non est infinitum. Primo ergo probat cōditionalem sic, quia si corpus quod circulariter fertur est infinitum, necesse est quòd lineæ rectæ, quæ egrediuntur a cētro ipsius sint infinitæ. protenduntur enim quandiu durat corporis quantitas, distantia autem, quæ est inter infinitas lineas, est infinita. Posset autem aliquis dicere, quòd etiā si sint lineæ infinitæ a cētro egredientes, tamen inter eas est aliqua distantia finita: quia omnis distantia mensuratur secundum lineam rectam, posset autem aliqua linea finita protrahi infra duas prædictas lineas pura, in proximiori propinquitate ad cētrum, sed manifestū est, quòd extra illam lineam poterit alia linea recta maior extrahi inter illas lineas, de quib⁹ primo loquebamur. Et ideo dicit, quòd nō loquitur de distantia quæ mensurat tales lineas, sed illam distantiam dicit esse infinitam, quæ mensuratur per lineam, extra quam non est sumere aliquam aliam lineam maiorem, quę tangat vtranque primarum linearum. Et eadem distantiam probat esse infinitam dupliciter. primo quidē quia omnis talis distantia finita est inter lineas egredientes a centro finitas, oportet enim quòd idem sint termini linearum egredientium a centro, & lineæ finitæ mensurantis extremam distantiam inter eas. Secundo probat idē per hoc, quòd qualibet distantia data inter duas lineas mensuratas egredientes a centro, est accipere

Omne itaque corpus aut simplex, aut compositum esse necesse est: quare & infinitum ipsum, aut simplex, compositum erit. At qui patet si simplicia sint finita, compositum necessario finitum esse. Quod enim ex multitudine finitis ac magnitudine constat, id & multitudine, & magnitudine est finitum. tantum enim erit quanta sunt ea ex quibus componitur atque constat. Restat igitur videre, utrum simplicium quippiam corporum infinitum magnitudine esse possit, an hoc fieri nequeat. Atque prius hoc de primo corpore, uiso ac pertractato, de reliquis deinceps consideremus.

Corpus igitur quod uersatur, necessario omne finitum esse, ex hisce patere potest.


Nam si corpus quod uersatur est infinitū, infinitæ profectò erunt & rectæ lineæ: quæ e medio protrahūtur. Infinitarū aūt interuallum infinitum etiam est. Atque interuallū linearū id dico, extra quod nulla magnitudo tangēs lineas sumi potest. Hoc igitur infinitum esse necesse est. finitarum. n. interuallum semper finitum erit: fieri præterea pōt, ut eo maī semper sumatur, quod datum est. Quare eadē ratio est, & de spacio, quemadmodū numerū ex eo dicimus infinitum, quia maximus nō est. Si igitur fieri nequit ut infinito transitus fiat: atq; cælū si sit infinitū, interuallū ctiā infinitum esse necesse est, fieri profectō nō potest ut ipsum cælum uersetur.

At uersari cælum uidemus: rationeque iam definiuimus conuersionem corporis motionem cuiuspiam esse.

aliā maiorē, sicut quolibet numero dato ē accipere maiorē. Vnde sicut est infinitū in numeris, ita est infinitū in tali distantia. Ex hoc sic arguitur, infinitū nō est pertransire, vt probatū est in 6. Phy. sed si corpus sit infinitum, necesse est quòd distantia sit infinita inter lineas egredientes a centro, vt probatū est. ad hoc autem quòd fiat motus circularis, oportet quòd una linea egrediens a centro pertingat ad situm alterius. sic igitur nunquam contingeret aliquid circulariter moueri. Secundo ibi.

Lec.11. Lec.83.

g ¶ Probat destructionem consequentis dupliciter. primo quidem quia ad sensum videmus, quòd cælum circulariter mouetur. secundo, quia supra per rationem probatum est, quòd motus circularis est alicuius corporis: vnde relinquitur, quòd impossibile sit esse corpus infinitum, quod circulariter mouetur.



T.c.36.

LECTIO X.

LECTIO X.

Dhuc, a finito tēpore si auferas finitum tempꝰ, necesse est reliquū esse finitū, & habere principiū. Si aūt tēpus incessus hēt principiū, est principiū, & motꝰ. Quare & magnitudinis q̄ mota est: similiter autem hoc & in aliis. Sit itaque linea infinita, in qua A G E, ad alteram partem quę E, in qua autem B B, ad vtranque partem infinita. Si itaque scribet circulum quæ A G E a G centro incidens: quandoque fertur circum per eam, quæ B B, a G E in tempore finito. Omne enim tempus in quanto circulo latum est cælum finitum est, & ablatum igitur quo incidens ferebatur. Erit igitur aliqd principiū, quo primū q̄ A G E eā q̄ & B B, incidit: sed impossibile. Nō cōtingit igiē circumuolui infinitū. Quare neq; mundum, si erat infinitus.

b Adhuc autem, & ex his manifestum, qꝰ infinitum impossibile est moueri. Sit. n. quæ A, lata iuxta eam quæ B finita iuxta finitam. necesse igitur simul, & eam quæ A ab ea quæ B, absolui: & eam quæ B, ab ea quæ A. Quantum enim altera accepe rit alterius, & altera illius tantum. siquidem igitur ambæ moueantur in contrarium, velocius vtique disiungentur. si autem iuxta manentem feratur

T.c.37.

I

Tex.cō.48.

K

in tempore finito. Manifestum est autem quòd semidyameter circuli non potest volui in circuitu nisi incidat, vel secet successiue totam lineam immobilem imaginatam in circulo extra centrum. Et quòd tempus sit finitum, in quo linea quæ educitur a centro secet lineam infinitam, quæ describitur extra centrum, manifestat per hoc, quòd totum tempus, in quo cælum mouetur, est finitum: sicut patet ad sensum. vnde consequens est, quòd pars illius temporis, quod aufertur a toto tempore, sit finita, in quo scilicet linea A G E, incidit lineam B B: vel potius sequitur illud tempus esse finitum, in quo ista linea incidens, fertur usque ad lineam, quæ inciditur, & hoc oportet auferri a toto tempore finito, ut residui temporis accipiatur quoddam principium secundum principium suprà positum. sequitur ergo quòd sit aliquod principium temporis, in quo linea A G E, incœperit incidere lineā B B: hoc autem est impossibile, quia cū vnam partem incidat ante aliam, si sit dare principium tēporis, in quo incipit incidere, esset dare principium aliquod in linea infinita, quod est contra rationem infiniti. Sic ergo oportet quòd corpus in nitum non contingit reuolui circulariter. Vnde si mundus sit infinitus, sequitur quòd non moueatur circulariter. Videmus autem firmamentum moueri circulariter: non ergo est infinitum. Tertiam rationem ponit ibi.


H

G

LECTIO X.

Præterea, si a finito tempore finitum tempus abstuleris, & reliquum finitum esse, principiūque habere necesse est. Si tempus autē ambulationis principium habet, & motionis etiam principium est. Quare principium & magnitudmis eius erit super qua ambulatio fuit: eadem est & in cæteris ratio. Sit itaque A B C linea altera ex parte infinita qua ipsum est C, & rursus alia infinita utraque ex parte D E. Si igitur ab A centro circulum linea A B C describat lineam secans D E in orbem aliquando lata finito tempore erit. Totum enim tēpus, quo uersatū est cælū, finitum est: & id ergo tempus finitum est quod est ablatū, in quo secās linea ferebatur. Erit igitur principiū quoddā, quo primū A B C linea, D E lineā secuit. At esse non potest. Nō ergo fieri pōt, ut īfinitū uersetur. Quare neq; mūdꝰ si infinitus eēt.

Præterea ex his etiā patet fieri nō posse, ut infinitū motu sit agitatū. Sit enim linea A, quæ prope B lineam seratur finita, finita inquàm prope finitam. Simul igitur A lineam à B & B ab A absolutā fore necesse est. Quantū enim alterius altera occupabit, tantum illius & altera occupabit. Si igitur ambæ incontrarium moueantur, citius absoluentur sin altera prope manentem alteram moueatur, tardius: si modo eadem quòd prope illā mouetur celeritate feratur. Verum illud est manifestum fieri non



b ¶ Et sumitur hæc ratio ex infinitate totius corporis, qd̄ ponitur circulariter moueri. Dicit ergo, qꝰ ex his etiā quæ sequūtur, manifestum quòd impossibile est corpus infinitū moueri circulariter. Præmittit autē, quòd si sint duæ lineæ finitæ, quarū una

 sit A,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit A, & alia B, ita quòd A feratur iuxta B, quiescente B, ex necessitate sequitur quòd simul linea mota quæ est A, separetur a linea stante, quæ est B: & econtra, linea stans quæ est B, separetur a linea mota quæ est A: & huius ratio, est quia quantam partem vna earum accipit de alia, tantam econuerso alia accipit de ipsa. Sed iumen, si ambæ moueã tur vna contra aliã, velocius separabuntur lineæ ab inuicem dum sit æqualis velocitas, quarum motarum contra se inuicẽ, & unius motæ iuxta aliam stãtem. & hoc ideo præmisit: quia idem est tẽpus, quo una linea pertransit aliam, & quo alia pertrãsit ipsam. Et postquam hoc manifestauit per lineas finitas, applicat hoc ad lineas infinitas, de quibus intendit: & dicit manifestũ esse, quòd impossibile est lineã infinitam pertransiti tempore finito a linea finita. vnde relinquitur, quòd linea finita pertranseat infinitam tempore infinito, quod quidem ostensum est prius in his, quæ de motu, idest in 6. Phys. sicut autẽ apparet ex his quæ dicta sunt de lineis finitis, nihil differet quòd linea finita moueatur per infinitam, & quòd infinita moueatur super finitam. cum enim linea infinita moueatur per lineam finitam: similis ratio est si linea finita moueatur, vel non moueatur. Manifestum est autem, quòd si moueatur linea finita, sicut & infinita, utraque earum velocius pertrãsibit aliam. vnde manifestum est, quòd etiam, si non moueatur linea finita, simile erit quòd transitur a linea infinita, ac si trãsiret illã. Sed quia dixerat, qđ similiter se habeat si ue moueatur altera, siue nõ, nõ ostẽdit in quo. Circa hoc posset esse differentia, quia si utraq; linearum moueatur una contra aliam, velocius separabũtur ab inuicem. Sed hoc intelligendum est, si sit eadem velocitas, sicut supra dictum est: aliquando tamen nihil prohibet, quin etiam linea quæ mouetur iuxta quiescentem, velocius pertranseat eam, quam si moueretur iuxta lineam in contrarium motam, puta quando duæ lineæ, quæ contra se mouerentur, haberent motum lentum: illa uero quæ mouetur iuxta quiescentem, haberet motum velocem. Sic igitur patet, quòd nullum impedimentum est quantum ad rationem istam, quòd linea infinita moueatur iuxta lineam finitam quietam:

T.c.38.

tardius: eandem celeritate mota est ea, quæ iuxta fertur.

finita A
B infinita

Sed illud quidem manifestũ, quòd impossibile infinitã pertransire in tempore finito: in infinito igitur. Ostensum enim est hoc prius in his quæ de Motu. differt autem nihil aut finitam ferri iuxta infinitam, aut infinita iuxta illam. Cũ enim illa permutetur iuxta illam similiter mota. Veruntamen, si iuxta moueantur ambæ uelocius absoluẽtur: quãuis aliqñ nihil ,phibet motã iuxta quiescentẽ velocius pertrãsire. quã supra motã: siquis fecerit contra motas quidẽ ambas latas lente. Eã aũt quę iuxta quietã multo illius velocius latã. Nullum igitur ad rationem impedimentum, quia iuxta quietã: quoniam quidem motam contingit eam, quę A iuxta motã eam, quę B tardius pertransire. Si igitur infinitum tempus quo finita absoluitur mota, & in quo per infinita infinitã mouebatur, necesse infinitũ esse. impossibile igitur infinitũ per infinitum moueri totum. Si enim & per minimum moueatur, necesse infinitum fieri tempus. Sed tamen cęlum circuit & vertitur totum in circuitũ in tempore finito: quare continet totam circuli, quę intus puta, eam quę A B, finitam, impossibile igitur infinitum esse quod in circuitu.

LECTIO XVI.

a ADhuc, quemadmodũ lineã, cuius finis est, impossibile est esse infinitam, sed siquidem ad longitudinem & superficiem: similiter cuius finis non contingit. cũ autem determinatur nusquam, puta tetragonũ infinitum aut circulum, aut spatiũ: quẽadmodũ neq;

K

quia contingit quòd linea mota, quæ est A, tardius transit lineam B motã, quàm si non moueretur: dummodo ponatur quòd linea B, quiescente linea A, uelocius moueretur. Sic igitur ostensũ quòd nihil differt lineam infinitam moueri iuxta finitam quiescentem ab eo, quòd linea finita moueretur supra infinitam, ex hoc arguitur, quòd si tempus, quo linea finita pertransit infinitam est infinitum: consequens est quòd tempus, quo linea infinita mouetur per lineam finitam, sit infinitum. Sic igitur patet, quòd impossibile est totum corpus infinitum moueri per totum spatiũ infinitum, in quo imaginamur motũ eius, tempore scilicet finito: quia si infinitum moueretur, etiam per minimum spatium finitum, sequeretur quòd tempus esset infinitum. probatum est enim quòd infinitum moueẽ per finitũ tẽpore infinito, sicut ét finitũ per infinitũ. videmus aũt qđ cælũ circuit totũ spatiũ ilũ tẽpore finito. Vnde manifestũ est, quòd pertransit tps finito aliquã lineam finitã, puta q̃ continet interius totum circulum descriptum circa centrum eius, scilicet lineam A B: quod nõ contingeret si esset infinitum. Impossibile est igitur corpus quod circulariter fertur, esse infinitum.

posse, ut finito in tempore quicq; an transeat infinitum: transibit ergo in tempore infinito. Hoc enim est demonstratum prius in hisce, quæ de motu sunt pertractata. nihil autem interest finita prope infinitam feratur, an infinita prope finitam. Nam cum hæc prope illam mouetur, & illa per hanc transire uidetur. Similiter & si moueatur, & si non moueatur. Verum si moueantur ambæ, citius absoluentur: quanquàm nihil prohibet eam interdum quæ prope quiescentem mouetur, citius quàm eam quæ fertur contra transire si quispiam eas quidem quæ contra mouentur utrasque ferri tarde posuerit: eam uero quæ prope quiescentem mouetur multo celerius illis ferri. Nullum igitur rationi prorsus impedimentum afferetur, si prope quiescentem altera moueatur, cum fieri possit ut A, si prope B lineam moueatur, motionem & ipsam etiam subeuntem tardius transeat, uti diximus. Si igitur id infinitum est tempus, quo finito subiens motum absoluitur, & id sane quo infinita finitam transiuit, infinitum esse pari ratione necesse est. Vt infinitum ergo sit motum minime fieri potest: nam tempus fiat infinitum necesse est, etiam si per minimum fuerit motum. At cælum tempore finito uersatur, totumque fertur in orbem. Quare totam eam transit circumferentiam, quæ est intus, ecu A B, finitam. Impossibile est ergo id infinitum esse, quod subit conuersionem.


LECTIO XVI.

R Æterea, ut esse non potest *linea infinita ex ea parte, qua finis est, nisi ad longitudinem sine careret: sic & superficies infinita esse non pòt ea ex parte, qua finis est. Cũ uero fuerit terminata, nulla ex parte ẽ infinita. Quadratum. n. aut circulum aut sphæram infinitam esse non dixeris, quemadmodum neque lineã bipedalẽ. Si igitur*

infinita: sicut patet q̃ nõ cõtingit esse tetragonũ. i. quadratũ infinitũ: neq; circulũ, qui est superficialis figura, neq; sphęra, quæ est figura corporea. hæc. n. sunt noia figurarũ: figura aũt est quæ termino, vel terminis comprehenditur. & sic patet quòd nulla superficies figurata, est infinita. ergo neque sphæra est infinita. Si ergo neque sphęra est infinita, neque quadratum, neque circulus, manifestum est quòd non potest esse motus circularis infinitus. Sicut enim si non est circulus, non potest esse

motus

motus circularis, ita si non sit infinitus circulus non potest esse infinitus motus circularis: sed si corpus infinitum moueatur circulariter, necesse est motum circularem esse infinitum. non est ergo possibile quòd corpus infinitum circulariter moueatur. Quintam rationem ponit ibi.



b ¶ Supponaẽ quòd corporis infiniti circulariter moti centrum sit G: ducatur autem per hoc centrum linea ad vtranque partem infinita, quæ sit linea A B: ducatur autem alia linea præter centrũ, cadens ad rectos angulos super lineam B A in puncto, scilicet, E: sit etiam linea infinita ex vtraque parte, & hæ duæ lineæ sint stãtes, quas si imaginatæ in spatio, in quo corpus in finitum mouetur circulariter. sit etiam alia linea egrediens a centro, quæ sit linea D G infinita ex parte D: nam ex parte G, oportet eam esse finitam: hæc autem linea moueatur per motũ corporis, vtpote in eo descripta. Quia igitur linea E, est infinita, nunquàm absoluetur, id, ẽ separabitur ab ea, quia non potest eam pertransire, cum sit infinita: sed semper se habebit quemadmodum G E, idest, semper cõtinget, vel secabit lineam B, sicut secabat eam in principio a quo incœpit moueri, puta, quando linea G D, superponebatur lineæ B A, & secabit lineam E perpendiculariter in puncto E, recedens enim ab hoc situ, incidet lineam E in puncto Z, & sic semper in alio & alio puncto secabit illam: nunquam tamen totaliter poterit ab ea sepa rari. Impossibile est autem quòd motus circularis compleatur, nisi linea G D

T.c.40.

V.c.24.

T.c.42.

T.c.43.

T.c.44.

pedale infinitum. Si igitur neque sphęra, neque tetragonũ, neque circulus est infinitus: nõ existẽte autẽ circulo, neque vti que quæ circum erit latio: similiter autem neque infinito existente, non vtique erit infinita: si neque circulus infinitus est, non vtique mouebitur circulariter infinitum corpus.

b Adhuc autem si G centrum fit, quæ aũt A B, infinita, & quæ est ad rectum infinita: & quę G D mota, nunquã absoluetur ab E, sed semper se habebit quem admodum G E incidit ei quę C. Non igitur circuit circulum quę infinita.

c Adhuc, siquidem infinitum cęlum, mouetur autem circũ in tempore finito infinitũ erit pertransitũ. Erit enim hoc quidem manens cęlum infinitum: hoc autem in hoc motum equale. itaque siquidem circuiuit in finitum eius infinitum: equale ipsi in tempore finito. sed hoc erat impossibile.

d Est autem & conuertibiliter dicere. Quod si finitum tẽpus, in quo reuolutum est, & magnitudinem quę pertransita est, necesse est esse finitam: equale autem ipsi pertransiuit. finitũ igitur & ipsum. Quod quidem circulo motum non est interminatum, neque infinitum, sed habet finem manifestum.

LECTIO XII.

a SEd adhuc, neq; quod ad mediũ, neq; quod a medio fertur, infinitum erit.

b Contrariæ. n. lationes, quę sursum, & quę deorsum. Con-

C

D

E

dimittat lineam E: quia oportebit antequàm compleatur motus circularis, quòd linea G D pertranseat partẽ circuli, quæ est in opposito lineæ. Sic patet ergo, quòd linea infinita nullo modo potest circuire circulum, ita, t. quòd totus motus circularis compleatur: & ita sequitur quòd corpus infinitum non pos sit circulariter moueri. Sextam rationem ponit ibi.

c ¶ Et hanc equidem rationem formaẽ dupliciter. Primo ducẽ do ad impossibile hoc modo. Sit cęlũ infinitũ, sicut tu ponis, manifestũ est ad sensum, quòd mouetur circũquaque tẽpore finito. videmus. n. eius reuolutionẽ perfici in 24. horis: ex hoc ergo sequitur, quòd infinitũ sit pertransitũ tẽpore finito. & hoc ideo, quia necesse est imaginari aliquod spatiũ æquale cælo, in quo cælum mouetur. hoc aũt spatium imaginãmur, vt quiescens. sic igitur oportebit, quòd sit quoddam cælum manens infinitum, t. ipsum spatium, in quo cælum mouetur, & quòd sit corpus cæli, quod mouetur in hoc spatio æquale dicto spatio: quia oportet corpus æquari spatio in quo est. Si igitur cælum infinitum existens circulariter est motũ tempore finito, consequens est quòd pertransiuerit spatium infinitum tempore finito quod improbatũ est in 6. Phy. Impossibile est igitur, quòd corpus infinitũ circulariter moueatur. Secundo ibi.

B

T.c.62.

neque sphæra, neque circulus, neque quadratum est infinitum: atque si circulus non est, conuersio non erit: & si infinitus. non est, infinita non erit: si ipse circulus infinitus non est uersari profectò corpus infinitum non potest.

Præterea si C sit centrum, A B uero sit infinita, et E, sit erecta ad rectos angulos infinita, & insuper infinita sit C D, subiens motum, nunquàm ipsa C D ab F linea absoluetur, sed semper perinde atque A B linea se se habebit. Secat enim in ipso F puncto. Non ergo infinita uersatur.

Insuper, si cælum est infinitum, atque uersatur, infinitum profectò finito tempore pertransibit. Sit enim cælum quidem quod manet, infinitum: id autem quod in hoc mouetur, æquale: quare si uersatum fuerit, cum sit infinitum, æquale sibi infinitum tempore finito transibit. At hoc esse impossibile dicebatur.

At qui dicere contra etiam licet. Cum finitum sit id tempus, in quo est uersatum: magnitudinem quoque finitam esse necesse est eam quam conuersione transiuit. At æquale sibi conuersione transiuit. & ipsum ergo cælum finitũ est. Corpus igitur id quod uersatur, exitu non uacare, nec infinitum esse, sed finem habere, ex hisce iam quæ diximus patuit.

LECTIO XII.

Tuero neque id quod a medio, neque id quod ad medium fertur, infinitionem subibit.

Lationes enim eas, quibus sursum itur, atq; deorsum, cõtrarias esse con-

S. Tho. sup Metaphy.

d ¶ Formaẽ rõnem eonuerio, ut sit probatio ostensiua: & dicit, quòd possumus e cõuerso dicere, quòd tps est finitũ, ex quo cælũ reuolutũ est tẽpore finito, sicut ad sensum patet. consequẽs est, quod magnitudo, quæ est pertransita sit finita. manifestũ est aũt quòd spatiũ pertransitum est æquale ipsi corpori pertranseunti. Sequitur ergo corpus quod circulariter moueẽ, ee finitũ. Sic ergo epilogãdo concludit manifestũ esse, quòd corpus quod circulariter mouetur, non est interminatum. i. carens termino, quia figura tũ: & per cõsequens non est infinitum, sed habet finem.

LECTIO XII.

a POstquam Philosopus ostendit, quòd corpus circulariter motũ non est infinitũ, hic ostendit idem de corpore qđ mouetur motu recto, vel a medio, vel ad mediũ. Et primo proponit quod intendit dicẽs, quòd sicut corpus quod circulariter fertur non potest esse infinitum, ita corpus quod fertur motu recto, vel a medio, uel ad medium, non potest esse infinitum. Secundo ibi.

b ¶ Ostendit propositum, & primo ex parte locorum, quæ sunt huiusmodi corporibus propria: locundo ex parte grauitatis & leuitatis, per quę hmõi corpora

Universidad de Sevilla Biblioteca

in propria loca mouentur, ibi{ Et adhuc si grauitas &c. } Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum quantum ad extrema corpora, quorum vnum est simpliciter graue, scilicet terra, & aliud simpliciter leue, scilicet ignis: secundo quantum ad corpora medio modo se habentia, quæ sunt aer, & aqua, ibi{ Ad hæc si sursum &c. }

Proponit ergo primo, quòd huiusmodi motus, qui sunt sursum & deorsum, vel a medio, & ad medium sunt motus cõtrarij: contrarii autẽ motus locales sunt, qui sunt ad loca contraria, ut supra dictũ est, & est ostensum in 5. Phys. i. relinquitur ergo quòd loca propria, in quæ feruntur huiusmodi corpora sint contraria. Ex hoc ergo statim concludere posset, huiusmodi loca esse determinata: cõtraria. n. sunt, quæ maxime distant. Maxima vero distantia locorum non potest esse nisi sint loca determinata: quia maxima distantia est, qua non est alia maior. infinitus autem semper est maiorem ac maiorem distantiam accipere. vnde, si loci essent infiniti, cessaret locorum contrarietas. sed Aristo. prætermissa hac probatione tanquã manifesta, procedit per alium modum. Verũ est enim, qđ si vnum contrariorum est determinatum, qđ reliquum erit de terminatũ, eo quòd contraria sunt vnius generis: medium autem mundi, quod est medius terminꝰ motus deorsum, est determinatum. Ex qua cunque. n. parte cæli aliquid feratur deorsum, qđ. s. subsistat superiori parti, quæ est versus cælũ, non continget lõgius pertransire recedẽdo a cælo, q̃ qđ perueniat ad mediũ: id. n. fieret p principium cælo, & sic moueretur sursum. sic igit patet, q̃ medius locꝰ est determinatus. Patet et ex prædictis, q̃ determinato medio, qđ est locus deorsum, necesse est & determinatũ esse locũ, qui est sursum, cũ sint cõtraria. si aũt ambo loca sunt determinata & finita, necesse est q̃ corpora quæ sunt nata esse in his locis, sint finita. Vnde patet huiusmodi corpora extrema, quæ mouẽtur motu recto, esse finita. Deinde cum dicit.

Lec. 8. T. c. 49.

Tex. cõ. 45.

Tex. cõ. 46.

Tex. cõ. 47.

c ¶ Ostendit idẽ quantũ ad media corpora. & primo proponit quanda conditionalẽ. s. quòd si sursum & deorsum sunt determinata, necesse est quòd locus intermedius sit determinatus: & hoc probat duplici ratione, quarũ prima est. Si primis existentibus determinatis mediũ nõ sit determinatũ, sequitur quòd motus qui est ab uno extremo in aliud sit infinitus, vtpote medio existente infinito. quòd autẽ hoc sit impossibile ostensum est prius in his quæ dicta sunt de Motu circulari. vnde ostẽsum est quòd motus qui est per infinitũ, nõ põt cõpleri. sic ergo patet, quòd locus medius est determinatus. & ita, cũ locatũ cõmẽsuret

trariæ autem ad cõtraria loca. Contrariorum aũt, si alterum determinatũ est, & alterũ determinatum erit. Medium autem determinatum est: si enim vndecunque feratur deorsum quod substat, nõ cõtingit pertransire longius medio loco. Determinato igitur medio loco, & eũ qui sursum locũ necesse est determinatũ esse. Si autẽ loca determinata sunt & finita, & corpora erunt finita.

c Adhuc si sursum, & deorsum determinata sunt, & intermedium necesse est determinatũ esse. Si enim non est determinatum, infinitus vtique erit motus. hoc autem quod impossibile, ostensum est prius. Determinatum est igitur medium: quare & quod in hoc corpus, determinatum est, quod vel in hoc est, aut esse potest.

d Sed & adhuc quod sursum & deorsum fertur, põt in hoc factum esse. natũ est enim hoc quidem à medio moueri, hoc autem ad medium. Ex his itaque manifestum est, quòd non cõtingit corpus esse infinitum.

e Et adhuc si grauitas non est infinita, neque vtique horum & corporum vllum erit infinitum. Necesse enim infiniti corporis infinitam esse & grauitatem. Eadem autẽ ratio erit, & in leui. si enim est infinita grauitas, & leuitas: si infinitum sit id quod superfertur.

f Palam autẽ ex his. Sit enim finita. & sumatur infinitum quidem corpus, in quo A B: grauitas autem ipsius in quo G. auferatur igitur ab infinito finita magnitudo, in qua B D: & grauitas eius sit in quo est E: itaq; E, eo quod G, minus erit. Minoris. n. grauitas minor: mẽsuretur autem minus quotiẽscũq;, & vt grauitas minor ad maiorem B D ad B Z fiat: contingit. n. auferri ab infinito quã tũcũq;. Si igitur proportionaliter magnitudines grauitatibus: minor autem grauitas minoris est magnitudinis, & maior maioris vtique erit. æqualis igitur erit finiti & infiniti grauitas.

g Adhuc autem si maioris corporis maior grauitas, eius qđ est I B maior erit grauitas, quã Z B. Quare finiti grauitas erit maior quàm infiniti.

h Et inæqualium magnitudinum eadem grauitas erit. Inæquale enim finito infinitum.

i Nihil autem differt grauitates commẽsuratas esse, aut incommensuratas. Etenim non commensuratis existentibus eadem erit ratio: puta si in tertio mensurans excedit G grauitatem. Magnitudinibus enĩ B D tribus totis sumptis, maior erit grauitas, quàm quæ in quo G. quare idẽ erit impossibile.

k Adhuc autem etiam contingit commensuratas sumere. Nihil. n. differt incipere a grauitate, aut a magnitudine: puta si sumatur commensurata grauitas ei, quod est G, ei quod est E, & ab infinito auferatur habens grauitatem in quo, puta B D. Deinde vt grauitas ad grauitatem B D ad aliam fiat magnitudinem, puta ad B Z. Contingit enim infinita existente magnitudine quantũcũq; ablatũ esse. his enim sumptis, commensuratæ erũt magnitudines & grauitates inuicem.

Tex. cõ. 48.

Tex. cõ. 49.

tim, quæ est G, quotiescunque, idest, secundum quemcunque numerum, pura, secundum tria, vt scilicet dicatur quòd E est tertia pars totius G: accipiatur autem a corpore infinito aliqua pars, quæ superaddatur corpori finito B D secundum proportionem, qua G excedit E, & hoc corpus excedens sit B Z ita. s. sicut grauitas minor, quæ est E, se habet ad maiorem, quæ est G, ita corpus B D se habet ad B Z. & quòd hoc fieri possit probat: quia a corpore infinito potest auferri quantũcũq; oportet, eò quòd, sicut dicturi 3. Phy. Infinitum est, cuius quantitatem accipienti-bus, semper est aliqd extra accipere. His igitur præsuppositis, arguitur ducendo ad tria inconuenientia, primo quidẽ sic. Eadem est pportio magnitudinum grauiũ, quæ est ipsarum grauitatum. Videmus enim quòd minor grauitas est minoris magnitudinis, & maior maioris: sed quæ est pportio E ad G, minoris. s. grauitatis ad maiorem, eadem est proportio B D ad B Z, minoris. s. corporis ad maius, vt suppositum est. Cùm igitur E, sit grauitas corporis B D, sequitur quòd G, sit grauitas corporis B Z. Supponebatur autẽ quòd esset grauitas totius corporis infiniti. ergo æqualis numero eadem erit grauitas corporis finiti, & infiniti, quod est inconueniens: quia sequeretur q̃ totum residuum corporis infiniti nihil habeat grauitatis. ergo & primum est impossibile, s. quòd corporis infiniti sit grauitas finita. Secundo ibi.

Lec. 9.

b ¶ Ducit ad aliud inconueniens: quia enim a corpore infinito põt accipi quãtũcũq. quis voluerit, vt dictum est. accipiatur adhuc aliqua pars corporis infiniti, quæ superaddatur corpori B Z, & sit vnum corpus B infinitum maius corpore finito, quod est B Z, maioris autem corporis maior est grauitas, vt supra dictum est. ergo grauitas corporis B I est maior q̃ grauitas corporis B Z: sed primo supponebatur q̃ G erat grauitas totius corporis infiniti. ergo grauitas corporis finiti erit maior quàm grauitas corporis infiniti, quod est impossibile. ergo & primum, scilicet, quòd grauitas corporis infiniti sit finita. Tertio ibi.

h ¶ Ducit ad tertium inconueniens, s. qđ inæqualium magnitudinum sit eadem grauitas. illud manifeste sequitur ex præmissis: quia infinitum est inæquale finito, cùm sit maius eo. Vnde, cùm hæc sint impossibilia, impossibile est corporis infiniti esse grauitatem finitam. Deinde cum dicit.

i ¶ Excludit duas obiectiones contra præmissam rationem. Primo primam, secundo secundam, ibi{ Nec vtique magnitudinem &c. } Prima autem obiectio est, quia supposuerat in præcedenti ratione, quòd grauitas minor, quæ est E, mensuret sm aliquem numerum grauitatem maiorẽ, quæ est G: quod quidem aliquis posset negare. Nõ. n. omne maius mensuratur a minori, quia linea trium palmarum nõ mensurat lineã octo palmarum. Hanc autem obiectionem excludit Philosophus dupliciter. primo quidem, quia nihil differt ad propositum, vtrum duæ prædictæ grauitates, scilicet quòd maior & minor sint commensuratæ, sic. s. quòd minor maiorem mensuret: vel quòd sint incommẽsuratæ, sic scilicet quod minor maiore non mensuret. eadem. n. ratio semper est vtrobique. Nec esse est. n. quòd minus aliquoties sumptum, aut mensuret maius, aut excedat ipsum: sicut binarius ter sumptus mensurat senarium. ter. n. duo sunt sex quinarium aũt non mensurat, sed excedit. sic igitur, si grauitas E, non mensuret grauitatẽ G, sit ita quòd ter sumpta mẽsuret quandam maiorem grauitatem quæ excedit grauitatem G. & ex hoc sumitur inconueniens, sicut prius: quia, si assumpserimus ex corpore infinito tres magnitudines sm quantitatẽ B D, magnitudinis ex his tribus cõpositæ, erit tripla grauitas grauitatis E, quæ ponitur esse grauitas corporis B D grauitas aũt tripla ad E est maior sm prædicta, q̃ grauitas G, q̃ est grauitas corporis infiniti. quare sequitur idem impossibile quod prius, scilicet quòd maior sit grauitas corporis finiti quàm infiniti. Secundo ibi.

k ¶ Excludit eãdem obiectionem hoc modo, & dicit, qđ possumus sumere in demonstratione prædicta, quòd duæ grauitates sint commensuratæ, ita. s. quòd E commensuret G. supra. n. primo sumpta est magnitudinis pars, s. B D, cuius grauitatem diximus esse E. Et ideo dici potuerat, quòd E non mensurat G. nihil autem differt ad propositum, vtrum incipiamus a grauitate accipiendo partem eius quãcũq; volumus, aut a magnitudine sic sumpta: pura, si incipiendo a grauitate sumatur quædam pars eius, s.

Universidad de Antioquia Biblioteca

eius.s.E, quæ mensuret totum,s.G, & consequenter ab infinito corpore accipiamus aliquam partem.s.B D,cuius grauitas sit E, & deinde procedamus,vt supra.s.sicut se habet grauitas E ad grauitatem G, ita se habeat magnitudo B D,ad aliam magnitudinem maiorem,quæ est B Z, & hoc ideo, quia ex quo magnitudo totius corporis

Tex.cō.50. est infinita, contingit auferri ex ea quātūcūq; placuerit.hoc igitur modo sumptis partibus grauitatis & magnitudinis, sequitur quòd magnitudines & grauitates erunt inuicem commensuratę: ita.s.quòd maior grauitas mensurabit maiorem, & similiter minor magnitudo maiorem. Deinde cum dicit.

Tex.cō.51. 1 ¶ Excludit secundam obiectionem. Supposuerat.n. esse magnitudines ꝓportionales grauitatibus:quod quidē necesse est in corpore similium partium. cum.n.sit vndiq; p totum similis grauitatis, necesse est qđ in maiori parte sit maior grauitas: sed in corpore dissimilium partium hoc non est necesse: quia potest esse, quòd grauitas minoris partis excedat grauitatem

Tex.cō.5. maioris.sicut minor pars terræ est grauior maiori parte aquæ. Hāc ergo obiectionem excludit dicens,quòd nihil differt ad demonstrationem præmissam, vtrū magnitudo infinita, de qua loquimur quantū ad grauitatem sit homiomera, vel homogenea,i.similium partium, vel heterogenea,i.dissimiliū partium:quia a corpore infinito possumus sumere quantūcūq; voluerimus vel apponendo, vel subtrahendo: ita quòd accipiamus aliquas partes habere æqualem grauitatem parti primo sumptæ,s.B D.siue illæ partes posterius assumptæ sint maiores in magnitudine,siue minores. Si ergo primo acciperemus, quòd B D sit tricubitum, habens grauitatem E: & accipiamus alias multas partes,puta, decem cubitorum habentes æqualem grauitatem, idem erit ac si sumeretur alia pars æqualis habens æqualem grauitatem, sic igitur sequitur idem inconueniens. Præmissa igitur demonstratione,& exclusis obiectionibus,concludit ex dictis, quòd infiniti corporis non potest esse finita grauitas. Relinquitur ergo, quòd sit infinita. Si ergo impossibile est esse grauitatem infinitam, vt statim probabit, consequens est, quòd impossibile sit esse aliquod corpus infinitum. Deinde cum dicit.

m ¶ Ostendit quod supposuerat, scilicet quòd non possit esse grauitas infinita: & in hoc destruit consequens præmissæ conditionalis. Circa hoc autem duo facit. Primo proponit quod intendit, & dicit quòd adhuc oportet manifestare ex his quæ subsequuntur, quòd impossibile sit grauitatem infinitam esse. Secundo ibi.

1 Nec vtiq; magnitudinē homiomeram esse aut anhomiomeram nihil differt ad demonstrationē. Semper.n.erit sumere equaliter grauia corpora ei, quod est B D ab infinito,quantacūq; aut auferentes aut apponentes. Quapropter manifestum ex dictis, quoniā non erit infiniti corporis finita grauitas. Infinita igit. Si igitur hoc impossibile, & infinitum aliquod esse corpus impossibile.

m Sed adhuc quoniam infinitam esse grauitatem impossibile.sit ex his manifestum.

n Si enim tanta grauitas tantam in hoc tempore mouet, maior tantum & adhuc in minori.

o Et analogiam, quam grauitates habent,tempora è cōuerso habebunt.puta si media grauitas in hoc,duplum in medietate eius.

p Adhuc finita grauitas omnem finitam mouet in quodam tempore finito.

q Necesse igitur ex his,siqua est infinita grauitas,moueri quidē secundum tantum quantum finita:& adhuc non moueri quidem, eò quòd proportionabiliter oportet secundum excellentias moueri. contrariæ autem maior in minori. Proportio autem nulla est infiniti ad finitum. Minoris autem temporis ad maius finitum, sed semper in minori. Minimum autem non est.

n ¶ Probat propositum, & primo præmittit quasdam suppositiones: Secundo ex his arguit ad propositum, ibi {Necesse est ex his &c.} Tertio excludit quandam obiectionem, ibi {Neque si esset &c.} Ponit autem primo tres suppositiones, quarum prima est,quòd si grauitas tanta, idest,alicuius determinatæ mensuræ,mouet tantū,i. p determinatam magnitudinem spatij, in hoc tempore.fide terminato: necesse est quòd tanta, & adhuc, idest, quòd grauitas maior,quæ habet tantam quantam minor,& adhuc amplius,moueat per tantam magnitudinem spatij in minori tempore:quia quāto virtus motiua est fortior, tanto motus eius est velocior,& ita ptransit æquale spatium in minori tempore, vt probatum est in 7.Physic. Secundam suppositionem ponit ibi.

Lec.7. Tex.cō.19.

o ¶ Et hæc sequitur ex prima.si enim maior grauitas mouet in minori tempore, consequens est quòd eadē analogia, idest, proportio grauitatum, & temporum è conuerso:ita.s.quòd si media grauitas mouet in tanto tempore,duplum grauitatis mouet in medietate eius.s.temporis. Tertiam suppositionē ponit ibi.

p ¶ Et dicit,quòd finita grauitas mouet per finitam magnitudinem spatij in quodam tempore finito. Deinde cum dicit.

q ¶ Arguit ex præmissis.Si.n.sit grauitas infinita, sequitur duo contradictoria.s.quòd aliqs moueatur secūdum ea, & quòd non moueatur. Quòd moueatur quidem sequitur ex prima suppositione: quia si tanta grauitas mouet in tanto tempore, maior mouebit velocius.s.in minori tempore, quia ergo infinita grauitas est maior q̄ finita,si finita mouet secundum determinatum tempus per determinatum spatium, vt tertia suppositio dicebat,consequens est, quòd infinita moueat tātum,& adhuc amplius,idest, vel per maius spatium in equali tempore, vel per æquale spatium in minori tempore, quod est velocius moueri. Sed quod aliquid non moueatur secundum infinitam grauitatem, sequitur ex secunda suppositione. oportet enim proportionabiliter aliquid moueri secundum excellentias.s.quòd maior grauitas moueat in minori tempore. nulla autem proportio potest esse infinitæ grauitatis ad finitam. Minoris autem temporis ad maius, dummodo sit finitum, est aliqua proportio. sic igitur non erit aliquod tempus dare, in quo infinita grauitas moueat, sed semper erit accipere aliquid moueri in minori tempore,quàm sit tēpus, in quo moueat grauitas infinita,cū non moueat ita,quòd nō possit dici,quod non posset aliquid moueri in minori tempore. Ideo autem non est minimum tempus accipere: quia cum omne tempus sit diuisibile, sicut & quodlibet continuum, quolibet tempore est accipere

At vero nihil ad demonstrationem etiam refert, similis ipsa magnitudo ponderis ac dissimilis fit. Semper enim æqualis corpora ponderis magnitudinis ipsius B D ponderi, quot quotuis ab infinito sumere aut auferendo, aut addendo licet. Quare patet ex his quæ diximus, corporis infiniti pondus finitum non esse. Erit igitur infinitum. Quod si hoc esse non potest, nec infinitum quicquam in ratione rerum corpus etiam esse potest.

Atqui pondus infinitum quid in ratione rerum esse non posse, ex hisce patere potest.

Si enim tantum pondus per tantum spatium hoc in tempore motu cietur, tantum & insuper in minore spatio mouebitur.

Atque tempora rationem eam quam habent pondera contra sanè habebut. Veluti si dimidium pondus hoc in tempore mouetur, duplum in dimidio huiusce mouetur.

Præterea pondus finitum omne finitum spatium finito quodam in tempore transit.

Quæ cum ita sint, si quippiam pondus sit infinitum moueatur ipsum, & non moueatur necesse est. Moueatur enim necesse est, quo tantum quantum est finitum: & insuper non moueatur rursus necesse est, quo excessum quidem ratione ipsum moueri oportet. contraq; maius in minore moueri. Ratio vero infiniti nulla est ad finitum. Temporis autem minoris est ad maius tempus finitum, sed in minore semper. Minimum autem non est.

pere aliquod minus, partem.s.temporis diuisi. Sic igitur non potest esse grauitas infinita. Deinde cum dicit.

r ¶ Excludit quandam obiectionem. Posset.n.aliquis dicere, aliquod esse minimum tempus.s.indiuisibile,in quo mouet grauitas infinita:sicut & quidam posuerunt aliquas magnitudines esse minimas & indiuisibiles. Sed hanc

Tex.cō.53. obiectionem excludit.& primo dicit, quòd inconueniens sequetur si ponatur minimum tempus, & quòd in hoc infinita grauitas mouebit. Secundo ostendit idem inconueniens sequi in quolibet tempore etiam non minimo,in quo infinita grauitas moueat, ibi {Sed adhuc necesse &c.} Dicit ergo primo,quòd eriā si esset tempus minimum, nulla vtilitas ex hoc esset ponenti grauitatem infinitā ad vitandum inconueniēs. Quamuis.n. ponamus minimum tempus, non tñ excludimus quin sit aliqua proportio huius minimi temporis ad tempus maius, eò quòd hoc tēpus minimum erit pars maioris temporis, sicut vnitas est pars numeri: vnde est aliqua proportio eius ad omnem numerum. Illud autē indiuisibile non habet proportionē ad diuisibile,quod non est pars eius,sicut pūctus non est pars lineæ: & ideo non est aliqua proportio pūcti ad lineam. Accipiatur ergo alia grauitas finita è cōtrario, tanto maior grauitate finita,quę moebat in maiori tempore,quàm grauitas infinita, in qua proportione tēpus minimū grauitatis infinitæ se habet ad tēpus maius alterius grauitatis finitæ,puta, sit grauitas infinita E,tempus minimum in quo mouet B: grauitas autem finita G,quæ mouet in maiori tempore quàm B,s.in tempore D. Accipiatur ergo alia grauitas tanto maior,quàm G,in qua proportione D excedit B, & sit hæc grauitas F: sic ergo cum minoratio temporis sit secundum additionem grauitatis, sequitur quòd grauitas,s.quæ est finita, moueat in eodem tempore cum grauitate infinita, quod est impossibile. Est autem attendendum, quòd sicut non est proportio puncti ad lineam, ita etiam non est proportio instantis ad tempus:quia instans non est pars temporis.sic solū ista ratio tolleretur,siquis poneret,quòd gra-

Lec.8. Tex.cō.71. uitas infinita moueret in instanti,quod est impossibile, vt probatum est in 6.Physic. scilicet quòd aliquis motus sit in instanti. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit, quòd illud inconueniens sequitur in quocunque tempore ponamus grauitatem infinitam mouere, etiam in tempore non minimo: & hoc est quod dicit, quòd si in qualicunque tempore finito, etiam non minimo, grauitas infinita moueret, adhuc necesse est, quòd in ipso tempore ali-

qua grauitas finita moueat per finitum spatium: quia erit accipere excessum grauitatis secundum diminutionem temporis, vt prædictum est.sic igitur patet, quòd impossibile est esse grauitatem infinitam: & eadem ratio est de leuitate, scilicet, quòd impossibile est esse leuitatem infinitam.

r Neque si esset, quæ vtilitas vtique esset? Alia.n contra finita sumeretur in eadem proportione, in qua infinita ad alterā maiorem. Itaque inæquali tempore æqualem vtique moueret infinita finitæ: sed impossibile.

f Sed adhuc necesse,siquidem in qualicunque tempore finito mouet infinita, & aliam in ipso finitam grauitatē mouere quādam finitam. Impossibile igitur infinitam esse grauitatem. Similiter autem & leuitatem: & corpora ergo infinitam grauitatem habere, & leuitatem impossibile.

LECTIO. XIII.

1 VOd quidē igitur non est infinitum corpus, palàm per ea quæ secundum partem speculantibus hoc modo.

b Et vniuersaliter intendentibus, non solum secundum rationes eas,quę in dictis à nobis circa principia determinatum est enim & ibi vniuersaliter prius de infinito quomodo est, & quomodo non est: sed nunc & alio modo.

c Post hæc autem intendendum, vtrum si non infinitum quidem corpus quod omne, sed tamen adhuc tantum quidem vt possint esse plures cæli. Forte enim vtique quis hoc dubitauit:quoniam quemadmodum qui circa nos mundus cōstitutus est, nihil prohibet & alios esse plures quidem vno, non tñ infinitos. Primū autē dicam² vniuersaliter de infinito.

Neque si esset, utilitas ulla esset. Sumptum enim fuisset quippiam finitum maius in eadē ratione,in qua respectu temporis infinitum ad minus esset. Quare æquali in tempore per spatium æquale finitum, ac infinitum vtique moueretur. At fieri nō potest.

At necesse est, si infinitum quātouis finito tamen tempore moueatur, aliud etiam pondus finitum in hoc eodem per spatium finitum quoddam moueri. Impossibile est ergo pondus infinitum esse, & similiter leuitatem. Et corpora ergo infinitum pondus habentia leuitatem,ue in ratione rerum esse non possunt.

LECTIO. XIII.

Atet igitur corpus infinitum non esse, & si hoc modo contemplatio de ipso fiat per rationes particulares.

Et si vniuersaliter considerctur non solum per rationes eas, quæ in sermonibus de principijs a nobis sunt dictæ. determinatum est enim & illo in loco de infinito vniuersaliter prius quomodo est, & quomodo non est:sed etiam nunc alio modo.

Post hæc autem considerandum est, si infinitum quidem vniuersum corpus non sit, tantum tamen sit, vt plures sint cæli. Forsitan enim hoc quispiam dubitauerit nihil obstare, vt hic qui nos circundat motus est constitutus, sic & plures alios esse cælos, plures quidem vno, non tamen infinitos. Prius autem vniuersaliter de infinito dicamus.

LECT. XIII.

1 OSTquā ostendit de singulis corporibus naturalibus, quòd nullum corū sit infinitum, hic ostendit cōmuni ratione, quòd nullum corpus naturale sit infinitum. Probatio enim, quæ est p medium commune, p fectiorem scientiam causat. Circa hoc ergo duo facit. Primo dicit de quo est intētio. Secundo ostendit propositum, ibi {Necesse itaque corpus omne &c.} Circa primum tria facit. Primo ostendit epilogando, quod prius est dictum, dicens, quòd prædicto modo considerantibus manifestum est, quòd non est corpus infinitū per ea quæ sunt secundum partem, idest, secundum propriasrationes singularium partium vniuersi, scilicet corporis qđ mouetur circulariter:& quod mouetur sursum, aut deorsum. Secundo ibi.

Prima part. q.7.3.

b ¶ Ostendit quid immediate restat dicendum & dicit, qđ idem potest esse manifestum si aliquis in tēdat vniuersaliter, idest, per medium cōmune: & hoc non est solum secundum illas rationes communes, quæ positæ sunt in libr.Physic. vbi determinatū est de principijs communibus corporum naturalium. In tertio enim Physi. determinatur vniuersaliter de infinito quomodo sit,& quomodo non sit. Ostensum est ibi, quòd infinitum est in potentia, sed non in actu. Nunc autem determinandum est alio modo de infinito, ostendendo.s.vniuersaliter, quòd nullum corpus sensibile potest esse infinitum in actu. Tertio ibi.

Lec.9. Incipit in tex.24.

c ¶ Ostendit quid sit determinandū immediate post ista, & dicit, quòd postquàm ostendimus hoc quod dictum est, intentio nostra erit inquirere,supposito quòd totum corpus vniuersi nō sit infinitum,vtrum tamen totum corpus sit tantæ quantitatis, quòd possint ex eo esse plures cæli,idest.plures mundi. Forte.n. posset de hoc aliquis dubitare,an sit possibile,quòd sicut iste mūdus est constitutus circa nos, ita sint alij mundi plures vno, non tamen infiniti. Sed antequàm hoc pertractemus, dicemus naturaliter de infinito, ostendendo scilicet communibus rationibus, quòd nullum corpus sit infinitum. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit

Universidad de Sevilla
Biblioteca

a ¶ Ostendit propositum, & primo per rationes naturales demonstratiuas. Secundo per rationes logicas, ibi {Rationabilibus autem &c.} Dico autem rationes demonstratiuas & naturales, quæ sumuntur ex proprijs principijs scientiæ naturalis: cuius consideratio consistit circa motum, & actionem, & passionem, quæ in motu consistunt, vt dicitur in 3. Physic. Primo ergo ostendit nullum corpus esse infinitum ex parte motus localis, qui est primus & communissimus motuũ. Secũdo naturaliter ex parte actionis & passionis, ibi {Quod autem omnino impossibile &c.} Circa primum duo facit. Primo p̃mittit quasdam diuisiones: secundo prosequitur singula membra, ibi {Quod quidem igitur &c.} Præmittit ergo primo tres diuisiones: quarũ prima est, quòd necesse est omne corpus aut esse finitum, aut infinitum, & quidem sit finitum, habemus ꝓpositum: si autem sit infinitum, restat secunda diuisio, scilicet quòd aut sit totum anhomiomerũ siue heterogeneum, ideſt, dissimiliũ partium, sicut corpus animalis quod componitur ex carnibus ossibus & neruis: aut est homiomerum siue homogeneum, ideſt, similium partium, sicut aqua cuius quælibet pars est aqua. Si vero sit totum dissimilium partium, restat tertia diuisio, vtrum scilicet species partium talis corporis sint finitæ numero, aut infinitæ. Si ergo probabitur quòd non sunt infinitæ, neque rerum sunt finitæ: & quòd iterum nullum corpus similium partium sit infinitum, probatum erit quòd nullum corpus vniuersaliter est infinitum. Deinde cum dicit.

T.c.4. T.c.16.

T.c.57.

T.c.58.

b Probat singula prædictorum, & circa hoc tria facit. Primo ostendit, quòd non est possibile corporis dissimilium partium esse infinitas species partium eius. Secundo ostendit, quòd non est possibile esse corpus infinitum dissimilium partiũ, ita quòd species parium sint finitæ, ibi {Sed tñ siquidem &c.} Tertio ostendit, quòd corpus infinitum non potest esse similium partium, ibi {Sed adhuc neque totum &c.} Primo ergo ostendit, quòd nõ est possibile aliquod corpus infinitum, esse si quis permittat manere in sua veritate primas hypotheses, ideſt, suppositiones prius factas. s. quòd sint solæ tres species motuum simplicium. Si. n. primi motus. s. simplices sunt finiti, necesse est quòd species corporum simplicium sint finitæ: & hoc ideo, quia motus ipsius corporis simplicis est simplex, vt supra habitum est. dictũ est autem supra, quòd simplices motus sunt finiti: sunt enim tres. s. motus qui est ad medium: & motus qui est a medio: & motus qui est circa medium. Ideo autem oportet, quòd si motus simplices sunt finiti, quòd corpora simplicia sint finita; quia necesse est, quòd omne corpus naturale habeat proprium motũ. si autem essent infinitæ species corporum, motibus existentibus finitis, oporteret esse aliquas species corporum, quæ non haberent motus, quòd est impossibile. sic igitur ex hoc, quòd motus simplices sunt finiti, sufficienter probatur, quòd species corporum simplicium sint finitæ. Omnia enim corpora mista componuntur ex simplicibus. Vnde si esset aliquod torum dissimilium partium, quod componeretur ex infinitis speciebus corporum mistorum: tamen oporteret, quòd species primorum componentium sint finitæ: quamuis etiam hoc non videatur possibile, quòd finitorum elementorum diuersificentur commistiones in infinitum. Nec tamen aliquod corpus mistum potest dici omnium similium partium: quia & si partes eius quantitatiuæ sint similes specie, sicut quælibet pars lapidis est lapis: partes tamen essentiales eiusdem sunt diuersę secundũ speciem. Cõponitur enim substantia corporis misti ex corporibus simplicibus. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit, quòd non est possibile esse corpus infinitũ dissimilium partium, ita quòd species partiũ sint finitæ: & ad hoc inducit quatuor rationes, quarum prima est, quòd si corpus dissimilium partium infinitum existens ex partibus finitis specie componeretur, oporteret quòd quælibet partium eius esset infinita ſm magnitudinẽ, puta, si aliquod corpus mistum esset infinitum, elementis existentibus finitis, oporteret aerem esse infinitum, & æquũ, & ignem. Sed hoc est impossibile: quia, cũ quodlibet eorum sit graue vel leue, sequeretur ſm præmissa quòd grauitas eius, vel leuitas esset infinita. Ostensum est autem quòd nulla grauitas vel leuitas potest esse infinita, ergo non est possibile quòd corpus infinitum dissimilium partium componatur ex finitis speciebus partium. Potest autem aliquis obicere, quòd non sequitur hac ratione facta, quòd vnaquæque partium sit infinita: esset enim possibile totum esse infinitum, vna parte existente infinita ſm magnitudinem, & aliis existẽtibus finitis. Sed hoc reprobatum est in 3. Physic. si enim vna pars esset infinita, consumeret alias partes finitas propter excessum virtutis. Potest tamẽ dici, quòd etiam hoc posito sequitur idem inconueniens. s. quòd sit grauitas vel leuitas infinita, & ideo de hoc Aristo. non curauit. Secundam rationem ponit ibi.

d ¶ Si enim partes totius infiniti sint infinitæ secundum magnitudinem, oportet etiam quòd loca earum essent infinita secundum magnitudinem, quia loca oportet esse æqualia locatis: sed motus mensuratur secundum magnitudinem loci in quem pertranſit, vt probatur in 6. Physic. ergo sequitur quòd motus omnium partium harum sint infiniti. Sed hoc est impossibile, si sint vera ea quæ supra supposuimus. s. quòd non conuenit aliquid moueri deorsum in infinitum, neque etiam sursum, quia deorsum est determinatum, cùm sit medium, & eadem ratione sursum est determinatum: si enim vnum contrariorum est determinatum, & aliud. Et hoc etiam hic ostendit per id quod est commune omnibus motibus. Videmus enim in transmutatione quæ est secundum substantiam, quòd impossibile est id fieri quod non potest esse factum: sicut non potest fieri asinus rationalis, quia impossibile est asinum esse talem: & simile est in tali, scilicet in motu qui est secundum locum. Si enim impossibile est, quòd aliquod nigrum sit factum album, sicut coruus impossibile est quòd fiat albus, & si aliquid impossibile est quòd sit formica, impossibile est quòd ad hoc moueatur: & si impossibile est quòd aliquid sit in Aegypto, puta, Danubius, impossibile est,

Lec.5. T.c.44.

Secunda ratio.

Lec.9. T.c.67.

bile est, quòd ad id moueatur. Et huius ratio est, quia natura nihil facit frustra: esset autem frustra si moueretur ad id, ad quod est impossibile peruenire, sic igitur impossibile est, quòd aliquid moueatur localiter ad illud, ad quod non potest peruenire. non est autem pertransire locum infinitum. si igitur loca essent infinita, nullus esset motus, quod cùm sit impossibile, non potest esse, quòd partes corporis infiniti dissimilium partiũ sint infinitæ in magnitudine. Tertiam rationem ponit ibi.

e ¶ Posset enim aliquis dicere, quòd nõ est vnum cõtinuum infinitum: sunt quidem partes discretæ, ideſt, disiunctæ & non continuæ infinitæ: sicut Democritus posuit infinita corpora indiuisibilia, & sicut Anaxagoras posuit infinitas partes consimiles: sed ipse dicit, quòd ex hac positione nihil minus sequit inconueniens: quia si sint infinitæ partes ignis non continuę, nihil prohibet illas omnes coniũgi, & sic fieri ex omnib⁹ vnum ignem infinitum. Quartam rationem ponit ibi.

f ¶ Cùm enim aliqd dicitur esse infinitũ, oportet quòd infinitum accipiatur secũdum propriam eius rationem, puta, si dicamus lineam esse infinitã, intelligemus quòd sit infinita secundum longitudinem: superficies secũdum longitudinem & latitudinem: corpus autem secundum longitudinem latitudinem & profunditatem. Corpus. n. dicitur ad omnem partem, quia habet omnes dimensiones, vt supra dictũ est. Et sic si corpus dicatur infinitũ, oportet quòd sit infinitum ad oẽm partem, & ita ex nulla parte erit aliquid extra ipsum. Non ergo est possibile, quòd in corpore infinito sint plura dissimilia, quorum vnũquodq; sit infinitum: quia non est possibile esse plura infinita secundum prædicta. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.59.

Tex.cõ.60.

Tex.cõ.61.

Tex.cõ.62.

Tex.cõ.63.

g Ostendit quòd corpus infinitum non potest esse similium partium, & hoc duabus rationibus, quarum prima est: quia cuilibet corporis naturalis oportet esse aliquem motum localem: nõ est autem alius motus præter istos qui supra dicti sunt, quorum. s. vnus est circa medium, alius a medio, & tertius ad medium: sequitur ergo quòd habeat vnum istorum motuum. sed hoc est impossibile: quia si moueatur sursum vel deorsum, erit graue vel leue, & ita accidet grauitatem & leuitatem esse infinitam, quod est impossibile secundum præmissa supra. & non est possibile quòd moueatur circulariter, quia est impossibile in-

tingit factum esse, similiter in tali, & tanto, & vbi. Dico autẽ si impossibile est factum esse album aut cubitale, aut in Aegypto, & fieri aliquid horum impossibile. Impossibile igitur & ferri illuc, quò nullum quod fertur possibile est peruenire.

h Adhuc, si & discreta sunt, nihil minus continget vtique ex omnibus ignem infinitum esse.

i Sed corpus est vndique distẽsiones habens. Itaque qũo possibile est plura quidem dissimilia, vnũquodq; autẽ eorum infinitum esse? vndiq; enim vnumquodq; oportet infinitum esse.

k Sed adhuc neq; totum homiomerum cõtingit infinitum esse. Primum quidem. n. nõ est alius præter istos motus. Habebit igitur vnum horum. si autem hoc accidet aut grauitatẽ infinitam aut leuitatẽ esse infinitam. Sed adhuc non est possibile corpus qđ circunfertur. Impossibile. n infinitum cirũferri. Nihil. n. differt hoc dicere, q̃ cælum dicere infinitũ esse. Hoc autem ostensum est ꝙ non est possibile. Sed adhuc neq; omnino infinitũ contingit moueri: aut. n secundum naturam mouebitur, aut violentia. & siquidem violentia, est ipsi, & q secundum naturam, quare & locus alius æqualis in quem fertur: hoc autem impossibile.

LECTIO. XIIII.

Vòd autẽ omnino impossibile sit infinitum a finito pati aliqd, aut facere finitum, ex his manifestum est. Sit. n. infinitum in quo A, finitum autem in quo B. tps autẽ in quo mouit aliquid, aut motum est G. Si itaq; ab A, calefactum est, aut latum est, aut

a

finitum circunferri. nihil. n. differt hoc dicere, quàm si dicatur cælum infinitum, quod est impossibile, vt supra ostensum est. non ergo contingit totum corpus infinitum esse homogeneũ. Secundam rationem ponit ibi. {Sed adhuc neq; omnino &c.} quæ sequitur ex communi ratione motus localis. si enim sit corpus similium partiũ infinitum, sequitur quòd nullo mõ possit moueri: qa si moueretur, aut mouebitur ſm naturam, aut secundum violentiã. Si autem sit ei aliqs motus violentus, sequitur quòd etiam sit ei aliquis motus naturalis: quia motus violentus contrariatur motui naturali, vt supra habitũ est. Si autem aliquis sit ei motus naturalis, sequitur quòd sit etiam aliquis locus æqualis sibi, in quem naturaliter fertur: qa motus naturalis est eius quod fertur in ꝓprium locum. hoc autem est impossibile: quia sequeretur quòd sint duo corpora alia loca infinita, quod est æquè impossibile: sicut quod corpus infinitũ moueatur. Si ergo omne corpus naturale mouetur, sequitur quòd nullum corpus naturale sit infinitum. Esset tamẽ attendendum, quòd hæc ratio non procedit nisi de motu recto. Nam id qđ mouetur circulariter, non mutat totũ locum subiecto. sed solũ ratione, vt probatur in 6. Physi. sed quòd corpus infinitum non possit moueri circulariter, supra multipliciter est ostensum.

Tex.cõ.85. Lec.11.

LEC. XIIII.

Ostquàm Philosophus ostendit, quòd non est infinitum acceptũ ex parte motus localis, hic ostendit idem cõmuniter ratione, quæ. s. accipitur a motu in cõmuni: siue ex actione vel passione, quæ comitantur omnem motum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit: secundo probat propositum, ibi {Sit enim infinitum &c.} Tertio excludit quandam obiectionem, ibi {Sed tamen & quandoq; &c.} Dicit ergo primo, quòd ex his quæ sequuntur manifestum est, quòd corpus infinitum non solum non potest moueri localiter, sed quòd vniuersaliter non potest aut pati, aut agere aliquid in corpus finitum. Deinde cum dicit. {Sit enim infinitum &c.} Probat nullum corpus sensibile esse infinitum tali ratione. Nullum corpus infinitum habet virtutem actiuam, aut passiuam, aut vtrãq; sed omne corpus sensibile habet virtutem actiuam, aut passiuam, aut vtrãque. ergo

a

Minimo autem fieri nõ potest, vt infinitum a finito patiatur, aut in quippiam finitum agat, ex hisce patere potest. Sit enim infinitum quidem A, finitum autem B. & tempus in quo finitum mouit, ac infinitum est motum C. Si igitur ipsum A calefactum est aut pulsum a B, aut aliquid quippiam

quàm etiam in vbi. Dico autem hoc pacto. si impossibile est album quippiam fore, aut pedalem, aut in Aegypto, & fieri quicquam horum impossibile est. impossibile est igitur & illuc etiam quicquam ferri, quò nullum corpus peruenire potest subiens lationem.

B

Præterea & si seiuncta sunt, non minus tamen hisce, qui est ex omnibus, ignis infinitus esse potest.

At corpus est id quod omni ex parte dimensionem habet. Quare quomodo fieri potest ut plura quidem sint dissimilia, vnumquodque autem ipsorum sit infinitum? omni enim ex parte quodque infinitum esse oportet.

Ad vero neque similium partium infinitum esse potest. Primo enim non est alius præter hos motus: horum igitur vnum habebit. Quod si hoc concedetur, eueniet sanè grauitatem, aut leuitatem infinitam in ratione rerum esse. atqui impossibile est id quod versatur infinitum esse: fieri enim non potest, vt infinitum ipsum versetur: nihil enim interest hoc, an cælum infinitum esse dicatur: hoc autem demonstratum est impossibile esse. At vero fieri omnino non potest, vt infinitum subeat motum. aut enim

C

secundum naturam, aut vi motu ciebitur: atque si ui moueatur, est ipsius profecto, & secundum naturam motus: quare et locus proprius alius erit, ad quem ipsum suapte natura feretur: at hoc impossibile esse constat.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

que. ergo nullum corpus sensibile est infinitum. Circa hoc ergo duo facit. Primo probat maiorem: secundo ponit minorem & conclusionem, ibi{Si igitur omne corpus &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, & dicit manifestum esse ex his quæ dicentur, quòd non solum impossibile est infinitum moueri localiter: sed vniuersaliter est impossibile infinitum pati aliquid, vel etiam agere in aliquid corpus finitum: secundo, ibi{Sit.n. infinitum &c.} probat propositum, & primo ostendit, quòd infinitum non patitur a finito: secundo ostendit, quòd finitum nõ patitur ab infinito, ibi{Neque vtique infinitum &c.} Dicit ergo primo, quòd si corpus infinitum patitur a finito, sit corpus infinitum in quo est A, corpus autem finitum in quo est B, & quia omnis motus est in tempore sit tẽpus G, in quo mouit A, aut A motum est. Si ergo ponamus, quòd A, quod est corpus infinitum, a B, quod est corpus finitum sit alteratum, puta calefactum, aut latum; idest, motum secundum locum, aut aliquid passum, puta infrigidatum, aut humectatũ, aut quocunq; modo motum in tempore G: accipiamus vnam partẽ B mouentis, quæ sit D, & nihil refert ad propositum si D esset quoddam aliud corpus minus q̃ B. manifestũ est, quòd minus corpus mouet minus mobile in æquali tempore, hoc tamen supposito, quòd in minori corpore sit minor virtus, quòd oportet esse, si sit corpus similium partiũ: minor aũt virtus in æquali tpe mouet minus mobile. Sit ergo corpus E, quod alteratur, aut qualitercũq; mouetur a D in tpe G: ita quòd intelligamus corpus E, esse partem totius infiniti, quod est A: sed quia tam D quàm B est finitum, & quorũlibet duorum finitorum corporum, est aliqua proportio adinuicem: ẽm illam proportionem, quam habet D ad B, accipiatur proportio corporis E, ad quodcunque corpus maius finitum, puta, quòd sit F. Hac igitur positione facta ponit quasdam suppositiones, quarum prima est, quòd alterans æquale in magnitudine & virtute, in æquali tempore alterat æquale corpus: secunda est quòd minus cõrpus alterans, in æquali tempore alterabit minus: ita scilicet quòd tantum erit corpus motum minus altero corpore moto, quãtum erit analogum quodcũq; maius G ad minus: idest, quanta est proportio excessus maioris corporis mouentis ad minus. Ex præmissis igitur concludit, quòd infinitum a nullo finito potest moueri ẽm quodcũq; tempus, quia aliquid minus q̃ infinitum mouebitur in æquali tempore ab illo minori, quàm sit corpus mouens infinitum, scilicet E, quod est minus quàm A, mouebitur a D quod est minus q̃ B ẽm præmissa. Id autem quod est analogum ad E, idest, in eadem proportione se habens ad B, sicut B ad D est quoddam finitum: non.n. potest dici, quòd ipsum infinitum quod est A, se habeat ad E, sicut B se habet ad D: quia infinitum ad finitum nullam proportionem habet: supposito autem, quòd aliquod aliud aliquid passum est, aut & quodcũq; motum est, in tpe, in quo G fit D, eo quod est B minus: & minus in æquali tempore minus moueat. sit autem qd in quo E, ab eo quod D alteratum. Quod itaq; est D, ad B, E, erit ad finitum aliquid puta F. Sit itaq; æquale quidẽ in æquali tẽpore æquale alterans: minus aũt inæquali minus: maius autem maius: tm̃ autem quantum analogum, erit quodcũq; maius ad minus. Non igit infinitũ ab aliquo finito mouebit in nullo tpe. minus.n. aliud in æquali a minori mouebitur. At quod quidem analogum, finitum erit: Infinitum.n. ad finitũ in nulla proportione est.

b Sed adhuc neq; infinitum in nullo tpe mouebit finitum. Sit enim in quo A infinitũ, B vero finitum: tps in quo G. Igitur D in G. minus in eo quod est B, mouebit. sit autẽ illud Z. Quod itaq; est B ad Z totum, E sit habens eandẽ proportionem ad D: mouebit igitur E B Z in G. infinitum igitur & finitum in æquali tpe alterabunt, sed impossibile. In minori.n. qd̃ minus supponebatur: sed semper sumptum tempus idem faciet, quare non erit tempus, neque vnum in quo mouebit.

c Sed adhuc in infinito tẽpore non est mouisse: neq; motum esse: finem.n. non habet. Factio autem & passio habent.


At vero neque infinitum ullo in tempore finitum mouebit. Sit enim infinitum quidem A, finitum vero B, tempus autem C. Igitur D in C tempore minus B ipso mouebit. Sit illud F atque quam rationem B totum habet ad F, eam habeat E ad D: ergo E mouebit ipsum B F in tempore C: finitum ergo & infinitum æquali tempore alterabunt. at fieri non potest. Supponebatur enim maius minore in tempore alterare: atque tempus sumptum idem faciet semper: quare nullum erit tempus, in quo mouebit.

At vero fieri non potest, ut tempore infinito moueat aut etiam moueatur: finem enim non habet: actio autem atque passio habent.

finitum se habeat ad E, sicut B ad D, erit cõmutatim dicere, quòd sicut D se habet ad E, ita B se habet ad illud finitum. Sed D monet B in tempore G: ergo B mouet finitum in tempore G. sed in hoc tempore positum est B mouere A. ergo finitum in tempore eodem mouebit finitum & infinitum. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat quòd infinitum corpus non mouet corpus finitũ in aliquo tpe, & primo ostendit q̃ nõ mouet in tpe finito, secundo quòd non mouet in tpe infinito, ibi{Sed adhuc infinito &c.} Dicit igit primo, quòd neque etiã corpus infinitũ mouebit corpus finitum in nullo tpe. determinato. Si.n. detur contrarium, sit corpus infinitum in quo est A, corpus vero finitum quod ab eo mouet sit B & Z, tps aũt in quo mouetur sit G. D autem sit quæda pars finita corporis infiniti qd̃ est A. Et quia minus in æquali tpe minus mouet, cõsequens est quòd corpus finitum D, in G tpe moueat minus corpus eo quòd est B ẽm, & sit id minus Z quæ est pars eius, quia igit totum B Z, habet aliquam proportionem ad Z, accipiatur, quòd sicut totum B Z, se habet ad Z, ita B se habet ad D, quorum vterque est pars finiti. ergo cõmutatim quæ est proportio D ad Z, eadem est proportio B ad B Z: sed D monet Z in G tempore. ergo si in hoc tpe, B Z moueretur ab A corpore infinito, sequit quòd infinitum & finitum moueant in eodem tpe vnum & idem mobile. sic igitur impossibile est quòd finitum moueatur ab infinito in tpe G. Et idem sequitur quodcunque aliud tempus finitum sumatur nullum ergo tempus finitum est dare in quo infinitum moueat finitum. Deinde cum dicit.

G. Tempus.



A. infinitum alterans.
D. Pars corporis infiniti.
B. mobile finitum passum.
Z. pars ipsius B.

c ¶ Ostendit quòd neque hoc potest esse in tpe infinito. non.n. contingit quòd in tpe infinito aliquid moueri, vel motum fieri, quia ips infinitum non habet finem: ois aũt actio, vel passio habet finem. nihil.n. agit vel patitur nisi vt perueniat ad aliquem finem. Relinquitur ergo quòd infinitum non moueat finitum in tempore infinito. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat

d ¶ Probat quòd infinitum non moueat infinitum, & dicit, quòd infinitum non contingit aliquid pati ab infinito secundum quãcũq; speciem motus. Alioquin sit corpus infinitum agens, in quo est A, & corpus infinitum patiens, in quo est B, tempus aũt in quo B passum est ab A, sit D G: sit autem E pars infiniti mobilis, qæ
Tex.cõ.66. est B: quia ergo totũ B passum est ab A, in toto tempore quod est D. G, manifestum est, quòd E quod est pars eius, non mouetur in toto hoc tempore. oportet.n. supponere, quòd ab eodem mouẽte minus mobile moueatur in minori tẽpore. Quãto enim mobile magis vincitur a mouente, tanto velocius mouetur ab ipso. sit ergo quòd E quod est minus quàm B, moueatur ab A in tempore D, quod est pars
T.c.67. totius temporis G: D. D autem ad G. D, est aliqua proportio, cùm vtrunq; sit finitum. Accipimus autẽ quòd eãdem proportionem habeat E ad
T.c.68. aliquã partem ipsius mobilis infiniti maiorem, quam. C. D habet ad D G. Sit ergo ista infinitum magis quàm E, necesse est quòd moueatur ab A in G D tempore.
Tex.cõ.69. oportet.n. supponere quòd ab eodẽ mouente moueatur maius, & minus mobile in maiori & minori tempore: ita quòd sit diuiso mobilium secundum proportionem tẽporum. Quia igitur proportio illius finiti ad E, est sicut proportio totius temporis G D ad D, oportet cõmutatim dicere, quòd proportio totius temporis G D. ad illud mobile finitum maius, sit sicut proportio tem-
Tex.cõ.70. poris D ad mobile E, sed E mouetur ab A in tempore D. ergo illud finitum maius mouebitur ab A in tempore G D: & sic in eodem tempore mouebitur finitum & infinitum, quod est impossibile. & idem inconueniens sequitur, quodcũq; tempus infinitũ accipiatur: sic igitur impossibile est quòd infinitũ moueatur ab infinito in tempore finito. Relinquitur igitur si moueatur, quòd moueatur in infinito tempore: sed hoc est impossibile, vt supra ostensum est, quia infinitum non habet finem, omne autem quod mouetur, habet finem: quia & si totus motus cæli nõ haberet finem, vna tamen circulatio habet finem. Sic igitur manifestum est quòd infinitum non habet virtutem actiuam, neque passiuam. Deinde cum dicit.

e ¶ Assumpta minori, infert conclusionem dicens, quòd omne corpus sensibile habet virtutem actiuam, aut passiuam, aut vtranque. Dicitur autem corpus sensibile ad differentiam corpotis Mathematici: ita quòd corpus sensibile dicatur omne corpus naturale, quod inquantum huiusmodi, natum est mouere & moueri. sic ergo concludit, quòd impossibile est aliquod corpus sensibile esse infinitum. Deinde cum dicit.

f ¶ Excludit quandam obiectionem, quia posset aliquis dicere quòd sit aliquod corpus extra cælum intelligibile, quod sit infinitũ, & dicit quòd omnia corpora, quæ sunt in loco sunt sensibilia: non. n. sunt corpora Mathematica, quia talibus non debetur locus nisi secundum metaphoram, vt dicitur in Primo de Generatione. Locus.n. non quæritur, nisi ꝓpter motũ, vt dr̃ in 4 Physic. nõ aũt mouẽtur, nisi corpora sẽsibilia & naturalia: nam Mathematica sunt extra motum. Sic igitur manifestũ est quòd quæcunque corpora sunt in loco, sunt sensibilia, & ex hoc concludit quòd corpus infinitum non sit extra cælum, neque simpliciter. si corpus infinitum, neque secundũ quid vel vsum ad aliquid. i. corpus finitũ. cum.n. corpus omne sit finitum vel infinitum, sequitur quòd nullum oino corpus sit extra cælũ, qa si diceret q̃ sit intellectuale, sequit quòd sit in loco, ex quo ponitur extra cœli. Extra.n. & intra significant locum. sic igitur relinquitur, quòd si aliqd̃ corpus sit extra cælũ finitum, vel infinitũ, quòd sit sensibile. eo quòd nullum sensibile corpus est, qd̃ non sit in loco: quia etiã cælum quodammodo est in loco, vt patet in 4. Physic. Manifestum est autem ex hoc vr̃, quòd nullũ corpus intelligibile, neque finitum neq; infinitũ, est extra cælum, quia extra significat locum: nihil autem est in loco nisi corpus sensibile. Manifestum est etiam, quòd nullum corpus infinitum sensibile, est extra cælũ. ostensum é.n. supra, quòd nullum corpus sensibile est infinitum. Quòd aũt corpus sensibile finitum non sit extra cælum, non videtur hic probari, sed supponi: nisi forte per hoc quòd omne corpus sensibile est in loco: omnia autem loca continentur infra cælum, quæ determinantur tribus motibus localibus supra positis. i. qui sunt circa medium, a medio, & ad medium.

At qui neque fieri potest, vt infinitum ab infinito aliquid patiatur. Sit enim tam A quàm B infinitum: C D autem tempus in quo passum est B ab A. pars igitur infinitæ, quæ est E, quoniam totum B fuit passum, non æquali tempore passa est idem. Supponatur enim minus tempore minore moueri: sit E motum ab A in tempore D F. Quod igitur est ipsum F D. ad C D, idest, ipsum E ad quippiam finitum ipsius B. hoc igitur ab A in C D tempore motum esse necesse est. Supponatur enim ab eodem in maiore tempore atque minore maius minus ue pati: quæ quidem diuisa sunt per temporis rationem. Nullo ergo tempore finito, infinitum ab infinito moueri potest. in infinito ergo. Sed infinitum quidem tempus finem non habet, id autem quod est motum, habet.

Si igitur omne sensibile corpus actiuum, aut passiuum, aut vtranque potentiam habet: impossibile est corpus infinitum sensibile esse.

At vero quæ corpora etiam sunt in loco, omnia sensibilia sunt. Non ergo corpus vllum extra cælum infinitum erit: at neque etiam finitum. Nullum ergo corpus ommino est extra cælum. Nam si intelligibile sit, erit sanè in loco. Extra enim & intus, locum significat. Quare sensibile corpus erit: sensibile autem nullum, est non in loco.

Lec.18. Tex.cõ.93. Lec.5.

Lec.7. T.c.4.

LECTIO XV.

a Rationabilius autem est conari & sic. Neq; enim in circuitu possibile est moueri infinitum homiomerum eus: medium quidem

LECTIO. XV.

a *Licet etiam & rationes afferre ad artificem dissevendi magis accommodatas. Neque enim uersari potest infinitum si sit similium partium:*

E nullum corpus sensibile est infinitum. Quòd autẽ corpus sensibile finitum non sit extra cælum, non videtur hic probari, sed supponi: nisi forte per hoc quòd omne corpus sensibile est in loco: omnia autem loca continentur infra cælum, quæ determinantur tribus motibus localibus supra positis. i. qui sunt circa medium, a medio, & ad medium.

LECTIO. XV.

a Postquàm Philosophus ostendit nullum esse corpus infinitum rationibus philosophicis, idest, quæ sumuntur ex principijs scientiæ naturalis, hic ostendit idem rationibus logicis, idest, quæ sumuntur ex aliquibus communioribus principijs, vel aliquibus probabilibus & non necessarijs, & hoc est quod dicit: est. i. contingit conari ad propositum ostendendum rationabilius. i. per viam

Logicam

Universidad de Deusto
Biblioteca

logicam, sic. {Secundum rationes sequentes. vnde alia litera planior est quæ sic habet. Magis autem logice argumentari sic. Primo autem ostendit propositum de corpore infinito continuo: secundo de non continuo, ibi{Sit autē non cōtinuum &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd corpus infinitum similium partiū existens, non potest moueri circulariter: quod quidem probat per hoc quòd infiniti nō est aliquod medium, sicut nec extremum: motus autem circularis est circa medium, vt supra habitum est. ergo &c.

Tex.cō.71. Secundo ostendit tribus rationibus, quòd nō est possibile quòd tale corpus infinitū motu recto moueat, quarum prima talis est. Omne corpus qđ mouetur motu recto, potest moueri naturaliter & per violentiam. Quicquid autem mouetur per violentiam habet aliquem locum in quem mouetur naturaliter: locus autē

T.c.72. omnis est æqualis loco. Sic ergo sequetur, quòd sint duo loca tanta, quātum est corpus infinitum; in quorum vnum mouetur violenter, & in alium naturaliter. hoc autē est impossibile. {quòd sint duo loca infinita, sicut & quòd sint duo infinita corpora, vt supra habitum est. Relinquit ergo quòd nullum corpus naturale sit infinitum. Videtur autem vtiq; ratio logica esse, quia procedit ex eo quòd cōtingit corpori infinito inquantum est infinitum, siue sit mathematicum, siue sit naturale, scilicet habere medium, & non habere aliquid æquale extra se. {supra autem posuit aliqua similia, sed non tanquàm principalia, sed tanquàm assumpta ad manifestationem aliorum. Secundam rationem ponit ibi.

b ¶Ratio talis est, Siue dicatur quòd corpus infinitum moueatur motu recto naturaliter, siue per violentiam, siue vtroque modo, oportet dicere quòd sit potentia mouens corpus infinitum. Ostensum est enim in 7. & 8. Physic. quòd omne quod mouetur, ab alio mouetur, non solum in his quæ mouentur per violentiam, de quibus magis est manifestum, sed etiam in his quæ mouentur naturaliter, sicut corpora grauia & leuia mouentur a generante, vel remouente prohibens. Cùm autem fortius non moueatur a debiliori, impossibile est quòd infinitum, cuius virtus est infinita, moueatur a potentia finita mouentis. vnde relinquitur, quòd oportet potentiam mouentis esse infinitam. Manifestum est autem, quòd si potentia sit infinita, erit rei infinitæ: & è conuerso, si corpus infinitum est, oportet quòd virtus sit infinita. si ergo est corpus infinitum, quod mouetur, necesse est quòd corpus mouens sit & infinitum. probatum est enim in his quæ de Motu primo in 8. Physic. quòd nullum finitorum habet virtutem infinitam, nec aliquod infinitorum

Lec.1. Tex.cō.2. Lec.2.

Lec.21. Tex.cō.79.

dem infiniti non est, Quod autem in circuitu circa medium mouetur. Sed & neq; in rectum possibile est ferri infinitum. Oportebit.n. alterū esse tm̄ locum infinitū, in quem fertur secundum naturam: & alium tātum, in quem præter naturam.

b Adhuc siue natura habet motum eius qđ in rectum, siue violentia mouetur, vtroq; modo oportebit infinitā esse mouentem potentiā. Quæ.n. infiniti finita, & infiniti infinita virtus: quare erit & mouens infinitum. Ratio aūt in his quæ de motu, ꝙ nullum habet infinitam virtutem finitorū, neq; infinitorum finitam. Si igitur secundum naturā & præter naturam cōtingit moueri, erunt duo infinita: quod quidem mouens sic, & quod mouetur.

c Adhuc mouens quod infinitum quid est. Si quidē. n. ipsum seipsum animatum erit. Hoc autem qūo possibile infinitum esse animal? Si autem aliud aliquid mouens, duo erunt infinita, & mouēs, & quod mouetur, differentia secundum formam & virtutem.

d Si autem non continuum totum, sed quemadmodum dicit Democritus & Leucippus determinatum vacuo, vnum necessarium est esse omnium motum. Determinata sunt quidē igitur figuris. Naturam autem esse dicunt ipsorū vnam, quēadmodum si aurū vnūquodq; sit segregatum. Horum autem quemadmodum dicimus ne-

T.c.73.

F habet virtutem finitam. Sic igitur patet, quòd si sit corpus infinitum quod mouetur motu recto, oportet quòd moueat a corpore infinito. Si ergo ponamus, quòd corpus infinitum cōtingit moueri & ſm naturam, & præter naturam: similiter contingeret ſm vtrunque modum, quòd sint duo infinita, ſ. illud quod mouet sic, ideſt, naturaliter, vel violenter, & aliud qđ mouetur: hoc aūt est impossibile, quòd sint duo corpora infinita, vt supra ostensum est. ergo non est possibile esse corpus infinitū, quod moueatur motu recto. Hæc etiam ratio logica est, quia procedit ex cōi proprietate infiniti corporis, quòd. ſ. non habeat extra se aliud corpus æquale. Pōt aūt ex hac rōne concludi, nō solum quòd sint duo infinita, sed plura. Nam si corpus infinitum mouet naturaliter, corpꝰ naturaliter ipsum mouēs erit infinitum: & qa contingit ipsum moueri violenter, corpꝰ qđ mouet ipsum violenter erit infinitū, & sic erunt tria infinita. Rursus quia motus qui est violentus vni, est naturalis alteri, vt supra dictū est; sequitur quòd etiam sit aliud corpus infinitum, quod naturaliter hoc modo mouetur a virtute infinita. Tertiam rationem ponit ibi.

c ¶ Et hæc quidem ratio inducitur ad excludēdū obuiationem quādam ad pdictam rōnem. Posset enim aliquis dicere, quòd corpus infinitum mouetur naturaliter non quidem ab alio, sed a seipso, sicut animalia dicuntur seipsa mouere, & sic non sequitur esse duo corpora infinita, quod præmissa ratio concludebat: & ideo proponit, quòd necesse est dicere, si sit corpus infinitum, quòd mouens ipsum sit aliquid aliud: quia si moueret seipsum, esset animatum. Hoc.n. est proprium animalium quòd seipsa moueant. si ergo corpus infinitum sit mouens seipsum, sequitur quòd sit animal infinitum, sed hoc non videtur esse possibile: quia omne animal habet determinatam figuram, & determinatam proportionem partium ad totum, quod non competit infinito. sic igitur non potest dici, quòd infinitum moueat seipsum. Si autem dicatur, quòd aliquid aliud moueat ipsum, sequitur quòd sint duo infinita, scilicet mouens, & quod mouetur. & ex hoc sequitur, quòd differunt secundum speciem & virtutem: quia mouens comparatur ad mobile, sicut actus ad potentiam. hoc autem est impossibile, sicut prius dictum est.

Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit non esse infinitum nō continuum, sed distinctū per interpositionem vacui, sicut posuerunt Democritus & Leucippus. Et hoc ostendit tribus rōnibus. Circa quarum primā dicit, quòd si infinitum non sit vnum totum continuum, sed sicut dicunt Democritus & Leucippus, quòd distinguatur vacuo intermedio. Ponebant.n. quòd corpora indiuisibilia non possunt inuicem coniungi, nisi vacuo mediante. Secundum horum

quippe cùm non sit medium infiniti, id uero quod uersatur circa medium moueatur, neque recta moueri. Oportebit enim alium tantum infinitum esse locum, ad quem suapte natura mouebitur, & alium item tantum, ad quem præter naturam ferretur.

G *Præterea siue natura motum habeat recte pergendi, siue ui moueatur, utroque profecto modo mouentes uires infinitas esse oportet. Vires enim infinitæ sunt infiniti, & infiniti uires sunt infinitæ: quare & id quod mouet, infinitum esse necesse est. Est autem in hisce quæ de motu sunt dicta, ratio quædam, qua demonstratur nihil finitorum potentiam infinitam, neque quicquàm infinitorum finitam habere. Si igitur erit id quod*

H *secundum naturam mouetur, & præter naturam moueri potest, erunt infinita duo: id inquam quod sic mouet, & id quod mouetur.*

Præterea quid est id quod infinitum mouet? Nam si ipsum seipsum mouet, animatum erit profecto. Hoc autem quonam pacto infinitum animal esse potest? Sin aliud quippiam est, duo erunt infinita profecto: id inquàm quod mouet, & id quod mouetur, forma, potentiaq; diuersa.

Si uniuersum autem non sit continuum, sed ut Democritus dicit, ac Leucippus, corpora uacuo sint distincta, unum omnium esse motum necesse est: sunt enim figuris distincta. Naturam autem ipsorum unam inquiunt esse, perinde atque si quodque separatum aurum esset. Horum autem uti dicimus eundem esse motum necesse est. Quo

I

K

horum positionem sequitur, quòd necessarium sit omnium esse vnum motum. Dicebant enim quòd ista corpora indiuisibilia infinita sint determinata, ideſt, distincta adinuicem solummodo per figuras, inquantum. ſ. vnum eorum est pyramidale, aliud sphæricum, aliud cubicum, & sic de alijs: & tñ dicunt naturam omnium eorum esse vnā. Sicut siquis dicat, quòd vnūquodque eorum per se separatum sit de natura auri: si autem eorum est vna natura, necesse est quòd sit vnus & idem motus eorum, non obstante quòd sunt minimæ partes corporū:

Tex.cō.74. quia idem est motus totius & partis, sicut totius terræ, & vnius boli, i. vnius particulæ, & totius ignis, & vnius scintillę. Si ergo omnia sunt eiusdem naturæ, & habent eundem motū, aut omnia mouentur deorsum quasi habentia grauitatē, & sic nullum corpus erit simpliciter leue, cum omnia corpora dicā

Tex.cō.75. tur esse ex his composita: aut omnia mouentur ſursum quasi habentia leuitatem, & sic nullum corpus erit graue, quod est impossibile. Secundam rationem ponit ibi.

e ¶ Et hæc talis est, Omne corpꝰ graue mouetur ad mediū: omne autem corpus leue mouetur ad extremum. si ergo aliquod, vel quodlibet prædictorum indiuisibilium corporū haberet grauitatem, aut leuitatem, sequeretur quòd totius ſpatij contenti ex indiuisibilibus corporibus, & vacuis intermedijs sit aliqđ extremum, aut medium: sed hoc est impossibile, cum totū istud ſpatium sit infinitum. relinquitur ergo hanc positionem esse impossibilem. Et quia hæc ratio valet ad destruēdum infinitum, qualitercūq; infinitum ponatur, siue sicut continuum, siue sicut non continuum: ideo hanc eandem vlterius ponit cum subdit. {Totaliterq; &c.} & dicit, quòd vniuersaliter possumus dicere, quòd vbi non est medium, & extremum, ibi non est ſursum, quod est extremum: neque deorsum, quod est medium: quibus ſuppositis nullus locus erit, quo corpora ferantur motu recto: feruntur enim ſursum vel deorsum. Sublato autem loco nullus erit motus: & omne quod mouetur necesse est moueri aut secundum naturam, aut præter naturam, quod quidem determinatur per loca propria, & aliena. Nam motus naturales dicuntur, quibus corpora mouentur ad loca propria. Motus autem violenti dicuntur, quibus mouentur ad loca aliena. hoc autem est impossibile, quòd motus auferatur a corporibus. ergo impossibile est ponere infinitum}. Tertiam rationem ponit ibi.

cessarium est esse eundem motum. vbi.n. vnus bolus, & tota terra fertur: & totus quidem ignis, & scintilla in eundem locum. Quare neque leue simpliciter nullum erit corporum, si oīa habent grauitatem: si autē leuitatem, graue nullum erit.

B

e Adhuc, si grauitatem habet, aut leuitatē, erit aut extremum aliqd totius, aut medium. Hoc autem impossibile infinito ente. Totaliterq; vbi non est medium, neque extremum: neque hoc quidem ſursum, hoc autē deorsum. Nullusque locus erit corporibus lationis: hoc autē non existente, motus non erit. Necesse. n. moueri aut secundum naturam, aut præter naturam. Hæc autem determinata sunt locis proprijs, & alienis.

C

f Adhuc, si vbi præter naturam aliquid manet, aut fertur, necesse cuiusd ā esse alterius hunc locum secundum naturā. Hoc autem credibile ex inductione. Necesse igitur neque omnia grauitatem habere, aut leuitatem: sed hoc quidem, hoc autem non.

g Quòd quidem igitur non est corpus omnino infinitum, ex his manifestum.

D

LECTIO XVI.

Vod autem neque plures possibile sit esse cælos, dicamus. Hoc. n. dicebamus intendendum, si quis non putat vniuersaliter ostensum esse de corporibus, quòd impossibile est esse extra mundum, ſ. de quocunq; ipsorum, sed solum in infinite positis dictam esse rationem.

E

A f ¶ Dicit quòd locus, ad quem mouetur aliquid præter naturam, vel in quo quiescit præter naturam, necesse est quòd sit cuiusdam alterius secundum naturam, ad quem scilicet naturaliter mouetur, & in quo naturaliter quiescat & hoc credibile fit ex inductione. Nam terra mouetur ſursum præter naturam, ignis vero secundū naturam: & econuerso, ignis deorsum p̄ter naturam, terra vero secundum naturam. Videmus autem quædam moueri deorsum, & quædam ſursum. Si autē ista quæ mouentur ſursum, mouentur præter naturā, oportebit dicere aliqua alia esse, quæ mouentur ſursum secundum naturam. Similiter si ponatur qđ ea quæ mouētur deorsum, mouentur p̄ter naturam, necesse est ponere alia, quæ mouentur deorsum secundum naturam. Vnde nō omnia habent grauitatem, neque omnia habent leuitatem secūdum positionem prædictam: sed hæc quidem habent grauitatem, quę naturaliter mouentur deorsum: hæc autem non, quæ naturaliter mouentur ſursum.

g ¶ Vltimo autem epilogando concludit, manifestum esse ex prædictis, quòd omnino non est corpus infinitum, ſ. infinitum cōtinuum, neque infinitum distinctum per interpositionem vacui. Dicuntur autem hæ vltimę rationes logicæ, quia procedūt ex quibusdam probabilibus nondum plene probatis.

LEC. XVI.

Vnde autem dicamus cur & plures esse cæli non possint. Hoc enim considerandum diximus esse, si quispiam demonstratum esse de corporibus vniuersaliter non putet, extra mundum hunc nihil ipsorum esse posse: sed sermonem dictum esse duntaxat existimet de hisce corporibus, quæ indefinite ponuntur.

Ostquā Philosophus ostendit, qđ vniuersum non est infinitum magnitudine, hic ostendit, quòd non sunt plures mundi numero, nedum quòd sint infiniti. Et primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositum, ibi {Omnia enim & manent &c.} Dicit ergo primo, quòd quia ostensum est, quòd corpus totius vniuersi non est infinitum, restat dicendum, quòd non est possibile esse plures cęlos, ideſt, plures mundos. Iam enim supradiximus, quòd de hoc erat intendendum. Est autem considerandum, quòd supra Philosophus fecit mentionem, quòd extra cælum non est aliquod corpus neque finitum, neque infinitum: ex quo sequitur, quòd non est alius mundus præter istum. esset enim aliquod corpus extra cælum: & ideo si sufficienter esset supra probatum, quòd extra cælum non sit aliquod corpus neq; finitum, neq; infinitum, nihil restaret probandum. Sed quis non putat quòd in superioribus sit ostensum vniuersaliter de

a Prima par. q.47.3.

corporibus, quòd scilicet impossibile sit quodcunque eorum esse extra mundum, sed solum quòd ratio supra sit inducta de corporibus, quæ ponuntur esse infinita, secundum hoc adhuc restat videndum, an sit possibile esse plures cælos, siue plures mundos. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat propositum, & primo ostendit, quòd tm est vnus mundus. Secundo inquirit an possibile sit esse plures mundos, ibi {Quod autē non solum vnus.} Circa primum duo facit. Primo ostendit esse tantummodo vnum mundum rōne sumpta ex inferioribus corporibus, ex quibus omnes ponebant mundum existere. Secundo ondit idem conueniēs esse ex vtrisque corporibus tam inferioribus q̄ cælestibus, ibi {Adhuc autē, & per eas &c.} Circa primum duo facit. Primo inducit rationes ad propositum ondendum, Secundo probat quod dam quod supposuerat, ibi {Quod autē est aliquid &c.} Circa primū ponit tres rationes. Secunda incipit, ibi {Adhuc necesse &c.} Tertia ibi. {Sed adhuc &c.} Circa primum duo facit. Primo præmittit tres suppositiones, quarum prima est, quòd oīa corpora quiescunt, & mouentur tam ſm naturam q̄ etiam ſm violentiam, quod quidem habet veritatē in corporibus inferioribus, quæ cum sint generabilia & corruptibilia, sicut p vim fortioris agētis possunt permutari a sua specie, ita etiam possunt remoueri a suo loco per motum violētum. In corporibus autem cælestibus nihil potest esse violentum, & extra naturam, cum sint incorruptibilia. Secunda suppositio est, quòd in quocunque loco aliqua corpora manent secundum naturam, & non per violentiam, in illum locum per naturam feruntur, & in quēcūque locum econuerso, aliqua per naturam feruntur, in illo loco naturaliter quiescunt. & idem dicendum est circa violētiam: quia in quo loco aliqua quiescunt per violentiam, in illum locum feruntur per violentiam, & econuerso. Si ad aliquem locum feruntur per violentiam, in illo loco per violentiam quiescunt. & huius suppositionis ratio est: quia cum quies in loco sit finis motus localis, oportet motum proportionari quieti, sicut finis proportionatur his quæ sunt ad finem. Tertia suppositio est, quòd si aliqua loci mutatio sit per violentiam alicui corpori, contraria est ei secundum naturam, sicut patet ex his, quæ supra dicta sunt. Secundo ibi.

Tex. cō. 77.

Tex. cō. 78.

b Omnia.n.& manent, & mouentur secundum naturam, & violentiam. Et secundum naturam quidem in quo manent nō violentia, & feruntur: & in quē feruntur, & manent. In quo autem violentia, & feruntur violentia, & in quem violentia feruntur, violentia, & manent. Adhuc si violenria ista latio, cōtraria secundum naturam.

c Ad medium itaque q̄ huc si ferretur terra inde, hinc ferretur illuc secundum naturam.

d Et si manet hic non violentia & feretur secundum naturam huc. Vna enim quæ secundum naturam loci mutatio.

e Adhuc necesse est omnes mūdos ex eisdem esse corporibus similiter quidem existentes secundum naturam. Sed ad huc necesse est & corporum vnumquodque eandem habere virtutem, vtputa, dico ignem & terram, & intermedia eorum. Si enim equiuoca hæc, & non secundum eandem ideam dicuntur, quæ ibi his quę apud nos, & totus æquiuocę vtique dicetur mūdus. palam igitur q̄ hoc quidem a medio terri natura est. hoc autem ad medium ipsorum: siquidem omnis eiusdem speciei ignis, igni & aliorum vnumquodq; quemadmodum & quę in hoc partes ignis.

I

c ¶ Ex prędictis suppositionibus arguit ad propositum. primo quidem ex parte motus. ſi.n. sunt duo mundi, oporter esse in vtroque aliquam terram. terra ergo quæ est in alio mundo, aut feretur ad medium huius mundi per naturam, aut per violentiam: ſi per violentiam. oportebit dicere ſecundum tertiam suppositionem, quòd contraria loci mutatio, quæ est ab illo mundo in medium illius mundi, sit ei secundum naturam: & hoc patet esse falsum, quia a medio illius mundi nunquam terra mouetur secundum naturam. ergo & primum est falsum. ſi quòd sint plures mundi. Secundo ibi.

d ¶ Arguit ad idem ex parte quietis. sicut.n.manifestum est, quòd natura terræ non pateretur, quòd moueatur secundum naturam a medio huius mundi, ita etiam terræ natura hoc habet, quod in medio huius mundi quiescat naturaliter. Si ergo inde huc delata terra manet hic non p violentiam, sed per naturam, sequitur per ſecundam suppositionem, quòd ab illo medio ferretur huc ſecundum naturā, & hoc ideo: quia vnus est motus, vel vna loci mutatio terræ ſecundum naturam. Vnde non potest esse quòd vterque motus sit terræ naturalis, ſ. ab illo medio ad istud: & ab isto ad illud. Deinde cum dicit.

G

Omnia itaque corpora & ui, & natura, & manent, & etiam mouentur. Atque quo in loco non ui manent, ad eum ſecundum naturam feruntur: & ad quem non ui ferentur, in eo ui quoque manent. Quo uero in loco ui manent, ad eum & ui sanè feruntur, & ad quem ui feruntur, in eo manent natura. Præterea si hæc latio ui sit, contraria competu ſecundum naturam.

Atque si ad hoc medium illinc ui terra ferretur, hinc illuc ſecundum naturam ferretur.

Et si hic terra non ui manet, & huc natura sanè ferretur. Vnum enim eum motum, qui ſecundum naturam non petit, esse constat.

H

Præterea mundos uniuersos ex eisdem corporibus constare, cum sint eiusdem naturæ, necesse est. Corporum etiam unumquodque potentiam eandem habere necesse est, ut terram, ignem, & ea quæ inter hæc collocantur. Nam si hæc solo conueniunt nomine, & non forma, eadem ea quæ illic, & hic sunt dicuntur, uniuersum quoque nomine profecto tantum mundus dicetur. Patet igitur ipsorum aliud è medio, aliud ad medium aptum esse suapte natura ferri: si ignis omnis eiusdem est formæ, & unumquodque etiam cæterorum, quemadmodum & hæ partes ignis, quæ hoc in mundo sunt.

e ¶ Ponit ſecundam rationem, quæ excludit quendam defectum, quem posset aliquis imponere primæ rationi. Posset enim aliquis ad primam rationem respondere, qd terra quæ est in illo mundo, est alterius naturæ quam terra quæ est in hoc mundo Primo ergo Aristote. hoc excludit, Secundo ex hoc arguit ad propositum, ibi {Natæ sunt igitur ferri &c.} Tertio excludit quandam obiectionem, ibi. {Significare autem &c.} Ostendit autem primo terram quæ est in alio mundo, esse eiusdem naturæ cum terra quæ est in hoc mundo. primo quidem ratione accepta ex parte mundi. Secundo ratione acceptaex parte motus, ibi {Quod autem necesse sit &c.} Dicit ergo primo, quòd ſi plures mundi qui ponuntur, sint ſimilis naturæ, necesse est quòd sint ex eisdem corporibus: & adhuc vlterius necesse est, quòd vnūquodq; illorum corporum habeat eandem virtutem cum corpore, quod est in hoc mundo: & sic oportet ignem, & terram esse eiusdem virtutis in quolibet illorum mundorum. & eadem ratio est de intermedijs corporibus, quæ sunt aer & aqua: quia ſi corpora quę sunt ibi in alio mundo, dicantur æquiuoce cum corporibus quæ sunt apud nos, & in hoc mundo, & non ſecundum eandem ideam, ideſt, nō ſecundum eandem speciem, consequens erit quòd etiam ipſum totum constans ex huiusmodi partibus æquiuoce dicatur mundus. Ex partibus enim diuersis in specie necesse est & totum diuersum in specie componi. hoc autem non videntur intendere qui ponunt plures mundos, ſed vniuoce vtuntur nomine mundi. Vnde ſequitur ſecundum eorum intentionem, quòd corpora quæ sunt in diuersis mundis, habeant eandem virtutem: & ita manifestum est, quòd etiam in alijs mundis ſicut & in isto aliquod ipſorum corporum, ex quibus constituitur mundus, natum sit ferri a medio, quod competit igni: aliud autem ad medium, quod competit terræ, ſi hoc verum est quòd omnis ignis omni igni est eiusdem speciei in quocunque mundo sit ignis: sicut & diuersæ partes ignis in hoc mundo existentis sunt vnius speciei: & eadem est ratio de alijs corporibus. Deinde cum dicit.

K

f ¶ Ostendit

f ¶ Ostendit idem ratione accepta ex parte motus, & dicit manifestum esse, quòd necesse sit sic se habere, sicut dictum est de vniformitate corporū, quæ sunt in diuersis mundis ex suppositionibus, quæ accipiuntur circa motus. Vocat autem suppositiones ea, quibus vtitur ad propositum ostendendum pp hoc, quia hæc supponuntur sicut principia, licet quædā eorum supra fuerint probata. Est aūt vna suppositio, quòd motus sint finiti, i determinati ſm spē. non.n. sunt infinitę species motuum simpliciū, ſed tres tm, vt supra probatū est. Secūda suppositio est, quòd quodlibet elementorum dicitur ſm qđ habet naturā ad aliquem vnum motū: sicut terra dicit̄ grauis pp habitudinē ad motū deorsum: ignis dicit̄ leuis pp aptitudinem ad motum sursum. qa igit̄ sunt determinatæ spēs motus, necesse ē, q̄ sint determinata loca. vñ mor̄ ſm speciem in quolibet mundo. & quia vnū quodq; elementorū dicitur ſm aliquem motuum, necesse est vlterius, quòd elementa sint eadē ſm spēm vbiq;, i. in quolibet mundo. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 81.

g ¶ Ex præmissis arguit ad propositū, Si.n. corpora q̄ sunt in quolibet mundo, sūt eiusdem speciei (videmus aūt quòd oēs partes terrę, quę sunt in hoc mundo feruntur ad hoc medium huius mundi, & omnis ignis ad extremum huius) consequens erit, quòd ēt oēs partes terræ, quæ sunt in quocūque alio mundo, ferantur ad medium huius mundi: & oēs partes ignis, quæ sūt in quocūq; alio mūdo ferūtur ad extremum huius mundi, sed hoc est impossibile: ſi.n. hoc accideret, necesse est, quòd terra quæ est in alio mundo, ferretur ſursum in proprio ſuo mundo, & quòd ignis in illo mundo ferretur ad medium: & ſimili ratione, terra quæ est in hoc mundo ferretur ſm naturam a medio huius mundi in medium illius mundi. & hoc necesse est ſequi propter dispositionem mundorum, qui talem situm habēt, vt medium vnius mundi sit distans a medio alterius, & sic non potest terra ad medium alterius mūdi moueri, nisi recedat a medio ſui mūdi mota versus extremum, quod est moueri ſursum. Similiter quia extrema diuersorum mundorum habent diuersum situm, necesse est, quòd ſi ignis debeat ferri ad extremum alterius mundi, quòd recedat ab extremo proprij mundi, quod est moueri deorsum in proprio mundo. Hæc autem sunt inconuenientia, quia aut ponendum est, quòd non sit eadem natura ſimplicium corporum in pluribus mundis, quod ſupra improbatum est: aut ſi dicamus esse eandem naturam, & velimus vitare prædicta inconuenientia', quę ſequuntur ex diuersitate mediorum & extremorum, necesse est ponere vnum ſolum medium, ad quod feruntur omnia grauia vbicunque sint, & vnum extremum, ad quod feruntur omnia leuia vbicunque sint, quo posito impossibile est esse plures mundos, quia ad vnitatem medij & extremi, ſequitur vnitas circuli, ſeu ſphæræ. Deinde cum dicit.

A

Hæc autem ita ſese habere necesſario ex ſuppoſitionibus hiſce patet, quas de motibus prius attulimus. Nā & motiones finitæ ſunt, et vnāquodq; elementorum per vnumquēque motuum dicitur. Quare ſi motiones eædem ſunt, & elementa ſint eadem ubique neceſſe eſt.

B

Partes igitur terræ quæ in alio mūdo ſunt, ad hoc medium aptæ ſunt ferri. Et ignis etiam qui eſt ibi, ad hoc vl timum ferri ſuapte natura poteſt: at impoſſibile eſt. Si.n. hoc eueniat, ſurſum quidem terram ſuo in mundo, ignem autem ad medium ferri neceſſe eſt. Simili modo & terram quæ eſt hic, è medio ſecundum naturam ferri, medium illius mundi petentem neceſſe eſt, propterea quod mundi inter ſeſe talem habent poſitionem. Aut enim ponendum non eſt eandem corporum naturam ſimplicium in cælis pluribus eſſe, aut ſi eandem eſſe ponamus, ipſum medium unum & ultimum itidem unum faciamus neceſſe eſt. Quòd ſi hoc abſurdum eueniat, uno plures eſſe mundos impoſſibile eſt.

C

Cenſere autem aliam ſimplicium eſſe naturam, ſi minus aut plus a proprijs locis diſtent metas egreditur rationis. Quid enim refert tanta longitudine, an tanta diſtent? Differunt enim tanto ratione magis, quanto plus diſtant: formam autem eandem habent.

D

h ¶ Excludit quandam obiectionem, quæ posset aliquis dicere, quòd corpora quæ sunt in alio mūdo non mouentur ad medium, & extremum huius mundi propter distantiam: ſed ipse hoc excludens dicit, quòd irrationabile est dignū reputare, quòd sit alia natura ſimplicium corporum propter hoc, quòd distāt plus, vel minus a proprijs locis, ita ſcilicet quòd ad propria loca moueātur de propinquo, & nō de remoto. non.n. videtur differre quantum ad naturam corporis, quòd per tantam longitudinē differt a ſuo loco, vel p maiorem: quia differentia mediorū mathematica nō diuerſificat naturam, est enim ſm rōné, quòd quāto plus corp⁹ ap propinquat ad ſuū locum, tanto magis velociter moueatur: ita tñ quòd species sit eadem, & motus, & mobilis. differentia.n. velocitatis est ſm quantitatem, nō ſecundum speciem, ſicut & differentiæ longitudinis.

LEC. XVII.

LECTIO XVII.

Tex. cō. 82.

AT uero motum ipſorum alium eſſe neceſſe eſt: patet enim ipſa moueri. Omnibus ne igitur motibus ui moueri, contrariſque dicemus? At quod omnino moueri aptum non eſt, id ut ui

a

Ræmiſſis duab⁹ rationibus ad oſtendendum vnitatem mundi, hic Aristo. ponit tertiam rationem ad idem: quæ q dē addit quoddam aliud, quod videbat deficere ad primam rationem. Posset.n. aliquis dicere, quòd corporibus non inest moueri naturaliter ad aliquā loca determinata: vel ſi ad aliqua loca determinata mouentur, ea quæ sunt vnius speciei, & diuerſa ſecundum numerum, mouentur ad loca diuerſa ſecundum numerum, quæ conueniunt in specie, non autem ad eundem locum ſecundum numerum, ſicut prima ratio ſupponebat. Ad hæc igitur certificanda Philoſophus inducit tertiam rationem circa quam tria facit. Primo ponit rationem. Secundo excludit quandam obiectionem, ibi {Si autem ad ſpeciem eandem &c.} Tertio infert principalem concluſionem, ibi {Itaque neceſſarium &c.} Dicit ergo primo, neceſſarium eſſe, quòd ſit aliquis motus prædictorum corporum. Manifestum est autem, quòd mouentur: quod quidem appāret & per ſenſum, & per rationem, quia huiuſmodi ſunt corpora naturalia, quibus competit moueri. Potest ergo dubitatio permanere, vtrum sit dicendum, quòd corpora naturalia moueantur per violentiam omnibus motibus, quibus mouētur, etiam ſi ſint contrarij, puta, qđ ignis inducatur

inducatur sursum, & deorsum per violentiam, sed hoc est impossibile: quia qđ non est oino natum moueri, i. quod nullum motum habet ex sua natura, impossibile est, quòd moueatur per violentiam, hoc.n. dicimus violentiam pati, quod p superioris agentis fortiam remouetur a ꝓpria inclinatione. Si igitur corporibus non inesset aliqua naturalis inclinatio ad quosdã motus, violentia in eis locum non haberet. sicut si aĩal non esset natum videre, non attribueretur ei ceritas. Oportet igitur dicere, quòd istorum corporum, quæ sunt partes mundi, sint aliqui motus secundum naturã eorum: ergo quorum

Tex.cõ.83. est vna natura, est vnus motus. vnus aũt motus dr, qui est ad vnum terminũ, vt

T.c.84. patet in Physicis. necesse est ergo quòd

T.c.6. motus singulorum, quæ sunt vnius speciei, sit ad vnum locum numero: videlicet si sint grauia, ad medium huius mundi: & si sint leuia, ad hoc extremum huius mundi: & ad hoc sequitur esse vnum mundum. Deinde cum dicit.

b ¶ Excludit quandam obiectionem. Posset.n. aliquis dicere quòd oia corpora, q̃ habent eũdem motum naturalem,

Tex.cõ.85. mouentur ad loca, quæ sunt eadem specie, sed plura numero, quia ipsa singularia, i. singulæ partes vnius corporis naturalis, puta, terræ vel aquæ, sunt plura

Tex.cõ.86. numero, sed nõ differunt specie. Non vr aũt plura requirere vnitas naturæ mobilium, q̃ sunt vnius speciei, q̃ quòd eorũ motus sit vnus ſm spẽm, ad quod videt sufficere quòd loca, ad quæ terminãtur, sint sĩlia in specie. Sed ipse ad hoc excludendum dicit, ꝙ rale, ſ. accidens, ſ. moueri ad eadem loca ſm spẽm, non videtur conuenire huic partium, huic aũt non. ſ. quòd quędã partes similes specie moueantur ad eundẽ locum numero, quædã vero ad eundem locum ſm spẽm: sed sĩr oportet, quòd cõueniat oĩbus quòd. ſ. vel oẽs partes similes specie moueãtur ad vnum locum ſm numerum, vel oẽs huiusmodi partes moueantur ad vnũ locum similem specie, numero tñ differentem, quia oẽs huiusmodi similiter se habent quantum ad hoc, quòd non differunt specie abinuicem: sed vnumquodq; differt ab altero ſm numerũ. hoc aũt ideo dicit, quia partes alicuius corporis, puta terræ, quæ sunt in hoc mundo, similiter se habent adinuicem, & cum partibus terræ, quæ sunt in alio mundo, ex quo terra hic, & ibi est eiusdem speciei. si ergo hinc, i. ex isto mundo, sumatur aliqua pars, puta terræ, nihil differt, si cõparetur ad aliquam partium, quæ sunt in alio mundo, sed similis est comparatio ad vtrasque, quia non differunt specie adinuicem partes terræ, quę sunt in hoc mundo, & quę sunt in alio mũdo, & eadem ratio est de alijs

natum est omnino moueri, impossibile hoc moueri violentia. Si igitur est aliquis motus ipsorum secundum naturam, necesse est eorum, quæ similis speciei, & singulorum, ad vnum numero locum existere motum, puta, ad hoc aliquod medium, & ad hoc aliquod extremum.

b Si autem ad specie eadem, plura autẽ numero: qui & singularia plura quidem numero, specie autem vnumquodq; indifferens, non huic quidẽ, huic autem non, tale erit partium, sed similiter omnibus. Similiter. n. omnia secundum speciẽ indifferentia abinuicem: numero autem alterum quodcunq; a quocunq;. Dico autem hoc: qm̃ partes quæ hic adinuicem, & quæ in altero mundo, similiter se habent. Sumptum igitur hinc nihil differt per comparationem ad aliquid earum, quæ in alio aliquo mundo partium & respectu earum, quæ in hoc ipso, sed similiter. nõ enim specie abinuicem differunt.

c Itaq; necessarium, aut amouere has suppositiones, aut medium vnum esse, & extremum. Hoc autem existere necesse est, & cælum vnum solum esse, & non plures eisdem his argumẽtis, & eisdem necessitatibus.

d Quod autem est aliquid, quo nata est terra ferri & aqua, palam est ex alijs.

e Omnino. n. quod mouetur, ex quodã in quiddam transmutatur: & hoc ex quo, & in quod specie differunt. Omnis. n. finita transmutatio est, puta, quòd sanatur ex infirmitate in sanitatem: & quod augmẽtatur ex paruitate in magnitudinem: & quod fertur igitur: etenim hoc fit vnde quo. Oportet igit specie differre ex quo, & in quod natum est ferri. quemadmodũ quod sanatur, non vbi contingit, neque vbi vult mouens. Et ignis igitur, & terra non ad infinitum feruntur, sed in opposita. opponitur autem secundũ locum sursum, ei quod deorsum. Quare ista erunt terminationis.

f Quoniam autem & qui in circuitu habet aliqualiter opposita ea, quæ secũdum diametrum. toti autẽ non est contrarium, neq; vnum: quare & his modo aliquo motus in opposita, & finita. Necesse igitur est esse aliquem finem, & non in infinitum ferri.

g Argumentum autem est eius quod non infinitum ferri, hoc est. Terra enim quanto vtique propinquior fit medio, velocius ferri. Ignem autem quanto vtique ei quod est sursum si autem infinitum esset, infinita itaque velocitas. Si autem velocitas, & grauitas & leuitas. Vt enim amplius descendente velocitate alterum grauitate vtique erat velox, sic si infinita erat huiusmodi additio, & velocitatis additio infinita vtique esset.

F corporibus. videmus aũt, quòd oẽs partes terræ, quę sunt in hoc mundo, mouentur ad vnũ numero locum: & sĩle est in alijs corporibus. ergo oẽs partes terræ, in quocũq; mundo sint, naturaliter mouentur ad hoc medium huius mundi. Ipsa igitur naturalis inclinatio omniũ corporum grauium ad vnũ numero medium, & omniũ leuium corporum ad vnum numero extremum, manifestat vnitatẽ mundi. Nõ enim põt dici, quòd in pluribus mundis ordinentẽ corpora secundum diuersa media, & extrema, sicut & in pluribus hominibus sunt media, & extrema diuersa numero, sed in eadem specie: qa natura mẽbrorum hoĩs, vel cuiuslibet aĩalis, nõ determinat ſm ordinẽ ad aliquem locũ, sed magis ſm ordinem ad aliquem actum. talis aũt situs partiũ animalis cõgruit de centiæ operationis mẽbrorum. Sed natura grauiũ & leuiũ determinatur ad certa loca, ita. ſ. q̃ oĩa, quæ habent eandem naturam ad vnũ numero locum, vnam numero habent naturalẽ inclinationẽ. Deinde cum dicit.

c ¶ Infert principalẽ cõclusionẽ. Cũ. conclusio ſm formã debitã infertur ex præmissis, necesse est vel conclusionẽ concedere, vel ꝑmissas negare. Cõcludit ergo, quòd aut est necesse amouere, i. negare has suppositiones, i. principia ex q̃bus concludit ꝓpositũ: aut necesse est cõcedere cõclusionẽ. ſ. q̃ vnũ mediũ, ad qđ feruntur grauia aliqua, feruntẽ oĩa grauia, & vnũ extremũ, ad qđ ferunt leuia, feruntur omnia leuia: quo existẽte necesse est ex consequenti, quòd sit vnũ cælũ, i. vnus mundus, & nõ plures: & hoc per argumenta, i. signa prædicta, & per necessitates, ideſt, necessarias rationes prædictas. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit quoddam quod suppoſuerat, scilicet quòd corpora naturalia habent loca determinata, ad quę naturaliter feruntur, & primo ostendit propositum. Secundo destruit opinionem contrariam, ibi {Sed adhuc neque ab alio &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum per rationem naturalem. Secundo per signum, ibi {Argumentum autem &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, & dicit manifestum esse, tam ex alijs motibus, quàm ex præmissis, vel etiam ex alijs motibus, quòd est aliqs locus determinatus, quò naturaliter terra ferrtur: & sĩr dicendum est de aqua, & de quolibet aliorum corporũ. Secundo ibi.

e ¶ Ponit rationem dicens omnino hoc vniuersaliter esse verum, quòd omne quod mouetur transmutatur ex quodam determinato in quoddam determinatum. dicitur enim in primo Phyſic. quòd album fit non ex quolibet non albo, sed ex nigro, hæc autem duo. ſ. ex quo motus procedit, & in quod terminatur differunt specie: ſunt enim contraria, vt patet in 5. Phyſic. contrarietas autem est differentia secundum formam, vt dicitur in 10. Meta. Hoc autem quod prædictum est, probatur per hoc, quòd omnis transmutatio est finita, vt probatur in 6. Phyſic. & etiam per ea quę supra dicta sunt, scilicet qđ nihil mouetur ad id quod non potest peruenire: nihil aũt põt peruenire ad infinitũ. vnde oportet omnẽ mutationem esse finitam. Si autem nõ esset aliquod determinatum in quod tendit motus differens specie ab eo a quo motus incipit, oporteret motum esse infinitum. nulla enim ratio esset, quare magis motus terminaretur hic q̃ alibi, sed eadem ratione, qua incæpit illic moueri, incipiet moueri & hic. Manifestum etiam per exemplum quod dictum est. Illud. n. quod transmutatur, mouetur ex infirmitate in sanitatem. & illud quod augetur, mouetur ex paruitate in magnitudinem. oportet igitur etiam illud quod fertur, i. quod mouetur ſm locũ, moueri a quodã determinato in quoddã determinatum, & hæc sunt loca, vnde incipit motus, & locus, quo tendit. Sic igitur oportet, quòd specie differat locus ĩ quo aliquid mouetur localiter, & in quem naturaliter fertur. sicut id quod sanatur, non intẽdit vbicũq; contingit quasi a casu, neque ex sola voluntate mouentis, sed ad aliquid determinatum ad quod natura inclinatur. sic igitur & ignis, & terra, & alia corpora naturalia non feruntur ad infinitum, ideſt, ad aliquod indeterminatum, sicut posuit Democritus: sed feruntur in loca opposita locis in quibus prius erant. contrariatur autem sursum secundum locum ei quod est deorsum. sequitur ergo, quòd sursum, & deorsum sunt termini naturalium motuum corporum simplicium. Tertio ibi.

f ¶ Excludit quandam obiectionem, qua posset aliquis obuiare ex motu circulari, qui non videtur esse ex opposito in oppositum, sed magis ex eodem in idem. ideo dicit, quòd etiam motus circularis aliqualiter habet oppositum in termino. dicit autem, aliqualiter, propter duo. Primo quidem, quia non inuenitur oppositio in motu circulari secundum aliqua puncta in circulo designata, prout sunt puncta ipsius circuli, sed solum prout sunt extrema diametri, secundum quam mensuratur magna distantia in circulo, vt supra dictum est: vnde subdit. {Ea quę secundum diametrum} scilicet extrema opposita sunt. Secundo, quia sicut totum corpus sphæricum non immutat locum subiecto, sed solum ratione, partes autem eius variant locum etiam subiecto: ita si accipiatur totus motus circularis, non inuenitur aliqua oppositio in terminis, nisi secundum rationem, prout scilicet idem a quo, & in quid motus circularis accipitur vt principium, & vt finis: sed accipiendo partes motus circularis, accipitur ibi oppositio secundum lineam re-

Loc.10. T.c.63.

Loc.8. Tex.cõ.50. Loc.11. Tex.cõ.13. Loc.13. Tex.cõ.91.

Tex.cõ.87.

Tex.cõ.88.

A ctam, vt supra dictum est: & ideo subdit, quòd toti circulationi non est aliquid contrarium. Sic ergo patet, quòd etiam in his quæ circulariter feruntur, motus est aliquo modo in opposita, scilicet finita: & sic vniuersaliter concludit quod intendit, scilicet quòd necesse est esse aliquem finem motus localis, non autem in infinitum fertur corpus naturale, ideſt, ad aliquod indeterminatũ, sicut posuit Democritus motũ atomorum. Deinde cum dicit.

g ¶ Probat idem per signum. Quam quidem probationem vocat argumẽtum, eo quòd talis probatio est quasi coniecturalis. & dicit, quòd argumentum eius, quòd corpus naturale non feratur in infinitum, sed ad aliquod certum, est quòd terra quanto magis appropinquat ad medium, velocius fertur: quod potuit deprehendi ex maiori eius impulsu, prout scilicet a graui cadente, fortius impellitur aliquid iuxta terminum sui motus: & eadem ratio est de igne, quòd motus eius in tanto est velocior, quanto magis appropinquat ad locum sursum. Si ergo in infinitum ferretur terra vel ignis, in infinitum posset velocitas eius augeri, & etiam grauitas, vel leuitas corporis naturalis. sic enim velocitas corporis grauis est maior, quanto graue corpus amplius descendit, qđ quidem corpus graue est velox per suã grauitatem. sic etiã

B *Nam & conuersio oppositorum quodammodo habet ea, quæ per diametrum distant. Toti uero non est contrarium quicquam. Quare & ex hisce motio quodammodo in oppositum sit atque finita. Sit igitur quispiam exitus, & non sine fine ferantur necesse est.*

C *Non ferri autem hæc in infinitum, signum etiam hoc esse uidetur. Terra nanque, & ignis quò propinquiora sunt locis suis, illa quidem medio, ignis uero supero loco, eo celerius porro feruntur. Quod si infinitus esset superus locus, infinita nimirum & celeritas esset. Et si celeritas infinita esset, & grauitas etiam & leuitas*

D *infinita esset. Nam ut id quod inferius pergeret celeritate differens grauitate celere esset: sic si infinita esset huius accretio, & incrementum, sanè celeritatis infinitum etiam esset.*

ita poterit esse additio infinita ad velocitatem, si sit additio infinita ad grauitatem vel leuitatem. Ostensum est autem supra, quòd non potest esse grauitas vel leuitas infinita, & quòd non potest aliquid moueri ad id ad quod non potest pertingere. Sic igitur additio grauitatis non potest esse infinita, & per consequens nec additio velocitatis vnde nec motus corporum naturalium potest esse in infinitum. Sciendum est autem, quòd causam huius accidentis, quòd terra velocius mouetur quanto magis descendit, Hipparchus assignauit ex parte mouentis per

E violentiam: quia quanto elongatur motus, tanto minus remanet de virtute mouentis, & sic motus fit tardior: vnde motus violentus in principio quidem intenditur, in fine autem remittitur intantum, quòd finaliter graue non potest plus sursum ferri, sed incipit moueri deorsum propter paruitatem eius quod remanserat de virtute mororis violenti, quæ quanto magis minoratur, motus contrarius fit velocior. Sed ista ratio est particularis solum in his, quæ mouentur naturaliter post motum violentum, non autem habet locum in his, quæ mouentur naturaliter, eò quòd generantur extra propria loca. Alij assignauerunt huius causam ex quantitate medij, per quod fit motus, puta, aeris qui minus resistit, quanto plus proceditur in motu naturali: & ideo minus potest impedire motum naturalem. Sed & hæc ratio non minus competeret in motibus violentis, q̃ naturalibus, quibus tamen contrarium accidit, vt infra dicetur. Et ideo dicendum est cum Aristotele, quòd causã huius accidentis

accidentis est, quòd quanto corpus graue magis descendit, tanto magis contortatur grauitas eius propter propinquitatem ad proprium locum. & ideo argumentatur, quòd si cresceret in infinitum velocitas, quòd cresceret etiam in infinitum grauitas. Et eadem est ratio de leuitate.

LEC. XVIII.

Tex.cō.89. POstquàm ostendit Philosoph⁹, qđ corpora naturalia mouentur naturaliter ad determinata loca, hic excludit opinionem contrariam. & primo proponit quod intendit: secundo probat propositum, ibi {Tardius.n.&c.} Quia vero per hoc quòd falsitas excluditur, veritas comprobatur, inducit hic Philosophus cōclusionem erroris, quasi quandam veritatis demonstrationem dicens, Quòd adhuc etiam quod dictum est manifestatur per hoc, quòd Tex.cō.90. corpora naturalia non feruntur sursum & deorsum, neque sicut ab alio exteriori mota. Per quod quidem intelligendum est, quòd remouet exteriorē motorem, qui huiusmodi corpora mouet, postquàm sunt formam specificam sortita. Mouentur enim leuia quidem sursum, grauia autem deorsum a generante, inquantum dat eis formam, quam sequitur talis motus a remouente prohibens per accidens, & non per se. Quidam vero posuerunt, quòd postquàm speciem sunt adepta huiusmodi corpora, indigent ab aliquo extrinseco moueri per se, quod hic Philosophus remouet. Neque etiam dicendum est, quòd huiusmodi corpora moueantur per violentiam, sicut quidam dixerunt, quòd mouentur per quandam extrusionem, inquantum scilicet vnum corpus truditur ab alio fortiori. Ponebant enim, quòd omnium corporum erat naturaliter vnus motus, sed dum quędam eorum ab alijs impelluntur fit, quòd quædam eorum Tex.cō.79. mouentur sursum, quædam autem deorsum. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat propositum tribus rationibus, quarum prima principaliter inducitur ad ostendendum quòd huiusmodi corpora in suis naturalibus motibus non mouentur ab exterioribus motoribus. Manifestum est enim, quòd tanto tardior est motus, quanto mouens minus vincit super mobile. eadem autem virtus mouentis minus vincit maius mobile, quàm minus. si ergo huiusmodi corpora mouerentur ab aliquo exteriore mouente, tardius moueretur maior ignis sursum, & maior terra deorsum. nunc autem contrarium accidit, quòd maior ignis, & maior terra velocius feruntur in propria loca, per quod datur intelligi, quòd huiusmodi corpora habent intrinsecus principium sui motus, quorum virtutes motiuæ tanto sunt maiores, quanto corpora fuerint maiora: & ideo velocius feruntur. Sic ergo patet, quòd huiusmodi corpora suis motibus naturalibus mouentur non per virtutem exteriorem, sed per virtutem intrinsecam, quam acceperunt a generante. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Quæ quidem principaliter ad hoc inducitur, quòd motus horum corporum non est per violentiam. Videmus enim

LECTIO XVIIIa

a SEd adhuc neq; ab alio fertur ipsorum hoc quidem sursum, hoc autem deorsum. Neque vi, quemadmodum quidam aiunt extrusione.

b Tardius.n.vtiq; moueretur maior ignis sursum, & maior terra deorsum: nunc aūt cōtrariū semp, maior ignis velocius fertur, & maior terra in eum, q̄ est ipsorum proprius locus.

c Neque velocius vtique in fine ferretur, si vi extrusione neque moueretur. Omnia enim a vi inferente longius facta tardius feruntur.

d Et vnde vi, illuc feruntur nō vi. Itaque ex his speculantibus est accipere fidem de dictis sufficienter.

e Adhuc autē & per eas, quæ ex prima Philosophia ratiōes, ostendetur vtique, & ex eo qui in circuitu motu, quàm necessarium sempiternum, similiter, & hic esse, & in alijs mundis.

quòd omnia quæ per violentiam mouentur, tanto tardius feruntur, quanto magis elongantur a motore, qui vim intulit, sicut patet in his quæ proiiciuntur, quòd eorum motus in fine est remissior, tandem totaliter deficit. Si ergo corpora grauia & leuia moverentur per violentiam, quasi mutuo se trudentia, sequeretur quòd eorum motus ad propria loca non esset velocior in fine, sed magis tardior: cuius contrarium ad sensum apparet. Tertiam rationem ponit ibi.

LECTIO XVIII.

AT uero neque ab alio, neque ui, ut quidam inquiunt, extrusum sursum alterum ipsorum, deorsum alterum fertur.

Tardius enim maior ignis sursum, & maior terra deorsum utique moueretur, nunc autem contrarium fit. Ignis enim maior, & terra etiam maior, celerius semper proprium locum petit.

Neque porrò celerius prope finem pergerent, si ui extrusioneque mouerentur. Omnia nanque quæ ita mouentur, cum longius ab eo quod uim attulit distant, tardius sanè feruntur.

Atque vnde ui pulsa sunt, illuc non ui, sed suopte nutu feruntur. Quare fides ex hisce sumi de hisce, quibus de loquimur, satis potest.

Præterea per rationes etiam quæ ex prima Philosophia adduci possunt, ex ipsa conuersione, quam quidem hic similiter, & in cæteris mundis perpetuam esse necesse est, hoc idem demonstrari profecto potest.

per speculationem horum contingit accipere fidem de his, quæ dicta sunt. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit vnitatem mundi per corpora superiora, quæ circulariter feruntur, & primo specialiter per corpora superiora. Secundo communiter per superiora & inferiora, ibi {Palam autem vtique &c.} Dicit ergo primo, quòd adhuc ostendi potest, quòd sit solum vnus mundus per rationes sumptas ex primo, ideſt, per ea quæ determinata sunt in Metaphy. & per hoc Lec.19. T.c.73. quod ostensum est in 8. Physi. quòd motus circularis est sempiternus, quod quidem habet naturalem necessitatem, & in hoc, & in alijs mundis. Concludit enim Philosophus sempiternitatem motus cæli in 8. Physic. per ordinem mobilium & mouentium, quod quidem necesse est similiter se habere in quolibet mundo, si mundus vniuoce dicatur. si autem motus cæli sit sempiternus, oportet quòd moueatur a virtute infinita, quæ non sit virtus in magnitudine, vt probatur in 8. Physi. talis autem virtus est immaterialis, & per consequens vna numero, Lec.21. Tex.cō.78. cùm sit tantum forma, & species. Multiplicatio autem indiuiduorum eiusdem speciei est per materiam, & sic oportet quòd virtus, quæ mouet cælum, sit vna numero: vnde oportet quòd & cælum sit vnum numero, & per consequens totus mundus. Potest autem aliquis dicere hanc rationem non ex necessitate concludere. Primum.n. mouens mouet cælum, sicut desideratū, vt dicitur in 12. Metaph. nihil autem prohibet idem a pluribus Lec.6. Tex.cō.36. desiderari: ita videtur, quòd ex vnitate primi mouentis non possit ex necessitate concludi vnitas cæli. Sed dicendum est, quòd multa possunt vnum desiderare, non quidem quasi de pari, eo quòd vni primo non immediate adiungitur absoluta multitudo, sed secundum quendam ordinem possunt multa desiderare vnum, quædam propinquius, & quædam remotius, quorum ordo ad vnum vltimum facit vnitatem mundi. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat

f ¶ Probat propositum ratione sumpta communiter ex corporibus superioribus & inferioribus, & dicit, quòd etiam sic intendendo sicut dicetur, necesse est esse vnum cælum, i. vnū mundum. Ad quod probandum assumit, quòd sicut tria sunt corporalia elementa, s. cælum & terra & medium, ita sunt & tria loca eis correspondentia:

Tex.cō.91. vnde vnus quidem locus est, qui est circa medium, qui est corporis subsistentis, i. corporis grauissimi quod subsistat omnibus, scilicet terræ; alius autem locus, qui est extremus in altitudine, qui est corporis qđ circulariter mouetur. tertius autem locus, qui est intermedius horum, qui est medij corporis. Circa, quæ quidem naturalia primo considerādum est, quòd etiam cælum inter elementa computatur: cum tamen elementum sit, ex quo componitur res, vt dicitur in 5. Meta. cælum autem, & si non veniat in compositionem corporis misti, venit tñ in compositiōe totius vniuersi, quasi quædam pars eius. Vel elementa large nominat, quæcunque simplicia corpora, quæ quidem vocat corporalia elementa ad differentiam materiæ primæ, quæ est elementum. non tamen corporale, sed absque omni forma, prout in se considerat. Secundo autem considerandum est de hoc, quod dicit: tria esse loca, cū autem locus sit terminus corporis cōtinentis, vt dicitur in 4. Physi. satis potest esse manifestum, qd sit locus medij elementi: quia superficies supremi corporis continentis ipsum. de primo autem corpore quū sit in loco, ostensum est in quarto. Sed quō medium, quod non habet rationem continentis, sed contenti, si: locus corporis grauis, videtur dubitationem habere. Sed dicendum est, quòd sicut dictum est in 4. Physi. superficies corporis cōtinentis, non habet rationem loci secundum quod est superficies talis corporis, sed secundum ordinem situs, quem habet ad primum continens, prout. s. magis & minus ei appropinquat, corpus autem graue in sua natura est maxime elongatum a corpore cælesti propter eius materialitatem: & ideo debetur ei locus remotissimus a primo continente, qui est propinquissimus medio, & ita superficies continens corpus graue dicitur locus eius, secundum propinquitatem ad medium. Vnde significanter dicit, quòd locus, qui est circa medium, est corporis subsistentis. Ex his autem, quæ probata sunt, procedit ad propositum ostendendum ex corpore leui, sicut supra processerat ex corpore graui. necesse est enim corpus, quod superfertur, esse in hoc loco medio: quia, cum omne corpus sit in aliquo loco, si corpus leue non esset in hoc loco medio, esset extra ipsum, quod est possibile esse: quia extra hunc locum mediū, ex vna parte est corpus cæleste, quod est sine grauitate & leuitate, ex alia parte est corpus terrestre. quod habet grauitatem. Non potest autem dici, quòd sit aliquis locus magis deorsum, quàm locus qui est corporis habentis grauitatem, quia locus qui est apud medium, est proprius eius. Ex hoc autem patet, quòd impossibile est esse alium mundum: quia oporteret ibi esse aliquod corpus leue, & sic, si mundus ille esset supra hunc mundum, corpus leue esset supra locum cæli. si autem esset infra hunc mundum, corpus leue esset infra locum corporis grauis, quod est impossibile. Sed huic rationi posset aliqs obuiare dicendo, quòd corpus leue est extra hunc locum medium, non secundum naturam, sed præter naturam. Sed ad hoc excludēdum subdit, quòd neque etiam præter naturam possibile est corpus leue esse extra hunc medium locum, quia omnis locus, qui est alicuius corporis præter naturam, est alicuius corporis secundum naturam. Non enim Deus vel natura fecit aliquem locum frustra, i quo, scilicet non sit natum esse aliquod corpus, non autem inuenitur in rerum natura aliquod aliud corpus præter ista tria, quibus tria loca deputantur, vt ex dictis patet: Vnde neque secundum naturam, neque præter naturam, potest esse corpus leue extra hūc mediam locum, & sic impossibile est esse multos mundos. Quòd vero locutus fuerat de medio elemento, quasi de vno quodam corpore, subiūgit quòd posterius. scilicet, in tertio & quarto, dicetur quę sunt differētię istius medij. diuiditur. n. in ignem, aerem, & aquam, quæ etiam est leuis per respectum ad terram.

Tex.cō.92. *Tex.cō.41.* *Tex.cō.43.* *D. 2210. Tex.cō.43.*

f Palam aūt vtiq; sic fiet intendentibus, qm̄ necesse est vnum esse cælum. Tribus.n. existentibus corporalibus elementis tria erunt & loca elemētorum. Vnus quidem qui subsistentis, qui circa medium. Alius autē qui circularis, qui quidem est extremus. Tertius autem, qui medius horum, qui medij corporis. Necesse.n. in hoc esse qđ superfertur. si. n. non in hoc, extra erit: sed impossibile extra: hoc quidem. n. sine grauitate, hoc autem habēs grauitatem. Magis deorsum autem quàm grauitatem habentis corporis locus non est: siquidē qui apud medium grauis. Sed & neque præter naturam, alij enim erat secundum naturam, alij autem non erat. Necesse igitur in intermedio esse: huius autem ipsius, quæ sunt differentiæ, posterius dicemus.

g De corporeis quidem igitur elementis, quę sint, & quot, & quis vnusquisque locus, adhuc autem vniuersaliter quot secundum multitudinem sint loca, palàm nobis ex dictis.

LECTIO XIX.

VOd autem non solum vnus est. sed & impossibile fieri plures: adhuc autem, quòd sempiternus, & incorruptibilis sit, & ingenitus, dicimus primum dubitantes de ipso.

Fuerit insuper manifestum cælum necessario vnum esse, & si hoc considerabimus modo: Nam, cum tria sint elementa corporea, tria nimirum, et loca elementorū erunt. Atq; vnus quidem locus corporis eius erit, quod sub omnibus collocatur, qui quidem circa medium est. Alius autem eius, quod orbe fertur, qui quidem vltimus est. Et tertius eius, quod est medium corpus, qui quidem inter hæc loca medius est. In hoc.n. id esse corpus necesse est, quod eminet leuitate. Nā si in hoc nō est. extra collocabitur sanè, at fieri nō potest. Aliud.n. pondere caret, aliud pondus habet: locus autem eius corporis, quod pondus habet, inferior est: si hisce qui est in medio, grauis est corporis locus. At neq; præter naturam in hoc est loco, competet. n. alij secundum naturam. At nullum est aliud corpus in ratione rerum vt patuit. In ipso ergo medio, qui est inter dicta loca, hoc esse necesse est. Huius autem ipsius quæ nam sint differentiæ, posterius explicabimus.

De corporeis igitur elementis quænam, & quot sunt, & quis cuiusque locus, & quot insuper sint in multitudine ipsa loca, ex his quæ diximus patuit.

LECTIO. XIX.

Icamus autem deinceps oportet, mundum non solum vnum esse, sed etiam plures esse non posse, & insuper perpetuum esse, cum neque corruptionem neq; generationem subire possit: primo dubitatione de ipso allata.

a POstquàm Philosophus ostendit quòd est vnus solus mundus, hic ostendit quòd impossibile est esse plures, & hoc necessarium fuit ostendere: quia nihil prohibet aliquid esse falsum, quod tn contingit esse verum. Circa hoc autem tria facit. Primo, ponit obiectionē, ex qua vī oñdi, quòd possibile sit esse plures mundos. Secundo, solvit eam, ibi {Considerandum autem iterum &c.} Tertio probat quod in solutione supponebatur, ibi {Hoc ipsum igitur restat ostendere &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo intentio, & quo ordine sit agendum. Secundo incipit exequi propositum, ibi {Videbitur.n. vtiq; &c.} Dicit ergo, quòd post pdicta, restat oñdendum, quòd nō solum sit vnus mundus, sed q̄ est impossibile sit esse plures, & vlterius, quòd mundus sit sempiternus: ita. s. quòd sit incorruptibilis, tanquam nunquam desinens esse, & ingenitus, tanquā nunquā esse incipiens. s. m suā opinionem: & hoc adiungit, quia videt prima consideratio aliqualiter dependere ex secunda. si. n. esset mundus generabilis & corruptibilis per compositionem, & dissolutionem s. m amicitiam,

& litem, vt Empedocles posuit, possibile esset esse multos mundos, ita scilicet, quòd vno corrupto, alius postea generaretur, sicut ipse Empedocles posuit. Et quia tunc vere cognoscitur veritas, quando dubitationes sunt solutæ, quæ videntur esse contra veritatem, ideo prius oportet ponere dubitationes circa hoc ipsum, ex quibus scilicet videt, quòd sint, vel possint esse plures mundi. Huius enim solutio est confirmatio veritatis. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit rationem, ex qua aliquis posset dubitare æstimans possibile esse, quòd sint plures mundi. vnde præmittit, quòd sic intendentibus scilicet secundum rationem, quæ sequitur, videbitur esse impossibile, ipsum scilicet mundum esse vnum & solum: subintelligendum est, ex necessitate. Nō enim sequēs ratio probat, quòd necesse sit esse plures mundos, quod æquipollet ei, quod est impossibile esse vnum solum mundum: sed probat, quòd possibile est esse plures mundos, quod æquipollet ei, quod est non necesse esse vnū solum mundum. Ad hoc autem ostendendum, inducit rationem, quæ continet duos syllogismos, quorum primum primo ponit: secundo secundum, ibi {Quorum autem est forma quedā &c.} primus syllogismus talis est. In omnibus sensibilibus, quæ fiunt ab arte, vel a natura, alia est consideratio formæ secundum se cōsideratæ, alia est consideratio formæ prout est in materia: sed cælum est quoddam sensibile habens formam in materia. ergo alia est consideratio absoluta formæ ipsius, prout consideratur in vniuersali, & alia est consideratio formæ ipsius in materia, prout consideratur in particulari. Primo ergo ponit Maiorem: secundo Minorem, ibi {Quū igitur est cælum &c.} Tertio infert conclusionem, ibi. Si autem singularium &c.} Dicit ergo primo, quòd in omnibus existentibus, & generatis, idest factis, vel a natura, vel ab arte, alterum est secundum nostram considerationem, ipsa forma secundum se ipsam considerata, & alterum est ipsa forma mista cum materia, secundum quod accipitur, prout est coniuncta cum materia. Et hoc primo manifestat per exemplum in Mathematicis, in quibus est magis manifestum, eo quòd in ratione eorum non ponitur materia sensibilis. Alterum est. n. fm considerationem nostram ipsa species sphæræ: & alterum forma sphæræ in materia sensibili, prout significatur, cum dicitur aurea, vel ærea sphæra: & similiter, aliud est ipsa forma circuli, & aliud est, quod dicitur æreus, aut ligneus circulus, & hoc manifestat, quia cū dicimus Quod quid erat esse, idest, diffinitiuam rationem sphęræ, aut circuli, non ponimus in eius ratione aureum & æreum, tanquam hoc quod dicimus aureum, aut æreum non sint de eorum substantia, quam. s. significat definitio. Sed videtur hic magis esse dubium in rebus naturalibus, quarum formæ non possunt esse nec intelligi sine materia sensibili, sicut simum non potest esse nec intelligi sine naso: sed tamen formæ naturales, quamuis non possint intelligi sine materia sensibili in communi, possunt tamen intelligi sine materia sensibili signata, quæ est principium individuationis, & singularitatis est principium: sicut pes non potest intelligi sine carnibus, & ossibus, potest tamen intelligi sine his carnibus, & his ossibus. Et ideo subdit, quòd si non possumus intelligere, neque sumere in nostra consideratione aliquid aliud præter singulare, id est, præter materiam, quæ includitur in ratione singularis, scilicet prout est signata, quia quandoque nihil prohibet hoc accidere, vt scilicet non possit forma intelligi sine materia sensibili, sicut si intelligamus circulum sine materia sensibili: nihilominus tamen in naturalibus, in quibus hoc accidit, quòd non intelligitur forma sine materia, alia est ratio rei communi acceptę, & in singulari, sicut hominis, & huius hominis, puta, si dicamus, quòd aliud est esse circulo. & huic circulo, idest, alia est rō definitiua vtriusque: & hæc quidem, scilicet ratio rei in communi, est species, idest, ipsa ratio speciei. hæc autem, s. ratio rei in particulari significat rationē speciei in materia determinata, & est de numero singularium. Deinde cum dicit.

c Quoniam igitur est cælum sensibile, singularium vtique erit: sensibile enim omne in materia existit.

d Si autem singularium, alterum vtiq; erit huic quidem cęlo esse, & cælo simpliciter. Alterum igitur hoc cælum, & cęlum simpliciter: & hoc quidē vt species, & forma, hoc autē vt materiæ mistum.

e Quorum aūt est forma quædam & spēs, aut sunt, aut cōtingit plura facta esse singularia.

Nam, si hoc pacto considerauerimus, impossibile esse videbitur vnum ipsum, ac solum esse. Vniuersis enim rebus, quæ aut a natura, aut ab arte sunt factæ, aliud est ipsa per seipsam forma, & quæ est cum materia mista. Ceu sphæræ forma aliud est, & aurea atque ænea sphæra. Et circuli rursus alia est ipsa forma, & æneus circulus ligneus ue. Sphæræ nāque quidditatem aut circuli assignantes, non aurum, non æs in ratione dicemus, quippe cum hæc substātiæ hisce non sint. Si uero æneam aut auream sphæram dicemus, etiam si præter singulare quicquam aliud intelligere, aut sumere non possumus: interdum enim ut hoc accidat nihil obstat, uelut, si solus unus circulus fuerit sumptus: non minus enim aliud esse circuli, & huius circuli erit: & illud quidem forma, hoc autem in materia forma erit, ac singulare.

Cum igitur cælum sensibile sit, singulare erit profectō. Sensibile enim omne in materia est.

Singulare autem est: aliud esse huiusce cæli, & cæli simpliciter erit. Est ergo aliud hoc cælum, & simpliciter cælum. Atque hoc est ut species atque forma, illud ut cum materia mistum.

Quorum autem forma quædam, & species est, eorum aut sunt, aut esse plura singulariter possunt.

f ¶ Manifestat prædictam propositionē tam fm opinionē platonicam, quàm fm opinionem propriam: & dicit, Siue sint species. i. ideæ separatæ, sicut Platonici dicūt necesse est hoc accidere, s. quòd sint plura individua vnius speciei: quia species separata ponitur, sicut exemplar rei sensibilis: possibile est autem ad vnum exēplar fieri multa exēplata: Siue etiam nullum talium. i. nulla specierum separatim existat, nihilominus plura individua possunt esse vnius speciei. Videmus enim in omnibus sic accidere, quorum substā tia. i. essentia, quæ significat definitio est in materia signata, quod sunt plura numero individua vnius speciei. & huius ratio est, quia, cum materia signata non sit de ratione speciei, ratio speciei potest indifferēter saluari in hac materia signata, & in illa: & ita plura possunt esse individua vnius speciei.

Deinde cum dicit.

g Infert cōclusionē intentā, s. q aut sunt plures cæli, aut contingit esse factos plures cælos. Vltimo autem epilogat, quòd ex præmissis possit aliquis suspicari qđ vel sint, vel possint esse plures mundi. Sed videtur hic esse contrarietas inter Arist. & Plato. nam Plato in Timæo ex vnitate exemplaris probauit vnitatem mūdi: hic autē Arist. ex vnitate speciei separatę cōcludit possibile esse quòd sint plures mūdi. Sed potest dupliciter respōderi. Vno modo ex parte ipsius exemplari: quod quidem si sic sit vnū quòd vnitas sit esse, & natura eius necesse est exemplatum ēt imitari exemplar in sua vnitate, & tale est primum exemplar separatum. vnde & mundum, qui est primum exemplatum, necesse esse vnum: & fm hoc procedit probatio Platonis. Si vero vnitas nō sit esse natura exemplaris, sed sit prēter essentiam eius: & sic exemplatū poterat assimilari exē plari in eo quod pertinet ad eius speciē, puta in ratione hominis, vel equi, non aūt quantum ad ipsam vnitatē: & hoc modo procedit hic ratio Arist. Alio modo potest solui ex parte exemplati, quod tanto est perfectius, quanto magis assimilatur exemplari. alia ergo exemplata assimilantur exemplari vni secundū vnitatem speciei, non secundum vnitatem numeralem materialem: sed cælum, quod est perfectū exemplatum, assimilatur suo exemplari fm vnitatem numeralem. Deinde cum dicit.

h ¶ Soluit obiectionem prędictam. & primo ponit solutionē: secundo manifestat eam, ibi {Sic autem forte &c.} Dicit ergo primo, quòd oportet iterum ad soluendum dubitationem prædictam, considerare quid dicatur bene, & quid nō bene. Si enim omnia præmissa sint vera, necesse est conclusionem esse veram. Dicit igitur, quòd bene dictū est, quòd altera sit ratio formę ea. s. quæ est sine materia & ea, quæ est cum materia. hoc cōcedatur tanquam verum: & sic concedatur conclusio primi syllogismi, quæ est minor secundi, sed non sequitur ex necessitate propter hoc quòd sint multi mūdi, vel quòd possint esse plures, si verum sit, quòd iste mūdus sit ex tota sua materia, sicuti est verum, & infra probabitur. Maior enim propositio syllogismi, s. quòd illa quę habent formam in materia possunt esse multa numero vni' speciei, non habet veritatem, nisi in illis, quæ non constat ex tota sua materia.

Deinde cum dicit.

i ¶ Manifestat quod dixerat per exēplū, & primo ponit exēpla. Secūdo adaptat ad propositum, ibi {Cælum autem est quidem singulariū, &c.} primo ergo ponit exępla illius qđ dictum est. Simitas enim est curuitas in naso, aut in carne, & ita caro est materia simitatis. si ergo ex omnibus carnibus fieret vna caro, s. vni' nasi & in hac esset simitas, nihil aliquod aliud esset simum, neque posset esse. Et eadem ratio est de homine, cum carnes & ossa sint materia hominis si ex omnib' carnibus, & ossibus fieret vn' homo, ita. s. quòd nullo modo possent dissolui, non posset esse aliquis alius homo q̄ vnus. si vero possent dissolui, possibile esset illo homine corrupto alium hominem esse, sicut dissoluta arca, ex eisdem lignis fit alia arca: & ita etiā est in aliis. Et huius rationem assignat: quia nihil eorum, quorum forma est in ṁateria, potest fieri si non affuerit propria materia: sicut domus non posset fieri si non sint lapides, & ligna & ita si non sint alię carnes, & ossa prēter ea ex quibus componitur vnus homo non poterit fieri alius homo præter illum. Deinde cum dicit.

k Adaptat ad propositum: & dicit verum esse cælum esse de numero singularium, & eorum, quæ ex materia constituuntur. nō tamē ex parte suæ materiæ, sed ex tota sua materia. & ideo quāuis sit alia ratio cæli, & huius cęli, non tamen potest esse aliud cælum;

plura: illa vero, quæ ipsamet sunt formæ & species subsistentes, sunt substantiæ separatæ, & non possunt esse plura vnius speciei. Deinde cum dicit.

f ¶ Manifestat prædictam propositionē tam fm opinionē platonicam, quàm fm opinionem propriam: & dicit, Siue sint species. i. ideæ separatæ, sicut Platonici dicūt necesse est hoc accidere, s. quòd sint plura individua vnius speciei: quia species separata ponitur, sicut exemplar rei sensibilis: possibile est autem ad vnum exēplar fieri multa exēplata: Siue etiam nullum talium. i. nulla specierum separatim existat, nihilominus plura individua possunt esse vnius speciei. Videmus enim in omnibus sic accidere, quorum substā tia. i. essentia, quæ significat definitio est in materia signata, quod sunt plura numero individua vnius speciei. & huius ratio est, quia, cum materia signata non sit de ratione speciei, ratio speciei potest indifferēter saluari in hac materia signata, & in illa: & ita plura possunt esse individua vnius speciei.

Deinde cum dicit.

g Infert cōclusionē intentā, s. q aut sunt plures cæli, aut contingit esse factos plures cælos. Vltimo autem epilogat, quòd ex præmissis possit aliquis suspicari qđ vel sint, vel possint esse plures mundi. Sed videtur hic esse contrarietas inter Arist. & Plato. nam Plato in Timæo ex vnitate exemplaris probauit vnitatem mūdi: hic autē Arist. ex vnitate speciei separatę cōcludit possibile esse quòd sint plures mūdi. Sed potest dupliciter respōderi. Vno modo ex parte ipsius exemplari: quod quidem si sic sit vnū quòd vnitas sit esse, & natura eius necesse est exemplatum ēt imitari exemplar in sua vnitate, & tale est primum exemplar separatum. vnde & mundum, qui est primum exemplatum, necesse esse vnum: & fm hoc procedit probatio Platonis. Si vero vnitas nō sit esse natura exemplaris, sed sit prēter essentiam eius: & sic exemplatū poterat assimilari exē plari in eo quod pertinet ad eius speciē, puta in ratione hominis, vel equi, non aūt quantum ad ipsam vnitatē: & hoc modo procedit hic ratio Arist. Alio modo potest solui ex parte exemplati, quod tanto est perfectius, quanto magis assimilatur exemplari. alia ergo exemplata assimilantur exemplari vni secundū vnitatem speciei, non secundum vnitatem numeralem materialem: sed cælum, quod est perfectū exemplatum, assimilatur suo

Nam si sint, ut quidā inquiunt, formæ, hoc accidere sane necesse est. Sin nihil sit talium separatum, non minus idem euenire necesse est. In omnibus enim hisce quorum substantia in materia est, plura esse ei infinita ea, quæ sunt eiusdem speciei uidemus.

Quare aut plures sunt cæli, aut plures esse profecto possunt. Ex his igitur quispiam existimauerit & esse plures cælos, & etiam esse posse.

Considerandum autem rursus est, quidnam horum dicitur recte, et quid non recte. Aliam igitur esse formæ rationem eam, quæ sine materia est: aliam eam, quæ in materia est recte profecto dicitur, atque uerum esse posse, necessitas est: si hic uniuersa ex materia constat, & ut constare uidetur.

Hoc autem modo forsitan id quod dicitur magis patebit. Si enim simitas concauitas est in naso, aut in carne, caroque materies est simitatis: si omnibus ex carnibus una fieret caro, atque in hac simitas esset orta, nullum aliud simum, aut esset, aut fore omnino posset. Simili quoque modo, si materies in homine caro est, atque ossa, si uniuersa ex carne, atque ossibus fieret homo, atque illa dissolui non possent, alius homo profecto esse non posset: Eadem fuerit, & in cæteris ratio. Omnino enim quorum substantia in subiecta materia quadam est, eorum nihil oriri potest, si non aliqua materia sit.

Cælum autem est quidem singulare, & ex materia constat. Sed si non ex ipsius materiei parte, sed ex

exemplari fm vnitatem numeralem. Deinde cum dicit.

h ¶ Soluit obiectionem prędictam. & primo ponit solutionē: secundo manifestat eam, ibi {Sic autem forte &c.} Dicit ergo primo, quòd oportet iterum ad soluendum dubitationem prædictam, considerare quid dicatur bene, & quid nō bene. Si enim omnia præmissa sint vera, necesse est conclusionem esse veram. Dicit igitur, quòd bene dictū est, quòd altera sit ratio formę ea. s. quæ est sine materia & ea, quæ est cum materia. hoc cōcedatur tanquam verum: & sic concedatur conclusio primi syllogismi, quæ est minor secundi, sed non sequitur ex necessitate propter hoc quòd sint multi mūdi, vel quòd possint esse plures, si verum sit, quòd iste mūdus sit ex tota sua materia, sicuti est verum, & infra probabitur. Maior enim propositio syllogismi, s. quòd illa quę habent formam in materia possunt esse multa numero vni' speciei, non habet veritatem, nisi in illis, quæ non constat ex tota sua materia.

Deinde cum dicit.

i ¶ Manifestat quod dixerat per exēplū, & primo ponit exēpla. Secūdo adaptat ad propositum, ibi {Cælum autem est quidem singulariū, &c.} primo ergo ponit exępla illius qđ dictum est. Simitas enim est curuitas in naso, aut in carne, & ita caro est materia simitatis. si ergo ex omnibus carnibus fieret vna caro, s. vni' nasi & in hac esset simitas, nihil aliquod aliud esset simum, neque posset esse. Et eadem ratio est de homine, cum carnes & ossa sint materia hominis si ex omnib' carnibus, & ossibus fieret vn' homo, ita. s. quòd nullo modo possent dissolui, non posset esse aliquis alius homo q̄ vnus. si vero possent dissolui, possibile esset illo homine corrupto alium hominem esse, sicut dissoluta arca, ex eisdem lignis fit alia arca: & ita etiā est in aliis. Et huius rationem assignat: quia nihil eorum, quorum forma est in ṁateria, potest fieri si non affuerit propria materia: sicut domus non posset fieri si non sint lapides, & ligna & ita si non sint alię carnes, & ossa prēter ea ex quibus componitur vnus homo non poterit fieri alius homo præter illum. Deinde cum dicit.

k Adaptat ad propositum: & dicit verum esse cælum esse de numero singularium, & eorum, quæ ex materia constituuntur. nō tamē ex parte suæ materiæ, sed ex tota sua materia. & ideo quāuis sit alia ratio cæli, & huius cęli, non tamen potest esse aliud

cælum;

Universidad de Sevilla
Biblioteca

cælũ: propter hoc, q̃ tota materia cæli apprehensa est sub hoc cælo. Sciendum est aũt, quòd quidam aliis modis probant possibile esse plures cælos. vno modo sic. Mundus factus est a Deo: sed potentia Dei, cum sit infinita, nõ determinatur ad istum solum mundum: ergo non est rationabile, quòd non possit facere etiam alios mundos.

Et ad hoc dicendum est, quòd, si Deus faceret alios mundos, aut faceret eos similes huic mundo, aut dissimiles: Si omnino similes, essent frustra, quod non competit sapientiæ ipsius. Si autem dissimiles, nullus eorum comprehenderet in se omnem naturam corporis sensibilis: & ita nullus eorum esset perfectus, sed ex omnibus cõstitueretur vnus mundus perfectus. Alio modo potest argui sic. Quanto aliquid ẽ nobilio, tanto eius species est magis virtuosa: mundus autem est nobilior qualibet re naturali hic existente: igitur, cum species rei naturalis hic existentis, puta equi, aut bonis, possit perficere plura individua, multo magis species totius mũdi pot plura individua perficere. Sed ad hoc dicendũ ẽ, quòd maioris virtutis est facere vnũ, perfectum, quàm facere multa imperfecta: singula autem in dividua rerum naturalium, quę sunt hic, sunt imperfecta: quia nullum eorum comprehendit in se totũ, quod pertinet ad suã speciem: sed mũdus hoc modo perfectus est. vnde ex hoc ipso eius species ostendit magis virtuosa. Tertio obiicitur sic. Melius est multiplicari optima, quam ea quæ sunt minus bona: sed mundus est optimus, ergo melius est esse plures mundos, quam plura animalia, aut plures plantas. Et ad hoc dicendum, quòd hoc ipsum pertinet ad bonitatem mundi, quòd sit vnus: quia vnum habet rationem boni. videmus enim, quòd per divisionem aliqua decidũt a propria bonitate.

Tex.cõ.69.

T.c.97.

LECTIO XX.

a HOc ipsum igit̃ restat ostendere, quòd ex omni naturali, & sensibili constat corpore. Dicamus autem primum quid dicimus esse cęlũ, & quot modis dicitur, vt magis nobis manifestum fiat quod quæritur.

b Vno quidẽ igitur modo cælum dicimus substãtiam extremę totius circulationis: aut corpus naturale, quod est in extrema circunferentia totius. consueuimus. n. extremum, & quod sursum est, maxime vocare cælum, in quo & diuinũ omne locatum esse dicimus. Alio autem rursum modo continuũ corpus extremæ circunferentiæ totius: in quo Luna & Sol, & quędam astrorum. etenim hęc in cęlo esse dicim°. Adhuc autẽ aliter dicimus cælũ contentum corpus ab extrema circunferẽtia: totum enim & omne consueimus dicere cælum.

c Tripliciter autem dicto cęlo, totum ab extrema circunferentia cõtentum, ex omni necesse cõstare naturali, & sensibili corpore, ob id quòd extra cælum nullum est corpus, nec esse contingit.

d Si enim est extra extremam peripheriam corpus physicũ, necesse est ipsum aut simplicium esse corporum, aut compositorum, aut secundum naturam, aut præter naturam se habere.

e Simplicium quidem igitur nullũ vtique erit. Quod enim circunfertur, ostẽsum est, quoniam non contingit permutare suũipsius locum: sed & neq; quod a medio potest, neq; qđ in medio subsţans. Secundũ naturã quidem. n. nõ utique erit, alia enim ipsorũ propria loca.

f Præter naturam autem siquidem sunt, alii cuidam erit secundũ naturã, qui extra est locus. Eum. n. qui huic ineśt præter naturam, necessarium alii inesse secundum naturam: sed non erat aliud corpus præter hoc. non igitur est ullum possibile simplicium extra cælum esse corpus.

g Si autem non simplicium, neque mistorũ. Necesse est. n. esse simplicia, misto existẽte.

h Sed & neque factum est possibile. Aut. n. secundum naturã erit, aut præter naturã, aut simplex, aut mistũ. quare iterum idem ueniet sermo. Nihil. n. differt cõsiderare si est, aut si factum esse posśibile sit.

i Manifestum igitur ex dictis, quòd neque est extra, neq; contingit factam esse corporis molem. Vniuersus enim mundus

T.c.95.

T.c.25.

T.c.32.

constat, sed ex omni: esse quidẽ ipsi cęlo, & huic cælo alterum est, non tamẽ neque vtique erit aliud, neque vtique cõtinget factos esse plures: propter q̃, omnem materiam comprehẽdit.

LECTIO XX.

Hoc igitur modo cælum dicimus substãtiam ultimæ uniuersi conuersionis: aut id naturale corpus, quod est in ultima uniuersi conuersione ultimum enim superumque corpus cælum maxime consueuimus appellare, in quo & uniuersum diuinum dicimus esse. Alio modo cælum id corpus dicimus, quod est proximum ultimæ uniuersi conuersioni, in quo Luna, & Sol, & nonnullæ stellarum sunt collocatæ. hæc enim in cælo dicimus esse. Insuper, alio modo dicitur cælum id corpus, quod a conuersione vltima continetur, totum enim ac uniuersum cælum dicere consueuimus.

Cum igitur cælum tribus modis dicitur, totum id quod ab extrema conuersione continetur, ex uniuerso naturali sensibilique corpore constare necesse est, propterea quod extra cælum neque est quicquam corpus, neque esse omnino potest.

Nam si extra ultimam conuersionem corpus sit naturale, ipsum aut simplicium quippiam corporum, aut compositorum esse, & aut secundum naturam, aut præter naturam sese habere necesse est.

Simplicium igitur corporum quicquam omnino non erit. Demonstratum est enim id quod orbe fertur, mutare suum locum non posse. At neque id esse potest quod e medio fertur, neque etiam id quod sub omnibus collocatur. etenim natura quidem ibi non erunt, alia nanque sunt ipsorum propria loca.

Si uero præter naturam sunt, alij cuipiam corporum exterius ille locus competet secundum naturam. Qui nanque huic præter naturam tribuitur, is alij competat secundum naturam necesse est. At nullum aliud præter hæc in ratione rerum simplex est corpus. Impossibile est ergo corporum extra cælum quicquam simplicium esse.

Quòd si corpus simplex nequeat nullum esse neque quicquam mistorum etiam esse potest. Sint enim & simplicia, si sit mistũ, necesse est.

At uero neque fore etiam potest. Aut enim præter naturam, aut secundum naturam, & aut simplex, aut mistum identidem erit. quare eadem ratio sane redit: nihil enim refert si sit, an fore possit considerare.

Patet igitur ex dictis nec esse, nec fore posse ullius extra cælum corporis molem. Vniuersus enim mundus

T.c.6. T.c.8.

proponit quod intendit. Secundo probat propositũ, ibi ¶ Si enim est &c. ¶ Tertio concludit principale intentum, ibi ¶ Manifestum igitur ex dictis &c. ¶ Dicit ergo primo, quòd cum tripliciter dicatur cęlum, nunc intendimus de cælo tertio modo dicto, secundum quòd cælum dicitur totum, quod continetur ab extrema circunferentia: & hoc cælum necesse est quòd constet ex omni corpore sensibili, & naturali, quod est eius materia: & sic constat ex tota sua materia propter hoc, quòd extra hoc cælũ nullum corpus est, nec contingit esse. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat propositum. & primo ostendit quòd nullum corpus est extra cęlum: Secundo quòd nullũ potest esse, ibi ¶ Sed etiam neque factum esse, &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo præmittit quandam diuisionem, per quam manifestat propositum: secundo excludit singula membra diuisionis, ibi ¶ Simpliciũ quidem igitur &c. ¶ Ostendit ergo primo quòd si est aliquod corpus physicum, ideśt, naturale extra peripheriam, ideśt, circunferentiã, necesse est quòd id corpus aut sit de numero simpliciũ corporum, aut de numero compositorum. Item necesse est vel quòd sit ibi secundũ naturam, vel præter naturam. Deinde cum dicit.

e ¶ Excludit singula membra diuisionis. & primo ostendit q̃ extra extremã sphæram non est aliquod corpus simplex secũdum naturam: quia corporum simpliciũ quoddam est circulariter motum: quoddam est quod mouetur medio: quoddam quod mouet ad mediũ, & in medio subsistit omnibus aliis, vt supra habitũ est. nullum autem horum potest esse extra extremam circunferentiam. Ostẽsum est. n. supra in 6. Phy. quòd corpus quod circulariter fertur, non permutat proprium locũ secundum totum, nisi solum ratione. sic igitur non est possibile quòd corpus q̃d circulariter fertur, trãsferatur ad aliquem locũ extra eum in quo est: hoc autem sequeretur, si esset aliquod corpus circulariter motum extra huius circunferentiã, sicut in suũ locum naturalem: & per quam rationem esset naturalis illi corpori circulariter moto, per eandem rationẽ esset naturalis huic corpori, quod in hoc mundo circulariter fertur. omne autẽ corpus naturaliter fertur ad suum locum naturalem: sequeretur ergo quòd illud corpus circulariter motum trãsferretur ad locũ suum: quod est impossibile. Similiter etiam non est possibile esse extra extremam circunferentiã corpus lene, quod mouetur a medio: neque etiam corpus graue, quod substat aliis corporibus in medio. Si enim dicatur quòd sit extra extremam circunferentiam naturaliter: hoc esse non potest, quia habent alia loca naturalia, scilicet infra extremam circunferentiam totius.

Ostensum est autem supra quòd omnium grauium est unus numero locus, & similiter omniũ leuium. vnde non est possibile quòd ista corpora sint naturaliter extra extremam circunferentiam totius. Et est sciendum, quòd ista ratio & inquantum ad corpus circulariter motum, & inquantum ad corpus quod mouetur motu recto, habet necessitatem, ex eo quòd supra probatũ est, quòd tantum unum est extremum, & unum medium. Secundo ibi. f ¶ Ostẽdit quòd nullum corpus est extra cælũ præter naturã: quia ille locus alicui corpori esset naturalis: Locus enim qui est vni corpori præter naturã, necesse est q̃ sit alicuius corporis ſm naturã: quia si alicui loco deesset propriũ corpus, locus ille esset frustra: sed nõ pot esse qđ ille locus sit naturalis alicui corpori. non. n. est naturalis neq; corpori circulariter moto, neq; corpori leni aut graui. ostensum est autẽ supra qđ nullũ aliud corpus est præter ista. Si igitur patet, quòd nullũ corpus simplex est extra cælũ, neque secundum naturam, neque præter naturam. Tertio ibi.

g ¶ Probat quòd nõ sit ibi aliquod corpus mistũ: quia si nõ est ibi aliquod simpliciũ corporũ, sequitur qđ nõ sit ibi ẽt aliquod corpus mistũ. Vbicũque. n. est corpus mistũ, necesse est ibi esse corpora simplicia q̃ sint in misto: & mistum fortitur locum naturalem secũdum corpus simplex, quod in eo dominatur. Deinde cum dicit.

h ¶ Ostendit quòd etiã extra cælum non contingit esse aliqđ corpus. vnde dicit, quòd non est possibile fieri aliquod corpus extra cælum, quia aut esset ibi ſm naturam, aut præter naturã. & iterum aut esset simplex, aut mistum. Et quicquid horum detur, erit eadem ratio quæ est supra: quia non differt secundum rationes præmissas, an sit aliquod corpus extra cælum, vel possit ibi fieri: quia rationes præmissæ vtrunque concludũt, & quia in sempiternis non differt esse & posse, ut dicitur in 3. Physico. Deinde cum dicit.

i ¶ Concludit conclusionem principaliter intentam. Et dicit, manifestum esse ex dictis, quòd extra cælum neque est aliqua moles

moles cuiuscunque corporis, neque contingit ibi tale aliquid fieri: quia totus mundus est ex tota materia sua propria. materia autem mundi est corpus naturale sensibile. Nec est intelligendum quòd velit probare nullum corpus sensibile esse extra cælum propter hoc, quod est ex tota sua materia, sed potius econuerso. vtitur autem illo modo loquẽdi propter hoc quòd ista duo inuicẽ conuertuntur. Cõcludit igit quòd neque sunt in præsenti plures cæli, neq; fuerunt in præterito, neque vnquàm poterũt fieri in futuro: sed istud cælum est vnũ, & solum, & perfectũ, vtpote constans ex omnibus suis partibus, siue ex tota sua materia.

Tex.cõ.99.

LECTIO XXI.

a POstquàm Philosophus ostẽdit, quòd extra cælum non est aliquod corpus sensibile, nec potest esse, hic ostẽdit quòd extra cælũ non est aliquod eorũ, quæ consequuntur ad corpora sensibilia. Et primo ostendit propositum: secundo ostendit qualia sint quæ extra cælũ nata sunt esse. ibi ¶ Propter qd quidem neque in loco &c. ¶ Circa primũ tria facit. Primo proponit quod intẽdit: Secũdo probat propositum. ibi ¶ In omni. n. loco &c. ¶ Tertio infert conclusionem intentam. ibi ¶ Manifestum igitur &c. ¶ Dicit ergo primo quòd simul cum hoc quod probatum est extra cælum non esse corpus sensibile, manifestum est, quòd extra cælum neque est locus, neque vacuum, neque tempus. de his enim tribus determinatur in 4. Physico. sicut de quibusdam consequentibus corpora naturalia. Deinde cum dicit.

Tex.c.100.

b ¶ Probat propositum. primo quidem quantum ad locum. In omni enim loco possibile est existere corpus, alioquin locus esset frustra: sed extra cælum non est possibile existere aliquod corpus, ut probatum est. ergo extra cælum non est vacuum. Illi enim qui ponunt vacuum, definiũt vacuum esse locũ, in quo non existit corpus, sed possibile est esse. ergo extra cælum non est vacuum. Est autem sciendum, quòd Stoici posuerunt vacuũ infinitum, in cuius quadam parte est mundus: & ita relinquitur secundum eos, quòd extra extremam circunferentiam sit vacuum. Quod quidem tali imaginatione probare volebant. Si enim esset aliquis in extrema circunferentia cæli, aut posset extendere manum suam, aut non. si non posset: ergo impediretur ab aliquo extrinseco existente: & redibit eadem quæstio de illo extrinseco, si in extremo eius aliquis existens posset vltra manum porrigere: & ita vel procederetur in infinitum, vel venietur ad estremum corpus, vltra quod homo ibi existens non posset manum porrigere: quo dato, sequitur quòd extra id possit esse corpus, & cum non sit, extra erit vacuum. Ad hoc autem respondet Alexander dicẽs, positionem esse impossibilem. cum enim corpus cæli sit impassibile, non est receptuum alicuius extranei. vnde si ex hac impossibili positione sequitur aliquod inconueniens, non est curandum. Sed ratio non videtur esse sufficiens: quia impossibilitas huius positionis non est ex parte huius, quod est extra cælũ, sed ex parte ipsius cæli: nũc aũt agit de eo, quod est extra cælum. vnde eadem ratio est, si totum vniuersum esset terra, in cuius extremo posset esse homo. Et ideo oportet aliter dicere sicut ipse etiam dicit, quòd manum suam extra

c Eſt autem tempus numerus motus: motus autem ſine phyſico corpore non eſt. Extra cælum autem oſtenſum eſt, quia neque eſt, neque cõtingit fieri corpus. Manifeſtũ igitur, quia neque locus, neque vacuum, neque tempus eſt exterius.

d Propter quod quidem neque in loco eſſe quæ ibi ſunt apta nata eſſe, neque tempus ipſa facit ſeneſcere, neque etiam vllius vna trãſmutatio eorum quæ ſuper eam, quæ maxime extra ordinatam lationem.

ex ſua tota materia conſtat. Materia nanque ipſius, naturale eſt atque ſenſibile corpus, quare neque nunc plures ſunt cæli, neque fuere, neque etiam fore poſſunt: ſed unicum eſt hoc cælum atque perfectum.

LECTIO XXI.

LAtet inſuper neque locum extra cælũ eſſe, neque uacuum, neque tempus.

In omni nanque loco corpus eſſe profectò poteſt. Vacuum autem id eſſe dicunt, in quo corpus non eſt, ſed eſſe poteſt.

Tempus uero motus numerum eſſe conſtat, & motus ſine naturali corpore nullus eſt. At demonſtratum eſt extra cælum nec eſſe corpus, nec etiam eſſe poſſe. Patet ergo neque locum extra cælum eſſe, neque uacuum, neque tempus.

Quo circa neque apta ſunt ea quæ illic ſunt eſſe in loco, neque tempus ſeneſcere ipſa facit, neque illius eorum eſt ulla mutatio quæ ſuper extima ſunt diſpoſita latione.

ſuper extima ſunt diſpoſita latione.

differentia: fertur ergo ad omnem partẽ, & ita mũdus destruetur. Tertio ibi.

Tex.cõ.11.

c ¶ Probat quòd extra cælum non sit tempus. Tẽpus enim est numerus motus, vt patet in 4. Physicorum, motus autem non potest esse sine corpore naturali: corpus autem nec est, nec põt esse extra cælum, ut probatum est. ergo extra cælum non potest esse nec tempus, nec motus. Deinde cum dicit.

Tex.c.101.

d ¶ Ostendit qualia sunt ea quæ sunt extra mundum. & circa hoc duo facit. Primo concludit ex præmissis eorum qualitatẽ. Secundo ostendit ex his idem quod communiter dicitur, ibi. ¶ Etenim quemadmodum &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo remouet ab eis conditionem eorum quæ sunt hic: secundo ostẽdit propriam conditionem eorum, ibi ¶ Sed inalterabilia &c. ¶ Dicit ergo primo, quòd ex eo quòd extra cælum non est locus, sequitur quòd ea quæ ibi sunt nata esse, non sint in loco: & hoc quidem Alexander dicit posse intelligi de ipso cælo, quod quidem non est in loco secundum totum, sed secundum partes, vt probatur in 4. Physico. Item quia tempus non est extra cælum, sequitur quòd non sit in tempore, & ita tempus non facit ea seneſcere. quod etiam dicit Alexan. posse cælo conuenire, quod quidem non est in tempore, secundum quòd esse in tempore, est quadam parte temporis mensurari, vt dicitur in 4. Physicorum: & non solum talia non seneſcunt in tempore, sed neque est aliqua tansmutatio eorum quæ sunt super illam lationem quę est maximę extra ordinata, ideſt, super motum localem corporum leuium: motum enim rectum consueuit vocare latio-

Lect. 2. Tex.cõ.3.

Lect. 20. Tex. cõ.4.

re lationem. Sed hoc non videtur esse verum, quòd corporum cælestium non sit aliqua transmutatio, cum moueantur localiter: nisi forte exponamus de transmutatione quæ est in substantia. sed hæc videtur extorta expositio, cũ Philosophus vniuersaliter omnem mutationem excludat. Similiter etiam, non potest dici, proprie quòd cælum sit ibi, ideſt, extra cælum. & ideo cõuenientius est quòd hoc intelligatur de Deo, & de substãtiis separatis, quæ maxime neque in tempore, neque in loco continentur, cum sint separatæ ab omni magnitudine & motu. huiusmodi autẽ substantiæ dicuntur esse ibi, ideſt, extra cælũ, non sicut in loco, sed sicut non contenta, nec inclusa sub continentia corporalium rerum, sed totam corporalem naturam excedentia: & his conuenit quod dicitur, quòd eorum nulla fit trãsmutatio, quia superexcedunt supremam lationem. scilicet vltimæ sphęre, quæ ordinatur sicut extrinseca, & contenta omnis mutationis. Deinde cũ dicit.

e ¶ Ostendit qualia sunt huiusmodi entia. Et primo ostẽdit eorum cõditionẽ: Secũdo exponit quoddam nomẽ quo usus fuerat, ibi ¶ Etenim hoc nomen &c. ¶ Tertio ostendit influentiam eorum in alia, ibi ¶ Vnde & aliis &c. ¶ Dicit ergo primo, quòd illa entia, quæ sunt extra cælũ, sunt inalterabilia, & penitus impassibilia,

e Sed inalterabilia, & impaſſibilia optimam habentia vitã, & per ſe ſufficientiſſimam per ſiciunt toto æterno.

f Etenim hoc nomen diuine enunciatum eſt ab antiquis. Finis enim continens id quod vniſcuiuſque vitæ tempus, cuius nihil eſt extra ſecũdum naturã, æternum vniuſcuiuſque vocatum eſt. Secundum eandẽ autem rationem, & totius cęli finis, & omne tempus, & infinitatem continens perfectio, æternum eſt, a ſemper eſſe ſumens denominationem immortalis, & diuinus.

g Vnde & aliis communicatũ eſt, his quidem clarius, his autem obſcurius eſſe, & viuere.

h Etenim quemadmodum in enchyridiis philoſophiſmatibus circa diuina multotiẽs declaratum eſt rationibus, quòd diuinum, intranſmutabile neceſſarium eſſe omne primum, & ſummum: quòd ſic habens teſtificatur dictis.

i Neque enim aliud melius eſt quod mouebit: illud enim vtique erit diuinius.

k Neque habet prauum nihil

habentia optimam vitam, inquantum ſcilicet eorum vita non eſt materiæ permiſta, ſicut vita corporalium rerum: habẽt etiã vitam per ſe ſufficientiſſimam, inquantum non indigẽt aliquo vel ad conſeruationem ſuæ vitæ, vel ad executionem operum vitæ. habent etiam vitam non temporalem, ſed in toto æterno. Horum autem quæ dicuntur, quædam poſſunt attribui corporibus cæleſtib', puta, quòd ſint impaſſibilia, & inalterabilia: ſed alia duo non poſſunt eis conuenire, etiam ſi ſint animata. non enim habent optimam vitam, cum eorũ vita ſit ex unione animę ad corpus cæleſte: nec etiam habent vitam per ſe ſufficientiſſimam, cum per motum ſuum bonum conſequuntur, vt dicetur in ſecundo. Deinde cum dicit.

f ¶ Exponit nomẽ æterni, quo vſus fuerat: & dicit, quòd antiqui pronunciauerunt hoc nomen diuine, hoc eſt conuenienter rebus diuinis: hoc enim nomen dupliciter accipitur. Vno quidem modo ſecũdum quid, quod ſcilicet eſt ęternum, vel ſeculũ rei vnius. idem enim apud Græcos ſignificat. Dicit ergo quòd æternum, vel ſæculum vniuſcuiuſque rei vocatur finis, ideſt, menſura quædam terminans, quæ continet tempus vitę cuiuſlibet rei, ita quòd nihil de tempore vitæ, quę eſt alicuius rei ſecũdum naturam, eſt extra illum finem, vel menſuram. ſicut ſi dicamus quòd ſpatium centum annorum eſt ſæculum, vel æternũ hominis. Alio modo dicitur æternum ſimpliciter, quod comprehendit, & continet omnem durationem, & hoc eſt quod dicit, quòd ſecundum eandem rationem, æternum dicitur finis totius cæli, ideſt, ſpatium continens totam durationem cæli, quod eſt ſpatium totius temporis. Et ſecundũ hoc dicitur æternum perfectio quædam, quæ continet omne tempus, & omnẽ infinitatem durationis, non quidem ſic quòd ipſum cælum diſtendatur ſecundum ſucceſſionem præteriti, & futuri, ſicut ſpatium temporis quantumcunque ſit, quia talis ſucceſſio ſequitur motum: iſta autem ſunt penitus immobilia, quæ dicit habere vitam in æterno, ſed æternum totum ſimul exiſtens comprehẽdit omne tempus, & omnem infinitatem. & deriuatur in græco ab hoc, quod eſt ſemper eſſe. & talis finis, qui æternum dicitur, eſt immortalis, quia uita illa non determinatur morte: & diuinus, quia excedit omnem materiam, quantitatem, & motũ. Deinde cũ dicit.

g ¶ Oſtendit influẽtiam eorum in alia. Eſt autem manifeſtũ quòd ab eo quod eſt perfectiſſimum ſit deriuatio ad alia, quæ ſunt minus perfecta, ſicut calidum deriuatur ab igne ad alia quæ ſunt minus calida, ut dicit in 2. Metaphyſic. vnde cũ iſta entia habeant uitam optimã, & per ſe ſufficientiſſimam, & eſſe perfectum, conſequens eſt quòd inde communicetur aliis eſſe, & uiuere, & non tamen æqualiter omnibus: ſed his quidẽ clarius, ideſt, euidentius, & perfectius, ſcilicet his, quæ ſunt ſempiterna, eadem numero exiſtentia, & his quæ habent viram rationalem: his autem obſcurius, id eſt, debilius, & imperfectius, ſicut his quæ ſunt ſempiterna non ſecundum idem numero, ſed ſecundum idem ſpecie: & quæ habent uiram ſenſibilem, vel nutritiuã. Deinde cum dicit.

Tex.cõ. 2. T.c 4.

Sed nullis alterationibus, nullis paſſionibus prorſus ſubiecta, optimã in uniuerſa ſempiternitate uitam, & ſufficientiſſimam habent.

Diuine nanque nomen hoc pronunciatum eſt ab amiquis. Finis enim qui uitæ uniuſcuiuſque cõtinet tempus, cuius nihil eſt contra ſecundum naturam, ſempiternitas uniuſcuiuſque eſt nuncupatus: per eandem etiam rationem finis uniuerſi cæli, ac finis hiſce, qui tempus totum infinitumque continet, ſempiternitas eſt, a ſemper eſſendo appellatione ſumpta, immortalis ſane, atque diuina.

Vnde & cæteris alijs exactius, aliis offuſcatius ipſum eſſe uiuereque dependet.

Etenim ut in externis circa diuina ſententijs perſæpe rationibus diutnum omne neceſſario mutatione uacare uidetur, primum ipſum ac ſummum, ita ſe habens teſtiis eſt dictis.

Neque enim aliud præſtabilius eſt, quod quidem moueret: illud enim porro diuinius eſſet.

Neque prauitatis cuiuſquam

h ¶ Manifeſtat quod dixerat de conditione prędictorum entium, quę ſunt extra cælum, & primo proponit quod intendit: Secũdo inducit rationes, ibi ¶ Neque enim aliud &c. ¶ Circa primum conſiderandum eſt, quòd apud Philoſophos erant duo genera dogmatum. Quędam enim erant, quę a principio ſecũdũ ordinem doctrinæ multitudini apponebantur, quę quidem vocabantur enchyridia. quędam autem erant magis ſubtilia, quę proponebantur auditoribus iam proiectis, quę uocabantur ſintagmatica, ideſt, coordinalia, uel acroamatica. i. auditionalia: dogmata autem Philoſophorum dicuntur philoſophiſmata. Dicit ergo, quòd i hmòi enchyridiis philoſophiſmatibus circa res diuinas multotiens rationibus manifeſtabant, quòd neceſſe eſt omne diuinum eſſe intranſmutabile, quaſi non ſubiectum motui. & primũ, quaſi non ſubiectũ tempori. & ſummũ, quaſi non contentum loco. Diuinum autem dicebant omnem ſubſtantiam ſeparatam, & hoc atteſtatur his, quę dicta ſunt de huiuſmodi entibus. Deinde cum dicit.

ἐγκειρίδιον συνταγματικὸν ἀκροαματικὸν φιλοσοφίσματα.

i ¶ Ponit rationes ad oſtendendũ quod dixerat. ſ. quòd primũ, & ſupremũ ſit intranſmutabile. & primo oſtendit propoſitum: Secundo infert quandã concluſionẽ ex dictis, ibi ¶ Et inceſſabili itaque &c. ¶ Circa primũ ponit duas rõnes, quarũ prima talis eſt. ¶ Semper mouens, & agens eſt melius moto & paſſo: ſed non eſt aliquid melius primo, & ſummo diuino, quòd poſſit ipſum mouere, quia id adhuc eſſet diuinius. primum ergo diuinũ non mouetur, quia omne quod mouetur, neceſſe eſt ab alio moueri, ut probatur in 7. & 8. Phyſicorum. Secundam rationem ponit ibi.

Lec. 1. Tex. cõ. 2. Lec. 2.

k ¶ Quę talis eſt. Omne quod mouetur, aut ad hoc mouetur vt fugiat aliquod malum, aut ad hoc quòd requirat aliquod bonum

num: sed primum non habet aliquod malum quod possit euadere, neque indiget aliquo bono, quod possit acquirere: quia est perfectissimum. ergo primum non mouetur. Potest autem & sic formari ratio. Omne quod mouetur, aut mouetur ad melius, aut ad deterius: sed neutrum potest Deo cõuenire secundũ ea, quę hic dicuntur.

ergo Deus nullo modo mouetur. Et est attendendum, quòd hęc secunda ratio potest induci ad hoc qđ non moueatur. Deinde cum dicit.

1 ¶ Infert conclusionem ex dictis. Et dicit rationabiliter, i. probabiliter sequi, quòd istud primum mobile moueat motu incessibili. quæcunque enim mota quiescunt, tunc quiescunt quando perueniunt ad proprium locum, sicut patet in grauibus, & leuibus: sed hoc nõ potest dici in primo mobili, qđ circulariter mouetur: quia idem est vnde incipit motus eius, & in quod terminatur. ergo primũ mobile mouet a primo motore motu incessibili. Et est attendendum, quòd hæc ratio non ex necessitate concludit. potest enim dici quòd motus cęli non cessat, non propter naturam loci, sed propter voluntatem mouentis: & ideo non inducit eam tãquam necessariam, sed tanquam probabilem.

Tex.c.101.

LECTIO XXII.

a Postquam Philosophꝰ ostẽdit quòd corpus totius mundi nõ est infinitum, & quòd non est multiplex numero, hic inquirit utrum sit infinitum durationis æternitate. Et primo ponit opiniones aliorum. Secundo determinat propositum secũdum propriam opinionem, ibi{ Primum autem diuidendum &c.} Circa primum tria facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo ponit opiniones, ibi{ Genitum quidem igitur &c.} Tertio improbat eas, ibi{ Factũ esse quidem &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio, & quo ordine sit agendum. & dicit, quòd post determinationem præmissorum dicendum est postea, vtrũ mundus sit ingenitus, idest, vtrum per generationem' incœpit esse a quodam principio temporis, aut non: & verum sit incorruptibilis, aut corruptibilis, idest, vtrum per corruptionẽ post aliquod tempus esse desinat, vel non. Prius tamen quàm hæc hęc pertractemus secundum nostram opinionem debemus pertransire, & breuiter dicere suspitiones aliorum, idest, opiniones aliorum Philosophorum, quas suspitiones hic vocat: quia ex leuibus ad hæc dicenda mouebantur. difficile enim est ad hoc inducere efficaces rationes. vnde & ipse Arist. dicit in primo Topicorum, quòd quædam proplemata sunt, de quibus rationes nõ habemus, ut vtrum mundus sit æternus, vel non. Secundo ibi.

b Assignat rationes tres quare hic. & alibi aliorum opiniones pertractet, quarum prima est: quia demonstrationes, idest, probationes contrariorum, idest, contrariarũ opinionum, sunt dubitationes de contrariis. s. opinionibus, idest, sunt obiectiones ad cõtrarias opiniones. expedit autẽ ei, qui vult cognoscere alii quem veritatem, soluere dubitationes: quia solutio dubitatorũ est inuentio veritatis, ut dicitur in 3. Metaphy. & ita ad sciendũ veritatem, multũ valent rationes contrariarum opinionum. Secundam rationem ponit ibi.

Lect. 2. Tex.c.1.

c ¶ Et dicit quòd si mul cum prædicta ratione est alia ratio: quia ea quæ dicenda sunt magis credũtur credibilia apud illos, qui audiunt certificationes sermonum, ex quibus dubitatio emergit: quia quãdiu homo dubitat, antequàm eius dubitatio soluatur, est mẽs eius similis ligato, qui nõ potest ire. Tertiam rationem ponit ibi.

d ¶ Et dicit, quòd quando nos posuerimus opiniones aliorum, & induxerimus eorũ rationes, & soluerimus eas, & posuerimus rationes in cõtrarium, inerit nobis quòd non videamur condẽnare dicta aliorum gratis, idest, sine debita ratione, sicut qui reprobant dicta aliorũ solo odio: qđ non conuenit Philosophis, qui profitentur se inquisitores esse ueritatis. Oportet enim eos, qui uolũt sufficienter iudicare de veritate, quòd nõ exhibeant seipsos sicut inimicos eorum, de quorũ dictis est iudicandum, sed sicut arbitros, & disquisitores pro vtraq; parte. Deinde cũ dicit.

e ¶ Ponit opiniões aliorũ. Et primo ponit in quo omnes cõueniũt, & dicit quòd omnes qui fuerunt ante eum, dixerunt quòd mundus sit genitus, idest, à quodã principio temporis esse incipiens per generationẽ. Secũdo ibi.

f ¶ Ponit in quo differant, & tangit tres opiniones. Quidam enim dicebant, quòd quamuis incœperit esse ab aliquo principio temporis, tamen in sempiternum durabit, sicut primo dixerunt quidam poetę, vt Orpheus, & Isidorus, qui dicti sunt Theologi: quia res diuinas, poeticæ, & fabulariter ediderunt: quos in hac positione secutus est Plato, qui posuit mundum generatum, sed indissolubilem. Secnnda opinio fuit quorundam aliorum, qui posuerunt mundum corruptibilem esse eo modo, quo quodlibet aliud generatorum, quæ constituuntur ex multis: ita scilicet quòd mundus post corruptionem nunquàm reparabitur, sicut Socrates post corruptionem nunquàm reparatur per naturam. & hæc fuit positio Democriti, qui posuit mũdum generari casu per concursum atomorum semper: mobiliũ & ita per eorum segregationem quandoque esse dissoluendum. Tertia opinio est dicentium, quòd mundus quandoque vicissim generatur, & quandoque corrũpitur: & ista vicissitudo semper durauit, & durabit. & hoc dicit Empedocles Agrigentinus, posuit enim quòd amicitia congregante elementa, & lite dissoluente ea, mundus generabatur, & corrumpebatur. hoc etiam posuit Eraclitus Ephesius, qui posuit quòd quandoque totus mundus exureretur per ignem, & post certos decursus temporum iterum totus mundus generaretur per ignem, quem posuerunt esse principium omnium rerum. Dicunt autem quidam quòd isti Poetæ, & Philosophi, & præcipue Plato, non sic intellexerunt secundum quòd sonat secundũ superficiem verborũ, sed suam sapientiam volebant quibusdam fabulis, & ænigmaticis locutionibus occultare. & quòd Aristotelis consuetudo fuit in pluribus non obiicere contra intellectum eorũ qui erat sanus, sed contra verba eorum, ne aliquis in tali modo loquendi in errorem incurreret, sicut dicit Simplicius in commẽto. Alexander tamẽ voluit quòd Plato, & alii antiqui Philosophi hoc intellexerũt quod verba eorum exterius sonant. & sic Aristoteles nõ solum cõtra verba, sed contra intellectum eorum conatus est argumẽtari. Quicquid autem horum sit, nõ est nobis multum curandum: quia studiũ Philosophiæ nõ est ad hoc quòd sciatur quid homines senserint, sed qualiter se habeat veritas rerũ. Deinde cum dicit.

Tex.c.103.

g ¶ Improbat positiones prędictas, & primo primam: Secundo tertiam, ibi{ Vicissim autem &c.} Tertio secũdam, ibi{ Totaliter autem factum &c.} secunda enim opinio minus habet rationis. Circa primum duo facit. Primo improbat positionem: Secundo excludit quandam excusationem, ibi{ Auxilium autem &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit duas rationes, circa quarum primam dicit, quòd impossibile est mundum esse factum, vel genitũ ex quodam principio rẽporis, & quòd post modum in sempiternum durer. cum enim aliqua volumus sumere rationabiliter, idest, probabiliter absque demonstratione, talia oportet ponere, quæ vdemus esse vera in ommibus, aut in multis. hoc enim est de ratione probabilis, sed in proposito accidit contrarium: quia omnia quæ generantur, videmus corrumpi. non ergo est ponendum quòd mundus sit generatus, & quòd sit incorruptibilis. Secundam rationem ponit ibi.

Tex.c.104.

h ¶ Et inducit primo quoddam principium: & dicit, quòd si aliquid est quod habet in se potentiã, quæ si principium eius quod est sic, & aliter se habere, sed impossibile sit quòd aliter se habeat prius per omnia sęcula, impossibile est quòd talis res transmutetur. & hoc probat inducendo ad impossibile: quia si talis res transmutatur, erit quando transmutatur aliqua causa faciens eam transmutari scilicet sua potentia ad transmutationem, quę si prius fuisset, possibile erat illam rem aliter se habere: quod tamen ponebatur impossibile se aliter habere, & postea habet eam, hoc ipsum est transmutari illam rem: & sic etiã antequam haberet potentiam transmutandi, erat potens transmutari, ad hoc scilicet, quòd acciperet potentiam trãsmutãdi. Ex his autem sic arguitur ad propositum. Si mundus constitutus est ex quibusdam rebus, quæ prius quàm mundus fieret aliter se habebant: si ita sit quòd illa ex quibus constitutus est mundus semper sic se haberent, sicut prius se habebant: & impossibile sit aliter ea se habere, non fieret mundus ex eis. si ergo factus est mundus ex eis, necesse est quòd illa, ex quibus factus est mundus, sint possibilia aliter se habere: & qđ non semper eodem modo se habeant. vnde sequitur, quòd etiam constantia, idest, post quam fuerint adunata ad constitutionẽ mundi, iterũ possint dissolui: & quando erant dissoluta, prius fuerunt composita: & quòd infinities vicissim hæc sic se habebãt, aut possibile erat sic se habere. Et si hoc est verum, sequitur quòd mundus nõ sit incorruptibilis, neq; vnquàm erit incorruptibilis: si ea ex quibus constat mundꝰ aliter se habebãt, neque etiam si possibile erat quòd aliter se haberent: quia ex vtroque sequitur qđ etiam non possibile sit ea aliter se habere.

i ¶ Vxilium autem quod quidam conãtur ferre sibiipsis dicentiũ incorruptibilem quidem esse, factum autem, non est verum. Similiter enim dicũt his, qui descriptiones scribunt, quòd circulum quidem esse, & hoc semper perficere sic, quemadmodum Empedocles Agrigentinus, & Eraclitus Ephesius.

g Factum esse quidem igitur, sempiternumque tamen esse dicere, est impossibile. Sola enim hęc ponenda rationabiliter sunt, quę in multis, aut omnibus videmus existentia'. De hoc autẽ accidit contrarium. Omnia enim quæ generantur, & corrumpi videntur.

h Adhuc autem si non habeat principium eius quod est sic se habere, sed impossibile aliter se habere prius per omnia sæcula, impossibile trasmutari. Erit enim aliqua causa, quę, si extitit prius, possibile vtique erit aliter habere, impossibile aliter habere. Si autem prius ex aliter habentibus constitit mũdus: siquidem semper sic habentibus, & impossibilibus aliter habere, non vtique fieret. Si autem factus est, necesse scilicet & illa possibilia esse aliter se habere. & non semper sic se habere. Itaque constantia dissoluentur, & dissoluta constiterunt prius: & hoc infinities aut sic se non habebat, aut possibile erat. Si autem hæc, non utique erit incorruptibilis, neque si aliter habebat aliquando, neque si possibile aliter habere.

LECTIO XXIII.

a Vxilium autem quod quidam conãtur ferre sibiipsis dicentiũ incorruptibilem quidem esse, factum autem, non est verum. Similiter enim dicũt his, qui descriptiones scribunt, quòd circulum quidem esse, aliqua volumus sumere rationabiliter, idest, probabiliter absque demonstratione, talia oportet ponere, quæ vdemus esse vera in ommibus, aut in multis. hoc enim est de ratione probabilis, sed in proposito accidit contrarium: quia omnia quæ generantur, videmus corrumpi. non ergo est ponendum quòd mundus sit generatus, & quòd sit incorruptibilis. Secundam rationem ponit ibi.

b ¶ Et inducit primo quoddam principium: & dicit, quòd si aliquid est quod habet in se potentiã, quæ si principium eius quod est sic, & aliter se habere, sed impossibile sit quòd aliter se habeat prius per omnia sęcula, impossibile est quòd talis res transmutetur. & hoc probat inducendo ad impossibile: quia si talis res transmutatur, erit quando transmutatur aliqua causa faciens eam transmutari scilicet sua potentia ad transmutationem, quę si prius fuisset, possibile erat illam rem aliter se habere: quod tamen ponebatur impossibile se aliter habere, & postea habet eam, hoc ipsum est transmutari illam rem: & sic etiã antequam haberet potentiam transmutandi, erat potens transmutari, ad hoc scilicet, quòd acciperet potentiam trãsmutãdi. Ex his autem sic arguitur ad propositum. Si mundus constitutus est ex quibusdam rebus, quæ prius quàm mundus fieret aliter se habebant si ita sit quòd illa ex quibus constitutus est mundus semper sic se haberent, sicut prius se habebant: & impossibile sit aliter ea se habere, non fieret mundus ex eis. si ergo factus est mundus ex eis, necesse est quòd illa, ex quibus factus est mundus, sint possibilia aliter se habere: & qđ non semper eodem modo se habeant. vnde sequitur, quòd etiam constantia, idest, post quam fuerint adunata ad constitutionẽ mundi, iterũ possint dissolui: & quando erant dissoluta, prius fuerunt composita: & quòd infinities vicissim hæc sic se habebãt, aut possibile erat sic se habere. Et si hoc est verum, sequitur quòd mundus nõ sit incorruptibilis, neq; vnquàm erit incorruptibilis: si ea ex quibus constat mundꝰ aliter se habebãt, neque etiam si possibile erat quòd aliter se haberent: quia ex vtroque sequitur qđ etiam non possibile sit ea aliter se habere.

LECTIO XXIII.

a Præmissis rationibꝰ cõtra opinionem Platonis, hic Philosophus excludit quãdam excusationem prædictæ opinionis, quam Xenocrates, & alii Platonici asserebant. Et circa hoc duo facit. Primo proponit excusationem: Secundo excludit eam, ibi{ Hoc autẽ quemadmodum est dicimus &c.} Dicit ergo primo, quòd non est verum illud auxilium, idest, illa excusatio, quam quidam Platonici eorum dicentium mundum esse incorruptibilem, sed tamen factum, vel genitum, conantur ferre: sed ipsi vt non irrationabiliter posuisse videantur, dicunt se dixisse de generatione mundi, ad similitudinem eorum, qui describunt figuras geometricas, qui primo describunt quasdam partes figuræ, puta trianguli, postea alias, non quasi prius fuerint huiusmodi partes antequàm alia figura ex huiusmodi partibus constitueretur, sed vt magis explicite demonstrarent ea quę ad figuram requiruntur. Et similiter dicunt Platonem dixisse mundum factum esse ex elemen-

elementis, non tanquàm aliquo tempore determinato mundus sit generatus, sed causa doctrinæ, vt facilius instrueretur aliqui de natura mundi, dum prius demonstrantur partes mundi, & quid habeant huiusmodi partes: ex ipsis postea demonstrãt eis compositionem, quam habent a causa mundi, quæ Deus est: ita aspiciunt, ideſt, consi derant mundum esse genitum ad modum descriptionis, qua vtuntur Geometræ in descriptione figurarũ. Deinde eũ dicit.

b ¶ Improbat quod dictum est, & dicit, q non eodem modo se habet quod ipsi di
Tex.c.105. cunt circa generatio nem mundi, & quod Geometræ dicũt circa descriptiones figu rarum, sicut manifestabitur per ea quæ
Tex.c.106. nunc dicemus: quia in descriptionibus geometricalibus idẽ accidit, si omnes par tes figuræ simul acci piantur, ut cõstituãt figuram, & si non accipiãtur simul. Quia quando non accipiũ tur simul, nihil aliud dicitur de eis, nisi qđ sint lineæ, vel anguli: & hoc etiã saluatur in eis, quãdo accipiũ tur omnia simul in fi gura cõstituta ex eis. Sed in demonstratio nibus eorum, qui po
Tex.c.107. nunt generationem mundi, non idem ac cipitur cum sunt si mul, & cum nõ sunt simul: sed impossibi le est quòd idem ex vtraq; parte accipiatur: sicut impossibile est oppositа esse si mul. illa autem quæ accipiuntur prius, sci licet ante constitutio nem mundi, & poste rius, scilicet mundo iam constituto, sunt subcõtraria, ideſt, habent quandam adiũctam & latẽtẽ cõtrarietatem. Dicunt. n. quòd ex elementis ordinatis facta sunt ordinata, Deo scilicet reducente inordi nationem elemento rum ad ordinem, vt Plato in Timæo dicit. Geometræ autẽ non dicunt quòd ex lineis diuisis componatur triangulus, sed simpliciter quòd ex lineis. Et esset simile, si isti solum dicerent quòd mundus sit ex elementis: sed dicunt quòd mundus ordinatus sit ex elementis. Non est autem possibile quòd aliquid sit simul ordinatum, & inordinatum: sed necesse est dare aliquã generationem, per quam vnum eorum ab altero separetur, vt scilicet ante generationem sit inordinatum, post generationem vero ordinatum: & per consequẽs necesse est dare aliquod tem pus distinguens vtrunque, sed in descriptionibus figurarum nõ requiritur aliqua distinctio temporis: non enim oportet quòd linea, & triangulus tempore distinguantur, sicut ordinatum, & inordinatum. Voluit autem quidam adhuc excusare Platonem, quasi non posuerit quòd aliqua inordinatio prius tempo-

bunt, & seipsos dixisse de gene ratione, non tanquàm generato aliquãdo, sed doctrinæ gra tia: tanquàm magis instruentes, velut descriptionem genitum aspicientes.

b Hoc autem est, quemadmodum dicimus, non idem. In factione quidem enim descriptionum positis omnibus esse si mul idem accidit: in demon- G strationibus autem horum nõ idem, sed impossibile. Quæ enim accipiuntur prius & posterius, subcontraria sunt. Ex inordinatis quidem enim ordinata facta esse dicunt: simul autem idem inordinatum esse & ordinatũ impossibile, sed necesse generationem esse sepa rantem, & tempus: in descrip- H tionibus autem nihil tempore segregatum est. Quod quidem igitur impossibile ipsum sempiternum esse, & factum esse, manifestum.

c Vicissim autem constare, & dissolui nihil aliud facere est quàm astruere ipsum sempiter num quidem, sed transmutan- I tem formam: quemadmodum siquis ex puero virum factum, & ex viro puerũ, quãdoque. n. corrumpi, quandoque esse putet. Palam enim quòd & adinuicem continentibus elementis, non contingens ordo sit, & constitutio, sed eadem. aliterque & secundum eos qui dixe runt hunc sermonẽ, qui dispositionis vtriusque causant contrariũ. Itaque si totum corpus continuum sit, quandoq; quidem, sic quãdoque autem illo modo disponitur & aptatur: totius autem cõsistentia mundus, & cælum, non utique mun dus generabitur, & corrumpe tur, sed dispositiones ipsius.

re fuerit in elementis mundi, & posterius aliquo tempore incœperint ordinari: sed quia inordinatio semper quantum ad aliquid adiuncta est elementis mundi, licet quãtum ad aliquid ordinentur. sicut etiam ipse Aristoteles ponit, quòd materiæ semper adiungitur priuatio, quãmuis & semper sit secundum aliquid formata. Potest etiam intelligi Platonem dedisse intelligere, quòd elemẽta ex se inordinationem haberent si non essẽt ordinata a Deo, non quòd prius tempore fuerint inordinata. Sed quicquid Plato intellexerit, Aristoteles sicut dictum est, obiiciebat contra id quod verba Platonis exprimunt. Concludit ergo ex præmissis, qđ impossibile sit mundum factum esse per generationem, & tamen eum in sempiternum durare. Deinde cum dicit.

metræ qui designationes describunt, de generatione mundi dixisse, non quia aliquando mundus est ortus, sed gratia doctrinæ: quia discentes magis cognoscunt, si ut designationem uiderint factum.

Hoc autem non idem est uti dicimus. nam in designationum quidem effectione omnibus positis esse simul accidit idem: in horum autem demonstrationibus non idem, sed impossibile sane accidit. Ea nanque quæ prius posteriusue sumuntur, subcontraria sunt. Ex inordinatis enim olim inquiunt ordinata fuisse: ut autem idem ordinatum sit simul atque inordinatum, fieri nequit, sed generationem esse quæ separat tempusue necesse est: in designationibus uero nihil est tempore separatũ. Esse igitur impossibile perpetuum ipsum simul ac factum esse, ex bis quæ diximus, patet.

Constituere uero mundum uicissim atque disoluere, nil aliud esse uidetur, quàm ipsum sempiternum qui dem; formam autem mutantem extruere: perinde atque siquis interdum corrumpi, interdum esse putaret quempiam, qui uir ex puero, & ex uiro fieret puer. Est enim perspicuum, si elementa inter sese conueniunt, non quemuis, sed eundem ordinem, eandemque fieri constitutionem, præsertim secundum eos, qui hanc sententiam dicũt. qui quidem utriusque dispositionis contrarium ipsum causam inquiunt esse. Quare si totum quidem corpus continuum permanẽs interdum hoc, interdum illo disponitur modo ac perornatur: constitutio uero totius, mundus est atque cælum, non utique mundus, sed dispositiones ipsius fiunt ac corrumpuntur.

c ¶ Prosequitur opinionẽ Empedoclis, quam tertio posuerat. & dicit, quòd illi qui dicunt mundum vicissim componi, & dissolui, nihil aliud faciunt, quàm quòd asserunt mundum esse sempiternum secũdum subsẽtiam, sed se transmutare secundum formam, siue secundum eius dispositionẽ: sicut si aliquis videns aliquem ex puero factũ virum, si ponatur quòd videat vicissim eundẽ ex viro factum puerum, putet eum quandoque fieri, quandoque corrumpi. Et qđ secundum hanc opinionem Empedoclis ponatur ipsa substantia mundi sempiterna, manifestat p hoc quòd post separationem elementorum per litem, quando iterum conueniunt elementa, non fiat qualiscunque ordo mundi, & qualiscunq; ẽt constitutio, sed eadem quæ nũc est. Et hoc manifestum est etiam aliter per rationem: quia ab eadem causa, scilicet amicitia, congregabuntur tunc elementa, ex qua & prius congregata sunt, & sic eadem constitutio mundi sequitur. Sed etiã hoc manifestum est secundum eos, qui hanc positionem ponũt qui asserunt contrarietatem litis amicitiæ, ponunt causam con trãriæ dispositionis in elementa, vt scilicet quandoque sint con iuncta, quandoque separata. Vnde concludit, quòd si totum corpus mundi continuum existens, ideſt, coniunctum, quandoque disponatur, & aptetur vno modo, quandoque alio modo, cum ipsa consistentia, siue substantia omnium corporum vocetur mundus siue cælum, sequitur quòd mundus non generetur, & corrumpatur, sed solum dispositiones ipsius. Deinde cum dicit.

Prose-

d ¶ Prosequitur autem opinionem Democriti, quam supra secundum posuerat. & primo dicit qualiter se habeat ista opinio. Secundo ostendit quid circa hanc postmodum erit manifestũ, ibi{ Sed tamen &c. } Dicit ergo primo, quòd si aliquis ponat quòd mundus sit factus, & totaliter corrumpatur absque regres
Tex.c.108. sũ, ita scilicet quòd nunquàm iterũ fiat, hoc quidem est impossibile, si ponatur vnus tantum mundus, & hoc ideo quia si sit vnus mundus, qui quandoque est factus, cum non sit factꝰ ex nihilo priusquam fieret, existebat substantia, quæ erat ante eum. aut ergo ponemus quòd il
T.c.109. la substãtia, quæ præerat mundo, poterat subiici generationi, aut non: & siquidem non poterat subiici, non poterat ex ea fieri mundus, & hoc est quod dicit, qua non facta vel non genita, ideſt, qua non subiecta generationi impossibile esse dicimus transmutari, id est non possibile esse quòd transmuteretur ad hoc, vt ex ea fiat mundus. Si vero in sua natura habebat quòd posset transmutari ad hoc quòd fieret ex ea mundus, & etiam post corruptionem mundi poterit transmutari, vt ex ea iterum fiat mundus.
T.c.110. Sed si aliquis ponat infinitos mundos, ita scilicet quòd ex quibusdam atomis vno alio modo compositis fiat hic mundus, & ex eisdem, vel aliis modo compositis fiat alius mundus & hoc in infinitum, poterit sustineri qđ dictum est, scilicet quòd mundus semel corruptus nunquàm iterum generetur: quia, ex quo possibile est esse alios mundos ex illis atomis, poterit alius mundus constitui, sed si nõ posset esse mundus nisi vnus, sequeretur inconueniẽs, quia materia in quam mundus solueretur, esset adhuc in potentia, vt ex ea fieret mundus. vnde si non posset esse alius mundus, oporteret quòd idem ipse iterum fieret. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit quid restet dicendum: & dicit, quòd ex posterioribus erit manifestum, vtrum hoc sit possibile. & siquidẽ ly hoc referatur ad immediate dictum de opinione ponentium infinitos mundos, non est intelligendum, quòd posteriora hic nominẽtur, quæ immediate sequuntur, in quibus nulla de hoc fit mẽtio, sed intelliguntur posteriora ea, quę dicentur de opinione Democriti in .4. huius, & in primo de generatione. Si vero ly hoc referatur ad totum præcedens, vbi actum est de opinione ponentium mundum esse genitum, per posteriora intelliguntur immediate sequentia: & adhoc concordat quod immediate subditur. Sunt enim quidam, quibus videtur esse contingens, quòd aliquid quod nunquàm fuit generatum, corrumpatur: & quòd aliquid de nouo genitum, incorruptibile perdu
Tex.c.111. ret, sicut in Timæo dicit Plato non solum quod cælum sit factum de nouo, sed etiam quòd duret de cætero, sempiterno tẽ-

d Totaliter autem factum corrumpi, & non reflecti existente quidẽ vno, impossibile est. priusquàm enim fieret, semper existebat, quæ ante ipsum consistentia qua non facta, nõ possibile esse dicimus transmutari. Infinitis autem existẽ tibus muudis, cõtingit magis.

e Sed tamen hoc utrum impossibile, aut possibile, erit manifestum ex posterioribus. Sũt enim quidam, quibus contingere videtur & ingenitum ali quid ens corrumpi, & genitũ incorruptibile pdurare, sicut in Timæo. Ibi enim ait cælum factum esse quidem nõ solum, sed & fore de cætero sempiter no tempore. Ad quos naturaliter quidem de cælo solum dictum est, vniuersaliter autem de omni speculantibus, erit, & de hoc manifestum.

LECTIO XXIIII.

1 RImum autem diuidendum, quomodo ingenerabilia, & generabilia dicimus, & corrupti bilia, & incorruptibilia.

b Multipliciter enim dictis, si nulla differentia ad sermonẽ necesse intellectum confuse habere, siquis diuiso multipliciter tanquàm indiuiso vtatur. Immanifestum enim secundũ quam naturam ipsi accidit quod dictum est.

c Dicitur aũt ingenitum vno

A pore. & sic ponit vtrunque dictorum, scilicet quòd materia inordinata, quæ nunquàm incepit esse inordinata, quandoque esse desinat. & quòd mundus incipiat, & nunquàm desinat. Et contra istos sic potentes mundum generari supra circa principium huius libri, naturalibus rationibus processum est solum quãtum ad cę lum quod probauit esse ingenitum, & incorruptibile, tanquàm non habens cõ trarium: sed nũc hoc manifestabitur vniuersali cõsideratione de omnibus entibus.

LECTIO XXIIII.

1 RQsiquàm Philoso- phus prosecutus est opiniones aliorum circa propositam quæstionem de mundo, an sit genitus, & corruptibilis, hic prosequitur prædictã quę stionem secundũ suã opinionem. & primo præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad inuestigationẽ, p positi. Secũdo prosequit propositã quæstione, ibi{ Determinatis autem his, &c. } Circa primum duo facit. Primo distinguit multiplicitatem horũ nominum, qui bus vtitur in qõne .s. geniti, & ingeniti: corruptibilis, & incorruptibilis. Secundo distinguit multiplicitatem quorundam nominum, quæ in prędictorum definitione cadunt, scilicet possibilis, & impossibilis. ibi{ Si, itaq; hæc sic habẽt, &c. } Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio: secundo propositũ pro sequitur, ibi{ Dicitur autem ingenitũ, &c. } Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio: & dicit, quod circa inquisitionem prędicę quæstionis, primo oportet distinguere, quibus modis aliqua dicuntur generabilia, & ingenerabilia: & iterum corruptibilia, & incorruptibilia. Deinde cum dicit.

b ¶ Assignat rationem suæ intentionis, & dicit, quòd quando aliqua multipliciter dicuntur, contingit quandoque, quòd illa multiplicitas nullam differentiam inducat quantum ad rationem, quæ proponitur, quando scilicet in illa ratione sumitur nomen solum in vna significatione. Tunc autem multiplicitas differentiam facit in rationem, quando nomen sumitur in diuersis significationibus, sed tamẽ licet nulla differentia fiat quãtum ad rõnem, tamen intellectus audientis se confuse habet, si aliquis utatur nomine quod multipliciter põt distingui, tanquã distingui non posset: quia, quando aliquis vtitur indistincte multiplici, non est manifestum secundum quam naturam significati accidit conclusio. Deinde cum dicit.

c ¶ Distinguit prædicta nomina, & primo ingenitum, & genitum. Secundo corruptibile, & incorruptibile, ibi{ Et corruptibile autem &c. } Circa primum duo facit. Primo distinguit hoc nomen ingenitum. Secundo hoc nõ-

men genitum, ibi {Eodem autem modo, &c.} ponit autē, quòd hoc nomen ingenitum, dicitur tribus modis, quorum primus est prout dicitur aliquid ingenitum quod quidem nunc est, sed prius non erat, ita tamen, quòd hoc contingat sine generatione & transmutatione eius quod esse incipit: sicut aliqui ponunt

Lec. 3. Text. c. 111.

quidem modo si sit aliquid nunc prius non ens sine generatione, & trāsmutatione, quēadmodum quidam tāgi, & moueri dicunt. Non enim generari quidam dicunt tactum neque motum. Vno autem siquidem contingens fieri aut non fieri non est autem. Similiter enim & hoc ingenitum, quod contingit fieri. Vno autem si quid omnino impossibile fieri, vt & quandoque sit, quando que autem non. Impossibile autē dicitur dupliciter. aut enim simpliciter nō verum erit dicere, quòd fiet utique: aut nō facile, neque cito, aut bene.

T.c.113. c Eodem autem modo & genitum, vno quidem si non ens prius, posterius, siue genitum sit siue non generatum, siue sine generari quandoque quidem nō ens, iterum autem ens. Vno autem si possibile, siue per verum determinato possibili, siue per facile. Vno aūt si sit gñatio ipsius ex non ente in ens, siue iam existente, per fieri autem existente, siue etiam nondum existente, sed cōtingente.

do, si sit quippiam nunc, quod antea non erat, sine generatione mutationeue, ut ipsum tangi quidam inquiunt atque moueri. dicunt enim non posse tangens generari, neque subiens motum. Alio modo si fieri uel ortum esse quippiam possit, & non sit nam & hoc ingenerabile dicitur, quia ortum subire potest. Alio modo si quippiam omnino factum esse impossibile sit, ut interdum sit; interdum non sit. Impossibile autem dupliciter dicitur, aut enim quia non uerum est dicere ortum esse posse, aut quia non facile, nec cito, nec bene ori ri potest.

Eodem modo & generabile uno dicitur modo, si sit quippiam posterius, quod prius non erat, siue per generationem, siue sine generatione. Alio modo si possibile sit, siue ueritate siue facilitate possibile ipsum sit definitum. Alio modo si generatio sit ipsius ex eo quod non est ad id quod est, siue iam sit, per generationem autem sit: siue & nondum sit, esse autem possit.

F & dicit, quòd eodem modo genitum dicitur tribus modis, quorum primus est, si aliquid prius non fuit, & postea incipit esse, siue per generationem, sicut homo: siue sine generatione, sicut tactus, dummodo id quod dicitur genitum quandoque non sit, & iterum postea sit. Secundo modo dicitur aliquid genitū, si possibile sit id incipere esse, siue possibile determinetur per verum, vt scilicet dicatur possibile fieri quod defacili potest. Tertio modo dicitur aliquid genitum, cuius potest esse generatio, vt per hoc procedat de non esse in esse: & hoc indifferenter, siue iam esse incœperit, & hoc per fieri, idest, per modum generationis: siue nondum esse incœperit, sed contingat illud esse incipere per modum generationis. Apparet etiam secundum præmissā ratio horum modorum. Quia cum dicitur aliquod genitum secundum primum modum, asseritur actualis incœptio, non autem modus determinatus incipiendi quem significat generatio. Secūdum autem modum secundum asseritur possibilitas incœptionis absque determinato modo incipiendi: & hic modus potest distingui in duos secundum distinctionem potentiæ. Secundum autem modum tertium asseritur non solum incœptio, sed determinatus modus incipiendi: & hic modus potest distingui in duos, quia vel asseritur determinatus modus incipiendi secundum actum, ut quia sit aliquid iam generatum: aut secundum potentiam, ut quia aptum natum sit generari. Et siquis recte consideret modos, quos posuit circa genitum, differunt a modis, quos posuit circa ingenitum dupliciter. Vno modo secundum distinctionem quidem, quia in distinctione modorum ingeniti sub alio modo comprehendebatur negatio determinati modi incipiendi secundum potentiam, & in alio secundum actum. Nam in primo modo dicebatur ingenitum, quod non poterat incipere per generationem, sed nondum erat generatum: sed quantum ad negationem incœptionis in communi, sub eodem modo comprehendebat negationem potentiæ & actus. dicebatur enim tertio modo ingenitum, quod nec incœpit esse, nec potest incipere. Sed circa modos geniti, econuerso: ex parte incœptionis in communi distinguit modos secundum potentiam, & actum. Nam primus modus est quod actu incipit esse quocunque modo. Secundus est quod potest incipere quocunque modo, licet nondum incœperit. Sed ex parte determinati modi incipiendi sub vno modo comprehendit potentiam, & actum. dicitur enim tertio modo genitum, quod vel est genitum, vel potest generatum esse, vel potest generari. Et sic patet, quòd isti tres modi non directe opponūtur tribus primis: quia quod ibi distinguebatur, hic remanet indistinctum, & econuerso. Secundum ordinem autem differūt isti modi. nam in modis ingeniti præmittebatur id quod pertinet ad determinatū modum incœptionis ei, quod pertinet ad incœptionem in cōmuni. Sed circa modos geniti præmittitur id quod est ex parte incœptionis in cōmuni. & hoc

subtili

subtili ratione Arist. fecit. voluit enim primo ponere modos imperfectos, & vltimo modos perfectos. differenter autem se habent negatio & affirmatio circa proprium & commune. Nam negatio quæ negat proprium, est imperfecta: negatio autem quæ negat commune, est perfecta, quia negato communi negatur propriū.

T.c.113. & ideo vltimum modum ingeniti, quasi perfectū posuit, quo negatur incœptio in communi. Et quia negatio particularis modi incipiendi est imperfecta, ideo ex hac parte posuit partiales modos distinctos secundum potentiā, & actum. sed affirmatio proprij est perfecta, quia posito proprio ponitur commune. affirmatio autem cōmunis est imperfecta: & ideo vlti

T.c.114. mum modum geniti posuit tanquàm perfectum, quod incœpit esse per generationem. Et comprehendit sub hoc modo, tanquàm sub perfecto, & potentiam, & actum. Modos autem pertinentes ad incœptionem in communi, præmisit tāquàm imperfectos: nō enim perfecte dicitur aliquid genitum ex hoc solo, quod incœpit esse. & ideo expræsse distinxit hos modos tanquàm partiales secundum potentiam, & actum. Deinde cum dicit.

d ¶ Distinguit modos corruptibilis, & incorruptibilis: et primo corruptibilis, secundo incorruptibilis, ibi {De incorruptibili, &c.} Dicit ergo primo, qđ corruptibile, similiter, & incorruptibile dicuntur multipliciter: & ponit tres modos corruptibilis. Vbi considerandum est, quòd sicut generatio importat incœptionem cū determinato modo, ita corruptio importat desitionem cum determinato modo, scilicet transmutationis. Primus ergo modus corruptionis ponit desitionem in communi absque distinctione potentiæ & actus. & est eadem ratio ordinis, quę est supra de genito. Sicut enim non dicitur aliquid perfecte genitūm, ex hoc: quòd incipit esse, ita non dicitur aliquid perfecte corruptū, ex hoc quòd desinit esse: nec perfectæ corruptibile, ex hoc quòd potest desinere esse. Est ergo primus modus, secundum quem dicimus aliquid esse corruptibile, quod cum prius sit aliquid, posterius autem vel non est, vel contingit non esse: siue hoc contingat per corruptionem, & transmutationem, sicut homo est corruptibilis: siue non per corruptionem, & transmutationem desinat esse, sicut tactus, & motus. Secundo modo dicimus aliquid esse corruptibile, quod contingit non esse, ideſt, quandoque potest desinere esse per specialem modum corruptionis. Tertio modo dicitur aliquid corruptibile, quod de facile corrumpitur: quod potest dici euphtharton, ideſt bene corruptibile. Est autem considerandum, quòd licet modi corruptibilis cum modis geniti conueniant quantum ad ordinem, quia sicut ibi præmittitur generalis incœptio, ita hic præmittitur generalis desitio: est tamen differentia quantum ad distinctionem. nam ibi distinguebātur modi secundum actum & potentiam: hic autem distinguntur modi secundum potentiam absolutam & perfectam, quæ est vltimus modus tanquàm perfectissimus. Perfectissime enim est corruptibile, quod de facili potest corrumpi: & huius ratio est, quia genitum dicitur secundum actum, corruptibile autem dicitur secundum potentiam. vnde genitum potest intelligi secundum actum & potentiam. Sed corruptibile non potest intelligi nisi secū dum potentiam. ideo autem posuit genitum secundum actum, & corruptibile secundum potentiam: quia cum generatio sit de non esse in esse, corruptio de esse in non esse, id quod est generabile, nondum est ens, sed solum id quod iam est genitum. econuerso, id qđ est corruptibile, est ens, nō autem id quod iam est corruptum. Intendit autem Philosophus facere quæstionem de entibus, non autem de non entibus. & ideo vtitur nomine geniti, & corruptibilis. Deinde cum dicit.

e ¶ Distinguit modos incorruptibilis. et dicit, quòd de incorruptibili etiam est eadem distinctionis ratio. ponit enim tres modos quorum, primus est, secundum negationem determinati modi desitionis, secundum scilicet quòd incorruptibile dicitur, quod quidem potest desine re sic, quòd quandoque sit ens, & postmodum non ens, sed hoc sine corruptione, sicut tactus & motus, qui cum primo sint, posterius non sint. sed hoc est sine corruptiōe eorū, qa eorū nō est corruptio, sicut nec gñatio. Vnde hic modus respondet primo modo ingeniti. Secundo modo dicitur aliquid incorruptibile secundum negationem incœptionis in communi: & sic dicit quòd illud quod nunc est ens, & est impossibile, quòd postea non sit, vel quandoque non sit futurum, dicitur incorruptibile: & hic modus incorruptibilitatis non competit alicui rei, quæ possit desinere esse per corruptionem. tu enim qui potes desinere esse per corruptionem, es nunc in præsenti: & similiter tactus, qui potest desinere esse, sed non per corruptionem, est nunc: sed tamen vtrunque horum dicitur aliquo modo corruptibile, scilicet secundum modum primum corruptibilis: quia scilicet erit aliquando quando non erit verum dicere, quòd tu sis: nec erit verum dicere, quod hoc tangas. Ideo id maxime dicitur proprie incorruptibile, quod quidem est ens, sed impossibile est illud corrumpi hoc modo, vt cum modo sit ens, posterius non sit ens, aut contingat non esse: & quāmuis nondum sit corruptum, contingat postremo id non esse. id enim quod non hoc modo se habet, dicitur proprie incorruptibile. Tertio modo dicitur aliquid incorruptibile, quod nō de facili corrumpitur, quod etiam respondet tertio modo corruptibilis, & secundus secundo, & primus primo.

d Et corruptibile autem, & incorruptibile similiter. Siue enim prius aliquid ens, posterius autem non est, aut non esse contingit, corruptibile esse dicimus siue corruptum aliquando & trasmutatum, siue non. Est autem quādo & quòd per corrumpi contingit non esse, corruptibile esse dicimus. Et adhuc aliter quod facile corrumpitur: quod dicet utique aliquis euphtharton.

e Et de incorruptibili eadem ratio. Aut enim quod sine corruptione quandoq; quidē ens, quandoque autem non ens: puta tactus, quia sine corrumpi, prius existentes postremo non sunt. Aut ens quidem impossibile aut non fore, aut non futurum aliquando, nunc autem ens. Tu enim es, & tactus nunc, sed tamen corruptibiles: quia erit aliquando tempus, quando nec tu es, nec hæc tangere uere dicetur. Id uero maxime proprie & incorruptibile dicitur, qđ quidem est, non potest autem sic corruptum esse, ut nunc quidem sit, postea uero non sit, aut non esse possit. aut & id quod nondum corruptum est, non esse autem posterius potest. Dicitur etiam incorruptibile, & id quod non facile corrumpitur.

Corruptibile etiam, & incorruptibile similiter dicitur. Nam si quippiā prius erat, postea uero non est, aut est quidem, non esse autem potest siue per corruptionem mutationemue, siue sine corruptione, corruptibile illud dicimus esse. Interdū & id quod per corruptionem non esse potest, corruptibile esse dicimus. Et insuper alio modo id quod facile corrumpitur, quod quidem quispiam facile corruptibile dixerit.

De incorruptibili eadem est etiā ratio. Aut enim id quod sine corruptione interdum est, interdum non est, in corruptibile dicimus, quo pacto tactus incorruptibiles esse dicuntur propterea quòd prius erant, & postea non sunt sine corruptione. Aut id quod quidem est, non esse autem potest, aut non est futurum inquam, nunc autem est. tu enim es nunc, & tactus est etiam nunc, corruptibiles tamen estis: quia erit aliquando tempus, quando nec te esse, nec hæc tangere uere dicetur. Id uero maxime proprie & incorruptibile dicitur, qđ quidem est, non potest autem sic corruptum esse, ut nunc quidem sit, postea uero non sit, aut non esse possit.

LECTIO XXV.

QVoniam Philosophus ostendit quot modis dicitur ens & ingenitum, corruptibile & incorruptibile, hic exponit significationem huius quod dicitur possibile & impossibile. Et primo dicit de quo est intentio: secundo exequitur propositum, ibi {Si itaq; aliquod potest &c. } Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio, & dicit qđ cum ita se habeāt ea quę dicta sunt circa significationem generi & ingeniti, corruptibilis & incorrupti bilis, oportet considerare quomodo dicatur aliquid possibile, & impossibile. Secundo ibi.

Tex.c.115.

b ¶ Assignat rationem suę intentionis quia scilicet possibile & impossibile ī cluduntur in ratione prædictorum: quia ut supra dictum est, proprissime dicitur aliquid esse incorruptibile, quod nō solum non potest corrumpi, sed nec etiam quocunque modo aliquā do esse, & postea non esse. & similiter ingenitum proprie dicitur, quod est impossibile, scilicet esse, & non esse: & quod nō potest fieri quocunque tali modo, quòd prius non sit, & postea sit: sicut diametrum quadrati esse simetrum, idest, commensuratū lateri quadrati est ingenitum, quia nulla modo potest accidere esse. Deinde cum dicit.

T.c.116.

c ¶ Ostendit quomodo aliquid dicatur possibile & impossibile. vno modo dicitur aliquid possibile & impossibile absolute, quod scilicet secundum se est tale, quòd possit esse verum, vel non possit esse verum propter habitudinem terminorum adinuicem. Alio modo dicitur possibile & impossibile alicui, quod scilicet potest esse, vel non esse verum vel secundum potentiam actiuam, vel passiuam: & sic accipiatur hic possibile & impossibile, secundum quòd aliquod agens, aut patiens potest, aut non potest. hæc enim significatio maxime congruit rebus naturalibus. primo ergo ostendit quomodo dicatur aliquid esse possibile, vel impossibile: Secundo excludit obiectionem, ibi ¶ Nihil autem nos &c. } Circa primum duo facit. Primo manifestat quomodo dicatur aliquid esse possibile: Secundo ostendit, quomodo dicatur aliquid esse impossibile ibi ¶ Et vtique siquidem, & c. } Ad primi manifestationem dicit, quòd, si contingat aliquem rem posse in aliquid magnum, puta, quòd si aliquis ambulet per centum stadia, aut possit leuare aliquod magnum pondus, semper determinamus, siue denominamus eius potentiam per respectum ad plurimum id quod potest: sicut dicimus potentiam huius hominis esse, quòd potest leuare pondera ducentorum talentorum, aut quòd potest ire per spatium centum stadiorum, quāuis possit omnes partes infra istam quantitatem contentas, siquidem potest in id quod superabundant: nec tamen denominatur ab illis partibus, puta, quòd determinetur eius potentia, quòd potest ferre. 50. talenta, aut ire. 50. stadia: sed per id quòd est maximum, ita scilicet quòd potentia vnius cuiusque denominetur p respectum ad finem, idest, per vltimum, & per maximū ad quod potest, & per virtutem suæ excellentiæ: sicut etiam & magnitudo cuiuslibet rei determinatur per id quod est maximum: sicut quantitatem trium cubiti notificātes, nō dicimus quòd sit bicubitum, similiter rationem hominis assignamus per rationale, & non per sensibile: quia semper per illud quod est vltimum, & maximū, & complectiuum, & dans speciem rei. Sic igitur patet, quòd ille qui potest in ea, quæ excellunt, necesse est quòd possit etiam quę sunt infra puta si aliquis potest portare centum talenta, poterit etiam portare duo: & si potest ire per centum stadia, potest ire per duo: sed tamen virtus rei non attribuitur nisi excellentiæ, idest, secundum id attenditur virtus rei, quod est excellentissimum omnium rerum in quod potest. & hoc est quod dicitur in alia translatione, Virtus est vltimū potentiæ, quasi scilicet, virtus rei determinetur secūdum vltimum in quod potest: & hoc etiam habet locum in virtutibus animæ. Dicitur enim virtus humana per quam homo potest in id quod est excellentissimū in operibus humanis, scilicet, in opere quod est secundum rationem. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit quomodo dicatur aliquid alicui esse impossibile: & dicit, quòd si aliquod tantum est impossibile alicui, si aliquis accipiat ea quę excellunt, manifestum est, quòd impossibile erit ei portare, vel facere plura: sicut ille qui non potest ire per mille stadia, manifestum est, quòd nō potest ire per mille, & vnum. Vnde patet, quòd sicut determinatur possibile, id quod est possibile alicui, per maximum in qđ pōt, in quo attenditur virtus eius: ita id qđ est impossibile alicui determinatur per minimum eorum, in quæ non potest: in quo consistit eius debilitas, puta si maximum in quod potest aliquis, est ire. 20. stadia, minimum eorum in quæ non potest, est 20. & vnum. & ad hoc oportet determinare eius debilitatem, non autem ex eo, quòd non potest ire per centum, vel mille. Deinde cum dicit.

e ¶ Excludit quandam obiectionem. Et primo mouet eam: secundo soluit ibi { Sed nihil differt, &c. } Dicit ergo primo, quòd nihil debet nos turbare, quin id quod proprie dicitur possibile, sit determinandum secundum, tamen

LECTIO XXV.

SI igitur hæc ita sint, considerandum est quomodo possibile, & impossibile dicimus.

Nam & quod proprissime incorruptibile dicitur, ex eo dicitur sane, quia corrumpi non potest, neque quandoque esse, quandoque non esse. Et ingenerabile id proprissime dicitur, quod sic generari non potest, ut prius quidem non sit, posterius uero sit, qualis est diameter commensurabilis lateri.

Si igitur quippiam per decem milia passuum moueri potest, aut pondus leuare, id quod maximum potest dicere semper solemus, neluti centum leuare libras, aut per decem milia passuum ambulare, quanquàm & partes quæ citra sunt potest, si & excessum potest. Quo patet ad finem atque excessum definiri potentiam oportere. Id igitur, quod potest tot per excessum, & ea quæ sunt citra necesse est: ceu, si centum libras leuare potest, & duas posse, & si per decem milia passuum ambulare potest, & per duo ambulare posse. Potentia uero ipsius excessionis est.

Et si quippiam tantum non potest eo per exuperationem dicto, & plura non potest. Qui namque centum passus transire non potest, is & centum, & unum non potest.

Nihil autem nos conturbet: id enim quod proprie potest per finem excessionis sit definitū. Forsitan enim quispiam dicet id quod dictum est, nō necessario ita esse. Qui nanq; magnitudinem decem passuum uidet, is non, & magnitudinem eas, quæ sunt citra, uidebit: sed contra potius, qui punctum uidere potest, aut paruum audire sonum, is & maiorum sensum habebit.

terminum excellentiæ. Posset. n. aliquis instare, quia non sit necessarium in omnibus id quod dictum est. videtur enim habere instātiam in visu, & alijs sensibus. Ille enim qui videt aliquam magnam in quantitatem, puta, vnius stadij, non potest propter hoc videre magnitudines minoris quantitatis, quæ infra quantitatem illam continentur, sed magis accidit contrarium: quia iste qui potest videre punctum, i. aliquod minimum sensu perceptibile: aut etiam qui potest audire paruum sonum, potest & maiora sentire. Deinde cum dicit.

f ¶ Soluit prædictam obiectionem. Et dicit, quòd hoc quod dictum est, nihil differt ad rationem, qua determinabatur, quòd possibile determinatur secundum excellentiam: quia huiusmodi excellentia, secundum quam attenditur virtus rei, potest determinari vel secundum virtutem, vel secundum rem. secundum rem quidem, quando in ipsa re est excellentia, sicut dictum est de centum stadijs, vel centum talentis: & secundum hanc excellentiam oportet determinari virtutem actiuam: quia quod potest agere in rem maiorem, potest ēt in rem minorem. Secundum virtutē autem attenditur excellentia, quādo aliquod quod non excellit in quantitate, requirit excellentiā virtutis: & hoc maxime videtur accidere circa potētias passiuas. Quanto enim aliquid est passibilius, tanto à minori potest moueri: & quia potentiæ sensitiuæ sunt potētiæ passiuæ, iō in sensibilib⁹ accidit, vt qui pōt sentire minus, pōt sentire maius. Illud aūt qđ dictū est, hoc modo manifestat: quia nisus qui est sensitiuus minoris corporis, excedit in virtute: & sic attenditur hic excellentia in virtute, nō in re; sed velocitas est excellentior, quæ est maioris magnitudinis. Illud enim est velocius, quod in eodem tempore per maius spatium mouetur: & talis excellentia non solum est in virtute, sed etiam in re.

nō necesse quod dictum est. Videns enim stadium, non vtique quæ intus videbit magnitudines: sed contrarium magis, potens videre punctum, aut audire paruum sonum, & maiorum habebit sensum.

f Sed nihil differt ad rationē. Determinetur enim in virtute aut in re excellentia. Quod. n. dicitur, manifestum, visus quidē enim qui minoris, excedit: velocitas autem, quę maioris.

LECTIO XXVI.

T.c.118. DEterminatis autē his, dicendum quod deinceps. Si ita que sunt quædam possibilia, & esse & non, necesse aliquod tēpus determinatum esse pluriū, & eius quod est esse, & eius qđ non. Dico autem possibile rem esse, & possibile non esse secundum quancunque prædicationem: puta hominem, aut albū, aut tricubitū, aut aliud quodcunque taliū. Si enim non erit quantum aliquod, sed semper plus proposito, & non est cuius minus, in infinito erit tē pore idem possibile esse, & nō esse alio infinito. sed hoc impossibile.

T.c.119. b Principiū aūt sit hinc. Impossibile, & falsum nō idē signāt. Est autē impossibile, & possibile: & falsum & uerum, hoc

Verum nihil ad rationem refert. Ipsa enim exuperatio, aut in potentia, aut in re ipsa sit definita. Id enim quod dicitur patet. nam uisus quidem ilce qui est minoris, excedit: celeritas autem ea quæ est maioris.

LECTIO XXVI.

Is autem determinatis, dicenda sunt ea quæ deinceps sequuntur. Si igitur aliqua sint quæ esse, & non esse possunt, quoddam tempus maximum & essendi, & non essendi definitum esse necesse est.

Atque dico rem esse posse, & non esse posse in uno quoque prædicamento, ut hominem, aut album, aut tricubitum, aut aliquid aliud tale: nam si non erit definitum quiddam, sed semper proposito maius & quo non est minus, idem erit profecto possibile esse tempore infinito, & non esse alio tempore infinito: at hoc esse nequit.

Principium autem hinc sumatur. Impossibile enim & falsum non idem significant. Est autem impossibile, & possibile: & falsum ac uerum ex

Universidad de Deusto Biblioteca

Secundo ostendit, quòd nullum sempiternum est genitum, vel corruptibile, nec eōuerso, ibi{ Quoniam autem negatio &c.} Tertio quòd omne ingenitum, & incorruptibile est sempiternum, ibi{ Igitur si & ingenitum.} Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam necessaria: secundo arguit ad propositum, ibi{ Si itaq; aliquid &c.} Dicit ergo primo, quòd oportet hinc sumere propositum ad principium ostendendum, quòd impossibile, & falsū non significant idē. Circa quod quatuor ponit: quorum primum est, quòd tam possibile quàm impossibile, tam verum quàm falsum dicuntur dupliciter. Vno modo ex suppositione, quod scilicet necesse est esse verū, vel falsum: possibile, vel impossibile suppositis quibusdam. sicut triangulum secundū rei veritatem necesse est habere tres angulos æquales duobus rectis: sed tamen hoc est impossibile suppositis quibusdam, puta, si supponamus quòd triangulus sit quadratum, ad quod sequitur triangulum habere quatuor rectos. Similiter etiam diametrum quadrati

Tex.c.120. sequitur esse commēsurabilem lateri, si quādā suppositā sint vera, puta, si ponamus, quòd quadratū diametri sit quadruplū quadrati lateris. sic enim sequitur quòd proportio diametri ad latus, sit sicut proportio numeralis, q̄ est ratio commensurabilis. Alio modo dicuntur aliqua simpliciter. s. absolute, & secundum se possibilia & impossibilia, falsa & vera. Secundum ponit ibi.

c ¶ Et dicit quòd nō est idem aliquid esse falsum simpliciter, idest, absolute, & esse impossibile absolute. Si enim dicam te stare, qui non stas, sed sedes, falsum erit quod dicit, non aūt impossibile: sed similiter falsum erit, & nō impossibile, si quis dicat cātare eū qui citharizat, sed nō cātat: sed qđ aliquis simul stet & sedeat, vel qđ diameter sit cōmēsurabilis lateri, nō solum est falsum, sed & impossibile. Tertium ponit ibi.

d ¶ Concludit ex præmissis, cum idem nō sit falsum, & impossibile, sequitur quòd non sit idem supponere falsum, & impossibile. nam ex falso sequitur falsum: sed ex impossibili sequitur impossibile. Quartum ponit ibi.

e ¶ Et quia dictum est, quòd simul stare & sedere est impossibile, cōcludit, qđ licet aliquid simul habeat virtutē ad opposita, puta, ad sedere & stare, tali rōne: quia q̄libet una potētia reducit in actū, q̄libet altera. nihil tamen hanc habet potentiam, ut simul habeat opposita: puta, ut simul sedeat & stet, sed oportet hoc in alio, & alio tempore esse. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit propositum, scilicet quòd omne sempiternum sit incorruptibile, & ingenitum. & primo ostendit, quòd omne sempiternum sit incorruptibile. Secundo quòd omne sempiternum sit ingenitum. {Similiter autem & ingenitum.} Dicit ergo concludens primo ex præmissis, in quibus dictum est possibile determinari ad aliquod tempus, si aliquid habet virtutem ad plura tempore infinito, non potest dici, quòd possit aliquid eorum respectu vnius temporis, & aliud respectu alterius temporis: sed quicquid potest, potest respectu huius temporis, quia non est aliquod tempus extra tempus infinitum. Si ergo ponamus, quòd aliquod existens in infinito tempore sit corruptibile, sequit ex hoc quòd est corruptibile, quòd habeat virtutem ad hoc, quòd quandoque non sit: quod quidem oportet intelligi respectu eiusdem tēporis infiniti in quo est, vel respectu alicuius partis eius. quia ergo est in infinito tempore, & tamen ponitur potens non esse, eò qđ est corruptibile sic existens, quòd potest non esse: & quia potest non esse respectu infiniti tēporis, vel alicuius ptis eī, sequitur, quòd simul secūdum actum sit, & non sit: quia in infinito tempore ponebatur esse, & postea ponebatur non esse respectu eiusdem tēporis. Manifestum quidem igitur, quòd hoc falsū accidit ex falso posito, s. ex hoc qđ tu ponebas, istud existens in infinito tpe non esse q̄nque. sed si hoc falsum, esset falsum tm, tūc nō sequeretur impossibile, scilicet idem simul esse, & non esse. ergo impossibile fuit illud non esse. non ergo poterat non esse, & ita non erat corruptibile. Sic ergo patet, q̄ omne quod erat semper ens, nō potest esse corruptibile, & ita simpliciter est incorruptibile. Sed videtur, quòd iste processus Arist. necessitatē nō habeat: quia quādo nullius potentia sit ad hoc, quòd duo opposita sint in eodem tempore: in actu tamen nihil prohibet, quòd potentia alicuius sit ad duo opposita respectu eiusdem temporis sub diuisione æqualiter & eodem modo. sicut potentia mea est ad hoc, quòd cras in ortu Solis vel sedeam, vel stem: non tamen quòd vtrunque sit simul, sed equaliter possum stare non sedendo, vel sedere non stando. Sic igitur posset aliquis obuiare rationi Aristote. Ponamus enim aliquod semper ens, ita tamen quòd istud esse suum sempiternum, sit contingens, & non necessarium. poterit ergo non esse respectu cuiuscunque partis temporis infiniti, ut in quo ponitur semper esse: non tñ pp hoc sequitur, quòd aliquid sit simul ens, & nō ens. Si enim ponamus, quòd aliquis sit in domo semper per totam diem, tñ non est impossibile eū in domo non esse in quacunq; parte diei: quia non ex necessitate est in domo per totā diē, sed contingenter. Sed dicendum est, quòd nō est eadem rō verobiq;: nam id quod semper est, s. per infinitum tempus, habet potentiam vt sit in infinito tempore. potentia autem existendi non est ad vtrunque respectu temporis, in quo quis potest esse. ora.n. apponunt esse, & vnumquodque tantum est, quantum potest esse: & hoc præcipue patet in his quæ sunt a natura: quia natura est determinata ad vnum: & sic quicquid semper est, non contingenter semper est, sed ex necessitate. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit idem ex parte geniti, vel ingeniti: & dicit, quòd similiter illud quod est semper, scilicet in infinito tempore, necesse est esse ingenitum: quia si esset genitum, esset possibile quòd quodam tempore non esset, sicut de corruptibili dictū est. Sicut enim corruptibile, quod tamen prius fuerit, nūc non est, vel contingit non esse quando que in futurum: ita genitū est quod nūc est, sed prius nō fuit. Non est autem dare aliquod tempus in quo id quod semper est, possibile sit non esse, neque in tempore finito, neque in tempore infinito: quia quod potest esse tempore infinito, sicut id quod semper est, potest esse quolibet tempore finito; quod inclu diūr a tempore infinito: & ita sequitur secundum prædictā deductionem, quòd aliquis simul sit, & non sit: quod est impossibile. Non igitur contingit, quòd vnū & idem semper possit esse, & semper non esse: quia hoc esset semper esse, & semper non esse tempore infinito. Similiter etiam non est possibile negatio eī quod ē semper esse: puta, vt si dicamus, quòd, quod semper est, possit non semper esse. hoc enim est posse non esse admiuus tempore finito. Sic igitur patet, quòd impossibile est aliquid semper esse, & quòd sit corruptibile, vel etiam quòd sit genitum: quia si sint duo termini ita se habentes, quòd posterius non possit esse sine primo, sicut homo non potest esse sine animali, si id, scilicet primum est impossibile esse, sequitur quòd posteri' etiam sit impossibile esse. Sicut si impossibile est lapidem esse animal, impossibile est, lapidem esse hominē. hoc autem quòd est aliquando non esse, sequitur ad corruptibile & genitum, sicut quoddam commune, vt ex dictis patet. Si ergo id quod semper est, non contingit quandoque non esse, sequitur etiam, quòd impossibile sit id quod semper est, esse genitum: & similiter impossibile est id esse corruptibile. & sic patet, quòd omne qđ est sempiternum, est ingenitum & incorruptibile.

Tex.c.121.

Tex.c.122.

LECTIO XXVII

Postquam Philosophus ostendit, q̄ omne sempiternum est ingenitum & incorruptibile, hic comparat sempiternum ad coruptibile & genitum, ostendens quòd similiter autem & ingenitū. si enim genitum est, tempore erit possibile quodam non esse: corruptibile quidem enim est prius quidem ens, nunc autem non ens, aut contingens quandoque posterius non esse: genitum autem ens quod contingit prius non esse: sed non est in quo tempore possibile quod semper ens, vt non sit neque infinito tēpore, neque finito. Etenim finito tempore potest esse, siquidē & infinito. Non igitur contingit idem & vnum semperque posse esse, & non esse, sed & neque negatione, puta, dico non semper esse. Impossibile igitur, & semper quidē aliquid esse, corruptibile autem esse. Similiter autem neque genitum. Duobus enim terminis si impossibile posterius sine primo existere, & illud impossibile existere & qđ posterius. Itaq; si sēper ens non cōtingit, quandoq; non esse, impossibile, & genitū esse,

LECTIO XXVII.

Voniam autē negatio eius quidem quod est semper possibile esse, nō semper possibile esse, semper autem possibile nō esse contrariū, cuius negatio non semper possibile non esse,

b Necesse negatiōes ambarum eidem existere & esse mediū semper entis, & semper non entis q̄ quod possibile esse, & non esse.

c Vtriusq; enim negatio quandoque existet, si nō semper sit. Quare & non semper non ens erit quandoque & non erit: & non semper possibile esse simul, sed quandoque ens: quare & nō esse. Idem igitur erit possibile

LECTIO XXVII.

Vm autem negatio quidem eius, quod semper esse potest, sit id quod non semper esse potest, contrarium autem id quod semper non esse potest, & negatio est id quod non semper non esse potest,

Negationes amborum competere eidem necesse est, & esse medium eius quod semper est, & eius quod semper non est, id quod esse, & non esse potest.

Vtriusque namque negatio quandoque competet, si non semper sit. Quare si id quod non semper non est, erit quandoque atque non erit, & id quod non semper esse potest, sed quandoque est, vt & non sit, erit sane atque non erit. Idem ergo

A mul esse non possunt. Et primo præmittit quædam, ex quibus procedit ratio. Secundo ex illis argumentatur ad propositum, ibi {. Neque ita semper existens &c.} Circa primum tria proponit. Primo quidem declarat oppositionem eius, quod est semper esse, & semper non esse. Et quamuis adiungat hoc, quòd est possibile, non tamen tradit oppositionem, quæ attendi tur secundum possibile, & non possibile, sed secundum semper esse, & non semper esse. Dicit ergo primo; quòd huius affirmatiuæ quæ est, possibile semper esse, negatio contradictorie et opposita est, possibile non semper esse, non quidem ex parte ipsius possibilis cuius hæc est affirmatiua, possibile est non semper esse: sed quantum ad ipsum, quod est non semper esse: sed hoc, quod est possibile semper non esse, opponitur contrarie secundum eundem modum et quod est, possibile semper esse. Negatiua autem huius est, possibile non semper non esse. & huius ratio est, quia hoc aduerbium, semper, significat vniuersalitatem temporis, hoc est hoc signum, omnis, designat vniuersalitatem suppositorum. Vnde sicut huic enunciationi, omnis homo est, contradictoria est, non omnis homo est, æquipollens ei quæ est, aliquis homo nō est contraria vero huic, omnis homo est, dicitur, omnis homo non est, æquipollens huic, nullus homo est, huius autem contradictoria est, nō omnis homo nō est, æquipollens huic, aliquis homo est: ita huic quod dico, semper esse, contradictorie opponitur, non semper esse, quod æquipollet ei quod est, aliquando non esse, sed et quod est semper esse, contrarie opponitur, semper non esse, quod æquipollet huic quod est, nunquam esse; huic vero cōtradictorie opponitur, non semper non esse, quod æquipollet ei quod est, aliquando esse. Secundo cum dicit.

b ¶ Concludit ex predicto modo oppositionis, quòd oportet eidem subiecto inesse negationes ambarum. s. eius qđ est semper esse, & eius qđ est, semper nō esse, quæ. s. negationes sunt, non semper esse, & non semper non esse, quæ quidē negationes eodē modo insunt eidem, vt illud sit medium inter semper ens, & nō semper ens quod quidē pōt quandoq; esse, & quandoq; non esse, sicut si dicamus, inter omnem hominē esse, & nullum hominem esse, medium est, aliquē hominē esse, & aliquem hominem non esse. Tertio ibi.

c ¶ Probat hanc conclusionem sequi ex premissis, & primo ratione propria, quæ scilicet sumitur ex ratione terminorum

Universidad de Sevilla Biblioteca

sum in quæstione positorū dicerem. Vtriusque enim negatio, scilicet tam simplicis quæ est semper esse, q̄ eius quæ est semper non esse, quandoque existere, idest, ponit aliquid quandoque esse, si non semper sit, idest, si per negationē non ponitur quid semper. Verbi gratia illa negatio, Nō semper ens, non ponit sempiternum, neque circa esse, neque circa non esse, & ideo ponit quandoque esse, & quandoque non esse. Et similis est de hac negatione, Non semper non esse. Cōcludit ergo, quòd id quod non semper est non ens, erit quandoque, & quandoque non erit: quia sic negatur semper non esse, quòd non ponitur semper & esse: similiter ista negatio, quæ est, Nō semper possibile esse, quia remouet sempiternitatem circa esse, ita quòd nō ponit sempiternitatem circa non esse, & ponit ens quandoq; quia non ponit esse semper, nihil prohibens illud non esse. sic ergo idē erit possibile esse quandoque, & non esse quandoque. & hoc est medium inter duo contraria, quæ sunt semper esse, & semper non esse. Secundo ibi.

Tex. c. 123.

Tex. c. 124.

Tex. c. 125.

esse, & non, & hoc est amborum medium.

d Ratio autē vniuersalis hæc. Sint enim A. & B, nulli eidem possibilia inesse. Oportet autem A, aut G, & B aut D. necesse ita quòd cui neque A. existit neque B. omni existere G. D. Sit itaque E, intermedium eorum quæ A. B. Contrariorum enim quod neutrum medium. Huic itaque necesse ambo existere & G, & D. omni enim G. aut A. quare & ei quod est E. Quoniam igitur A. impossibile, G. existet. Eadem autem ratio & in D.

e Neque itaque semper existens genitum, aut corruptibile, neque semper ens. Palam autem quia & si genitum, aut corruptibile, non sempiternum. Simul enim erit possibile semper esse, & possibile non semper esse, hoc autem quòd impossibile sit, ostensum est prius,


f Igitur, si & ingenitum est, ens autem hoc, necesse est sempiternum esse. Similiter autem & si incorruptibile: ens autem. Dico autem ingenitum, & incorruptibile quæ proprie dicuntur. Ingenitum quidem quod est nunc, & prius non verum erat dicere non esse. Incorruptibile autem quod nūc ens, posterius non verum erit dicere non esse.

possibile erit esse, atque non esse; & hoc est medium utrorunque.

Ratio autem uniuersalis hæc est. Nam A. & B. nulli eidem inesse possunt A. uero aut C. & B, aut D. cuilibet insint. Cui igitur neque A. neque B. inest: ei C. B. cuilibet insint, necesse est. Sit autem id quod inter A, & B. medium est, E: id enim quod neutrum contrariorum est, eorundem medium esse constat. Amboigitur, C. inquàm & D huic insint necesse est, nam aut A, aut C. cuilibet inest, quare & ipsi E, Cum igitur A impossibile sit esse, inerit ipsum C. Eadem est & in ipso D, ratio.

Neque igitur id quod semper est, neque id quod semper est, generabile aut corruptibile est. Patet autem & si generabile aut corruptibile sit, non perpetuum esse. simul enim poterit semper esse, & non semper esse. hoc autem prius demonstratum est impossibile esse.

Si igitur & ingenerabile quippiam est, atque est ens, id sempiternum esse necesse est; & pari modo si incorruptibile est. Dico autem ingenerabile, & incorruptibile ea quæ proprie dicuntur. Ingenerabile quidem id quod nunc est, & prius non erat uerum dicere haud esse. Incorruptibile uero quod nunc, & posterius uerum nō erit dicere haud esse.



d ¶ Probat idem ratione communi: quæ scilicet in quibuslibet terminis locum habet. Sint enim duo termini A, & B, ita se habentes, quòd nulli eidem possit inesse. quia sunt contrarii, sicut semper ens, & semper non ens, accipiatur autem alius terminus, scilicet G, qui ita se habeat ad A, quòd omni subiecto insit, vel A, vel G habet enim se sicut affirmatio & negatio, vt semper ens, & non semper ens: sic autem alius terminꝰ, scilicet D, qui eodem modo se habeat ad B, sicut semper non ens, & non semper non ens. Necesse est ergo quòd omni ei, quod neque est A neque B, idest, quod neque est semper ens, neque semper non ens, insint & G. & D, quę sunt negationes amborū: quia a quo remouetur semper esse, & semper non esse, necesse est quòd attribuatur ei non semper esse, idest, quandoque nō esse, & non semper nō esse, idest, quandoque esse. & sic illud subiectū, a quo remouetur vtraque affirmatio, cui attribuitur vtraque negatio, é medium inter A & B, quia id quod negat vtrunque extremum, est medium inter duo contraria: sicut quòd neque est album, neque nigrū, est medium inter album & nigrum. Huic ergo medio necesse est quòd ambæ negationes insint, scilicet G, & D: quia sicut dictum est, oportet quod cuicunque insit G, aut A. vnde oportet quòd alterum eorum sint ei quod est E. Quia igitur ei quod est E, impossibile est quòd insit A. sequitur quòd insit ei G. Et eadem ratione probatur quòd insit ei D. Sic igitur & G, & D. prædicatur de E. & A. a quo remouetur & A. & B, quia scilicet aliquid est quandoque ens, quandoque non ens: quod neque est semper ens, neque semper non ens, & hoc est quod probare intendit. Deinde cum dicit.

e ¶ Ex præmissis argumentatur ad propositum. Si enim est aliquis semper existens, neque est genitum, neque corruptibile. Similiter & si est semper non existens, neque est genitum neque corruptibile. Manifestum est autem, quòd & econuerso, si aliquid est genitum, aut corruptibile, non est sempiternum, neque quantum ad esse, neque quantum ad non esse. Si enim detur oppositum, scilicet quòd aliquid sit simul sempiternum, & genitum, & corruptibile, sequitur quòd aliquid sit simul potens semper esse, & non semper esse: quia sempiternum potest semper esse, generabile & corruptibile non semper est. Quòd autem hoc sit impossibile, ostensum est prius: quia dictum est, quòd semper esse, & non semper esse opponuntur contradictorie, vnde relinquitur quòd impossibile est, quòd aliquid sit simul sempiternum & corruptibile. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit quòd omne ingenitum & incorruptibile, est sempiternum. Et primo concludit hoc ex præmissis dicens, quòd necesse est quòd ingenitum omne sit sempiternum: & similiter incorruptibile omne sit sempiternum. dummodo sit ens: ita tamen, quòd accipiamus ingenitum & incorruptibile, secundum quòd proprie dicuntur, prout scilicet ingenitum dicitur

dicitur quòd ita est nunc, quòd non erat prius verum dicere de ipso quòd non erat, & secundum quod incorruptibile dicitur, quod ita nunc est, quòd posterius non erit verum dicere de ipso, quòd non sit: sicut patet ex his, quæ supra dicta sunt in distinctione horum nominum. Secundo ibi.

g ¶ Probat idem ex his, quæ infra ostendetur, dicens, quòd cum ingenitum, & incorruptibile consequuntur seinuicem hoc modo, quod omne ingenitum sit incorruptibile. & econuerso, necesse est q̄ sempiternum consequatur ad vtrūque, vt. omne ingenitū, & omne incorruptibile sit sempiternum. Ex omnibus autem præmissis, talis potest intelligi ratio, Nullum sempiternum é genitum, neque corruptibile: omne ingenitum, & incorruptibile est sempiternum. ergo nullum ingenitum est corruptibile, & nullum incorruptibile est genitum, nec corruptibile.

A tibilitatem. sequitur ergo, quòd si sit aliquid genitum, & quòd sit ingenitum, quod est impossibile. Et sic probatum est, quòd omne corruptibile est genitum, & econuerso: suppositō tamen quòd ingenitum & incorruptibile conuertantur. Deinde cum dicit.

An si hæc mutuo se sequuntur, atque generabile est incorruptibile, & incorruptibile ingenerabile, ipsum etiam perpetuum vtrumque sequatur necesse est. Et si est quippiam ingenerabile, & si est quippiam incorruptibile, sit continuo sempiternum necesse est.

c ¶ Ostendit vnde hoc oporteat supponi, & dicit: Si non eō sequuntur se inuicē incorruptibile & ingenitum, non ex necessitate hoc quod est esse sempiternū, erit consequens ad hoc quod est ingenitum & incorruptibile: qđ tamen supra ostensum est. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat propositum ex necessitate. & primo ostendit quòd genitum & corruptibile conuertantur: secundo ex hoc vlterius ostendit, q̄ etiam ingenitum, & incorruptibile conuertantur, ibi ¶ Si itaque in quo est B. Z. ¶ Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, & dicit quòd ex his quæ dicentur, manifestum erit, quod necesse est prædicta se inuicem consequi: quia primo hoc manifestabitur, quòd genitum & corruptibile se inuicem consequuntur. Secundo ibi.

e ¶ Inducit rationem ad hoc ostendendum, & dicit, q̄ sicut conuertibilitas incorruptibilis, & ingeniti manifestatur ex prioribus: ita etiam hoc, quòd genitum & corruptibile sint conuertibilia, manifestatur ex prius dictis: ita scilicet quod neutrum consequitur, idest quod neque est semper ens, neque est semper nō ens. tale autem est genitum, & corruptibile, quia vtrumque eorum est possibile esse, & non esse secundum aliquod tempus determinatum, ita scilicet quòd aliquo tempore finito vtrumque eorum sit, & iterum non sit quodam alio tempore. si ergo est aliquid quod sit genitum, aut quod sit corruptibile, necesse est quòd huius sit medium inter semper ens, & semper non ens, & sic vtrumque eorum eidem attribuitur, & se inuicem consequi videntur. Tertio ibi.

f ¶ Manifestat præmissam rationem in terminis, dicens: Sit A semper ens, & B sit semper non ens, C autem sit genitum, D autem sit corruptibile, necesse est C, quod est genitum, esse medium inter A & B, idest, inter semper ens, & semper non ens: quia his, s. A & B, non est aliquod tempus ad neutrum terminum, idest nec ante nec post, in quo vel A, quod est semper ens, non sit: aut B, quod est semper non ens, sit: & hoc vel secundum actum, vel secundum potentiam: cum tamen his quæ sunt A & B neutro modo existat tempus ad oppositum, idest, nec secundum actum, nec

secundum

LIBER SECVNDVS.

LECTIO XXVIII.

Tex. c. 126.

Tex. c. 127.

Tex. c. 128.

Tex. c. 129.

Tex. c. 130.

Tex. c. 131.

Tex. c. 132.

Tex. c. 133.

Tex. c. 134.

Tex. c. 135.

Tex. c. 136.

Tex. c. 137.

Tex. c. 138.

Tex. c. 139.

Tex. c. 140.

Tex. c. 141.

Tex. c. 142.

Tex. c. 143.

Tex. c. 144.

Tex. c. 145.

Tex. c. 146.

Tex. c. 147.

Tex. c. 148.

Tex. c. 149.

Tex. c. 150.

Tex. c. 151.

Tex. c. 152.

Tex. c. 153.

Tex. c. 154.

Tex. c. 155.

Tex. c. 156.

Tex. c. 157.

Tex. c. 158.

Tex. c. 159.

Tex. c. 160.

Tex. c. 161.

Tex. c. 162.

Tex. c. 163.

Tex. c. 164.

Tex. c. 165.

Tex. c. 166.

Tex. c. 167.

Tex. c. 168.

Tex. c. 169.

Tex. c. 170.

Tex. c. 171.

Tex. c. 172.

Tex. c. 173.

Tex. c. 174.

Tex. c. 175.

Tex. c. 176.

Tex. c. 177.

Tex. c. 178.

Tex. c. 179.

Tex. c. 180.

Tex. c. 181.

Tex. c. 182.

Tex. c. 183.

Tex. c. 184.

Tex. c. 185.

Tex. c. 186.

Tex. c. 187.

Tex. c. 188.

Tex. c. 189.

Tex. c. 190.

Tex. c. 191.

Tex. c. 192.

Tex. c. 193.

Tex. c. 194.

Tex. c. 195.

Tex. c. 196.

Tex. c. 197.

Tex. c. 198.

Tex. c. 199.

Tex. c. 200.

Tex. c. 201.

Tex. c. 202.

Tex. c. 203.

Tex. c. 204.

Tex. c. 205.

Tex. c. 206.

Tex. c. 207.

Tex. c. 208.

Tex. c. 209.

Tex. c. 210.

Tex. c. 211.

Tex. c. 212.

Tex. c. 213.

Tex. c. 214.

Tex. c. 215.

Tex. c. 216.

Tex. c. 217.

Tex. c. 218.

Tex. c. 219.

Tex. c. 220.

Tex. c. 221.

Tex. c. 222.

Tex. c. 223.

Tex. c. 224.

Tex. c. 225.

Tex. c. 226.

Tex. c. 227.

Tex. c. 228.

Tex. c. 229.

Tex. c. 230.

Tex. c. 231.

Tex. c. 232.

Tex. c. 233.

Tex. c. 234.

Tex. c. 235.

Tex. c. 236.

Tex. c. 237.

Tex. c. 238.

Tex. c. 239.

Tex. c. 240.

Tex. c. 241.

Tex. c. 242.

Tex. c. 243.

Tex. c. 244.

Tex. c. 245.

Tex. c. 246.

Tex. c. 247.

Tex. c. 248.

Tex. c. 249.

Tex. c. 250.

Tex. c. 251.

Tex. c. 252.

Tex. c. 253.

Tex. c. 254.

Tex. c. 255.

Tex. c. 256.

Tex. c. 257.

Tex. c. 258.

Tex. c. 259.

Tex. c. 260.

Tex. c. 261.

Tex. c. 262.

Tex. c. 263.

Tex. c. 264.

Tex. c. 265.

Tex. c. 266.

Tex. c. 267.

Tex. c. 268.

Tex. c. 269.

Tex. c. 270.

Tex. c. 271.

Tex. c. 272.

Tex. c. 273.

Tex. c. 274.

Tex. c. 275.

Tex. c. 276.

Tex. c. 277.

Tex. c. 278.

Tex. c. 279.

Tex. c. 280.

Tex. c. 281.

Tex. c. 282.

Tex. c. 283.

Tex. c. 284.

Tex. c. 285.

Tex. c. 286.

Tex. c. 287.

Tex. c. 288.

Tex. c. 289.

Tex. c. 290.

Tex. c. 291.

Tex. c. 292.

Tex. c. 293.

Tex. c. 294.

Tex. c. 295.

Tex. c. 296.

Tex. c. 297.

Tex. c. 298.

Tex. c. 299.

Tex. c. 300.

Tex. c. 301.

Tex. c. 302.

Tex. c. 303.

Tex. c. 304.

Tex. c. 305.

Tex. c. 306.

Tex. c. 307.

Tex. c. 308.

Tex. c. 309.

Tex. c. 310.

Tex. c. 311.

Tex. c. 312.

Tex. c. 313.

Tex. c. 314.

Tex. c. 315.

Tex. c. 316.

Tex. c. 317.

Tex. c. 318.

Tex. c. 319.

Tex. c. 320.

Tex. c. 321.

Tex. c. 322.

Tex. c. 323.

Tex. c. 324.

Tex. c. 325.

Tex. c. 326.

Tex. c. 327.

Tex. c. 328.

Tex. c. 329.

Tex. c. 330.

Tex. c. 331.

Tex. c. 332.

Tex. c. 333.

Tex. c. 334.

Tex. c. 335.

Tex. c. 336.

Tex. c. 337.

Tex. c. 338.

f ¶ Manifestat qualitatem motus cæli, & quod mouetur sine labore, & hoc probat, quia non est ponere, quòd per aliquam necessitatem violentã detineatur, quæ prohibeat ipsum aliter moueri q̃ fm suam naturam. Omne.n. quod cum labore mouetur, mouetur contra motum naturalem sui corporis propter quod motus animalis sursum est laboriosus. Quę autem contra naturam suam mouentur, si debeat eorum motus continuari, oportet quòd hoc sit per aliquod violentum mouens, quod imponat eis necessitatem coactionis. nam necessitas naturalis non est nisi ad ea quæ sunt fm naturam. oẽ autem quod est tale, quod. s. mouetur aliquo motu contra suam naturam, tanto magis laboriosum est, quanto magis motus eius est continuus, & sempiternus, & quanto magis expers optimæ dispositionis est, vt. s. fit fm suam naturam. hoc autem non potest attribui corpori cælesti, quod est nobilissimum corporum: vnde relinquitur quòd motus cæli non sit laboriosus. Deinde cum dicit.

g ¶ Excludit opiniones contrarias, & primo excludit errores: secundo concludit veritatem intentam, ibi ¶ Si itaque quemadmodum &c.¶ Circa primum excludit tres opiniones, quarum prima est fabularis, & dicit, quòd quia motus cæli non est laboriosus, nec contra naturam, non est leuiter suspicandum, quòd se habeat sempiternitas cæli, & motus eius secundum antiquam fabulam Homeri, & aliorum poetarum, qui dicebant, quòd cælum ad hoc quòd conseruetur in suo situ indiget quodam gigante, quem vocabant Athlantem stantem super duas columnas,

& susten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sustentantem humeris cælum. Illi enim qui istum sermonem fabularem composuerunt, videntur eâdem opinionem habuisse de corporibus cælestibus, quam habuerunt quidam posteriores, scilicet vt essent grauia & terrea, vt sic indigeret sursum contra suam naturam detineri per aliquam virtutem animatam, vel alicuius rei viuentis, puta Dei, vel cuiuscũq; substantiæ separatæ. Et siquidem hoc dicant cælo esse necessarium propter hoc, quòd cælum habeat grauitatem, fabula Tex.c.5. est omnino reprobanda: si aut intelligant, quòd cælum habeat naturam talis situs & motus, & tamẽ darum est ei a balio causante & conseruante, sic fabula aliTex.c.6. quod diuinum continet. Secundo ibi.

h ¶ Excludit opinionem Emped. qui ponebat quòd cælum in tali situ conseruatur, ne cadat propter velocitatem sui mot⁹, quo excedit inclinationem propriæ naturæ ad cadendum, sicut accidit in aqua quæ non effunditur, si vas aquæ velocius gyretur q̃ sit motus aquæ deorsum: & hoc etiam dicitur posuisse Democritus, & Anaxagoras. Sed qdem forte esset possibile accidere in aliquo breui tempore: sed quòd per talem velocitatem conseruetur motus cæli in tanto tempore, s. perpetuo & infinito; hoc est valde improbabile. Cum enim id quod est violentum, sit quædam exorbitatio ab eo quod est secundum naturam, nõ videt quòd possit esse maius tps eius quod est violentum, a Tex.c.7. q̃ eius quod est ſm naturam: quia id qđ est ſm naturam est quasi semper, aut sicut frequenter. Arguuntur etiam isti, sicut & primi: quia videntur putasse corpora cælestia esse grauia, sed propter velocitatem motus deorsum non cadere. Secundo ibi.

i ¶ Excludit tertiam opinionem, quæ est Platonis, qui posuit in Timæo, quòd in medio mundi, anima eius ad extremum cælum omniquaque complexa incæpit inceſſabilem, & prudentem vitam ad omne tempus: & primo ex parte ipsius corporis. vnde dicit, quòd non est rationabile dicere quòd cælum, & motus eius in sempiternum maneat propter coactionem animæ rationalis: quia nullum coactum potest esse sempiternum. Cum enim violentum sit contra naturam, sequeretur id quod est secundum naturam, nunquam esse. Secundo ibi.

k ¶ Ostendit idẽ ex parte animæ dicens, quòd non posset esse, vita animę mouentis sic corpus sine tristitia, & beata. Cum. n. motus sit corporis per violentiam, & anima moueat circulariter corpus, quod est aptum natum aliter moueri. & cum hoc moueat ipsum continue, necesse est quòd talis anima nunquàm vacet, & quòd sit remota ab omni robore prudenti. Et potest per robur prudens intelligi operatio speculatiui intellectus, ad quã requiritur prudentia, & robur, quasi dicat, si nullo mõ vacat ali

habẽtibus. & terrenis omnibus his quę sursum corporibus, substituerunt ibi fabulose necessitatem animatam. neque vtique hoc modo suspicandum.

h Neq; pp circũgyrationem celerioris existentiæ lationis propria inclinatione adhuc saluari tanto tempore, quemadmodũ Empedocles inquit.

i Sed adhuc neque ab anima rationabile cogente manere sempiternum.

k Neq;. n. animæ possibile est esse talem vitã sine tristitia & beatã. Necesse. n. & motu cum violentia existente, si quidẽ mouet ferri aptũ natũ primo corpore aliter, & mouet cõtinue sine vacatione esse, & omni carens remissione prudenti: si qdẽ neq; vt animæ mortaliũ aialium est requies, circa somnũ facta corporis remissio: sed necessarium sustentantis Ixionis cuiusdam partem retinere ipsam sempiternam, & inconterebilem.

l Si itaque quemadmodum dicimus contingit dicto se habere modo de prima latione, non solum ipsius de sempiternitate sic existimare melius, sed & diuinationi ei quæ de dijs, solum vtique habebimus sic confesse enunciare cõcordes sermones: sed talium quidem sermonum satis sit nunc.

LECTIO II.

Voniam autem quidã sunt, qui dicunt esse aliquid dextrum, & sinistrum cęli, quemadmodum vocant a labore, quę patitur mouendo cælũ contra suam naturam, semp impediętur a vehementi contẽplatione, quã impedit continuitas laboris, & tristitia cõsequens. Vel p prudens robur, intelligit conatum aiæ, appositum ad mouendum ſm prudentiã. non. n. vt esse prudentis adhibere robur suũ ad continue laborandũ sine intermissione. Nã si aliqd laboriosum assumatur ad modicum tps, tolerabile erit: cælũ aũt mouetur motu continuo, & sempiterno. vñ si anima cæli moueret cælum contra suã naturã, & cũ labore, sequeret, qđ esset peioris cõditionis, q̃ aię mortalium aialium, q̃ requiescũt a motu corporis saltem in somno: sed necessarium est, quòd sphęricum, i. alicuius superioris corporis ordinatio, detineat ipsam aiam cæli sempiternam, & interibilem, i. non deficientẽ a mouendo, ad similitudinẽ cuiusdã viri, q̃ dicebaț Ixion: de quo fabulariter dicunt quòd, cum esset ꝓpositus a Ioue nuptijs Iunonis, concupiuit eã, quę loco sui nebulã ei supposuit, ex qua genuit Centaurum: vñ Iuppiter alligauit trocho in quo continue mouetur. Quod quidẽ vt Arist. dicere cõtra dicium Platonis, q̃ dixit, quòd ex medio mũdi ad extremum cælũ, aia omniquaq; cõplexa incæpit incessabilẽ & prudentem vitam, quæ ad omne tps. ſm hoc. n. vt anima cæli alligata corporibus, siue cęlo, sicut Ixiõ trocho, Et videtur, quòd vita talis aiæ non sit prudes, sed insipięs, vtpote quæ incæpit perpetuũ laborẽ. nõ aũt reprehendit hic Arist. Platonem, qui posuit cælum animã hoc quòd videtur ponere, qđ moueat cælum in sempiternũ cõtra suam naturam. Sed forte Plato non intellexit motum hunc esse contra naturã cæli, sed voluit exprimere, quòd natura ſm quam conuenit ei talis motus, est ei ab alio. Deinde cum dicit.

l ¶ Concludit ex ꝓmissis, quòd si contingit ita se habere de primo motu locali, q̃ est motus cæli, sicut dicimus, vt. s. sit sine labore, non solũ hoc existimare est melius quantum ad sempiternitatem ipsius cæli, sed ẽt hoc est magis conueniens existimationi quã habemus de Dijs: quã quidẽ vocat diuinationem, quasi ex diuina reuelatione habitam. solum. n. per istum modũ dicemus vbiq; concordes sermones. Non. n. videtur esse consonum, quòd cælum moueatur a Deo, & quòd motus eius sit cum labore: sed de talibus sermonibus satis sit nunc ad præsens dictum.

LECTIO II.

Ostquàm Philosophus determinauit de perpetuitate cæli, hic determinat de diuersitate partium eius. & primo determinat de diuersitate partiũ cæli, quæ accipiuntur secundum diuersitatem situs in eodem cælo. secundo de diuersitate partium, quæ accipiuntur ſm ordinem

reaque essent, necessitatem animæ participem ipsi fabulose supposuere. Neque igitur hoc modo.

Neque ob conuersionem: propterea quod lationem habet motu suapte celeriorem, vt Empedocles dicit.

At vero nec ab anima cogente, sempiternum manere consentaneum est rationi.

Neque enim talis ipsius animæ vita sine dolore, beataque esse potest. Et motum enim quoniam est cum ui, si mouet corpus primum aliter aptum ferri, continueque mouet, negotiosum atque ab omni uoluptate mentis semotum esse necesse est: si neque ut animæ mortalium animalium requies ineſt ea quæ circa somnum fit corporis relaxatio: sed Ixionis fatum cuiusdam ipsam perpetuum insuperabileque detinere est.

Si igitur uti diximus, res dicto modo de prima latione sese habere potest, non solum concinnius est ita de æternitate ipsius existimare: sed etiam hoc modo duntaxat, consentaneas ei naticinationi, quam de dijs habemus, sententias posumus certo proferre: sed de his hactenus.

dinem corporum cælestium adinuicem, ibi¶ Quoniam autem non est contrarius motus &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat de diuersitate situalium partium cæli secundum opinionem aliorum: secundo secũdum opinionem propriam, ibi ¶ Nobis autem quoniãm determinatum est &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit: secũdo manifestat ꝓpositum, ibi ¶ Determinatum est quidem igit &c.} Dicit ergo primo, qꝛ quia quidam dicunt quãdam partem cæli esse dextram, & quandam sinistram, scilicet Pythagorici, qui posuerunt dextrum & sinistrum in omnibus rebus: considerandum videtur, vtrum hoc modo se habeat sicut illi dicunt, vel magis aliter sint cælo attribuenda q̃ ipsi dicant. si tamẽ oportet aptare hæc principia, scilicet dextrũ & sinistrum corpori totius mundi ꝓ hoc, quòd insunt corpori cælesti, quod continet rotum mundum. Hoc autẽ ideo considerandum videtur, quia statim a principio occurrit hoiumt, quòd si dextrum & sinistrũ sint in cælo, quòd multo magis, & per prius estimanda sunt esse in cælo priora principia, scilicet sursum & deorsum, ante & retro. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifestat propositum: & primo ostendit conditionẽ istorum principiorum, secũdum quòd in alijs rebus inueniuntur: secundo ostendit, quòd non inueniantur in omnibus corporibus, ibi ¶ Propter quod non in omni corpore.} Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd non omnia prędicta principia insunt omnibus: secundo ostendit quo ordine se habeãt adinuicem, ibi ¶ Est autem sursum quidem &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd huiusmodi principia nõ omnia omnibus insint, sed quibusdam quædam & non omnia. Secundo ostendit hoc omnino esse inconueniens, vt cælo attribuantur quædam & nõ omnia, ibi ¶ Si autem oportet cælo adaptare &c.} Dicit ergo primo, quòd de huiusmodi principijs, quæ dicuntur differentiæ positionum, determinatum est in libro de processu animaliũ: propter hoc, quòd sunt propria natura istorum, scilicet animalorum. In animalibus enim manifeste videntur huiusmodi existere secundum determinatas partes: ita quidem quòd aliquibus animalibus, scilicet perfectis, quæ non solum sentiunt, sed etiã mouentur motu locali, insint omnes tales, scilicet dextrũ & sinistrum, ante & retro, sursum & deorsum: quibusdam vero animalibus, s. vel perfectis, vel imperfectis & immobilibus, insunt quædam eorum, s. sursum & deorsum, ante & retro: plantis autem non insunt nisi sursum & deorsum. Dende cum dicit.

A c ¶ Ostendit, quòd si in cælo aliquid de his ponatur, quòd necesse est omnia huiusmodi in eo ponere: & dicit, quòd si aliquid talium oportet attribuere cælo, scilicet vel dextrum, vel sinistrũ, rationabile est, quòd ibi primum existat id, quod inuenitur in animalibus perfectis: vel rationabile est, quòd in eo existat id, quod est primum in animalibus: quia posito posteriori, ponitur prius. Cum autẽ sint tres oppositiones, vel dimẽsiones, vnumquodq; horũ trium, scilicet sursum, ante, & dextrũ, est velut quoddam principium suæ oppositionis, vel dimẽsionis. Exponit autem consequenter, quæ dixerit esse illa tria, quorum vnum est oppositio, vel dimensio, quæ est inter sursum & deorsum, in qua quidem sursum est principium. aliud autem est inter anterius & eius oppositum, qđ dicit retro, vbi quod est ante est principium, terria autem, inter dextrum & sinistrum, in qua dextrum est principiũ. Et quia perfectum est, quod constat ex omnibus partibus, seu principijs, rationabile est, quòd omnes huius oppositiones, vel dimensiones inueniantur in corporibus perfectis. vnde cum cælũ sit maxime perfectum, rationabile est, quòd si sit capax harum partium, quòd habeat omnes, & non quasdam tantum. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit ordinem dictorum principiorũ dupliciter. primo quidẽ ex parte ipsarum dimẽsionum: nã sursum est principiũ longitudinis. Nam i hoie, qui est animal maxime perfectum, dẽ longitudo quasi maxima dimensio eius a capite, quod est sursum eius, vsq; ad pedes, qui sunt deorsum eius: dextrum aũt est principium latitudinis. attenditur. n. latitudo hoĩs ſm distantiam, q̃ est inter dextrum & sinistrum. Anterius aũt est principium profunditatis. attenditur. n. profunditas, siue grossities hominis secundum distantiam, quæ est inter ante & retro. In alijs autẽ animalibus proportionabiliter se habet. longitudo autem prior est latitudine, & latitudo profunditate: sicut linea superficie, & superficies corpore. ergo sursum est prius eo quod est ante, & ante est prius eo quod est dextrum. Secundo ibi.

e ¶ Probat idẽ ex parte motuũ, & hoc ideo: quia ea q̃ dicta sunt, sunt quædã principia, quibus primo incipiũt motus in aialibus habentibus huius partes, siue principia. Motus. n. augmenti incipit quidẽ a sursum, & hoc manifeste apparet in hoibus. Nã caput qđ est sursum hoĩs, est etiã sursum ſm positionem mundi: in capite autem incipit motus augmẽti: quia in orificio oris, quod est in capite, trahitur alimentum, quod est augmenti materia. Plantarum autẽ sursum est radix, quę proportionatur capiti in

enim hæc illorum sententia, considerandum est, vtrum res sic sese habeat vt illi dicunt, an alio potius modo, si hæc principia corpori ipsius vniuersi sunt adiungenda: continuo namque si dextrum ineſt ei, l.euumque, priora principia prius in ipso existimandum est esse.

Determinatum igitur de his est in his, quæ de animalium motibus sunt tractata, propterea quòd hic propria sunt illorum naturæ atque accommodata. manifeste nanque animalibus ineſſe uidentur quibusdam omnes istiusmodi partes, dextrum inquam atque sinistrum, quibusdam nonnullæ, plantis vero supera atque infera solum.

Quod si cælo talium quippiam est adiungendum, & id ipsi competere quod primum, vti diximus, in animalibus ineſt, consentaneum est rationi. Vnumquodque enim trium, dico autem trium, superum inferumque, ipsum ante atque oppositum, & dextrum l.euumque, vt principium quoddam esse videtur. Has enim omnes dimensiones perfectis corporibus ineſſe consonum est rationi.

Atque superum quidem longitudinis, dextrum autem latitudinis, ipsum uero ante alitudinis principium est.

Insuper alio modo motuum ratione. hæc enim principia dico, vnde motus his incipiunt, quæ hæc habent. Est autem ab ipso quidem supero accretio, a dextris autem ea motio quæ loco accommodatur: ab hisce vero quæ ante sunt ea motio quæ sit sensu. atque id ante dico, in quo sunt sensus.

animalibus in sumptione alimenti. Sed id quod est sursum F plan tæ per oppositum se habet ℈m sursum ad situm mundi. in alijs autem animalibus medio modo se habet. Motus autem, qui est ℈m locum, incipit a dextris. naturaliter. n. animalia prius mouent dextram partem quàm sinistram: sicut in ambulado prius mouent dextrũ pedem. Sed in motu alterationis ipsorũ sensuum, est principiũ id quod est anterius: anterior. n. pars animalis dicitur in qua solus existit. Quia igitur motus augmẽti est prior motu sensitiuo, qui etiam est prior motu locali in animalibus, consequens est, quòd sursum sit prius quàm anterius, & anterius prius quàm dextrũ. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 9.

Tex. c. 10.

f ¶ Ostendit quòd huius principia non sunt in omnibus corporibus, & primo cõcludit ex præmissis, quòd proprie, & per se loquendo nõ sunt huius principia in corporibus inanimatis: secundo ostendit per quem modum ibi esse dicuntur ibi. {Sed in hisqdẽ &c.} Dicit ergo primo, quòd quia prædicta sunt principia quorundam motuum, cõsequens est, quòd sursum & deorsum, dextrum & sinistrũ, anterius & posteri' non sint quærenda in omnibus corporibus, sed solum in corporibus animatis quæcunq; habẽt in seipsis principiũ motus: sed in nullo corporum inanimatorum videmus aliquod principium, vnde incipiat motus: quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia in corporibus animatis est principium actiuum motus, quod est anima, in corporibus autẽ inanimatis non est principium motus actiuum, quòd scilicet moueat: sed mouentur ab exteriori mouente, quod est generans, vel remouens prohibens: interius autem habent principium motus passiuum, quo scilicet nata sunt moueri, puta grauitatem vel leuitatem, vt patet, in 8. Physic. Alio modo potest intelligi, quia in corporibus animatis inuenitur determinata pars corporis, a qua incipitur motus, sicut dictum est: quod quidem in corporibus inanimatis non inuenitur, quia sient subdit, inanimatorum corporum, quædam omnino non mouentur, sicut illa, quæ sunt in proprijs locis, vel potius hoc dicit propter corpora artificialia, quæ non habẽt ex seipsis aliquem motum, quædam autem mouentur, sicut corpora naturalia existentia extra proprium suum locum: sed tamen vnũquodque eorum mouetur ad suum locum, similiter ab omni parte, sicut ignis solum mouetur sursum, & terra solum mouetur ad medium mundi, nulla alia differentia situs considerata: vel ex parte corporis quòd mouetur, vt scilicet, vna pars eius, prius incipiat moueri quàm alia: vel etiam quantum ad locum, vt scilicet ex vno situ locali moueatur corpus naturale ad suum locum, & non ex alio. Deinde cum dicit.

Tex. c. 32.

g ¶ Ostendit quomodo prædictæ positiones quandoque dicantur in corporibus inanimatis, & dicit, quòd in hmõi corporibus dicimus sursum & deorsum, & dextrum & sinistrum, & similiter ante & retro solum per comparationem ad nos, & hoc tripliciter: vno modo secundũ, quòd dicimus, dextrum id, quod est nobis oppositum secundum nostrã dextrã, sicut diuinatores, puta, augures nominant partem dextram, quæ est nobis ad dextram, sinistram vero, quæ est nobis ad sinistram. Alio modo per similitudinem ad partes nostras, sicut in statua dicimus dextrũ, quod est simile dextro hominis, & sinistrum quod est simile sinistro. Tertio modo per contrariã positionem dicendo sinistrum, quod est oppositum nostro dextro, & dextrum, quod est oppositum nostro sinistro, sicut patet in imagine, quæ resultat in speculo: & eadem ratio est in alijs positionibus. Sed in ipsis rebus inanimatis secundum se consideratis, nulla inuenitur diuersitas talium partium, & hoc patet, quia si conuertantur ad nos, econtrario se habebunt quam prius: illud enim quod erat dextrum, dicetur sinistrum, & econuerso: & simile est in alijs positionibus. In rebus autem animatis qualitercunque vertantur, semper eodem modo se habent huiusmodi partes. Deinde cum dicit.

h ¶ Ostendit Pythagoricos male attribuisse cælo huius differentias, & hoc tribus modis, qui ex superioribus accipi possunt: & ideo illos per modum conclusionis hic inducit. primus autem modus est: quia cum sint sex positiones, mirabile videtur quare solum harum duas attribuebant cælo, scilicet dextrum & sinistrum, & alias quatuor reliquerunt: cum tamen rationabile, sit quòd omnia cælo conueniant, vt supra dictum est. Secundum modum ponit ibi {Nihil minus &c.} quia scilicet, si aliqua debuerunt prætermitti, vt non attribuerentur cælo, oportuit prætermitti illa, quæ sunt minus principalia. Quòd autem illa quatuor, quæ prætermisit, non sint minus principia, quàm illa duo, quæ posuit, ostendit quatuor rationibus, quarum primam ponit ibi.

i ¶ Non. n. videmus in quibuscũq; animalibus, quòd minorem differentiam habeat pars, quæ est sursum, ad eam, quæ est deorsum, & quæ est anterius ad eam, quæ est posterius, quàm dextrum & sinistrum, immo maiorẽ. nã pars dextra, & sinistra differunt solum virtute, & cõueniunt in figura. manus. n. dextra est fortior q̃ sinistra, licet sit eiusdem figuræ. & similiter humerus dexter

Quapropter, & non omni in corpore quærendum est superum atque inferum, & dextrum, læuumque, atque ante & retro, sed in bisce, quæ cum animata sint, motus in seipsis principium habent. In nullo enim eorum quæ uacant anima, id cernimus, unde est principium motus. Quædam enim omnino non mouentur, quædam mouetur quidem, sed omni ex parte simili modo; ueluti ignis sursum solum, & terra ad medium.

Sed in his superum, & inferum, dextrum, læuumque dicimus ad nosipsos referentes. Nam aut respectu nostri dextris læuique, ut augures dicunt: aut similitudine nostri, ut ea, quæ sunt statuæ: aut ea, quæ contrario modo sese habent, positioneue. Etenim dextrum quidem id dicimus, quod opponitur nostro sinistro, læuum autem contrarium: & retro ac ante simili modo. In his autem ipsis nullam differentiam cernimus. Si contra nanque uertantur, contraria dextra læuaque, supera ac infera, & ante retroque fame dicemus.

Quapropter, & Pythagoricos quispiam mirabitur sola hæc duo principia dixisse, dextrum inquam, atque sinistrum, cæteras autem quatuor differentias omisisse, non minus rationem principij subeuntes.

Non enim minorem ad infera, supera: & ad ea, quæ sunt retro, ea quæ sunt ante, quàm ad læua dextra uniuersis in animalibus differentiam habent. Hæc enim ui solum, illa figura etiam differunt.

dexter est fortior, q̃ sinister ad motum, quamuis sinister sit fortior ad portandum onus: & similiter pes dexter est fortior ad motum, sed pes sinister ad fixionem. Manifestum est autem, quòd pars anterior & posterior animalis, & superior & inferior differunt non solum in virtute, sed etiam in figura. Illa autem quæ magis differunt, videtur principaliorem distantiam habere. Secundam rationem ponit ibi.

Tex. cõ. 12.

k ¶ Quæ ratio talis est. Sursum & deorsum inueniuntur in omnibus corporibus animatis tam animalibus, quam plantis: sed dextrũ & sinistrum non existit in plantis, sed solum in animalibus perfectis. & sic sursum & deorsum sũt priora, secundum quod prius dicitur a quo non conuertitur consequentia essendi. Tertiam rationem ponit ibi.

Tex. cõ. 13.

l ¶ Quæ ratio talis. Longitudo est prior latitudine, & hoc in via generationis: qa secundum Geometras, linea mota facit superficiem: sursum autem est principiũ longitudinis: dextrũ autem principium latitudinis, vt supra ostensum est. cum igitur principium prioris sit prius, consequens est, quòd sursum sit prius, quàm dextrum, secundum, scilicet quòd aliquid est prius generatione: propterea, quòd multis modis dicitur aliquid prius, vt patet in Prædicamentis & quinto Metaph. Quartam rationem ponit ibi.

Tex. c. 13.

m ¶ Et dicit, quòd sursum est, vnde est motus: quod potest intelligi de motu augmenti. dextrum autem est, a quo est motus localis. anterius autem est, ad quod procedit animal, quasi oppositum suo sensui: & sic patet, quòd sursum habet quandam principalitatem respectu aliarum specierum positionis: sicut motus augmenti est magis essentialis, & magis interius seeus animali, quam motus localis. Potest autem melius totum quod hic dicitur, ad motum localem referri, vt dicatur, quòd sursum in animali quod mouetur secundum locum, est principium vnde motus: quia scilicet in capite quod est sursum, viget sensus, qui est mouens in animalibus, vt dicitur in tertio de Anima. dextrum est autem a quo incipit motus localis: quia pars dextra primo mouetur, vt dictum est: sed anterius est, versus quod mouetur animal. principium autem mouens est principalissimum in motu animalis: secundum hoc patet, quòd sursum habet principalitatem inter alias species positionis. Sic igitur ex his quatuor rationibus concludit Philosophus secundum modum improbandi dictum Pythagoricorum concludens, quòd iustum est eos vituperare, quia relinquebant pincipaliora principia, non attribuentes ea cælo. Tertium modum ponit, ibi {Et quia hic &c.} Dicens, quòd etiam sunt increpandi, quia ponebant similiter dextrum, & sinistrum existere in omnibus: cum tamen non sint nisi in animalibus perfectis, vt supra dictum est. Sciendum tamen, quòd de intentione Pythagoricorum erat, omnia reducere ad bonum, & malum, sicut ad duo principia, Et quia credebant omnem numerum sub denario deprehendi, posuerunt decem ex parte boni, & decem opposita ex parte mali, vt patet in proœmio Metaph. per vnumquodque autem aliorum, quæ ponebant in ita enumeratione, intelligebant omnia quæ sunt sui generis. vnde per dextrum, & sinistrum intelligebant omnes alias positiones, intelligentes quòd sicut dextrum ita sursum, & anterius referuntur ad bonum: sinistrum autem & posterius, & deorsum ad malum. Ideo autem potius ponebat dextrum & sinistrũ, quàm alias positiones: quia manifestius dextrum consueuit, referri ad bonum, & sinistrum ad malum. consueuimus enim bonam fortunam vocare dextram, malam autem sinistram: & ideo attribuebant dextrũ & sinistrum, quibus attribuebant bonum & malum. vel ideo nominabãt tantum dextrum & sinistrum, in his alia cõprehendentes: qa videbant, quòd in quibuscunque inuenitur dextrum & sinistrum, inueniuntur & alia: sed non conuertitur. Forte autem specialiter ea lo attribuerunt dextrum & sinistrum potius quàm alia, qa in cælo est motus localis, ad quem pertinet dextrum & sinistrum: nõ autem augmentum, ad quod pertinet sursum & deorsum. neque etiam alteratio sensus, ad quam pertinet ante & retro: vel quia sursum & deorsum, ante & retro, diuersificantur secundum figuram, non autem dextrum & sinistrum. partes enim cæli sunt circulares, & non diuersificant ur secundum figuram.

Adhuc autem, vt longitudo, latitudine prior, si sursum longitudinis principium: dextrum autem latitudinis, prioris autem principium, prius vtique erit sursum dextro secũdum generationem, quoniam multotiens dicitur prius.

Adhuc autem si sursum quidem est vnde motus: dextrum autem a quo. anterius autem ad quod, saltem, sic vtique habebit quandam virtutem principij, quæ sursum ad alias species. Ideoque quia relinquunt principaliora principia, iustum est ipsos increpare, & quia hæc in omnibus similiter putabant existere.

LECTIO III.

LECTIO III.

Nobis uẽ quoniam determinatu est prius ℘ in habẽtibus principiũ motus tales virtutes existunt: est autem cælum animatum, & habet motus principium. manifestum quoniam habet sursum & deorsum, & dextrum & sinistrum.

Vm autem a nobis sit antea definitum, tales potẽtias his inesse quæ principium motum habent: & cælum sit animatum, atque principium habeat motus, patet ipsi superum inferumque, & dextrum atque læuum inesse.

Tex. cõ. 32.

Postquàm determinauit Philosophus de partibus situalibus cæli secundum opinionem aliorum, hic determinat de his secundum opinionem suam, & circa hoc tria facit. Primo ostendit, quòd huius differentias oportet esse in cælo: secundo ostendit ℈m quam dimensionem cæli accipiatur sursum & deorsum in ipso, ibi {Dico autem lõgitudo &c.} Tertio ostendit, quę pars in cælo sit sursum, & quæ deorsum, ibi {Polorum autem quidem supernos &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum: secundo excludit quasdam obiectiones, ibi {Non oportet. n. dubitare &c.} Circa primum ponit talem rationem. Determinatum est prius, quòd in habentibus principium motus, scilicet in corporibus animalis, quę habent in se principium mouens, exi stunt tales virtutes, idest positionum differentiæ secundum determinatas virtutes partium, & non solum secundum habitudinem ad nos: sicut est in corporibus inanimatis, quæ non habent in se principium actiuum motus, sed solum passiuum, vt dicitur in 8. Physic. quòd omnia mobilia necesse est reducere in vnum primum, quod est mouens seipsum, & habet in se principium motus actiuum, & non solum principium passiuum, sicut quidam posuerunt, vt Simplicius refert. qui posuerunt Aristotelẽ dicere cælum animatum, non quia haberet. animam

Universidad de Navarra
Biblioteca

Tex.c.36.

rationalem, sed ita quòd haberet quandam vitam complantatam corporitita quod in eo nihil est aliud anima:q̃ natura talis corporis. Quod manifeste ostendit esse falsum ex hoc, quòd Aristo.in 12. Metaphy. dicit,quòd primum mouens, quod est omnino immobile,mouet cælum, sicut desideratum, & intellectum: & sic sequitur

quòd secundum opinionem eius, cælum est secundum suam animam appetens, & intelligens.& ſm hoc motus cæli est & a natura,& ab anima eius:sed a natura quidem sicut a principio secundario, & passiuo,inquantum.ſ. tale corpus est aptũ natum sic moueri: ab anima vero,sicut a principio principali, & actiuo motus. Nec multum refert quantũ ad hunc modum mouendi, vtrum moueatur a substantia spirituali coniuncta, quæ dicatur anima eius, vel tantum a substantia spirituali separata, nisi qd ponere ipsũ moueri a substantia spirituali cõiuncta, pertinet ad maiorẽ dignitatem ipsius cæli. quod attendens Plato & Arist. posuerunt cælum animatum: quãuis possit aliquis a contrario dicere,quòd sicut nobilius est corpus,qđ habet substantiã spiritualem coniunctã,

Tex.c.14.

ita nobilior est substantia spiritualis,quæ,est omnino a corpore separata. vnde & Plato posuit bonum animæ rationalis esse, quod quandoque a corpore separatur: & secundum hoc, cum mouens sit nobilius moto, & magis ab eo dependeat motus, magis videtur dicendum, substantiam mouentem cælum esse a corpore separatam, quàm corpus cæli esse animatum, vt motus cæli sit nobilior: alioquin videretur secundum dictum Platonis, quòd anima cæli esset peioris conditionis quàm anima humana. Sed ad hoc potest responderi, quòd animæ humanæ quantum ad aliquid, nobilius est esse extra corpus, quàm in corpore,scilicet quantum ad hoc,quòd moueatur corpus cum labore contra naturam eius: sed quãtum ad naturale esse ipsius animæ, melius est ei esse in corpore, quia per hoc consequitur perfectum esse speciei. vnde si sit aliqua substantia spiritualis, cuius virtus sit determinata ad motum cæli,quod mouet sine labore, vt supra dictum est, nobilius est ei esse in tali corpore, quàm esse separatam: quia perfectior est actio, quam quis agit per instrumentum coniunctum,quàm per instrumentum separatum: sed substantia separata, cuius virtus non determinatur ad hunc effectum, est omnino nobilior. Ex hoc autem quòd cælum est animatum, concludit secundum prædicta, quòd habeat sursum & deorsum, dextrum & sinistrum. Sed videtur hoc non esse conueniens. dixit enim supra quòd sursum & deorsum competit corpori animato secundum augmentum: ante & retro secundum sensum: dextrum & sinistrum secundum motum localem nullus autem ponens cælum animatum, ponit in eo motum augmenti: neque etiam motum sensus. ergo neque deberet poni in cælo sursum, aut deorsum,aut ante, aut retro. Sed dicendum est, in animalibus perfectis habentibus motum localem attenduntur prædictæ differentiæ non solum secũdum augmentum & secundum sensum, sed etiam secundum motum localem. Vnde supra ipse dixit in quadam ratione, quòd sursum est,vnde est motus, dextrum autem a quo, anterius autem ad quod. Sed in illis quæ non habent motum localem, quæ omnino carent dextro & sinistro, inueniuntur sursum & deorsum, ante & retro, secundum alios motus: & sic oportet omnia ista attribui cælo secundum solum motum localem, sicut perfectissimo. Deinde cum dicit.

b Nõ oportet enim dubitare, propterea quod vniuersi figura sphærica est,quomodo erit huius, hoc quidem dextrum, hoc autẽ sinistrum, similibus enim existẽtibus partibus omnibus, & motus omni tempore.

c Sed intelligere oportet vtiq; sicut siquis in qbus habet dextrum ad sinistrum differẽtiam etiam figuris,deinde circumponat sphæram. Habebit quidem enim virtutem differentem, videbitur autem non propter similitudinem figuræ.

d Eodem autem modo & de principio eius,quod est moueri. Etenim si nequaquàm incepit, habere tamen necessarium principium, vnde incæpit si incipiat,quod mouetur, moueri: & vtique si steterit, mouebitur vtique iterum.

e Dico autem longitudinem quidem ipsius, quæ secundum polos distantia. Et polorum hunc quidem sursum, hunc autem deorsum.

Non enim dubitare oportet ob uniuersi rotundam figuram, quonam pacto aliud ipsius dextrum, aliud læuum erit, si partes sint similes uniuersæ, perpetuoque motu cientur.

Sed intelligere perinde oportet, atq; si quispiam in hisce quæ dextrum ad læuum figuris quoque differentiam habent, circumposuerit sphæram. Habebunt enim potentia differentem: at ob figuræ similitudinem habere non uidebuntur.

Eodem modo de principio quoque motus intelligamus oportet. Etenim & si nunquàm moueri cælum incæpit, principium tamen habeat ipsum necesse est, unde incæpisset, si inciperent moueri: & rursus ciebitur motu, si stabit.

Tex.cõ.76.

Dico autem longitũdinem ipsius quidem eam esse, quæ est inter polos distantia. Et polorum alterum superam, alterum inferam partem.

b ¶ Excludit duas obiectiones.& primo ponit eas:secundo solui tas eas, ibi {Sed intelligere &c.} Cælum enim est sphæricæ figuræ, & ita omnes partes eius sunt similes. prædictæ autem differentiæ positionum requirunt dissimilitudinem partium, vel in virtute solum, sicut dextrũ & sinistrum:vel etiã in figura, sicut sursum & deorsum,ante & retro, vt dictum est. non ergo videtur quòd huiusmodi positionum differentiæ possint cælo attribui. Secunda obiectio est: quia in omnibus, quibus huiusmodi positionum species attribuuntur, vna pars mouetur ante alteram: sed hoc nõ potest esse in cælo, sed partes eius omni tempore mouentur, vt ipse dicit in octauo Physic. Vnde videtur quòd huiusmodi positiones nõ sint ponendæ in cælo. Secundo ibi.

c ¶ Soluit prædictas obiectiones. & primo primam dicens,quòd nõ oportet propter hoc dubitare, sed hoc modo oportet hoc intelligere in cælo, sicut si aliquam haberet differentiam dextri & sinistri, & secundum figuras partium, & postea circumponat aliquis ei sphæram, non quidem exterius sicut vestimentum, sed sicut corpus coniunctum naturaliter contegens exterius. sic enim quod huiusmodi est, haberet virtutem differentem dextri & sinistri, sed videntur non habere propter similitudinem figuræ,quæ exterius. Et similiter ab alia cæli sunt diuersæ virtutes in diuersis partibus eius, quãuis similibus secundum figuram, per quas prædictæ positiones cęlo attribuuntur. Secundam soluit ibi.

d ¶ Dicit quòd eodem modo non est dubitandum propter hoc, quòd animalia in quibus sunt decem differentiæ positionum, habent principium eius quod est moueri. Et si enim cælum nunquàm incepit moueri, tamen quia motus eius est ordinatus, necesse est in motu eius accipere aliquod principium, vnde motus eius incœperit, si incœpit moueri: & vnde etiam iterum moueri inciperet,si contingeret ipsum stare. Deinde cum dicit.



e ¶ Ostendit secundum quam dimensionem cæli attendatur sursum & deorsum. & primo proponit quod intendit, & dicit, quòd

quòd longitudo cæli est distantia,quæ est inter polos ipsius poli arctici, scilicet ad antarcticum, ita quòd vnus polorum sit sursum,& alius deorsum. Secunda ibi.

f ¶ Probat propositum dupliciter. Primo quidem per rationem:manifestum est enim quòd in quolibet corpore longitudo attenditur secundum maximam dimensionem ipsius. maxima autem dimensio corporis sphærici est secundum diametrum eius: diameter autem in cælo determinatur solum, qui est inter duos polos, qui sunt duo puncta sphæræ immobilia, & semper eodem modo se habentia. quæcunque autem alia puncta protrahantur, indeterminate se habent: & propter hoc per lineam, quę est inter duos polos,maxime attenditur longitudo cęli, qa in his solis punctis cæli videmus determinatam differentiam hemisphæriorum: per hoc quòd huiusmodi poli non mouentur: secundo, ibi {Simul autem &c.} Probat idem per communem modum loquendi: consueuimus enim dicere, quòd latera in mundo non sunt ipsi poli, quos dicimus sursum & deorsum, sed id quod est iuxta polos ex vtraque, scilicet parte eorum,scilicet oriens sit vnum latus mundi,& occidens sit aliud:tanquam distantia polorum sit ipsa longitudo cęli. hoc.n.dicimus laterale qnod est iuxta sursum, & deorsum ex vtra q; parte eius sicut patet in homine. Est autem attendendum, quòd ſm Astrologos considerantes non dimensiones cæli,sed magis dimensiones nostras habitabiles, attenditur longitudo secundum differentiam occidentis & orientis: latitudo autem secundum distantiam meridiei & septentrionis: quia quantitas nostra habitabilis est maior plus in duplo ab oriẽte in occidentem, q̃ a polo meridionali versus æquinoctialẽt quia nec hoc totum habitatur. Deinde cum dicit.

f Differentiam enim in his solum videmus hemisperiorum per non moueri polos. Simul autem & consueuimus dicere latera in mundo,non quod sursum & deorsum,sed quod iuxta polos, tanquàm hoc longitudine existente. Quod enim ad latus, est quod iuxta sursum & deorsum.

g Polorum autem qui quidem super nos apparens quæ deorsum pars est: qui autem nobis immanifestus, quæ sursum.

h Dextrum enim vnumquodque dicimus, vnde principium eius qui secundum locum motus. Cæli autem principium circulationis, vnde ortus astrorum. quare hic vtique erit dextrum, vbi autem occasus, sinistrũ. Si igitur incipit a dextris, & ad sinistra circumfertur, necesse quòd sursum esse immanifestum polum. Si enim erit qui manifestus, ad sinistra erit motus: quod non dicimus.

i Manifestum igitur quia immanifestus polus est quod sursum.

Tex.cõ.15.

Tex.cõ.16.

g ¶ Ostendit quis polorum sit sursum, & quis deorsum: & primo ostendit hoc quantum ad motum cæli stellati: secundo quantum ad motum planetarum, ibi {Sed stellæ quidem &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit: secũdo probat quod dixerat, ibi {Dextrum. n.&c.} Tertio infert conclusionem ex dictis, ibi {Et ibi qdẽ habitantes &c.} Dicit ergo primo, quòd inter Polos ille qui semper apparet sup nos, est pars cæli, quæ est deorsum.i. Polus arcticus: ille autem qui semper nobis est immanifestus,qui dicitur antarticus, propter hoc quòd est ei oppositus, est pars cęli, quę est sursum. Deinde cum dicit.

h ¶ Probat quod dixerat: manifestum est enim quòd in vnoquoque animali dextrum dicimus, vnde est principium motus localis eius: & propter hoc pars dextra animalis est calidior, vt sit magis apta ad motum. principium autem circularis motus cæli,est ex illa parte, vnde astra oriuntur, quæ vocatur Oriens. vnde oriens dicitur dextrum cæli, & per consequens occasus erit sinistrum eius. Si ergo motus cæli incipit a dextris, & circumfertur ad dextrum,tanquam ab eodem in idem, necesse est quòd polus immanifestus,s.antarcticus sit sursum cæli. si enim polus arcticus, qui semper est nobis manifestus esset sursum,sequeretur quòd motus cæli esset à sinistra, & ad sinistram: quòd non dicimus.



¶ Et hoc sic apparet. Imaginemur.n.hoiem cuius caput sit in polo arctico, & pedes in polo antarctico:manus eius dextra erit in occidente,& manus sinistra in oriente:si tñ facies eius sit versus hemisphęrium superius,quod est nobis apparens. cum ergo motus cæli sit ab oriente in occidentẽ,sequeretur quòd sit a sinistro in dextrum. sed si ponamus econuerso, quòd caput huius sit in polo arctico, & pedes in polo arctico,eadem dispositione faciei manente, manꝰ dextra erit in oriente,& sinistra in occidente: & sic motꝰ incipiet a dextra, ſm quod conuenit, & ita manifestũ est quòd sursum cęli est polus imanifestꝰ.

Differentiam enim in solis his hæmisperiorum cernimus, ex quo poli non mouentur: & insuper in mundo non ipsum superum atque inferum, sed ea quæ sunt præter polos, latera dicere consueuimus: quo patet hanc ipsius cæli longũdinem esse. Id est enim latus, quod est præter superum inferumque.

Polorum autem is quidem qui apud nos uidetur, pars infera est: is autem qui nobis manifestus non est, partis rationem superæ subit.

Dextrum enim uniuscuiusque id esse dicimus, unde principium ad locum accomodatæ motionis emerget, Conuersionis uero cæli principium id est, unde oriuntur stellæ. quare hoc erit dextrum, id uero ubi fiunt occasus, leuium. Si igitur a dextris incipit, & circumfertur ad dextra, polum eum qui non uidetur, superum esse necesse est. Si enim erit is qui uidetur, motus ad partes erit sinistras: quod quidem non dicimus.

Patet igitur eum polum, qui non uidetur a nobis, cæli partem superam esse.

Tex.cõ.5.

Vi pars sinistra,hoc in cælo obseruari non vꝰ nam eadẽ pars cæli, q̃ prius est in oriente,posterius aũt est in occidente. & sic si dextrũ est oriens,& sinistrum occidens,eadẽ pars cæli qñq; erit dextra, qñq; sinistra. Sed hoc soluit per hoc,qđ Philosophus dicit in 8. Phy.quòd principiũ mouens cælum non mouet ſm accęs, sicut principium mouens aialia inferiora:huius aũt virtutes, ſm quas attribuũtur pdictæ positiones aialibus, dependent ex principio motiuo:& ideo in aialibus,quę sunt hic,virtus dextra mouetur per accęs moto corpore aialis:sed in cęlo virtus illa intellꝰ,quasi immobiliter stans,etiã partibus cælestis corporis motis: & ideo semper dextrum cæli est in oriente,quãcũq; partem singularem cæli contingat sibi esse, & eadem ratio est de alijs virtutibus. Tertio obiicitur,quòd oriens & occidẽs non videtur cõsse determinata pars cæli, sed ſm orizontem vniuscuiusq; regionis. sic igitur si dextrum & sinistrum attribuitur ortui,& etia occasui, dextrum & sinistrum non erunt determinata in cælo ſcꝫ sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut in corporibus animatis, sed relatione ad nos, sicuti in corporibus inanimatis. Sed dicendum est, quòd propter immobilitatem polorum sursum & deorsum, dicit esse determinata in cælo: dextrum autem, & sinistrum lateraliter se habent ad sursum & deorsum. accipit ergo hic Aristo. ortum, & occasum non per comparationem ad aspectum nostrũ, sed per comparationem ad polos immobiles mundi. Deinde cum dicit.

k ¶ Concludit secundum prædicta differentiam habitationis terræ dicens, qđ ex quo polus immanifestus est sursum, illi qui habitant sub illo polo sunt in hemisphærio superiori, & apud dextrum cæli: nos autem qui in hac parte terræ habitamus, sumus in inferiori hemisphærio, & in sinistra: & hoc est econtrario ei, qđ Pythagorici dixerũt, qui posuerunt nos habitare sursum, & in dextra parte: illos autem deorsum, & in sinistra parte, cum tamen contrariũ accidat secundum prædicta. Hemisphærium autem hic videtur accipere secundum qđ dividitur cælum per circulum æquinoctialem æque distantem ab vtroque polo: & ex hoc patet Ari. hic dicere quòd etiam ex alia parte æquinoctialis aliqui homines habitant, vel habitare possunt in parte opposita nobis. Si qui autem habitant, vel habitaret in duabus quartis terræ, q̃ distinguuntur a nobis per circulum, qui intelligitur secare æquinoctialem ad rectos angulos transeuntem per polos æquinoctiales illi distinguerentur a nobis vtrisque, qui. habitamus sursum & deorsum, tanquam habitãtes in posteriori parte cæli, ab habitantibus in anteriori, inquantum motus cæli posterius ad eos peruenit, vtpote, stellis eis orientibus cum nobis occidũt, & redeuntibus ad principium motus, quod est dextrum in occasu stellarum. Sed cum dextrum & sinistrum æqualiter distent, & lateraliter ab eo quod est sursum & deorsum, videtur inconuenienter dicere, quòd nos qui sumus sub polo arctico, habitemus in inferiori parte, & sinistra: alij autem in superiori, & dextra. Et ad hoc potest dici, quòd Aristo. locutus est secundum gręciam in qua habitabat, quæ quidem est ad sinistram; inquantum est versus occidentem: est autem deorsum, in quantum est sub polo arctico. Sed quia Arist. hic loqui videtur communiter pro habitantibus omnibus in terra nostra habitabili, melius respondetur, quòd ipse loquitur more Pythagoricorum, qui ad idem referebant dextrum, sursum, & ante, & opposita etiam ad idem. Pythagoras autem secundum hoc æstimauit nos esse in parte superiori, & dextra: vel secundum aspectum, quia polus arcticus supereminet nobis, vel magis aspiciens ad motus planetarum, vt immediate patebit. Deinde cum dicit.

l ¶ Ostendit quomodo istæ positiones distinguãtur secundum motus planetarum: & dicit quòd quantum ad secundum motum circularem, qui est planetarum, nos econuerso sumus sursum, & in dextra: illi autem deorsum, & in sinistra: quia principium huius motus econtrario se habet. Incipiunt enim moueri ab occidente, & hoc ideo: quia isti duo motus sunt contrarij, idest, diuersi. nam contrarietas proprie non est in motibus circularibus, vt in primo ostensum est: & secundum hoc accidit nos esse in principio, & illos in fine motus planetarum. & ideo illi videntur esse potiores quantum ad permanentiam, quæ est in primo motu: nos autem quantum ad diuersitatem generationis & corruptionis, & quæ dependent ex secundo motu, vt infra dicetur.

m ¶ Vltimo autem epilogat dicẽs, quòd tanta dicta sint de partibus cæli, quæ determinantur secundum dimensiones cæli, & secũdum locum: non autem secundum materiales partes cæli, vt dictum est.

Tex.c. 17.

a Voniam autẽ non est cõtrarius motus q̃ circũ, ei q̃ circũ, considerãdũ pp quid plures sunt lationes.

b Et quidẽ a longe tẽpestantibus facere quæstioné: longe aũt non sic tanto, multo autem magis, eo quòd accidentium ipsis de oĩno paucis habeamus sensum. Attamen dicamus, causa autem de ipsis hinc sumenda.

k Et ibi quidẽ habitantes in eo qđ sursum sunt hemisphęrio, & apud dextrã: nos autẽ in eo qđ deorsum, & apud sinistrã, ecõtrario q̃ vt Pythagorici dicunt. Illi. n. nos sursum quidẽ faciũt, & in dextra parte: hos autem qui ibi deorsum, & in sinistro, accidit autem contrarium.

l Sed secundæ quidem circulationis, puta eius quę planetarũ, nos quidem in his quæ sursum, & in dextris sumus: illi autem in his quę deorsum & i sinistris, econtrario. n. in his principium motus est, propterea q̃ contrariæ sunt lationes: quare accidit nos quidem esse apud principium, illos autem apud finem.

m De his quidem igitur quæ secundum distensiones partibus. & secundum locum determinatis tanta dicta sint.

LECTIO IIII.

Voniam autẽ non est cõtrarius motus q̃ circũ, ei q̃ circũ, considerãdũ pp quid plures sunt lationes.

b Et quidẽ a longe tẽpestantibus facere quæstioné: longe aũt non sic tanto, multo autem magis, eo quòd accidentium ipsis de oĩno paucis habeamus sensum. Attamen dicamus, causa autem de ipsis hinc sumenda.

k Et ibi quidẽ habitantes in eo qđ sursum sunt hemisphęrio, & apud dextrã: nos autẽ in eo qđ deorsum, & apud sinistrã, ecõtrario q̃ vt Pythagorici dicunt. Illi. n. nos sursum quidẽ faciũt, & in dextra parte: hos autem qui ibi deorsum, & in sinistro, accidit autem contrarium.

l Sed secundæ quidem circulationis, puta eius quę planetarũ, nos quidem in his quæ sursum, & in dextris sumus: illi autem in his quę deorsum & i sinistris, econtrario. n. in his principium motus est, propterea q̃ contrariæ sunt lationes: quare accidit nos quidem esse apud principium, illos autem apud finem.

m De his quidem igitur quæ secundum distensiones partibus. & secundum locum determinatis tanta dicta sint.

LECTIO IIII.

Vm autem conuersio conuersioni non sit contraria, considerandum cur plures sunt lationes.

Quamquàm eminus facere inquisitionem conamur: eminusque non ab eo loco, sed multo magis hoc ipso quod accidentium ipsis cælis per paucorum sensum habemus. Dicamus tamen, atque de ipsis causam hinc sumamus oportet.

Et eos quidem qui illic habitant in hemisphęrio supero esse atque in dextris: nos autem in infero ac sinistris, contra atque Pythagorici dicunt. Illi enim nos supra faciunt dextraque in parte: illos infra atque in leui contrarium autem accidat.

Verum secundæ conuersionis, ueluti uagarum stellarum nos quidem in superis dextri que sumus, illi uero in inferis sunt atque sinistris. Est enim hisce principium motionis contra, propterea quod lationes contrariæ sunt. Quare sit ut nos in principio simus, illi in fine sint collocati.

De partibus igitur per dimensiones locoue dictis, tot a nobis sint dicta.

LECT. IIII.

Postquàm philosophus determinauit de diuersitate partium situalium cęli, hic determinat de diuersitate partium quantũ ad ordinem sphærarum, ostendens videlicet causam, quare in cælo non est vna sphæra tantum circulariter mota, sed sũt plures sphæræ, quæ circulariter mouent. & circa hoc tria facit. Primo ponit dubitationem: secundo ostẽdit difficultatem solutionis, ibi {Ea autem longe tempestatibus &c.} Tertio incipit soluere ibi. {Vnumquodq; est quorũ est opus &c.} Circa primum considerãdum est, quòd si contingeret motus circulares esse contrarios, non esset difficile videre, quare in cælo non est tantum vnus motus circularis, sed plures. Cum enim contraria differant specie, eò quòd contrarietas est differentia secundum formam, vt dicitur 10. Meta. non esset vniuersum perfectum in suis speciebus, si esset vnus motus contrarius, & non alius: puta, si esset motus deorsũm, & non esset motus sursum. quia ergo, vt supra probatum est, vnus motus circularis non est contrarius alteri, oportet diligenter considerare, quæ est necessitas, quòd in cælo essent multi & diuersi motus circulares. Et quæstio satis congrue sequitur ad præmissa, in quibus dictum est, quòd sursum & deorsum, & alia huiusmodi aliter considerantur in cælo quantum ad primum motum, & aliter quantum ad secundum. Deinde cum dicit.

b ¶ Ostendit difficultatem soluendæ quæstionis. hoc enim dicit, est considerandum hominibus, qui tempestant facere quæstionem a longe, idest, de corporibus cælestibus longe a nobis existentibus: cum tamen de his quæ sunt elongata a nobis non possumus habere certum iudicium. Corpora autem cælestia non ita sunt longe a nobis tanto, idest, secundum quantitatem localis distantiæ: sed multo magis eo quòd pauca accidentium eorum cadant super sensum nostrum: cum tamen connaturale sit nobis, quòd ex accidentibus, idest sensibilibus deueniamus ad cognoscendam naturam alicuius rei. hanc autem elongationem dicit multo maiorem esse quàm localem: quia si consideremus localem distantiam, aliqua proportio est distantię, qua distat a nobis corpus cæleste,

cæleste ad distantiam, qua distat a nobis aliquod inferiorum corporum, puta lapis, aut lignum. & vtraque distantia est vnius generis: sed accidentia cælestium corporum sunt alterius rationis, & omnino improportionata accidentibus inferiorum corporum, & tamen quamuis sit difficile, dicamus propter quid est talis diuersitas motus in cælo: & huius diuersitatis causa est accipienda ex his, quę nunc dicentur. Deinde cum dicit.

c ¶ Assignat causam prædictorum, & primo assignat eam per viam compositionis procedendo a primo ad vltimum qđ quæritur: secũdo per viã resolutionis, procedendo ab vltimo qđ quæritur vsq; ad primum, ibi. {Nunc autem tm̃ manifestum est &c.} Circa primũ ponit talem rationẽ. Si cęlum est quoddã corpus diuinum, necesse est motum eius esse sempiternum, & circulare. n, & si motus eius est sempiternus & circularis, necesse est terram esse: & si terra est, necesse est ignẽ esse: si ignis est & terra, est necesse etiam aliqua corpora intermedia esse: si autem sunt huiusmodi corpora, ne cesse est generationẽ esse: si autem generatio est, necesse est dissimiles motus esse in cælo. ergo si cęlum est corpus perpetuum & diuinum, necesse est plures motus esse in cælo, & per consequens plura corpora mobilia. singula igitur per ordinem manifestat, & primo primum. Circa quod considerandum est, quòd Platonici ponebant vnum Deum summum, qui est ipsa essentia bonitatis & vnitatis, sub quo ponebant ordinem superiorum intellectuum separatorum, qui apud nos consueuerunt intelligentiæ vocari: & sub hoc ordine ponebãt ordinem animarum, sub quo ordine ponebant ordinem corporum. Dicebant ergo quòd inter intellectus separatos superiores, primi dicuntur intellectus diuini, propter similitudinem & propinquitatem ad Deum: alij vero non sunt diuini, propter distantiam ad Deum. sicut etiam animarum suprema sunt intellectiuæ, infimæ autem non intellectiuæ, sed irrationales: corpora etiam suprema & nobiliora, dicebant esse animata, alia vero inanimata. Rursus dicebant, quòd suprema animæ, propter hoc quòd dependent ex intelligentijs diuinis. sunt animæ diuinæ, & iterum corpora suprema propter hoc quòd sunt conjuncta animabus diuinis, sunt corpora diuina. Hoc igitur modo Aristot. hic loquitur dicens, quòd vnumquodque, quod habet propriam operationem, est propter suam operationem. Quælibet enim res appetit suam perfectionem, sicut suum finem: operatio autem est vltima rei perfectio, vel saltem ipsum operatum in his, in quibus est aliquod opus præter operationem, vt dicitur in primo Ethicorum. Dictum est enim in 2. de Anima, quòd forma est actus primus: operatio autem est actus secundus, tanquam operatio sit finis operantis: & hoc est verum tam in corporalibus, quàm in spiritualibus, puta, in habitibus animæ: & tam in naturalibus quàm in artificialibus. dicit enim, Quorum opus est, propter ea quæ sunt contra naturam, sicut sunt monstra, quorum non est aliquod opus, inquantum huiusmodi, sed patiuntur defectum operationæ virtutis, vt patet in his qui nascuntur claudi, vel cæci. non enim claudicatio est finis intentus a natura, propter quem faciat nasci claudũ, sed hoc accidit præter intentionem naturæ ex defectu naturalium principiorum. Subdit autem quòd operatio Dei est immortalitas, nominat hic autem Deum, non solum primam causam omnium rerum, sed more Platonicorum, & aliorum gentilium, omnia quæ dicuntur diuina, secundum morem prædictum. Sed videtur quòd immortalitas non sit operatio, sed potius differentia, vel impassibilitas, sicut mortale est differentia, vel passio. Dicendum est ergo, quod immortalitas signat vitam indeficientem. Viuere autem nõ solum nominat ipsum esse viuentis, sed etiã operationem vitæ. sicut. intelligere est quoddam viuere, & sentire, & alia huiusmodi, vt patet in 2. de Anima, & 9. Ethi. & ad hoc exprimendum subiungit. Hæc autem, scilicet immortalitas, est vita sempiterna: propter quod etiam non dicit, quòd Dei operatio sit incorruptibilitas, quæ importat solum sempiternitatem ipsius esse: sed dicit, immortalitas, vt includat sempiternitatem operationis. vnde concludit, quòd si aliquid mobilium dicatur Deus secundum modum prędictum, quòd motus eius sit sempiternus: sicut & siqua substãtia imobilis Deus dicitur, eius operatio est sempiterna absque motu aliquo: quia frustra esset talis res sempiterna non habens operationem sempiternã, propter quam vnaquęque res est. Quia ergo cælum est tale, quòd secundum antiquos Deus dicebatur, non quia sit ipse summus Deus, sed quia corpus eius est quoddam diuinum, propter hoc quòd est ingenitum, & incorruptibile, vt supra ostensum est, inde est quòd habet corpus circulare ad hoc quòd possit semper, & circulariter moueri. Ostensum est enim in octauo Physicor. quòd solum motus circularis potest esse perpetuus. nam super lineam rectam infinitam, nullus est motus, vt etiam in primo probatum est. Super lineam autem rectam finitam non potest esse motus infinitus, nisi per reflexionem, quæ quidem non potest esse sine interpellatione quietis, vt probatur in octauo Physic. Et est attendendum quòd Aristot. hic probat sempiternitatem motus cæli ex sempiternitate corporis eius: qua via non fuit vsus in octauo Physicor. quia nondum probauerat sempiternitatem mundi, sed quia ad motum cæli se habet ipsum corpus cæleste, vt materia & subiectum. primum autem mouens, scilicet Deus, sicut agens, quod facit ipsum esse in actu, ex parte cæli probari potest, quòd sit potens semper moueri: ex parte autem voluntatis diuinæ dependet quòd moueatur in actu vel semper, vel non semper. Deinde cum dicit.

Eorum quod quę, quorum est opus, operis ipsius esse gratia constat. Dei uero operatio immortalitas est: hoc autem est perpetua uita: quare Deo perpetuum inesse motum necesse est. Cur autem cælum sit tale: est enim corpus quoddam diuinum: ideo corpus rotundum habet, quod suapte natura semper conuertitur.

Cur igitur totum corpus cæli tale non est: quia corporis eius, quod uersatur aliquid, id inquam quod, est in medio, manere necesse est. Huius autem manere nulla pars, aut omnino, aut in medio potest. Naturalis enim ipsius motus ad ipsum medium esset: at ipsum suapte natura uersatur. Motus enim sempiternus non esset, quippe cum nihil præter naturam sit sempiternum. Id enim quod est præter naturam, posterius est eo quod est secundum naturam. Sit igitur terra necesse est: hoc enim in medio sanè quiescit. Atque nunc quidem hoc supponatur, posterius autem de ipso dicetur.

Tex.c. 18.

Tex.c. 5.

Tex.c. 17.

Tex.c. 73.

Lec. 16.

Lec. 16. & 18.

Tex. c. 66.

Lec. 19. & 20.

d ¶ Ostendit secundam conditionalem, scilicet quòd si cælum mouetur sempiterno & circulari motu, quòd necesse sit esse terram. Dicit ergo Si ita est, quòd cælum est corpus diuinum, sempiterne & circulariter motum, propter quod ergo non est tale corpus totius cæli, idest totius mundi, vt scilicet quæliber pars mundi esset de natura cælestis corporis? Et ad hoc respondet, quòd necesse est esse aliquod manens, & quietum in medio corporis, quod circulariter fertur. Manifestum est enim quòd omnis motus circularis est circa aliquod medium quiescens, & hoc oportet esse aliquod corpus. Nam hoc quòd dico medium, non est aliquod subsistens, sed accidens alicui rei corporeæ, vt sit mediũ corporis: non est autem possibile quòd tale aliquid sit aliqua pars huius, i. aliqua pars cælestis corporis, vt supra dixerat corpus diuinum, licet oporteat quòd sit pars totius

mundi. Et hoc probat dupliciter, primo: quia nulla pars cælestis corporis vbi potest quiescere vbicunq; cum corpori cælesti conueniat sempiternus motus, vt ostensum est: medium autem, circa quod est motus circularis, oportet esse quietum. Secúdo, quia specialiter non potest esse quòd quiescat in medio: quia si secundum naturam in medio quiesceret, naturaliter moueretur ad medium. vnúquodq; enim naturaliter mouetur ad locũ in quo quiescit, vt in primo habitum est. nulla autem pars corporis cæli naturaliter mouetur ad medium, quia naturalis eius motus est, quòd moueatur circulariter: & sicut in primo habitũ est, vnius corporis simplicis nõ possunt esse duo motus naturales: vnde relinquit, quòd quies partis illius cælestis corporis
Tex.cõ. 19' in medio esset ei contra naturã. & ex hoc sequitur, quòd motus cæli non possit esse sempiternus, qa non potest esse nisi sit aliquid quietum in medio: & si quies
Tex.cõ.30. eius quòd est in medio, esset violenta, sequeretur quòd nõ posset esse sempiterna, & per consequẽs nec motus eius sempitern⁹. Nihil.n.qđ est præter naturam, est sempiternum: qa id quòd est præter naturam, est posterius eo quod est fm naturam, quod quidẽ patet ex hoc: qđ in generatiõe cuiuslibet rei, id quod est præter naturam, est excessus quidam, i. corruptio, & defectus eius quod est secundum naturam: sicut videmus quòd mõstra sunt quædam corruptiones, & defectus rei naturalis: corruptio autem & defectus est naturaliter posterior, sicut priuatio quam habitus. Non autem est possibile id quod est naturaliter prius, nunquam esse: & id quod est naturaliter posterius, esse semper. Vnde patet quòd non est possibile id quod est violentum, esse sempiternum. Id autem quod in medio quiescit, sempiterne quiescit, sicut & cælum sempiterne mouetur. Relinquitur ergo quòd oporteat esse aliquid quod naturaliter quiescat in medio, si motus cæli sit circularis & sempiternus: hoc autẽ quod naturaliter quiescit in medio, est terra, vt infra ostendetur. ergo si cælum moueatur circulariter, & sempiterne, necesse est terram esse. Quod fuit propositum. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit tertiam conditionalem, scilicet quòd si est terra, quòd sit ignis: & primo proponit quod intendit dicens, quòd adhuc, si necesse est terram esse, necesse est & ignem esse. Secunda ibi.

f ¶ Probat hoc duabus rationibus, quarum prima talis est. Si vnum contrariorum est in natura, necesse est etiam quòd alterum sit in natura & hoc quidem probat sic: quia si sit aliquod contrariorum, necesse est quòd sit aliqua natura ei subiecta, vt patet ex primo Physic. est autem eadem materia contrariorum,
Lec.22. vt ibidem ostenditur: & sic oportet quòd materia vnius contra-
Tex. cõ.52. rij habeat potentiam ad aliud contrarium, & sic posset esse in natura, vnde cum nihil sit frustra in natura, necesse est quòd si vnũ cõtrariorum est, quòd & reliquum sit. Ignis autem & terra sunt contraria: quia maxime distant secundum contrarietatem situs, de qua nunc loquimur, inquantum vnum est grauissimum, & aliud leuissimum: quantum autem ad alias qualitates, ignis maxime contrariatur aquæ, sicut calidissimum, frigidissimo: sed nõ loquitur de istis corporibus, nisi secundum eorum situm, sic. n. sunt partes totius vniuersi. Relinquitur ergo quòd si terra est, necesse est & ignem esse. Secundam rationem ponit ibi.

g ¶ Circa quam considerandum est, quòd semper contraria se habent secũdum prius, & melius, vt dicitur i primo Physica. i. quòd vnum est priuatio & defectus respectu alterius, sicut frigidum respectu calidi, & nigrum respectu albi. Manifestum est autem quòd affirmatio, i. oẽ quod positiue dicitur, vt aliquid completum, est prius eo quod dicitur per priuationẽ & defectum, sicut calidum est prius frigido: quies autem & grauitas, quæ attribuuntur terræ, dicũtur per priuationem leuitatis & motus, quę attribuunt igni. ergo ignis naturaliter est prior terra: posito autem posteriori ponitur prius. ergo necesse est qđ si est terra, quòd sit ignis. Et est considerandum, quòd Plato in Timæo probauit esse terram, & ignem per hoc, quòd necesse est corpora esse visibilia propter ignem, & passibilia propter terram. De inde cum dicit.

h ¶ Ponit quartam conditionalem, i. qđ si est ignis, & terra, quòd sint media elementa: quia vnumquodq; elementorũ habet aliqualiter cõtrarietatem ad vnũquodque aliorũ triũ: sicut terra contrariatur igni secundum contrarietatem grauis & leuis, & calidi & frigidi: aeri autem secundum contrarietatem calidi & frigidi, humidi & sicci: & hoc quidem dicit infertius manifestandum, præcipue secundo de Generatione. Vnde re- Tex.c.19.
linquitur, si sint duo elementa, quòd necesse est esse alia duo, ex hoc quod probatum est, quòd si necesse est esse vnum contrariorum, necesse est esse alterum. Plato autem probauit ex extremis elementis, quòd necesse est esse media per proportiones numerales: quia inter duos cubicos numeros necesse est esse duos alios numeros secundum continuam proportionalitatem, sicut cubicus binarij est octonarius: cubicus autem ternarij sunt 27 inter quos cadunt media in proportione: 18. 12. quæ omnia se habent secundum sexquialteram proportionem. Deinde cum dicit.

i ¶ Probat quintam conditionalem, scilicet quòd si sint huiusmodi corpora, necesse est esse generationem & corruptionem. Quod quidem probat duplici ratione, quarum prima est: quia contraria agunt, & patiuntur abinuicem, & seinuicem corrumpunt, vt probabiliter probatur in libro de Generatione: sed prædicta corpora sunt contraria adinuicem, vt dictum est. ergo seinuicem corrumpunt, & ita necesse est esse generationem & corruptionem. Secundam rationem ponit ibi.

k ¶ Quæ ratio talis est. Non est rationabile, quòd sit aliquod corpus sempiternum, cuius motus non potest esse sempiternus: quia motus est operatio corporis mobilis, & omnis res est propter suam operationem, vt dictum est: sed prædicta corpora, scilicet elementa, habent motus rectos, qui non possunt esse sempiterni, vt in octauo Physicorum probatur. ergo ipsa non Lec.16.
possunt esse sempiterna, sed necesse est, quòd sint generabilia & corrupti-

e Sed adhuc si terram, necesse & ignem esse.

f Contrariorum enim si alterum natura, necesse & alterum esse natura. Si vero sit contrarium, & esse quandam ipsius naturam. Eadem enim materia contrariorum.

g Et priuatione prius affirmatio, dico autem puta, calidum frigido. Quies autem & grauitas dicuntur per priuationẽ leuitatis & motus-

h Sed adhuc siquidem est ignis, & terra, necesse & intermedia ipsorum esse corpora. Contrarietatem.n.habet vnumquodq; ad vnumquodq; elementorum. Supponatur aũt & hoc nũc, posterius aũt tentandũ ostendere.

i His autem existentibus manifestum, quoniam necesse est generationem esse, eo quòd nullũ ipsorum possibile est esse sempiternum. Patiuntur.n.& agunt contraria abinuicem, & corruptiua inuicem sunt.

k Adhuc autem non rationabile est esse aliquod mobile sempiternum, cuius non cõtingit esse fcm naturã motum sempiternum. Horum aũt est motus. Qđ quidem igitur necessariũ esse generationem, ex his manifestũ.

At si terram esse necesse est, ignem etiam esse necesse est. Tex.cõ.55.

Contrariorum enim si alterum est natura, & alterum esse natura necesse est, si sit contrarium, atque aliquam ipsius esse naturam. Est enim eadem contrariorum materies.

Et affirmatio priuatione est prior, veluti calidum frigido. Quies uero ac graue per leuitatis motusue priuationem dicuntur.

Atqui si terra est atque ignis, ea quoque corpora esse quæ sunt inter ipsa, necesse est. Elementorum enim unumquodq; contrarietatem ad quodque nimirum habet. Atque hoc etiam nunc supponatur, posterius autem est demonstrandum.

Hæc cum sint, patet necessario generationem esse, propterea quod nihil ipsorum perpetuum esse potest. Agunt enim intereße contraria ipsa, mutuoque a seße patiuntur ac corrumpuntur.

Non est præterea consentaneum rationi, mobile quippiam perpetuum esse, cuius motus secundum naturam perpetuum esse non potest. at horum est motus. Ex his igitur patet necessario generationem esse.

& corruptibilia, & ita necesse est, quòd generatio & corruptio fiat. Deinde cum dicit. A

l Probat sextam conditionalem, scilicet quòd si sit generatio, quòd necesse est alium esse motum circularem præter primum, aut vnum esse plures, quia cum primus motus circularis, qui est suprema sphæra reuoluentis totum cælum ab oriente in occidentem sit vniformis, non causaret diuersam dispositionẽ in corporibus inferioribus, & ita elementa, & alia corpora similiter se haberent adinuicem: vnde nõ esset generatio, & corruptio. & hoc manifestabitur magis in sequentibus, scilicet in secundo de Generatione. vnde necesse est esse alium motũ, qui est per obliquũ circulũ, qui proprie causet generationem & corruptionem per elongationem, & propinquitatem planetarum ad nos: sicut primus mot⁹ causat per manentiam, & sempiternitatem in rebus. Quærit autem Alexander, si cessãte motu cœli, si elementa cõtraria remanerẽt, vtrum seinuicem corrumperent: & dicit quòd sic, propter contrarietatem ipsorũ: non tamen esset generatio, & corruptio ordinata secundum quandam reciprocationẽ, vt scilicet nũc ex calidis generẽtur frigida, nunc è conuerso: sed contingeret sicut Eraclitus posuit, quòd quandoq; omnia fierent ignis: nam ordinatio reciprocæ conuersionis inuicem est etiam p virtutem cœli. Sed melius est dicere, qđ cessante motu cœli, omnis motus corporum inferiorum cessaret, vt Simplicius dicit: quia virtutes inferiorum corporum sunt sicut materiales & instrumentales respectu cœlestium virtutum, ita quòd non mouent nisi motæ. Deinde cum dicit. Tex.22.

m ¶ Recolligit eandem rationem ordine resolutorio, & dicit, quòd hoc nunc manifestum est, propter quam causam oportet esse plura corpora circulariter mota: quia scilicet necesse est esse generationem. generationem autem necesse est esse, si est ignis, & alia corpora: ignem & alia huiusmodi corpora necesse est esse, si sit terra, quam quidem necesse est esse: quia necesse est esse aliquid sempiternæ quiescens in medio, si aliquid est circulariter motum.

l Si autem generationem necessarium, & aliam esse lationem aut vnam, aut plures: secũdum enim eam quæ totius simpliciter necessarium habere, & elementa corporum adinuicem. Dicetur autem & de hoc in sequentibus planius.

m Nunc autem tantum manifestum est, propter quam causam plura sunt circularia corpora, quia necesse generationem esse. Generationem autẽ si quidem & ignem, hunc autem & alia, siquidem & terram, hãc autem quia manere necesse est aliquid semper, siquidem moueri aliquid semper. B

Nunc tantum patet, quam ob causam plura sunt corpora, quæ uersantur, generationem enim ße necesse est. & generationem si & ignem esse necesse est, & hanc propterea quod consistant aliquid maneatque semper necesse est, & si moueri quippiam semper oportet.

LECTIO V.

a Figuram autem sphæricam necesse est habere cælũ. Hæc enim propriissima & subiecto, & natura prima. Dicamus autẽ vniuersaliter de figuris quæ est prima & in planis, & solidis. Tex.22.

b Omnis itaque figura plana aut rectilinea est, aut circularis: & recti linea quidem a pluribus continetur, circularis autem ab vna. Quoniam autem prius natura, in vno quoque genere unum multis, & simplex compositis, prima vtique erit planarum figurarum circulus.

c Adhuc autem siquidem perfectum est, cuius nihil est extra accipere eorum quæ ipsius possibile est, quemadmodum determinatum est prius: & rectæ quidem appositio est semper,

LECTIO V.

a Figuram autem cælum votũdam habere necesse est. C *Hæc enim est accommodatissima substantiæ ipsius, & natura etiam prima. Dicamus autem uniuersaliter quæ nam & in planis, & in solidis figura sit prima.*

Omnis itaque figura plana aut a rectis lineis, aut a circumferentia continetur: & illa quidem a pluribus, hæc ab una linea solum. Cum unum igitur in unoquoque genere prius sit multis natura, compositoque simplex, figurarum planarum profecto circulus erit prima. D

Præterea si perfectum id est, extra quod nihil eorum quæ sunt ipsius accipi potest, quemadmodum prius est definitum, & lineæ quidem rectæ semper additio fieri potest, li-

b Ostquàm Philosophus determinauit de perpetuitate cœli, & diuersitate partium eius, hic determinat de figuris ipsius, & primo ostendit cælum esse figuræ sphericæ, secundo ostendit quòd hæc figura per se in ipso exultit, ibi¶ Sumet autem vtique quis &c.¶ Circa

perficialis figura plana. Secundo ibi.

b ¶ Probat propositum. & primo quantum ad figuras superficiales: secundo quantum ad corporales, ibi¶ Similiter autem sphæra &c.¶ Circa primum ponit rationes duas, quarum prima est. Omnis figura plana, idest superficialis, aut est rectilinea, sicut triangulus, & quadratum: aut est circularis, sicut ipse circulus: omnis autem rectilinea figura continetur à pluribus lineis, & non ab vna sola. vna enim sola linea recta non porrigitur nisi ad vnam partem. de ratione autem figuræ est quòd sit terminata ex omni parte: sed circularis figura comprehenditur ab vna sola linea, quæ vndique porrigitur. in vnoquoque autem genere vnum est prius multitudine, & simplex est prius compositis: vnde relinquitur, quòd inter superficiales figuras circularis est prima. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Perfectum dicitur esse id, extra quod nihil est accipere eorum quæ possunt ipsi conuenire. sicut homo dicitur esse perfectus, cui non deest aliquid eorum quæ ad hominem pertinent, & hoc determinatum est priustam in Tertio Physicorum

Universidad de Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum quam in principio huius libri. videmus autem, quòd recta linea semper potest fieri appositio, quantum est ex natura ipsius lineæ, licet forte ex aliqua causa non posset ei aliquid aliud apponi sicut diametro totius mundi: & hoc manifestum est, si linea recta sit finita. vnde omnis linea recta finita est imperfecta. de infinita autem manifestum est, quòd sit imperfecta: caret enim fine quem nata est habere. lineæ vero circulari non potest fieri additio: quia finis eius coniungitur principio. Vnde manifestũ est, quòd linea continens circulum est perfecta: perfectum autem est prius imperfecto, simpliciter quidem natura & tempore, in vno autem & eodem perfectum prius est natura, sed imperfectum est prius tempore. sicut aliqs homo prius est puer quàm vir perfectus, tamen vir perfectus est prius natura, quia hoc est quod natura intendit. simpliciter autẽ etiam tempore perfectum est prius: nam puer ab aliquo viro generatur. Sic igitur patet, quòd propter hanc rationem etiã circulus est prima superficialium figurarum. Deinde cum dicit.

T. c. 25. d ¶ Ostendit quæ sit prima figurarum corporalium & dicit, quòd similiter sphæra est prima inter figuras solidas, idest corporeas: quia sola sphærica figura continetur in vna sola superficie, quæ vndiq; ambit corpus sphæri cum: figuræ autem rectilineæ corporales continentur pluribus superficiebus: sicut corpus cubicum sex superficiebus, & pyramis, & angularis quatuor. Sicut enim se habet circulus in superficiebus, ita se habet sphæra in solidis, idest, in corporibus. Deinde cũ dicit.

Te xc.26. e ¶ Ostendit propositum per opiniones aliorum, & ponit duas opiniones, quarum prima est corũ, qui resoluunt corpora in superficies, & ex superficiebꝰ generãtur corpora, quia sólam sphæricam figuram inter figuras solidas non resoluunt in plures superficies, eò quòd continetur; vna sola superficie. Alias vero figuras resoluunt in plures superficies, sicut pyramidem in quatuor superficies triangulares. Talis autem diuisio corporum in superficies non est per illum modum, quo corpus aliquod diuiditur in suas partes corporeas; sic enim & sphæ

circulari autem nequaquàm, manifestum quia perfecta utique erit continens circulum. Itaque, si perfectum prius imperfecto, equidem propter hoc prior erit utique figurarum circulus.

d Similiter autem & sphæra solidorum. Illa enim sola continetur vna superficie, rectilineæ autem pluribus. sicut. n. se habet circulus in planis, sic sphæra in solidis.

e Adhuc autem diuidentes ad plana, & ex planis corpora generantes, testificari uidentur his. solam enim solidorum non diuidunt sphæram, tanquàm non habentem plures superficies, quàm unam. Diuisio enim ad plana non ut utique incidẽs quis in partes diuidet, quasi totum hoc diuidat modo, sed ut ad alteram speciem. Quod quidem igitur prima est sphæra solidarum figurarum palam.

f Est autem & secundum numerum ordinem assignantibus sic positis rationabilissimum, circulum quidem secundum vnum, trigonum autem secundum dualitatem quoniam duo recti. Si autem secundum trigonum unum, circulus non erit figura. Quoniam autem prima quidẽ figura primi corporis, primum autem corpus, quod in extrema circunferẽtia, sphæricum vtique erit quod fertur circulatione.

g Et continuũ igitur illi, sphærico enim continuum sphæricum est. Similiter autem & quę ad medium horum. Quæ enim a sphærico contenta & tacta, tota sphærica necesse est esse. Quę.n.deorsum planetarũ tãgunt ea quæ supra sphærã: quare sphærica utique erit omnis latio. Omnia enim tangunt, & continua sunt sphæris.

ra diuiditur in suas partes: sed hæc est diuisio, quasi in ea quæ differunt specie, ab eo quod diuiditur. Sic igitur concludit, planum esse, quòd sphæra sit prima solidarum figurarum. Secundam opinionem ponit ibi.

f ¶ Et dicit quòd quidam assignauerunt ordinem figurarum secundum species numerorum, adaptando figuras numeris. Et secundum hoc dicit rationabilissimũ esse, quòd circulus adaptetur vnitati propter hoc, quòd est prima, & simplicissima figurarum: triangulus autem adaptetur dualitati pp hoc, qđ anguli trianguli adæquãtur duobꝰ rectis. Si autem accipere tur vnitas secundum triangulum, sequeretur quòd circulus, qui est naturaliter prior triangulo, esset extra genus figuræ, si triangulus esset prima figurarũ. Probata Minori syllogizat ad propositũ & dicit, quòd quia prima figura debetur primo corpori, cum primum corpus sit id quod est in extrema circunferẽtia totius mundi, consequens est, quòd tale corpus, quod circulariter fertur, etiam ipsum in seipso sit sphæricum. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit etiã, quòd inferiora cęlestia corpora sint sphærica, & dicit quòd ex quo primum corpus est sphæricum, cõsequẽs est, quòd & corpus consequens continuum illi, idest immediate coniũctum ad ipsum, sit sphæricum. Illud enim corpus, quod est continuum, idest, immediate cõiunctũ sphærico, oportet quòd etiam sit sphæricũ, & hoc est verum, si corpus primum sit sphæricum non solum secundum suum conuexum, sed etiam secundum suum concauum. Cum enim eadem natura sit primi corporis in concauo & conuexo, oportet quòd utrobique habeat eandem figuram. Eadem ratio est de corporibus aliis, quæ sunt in medio horum contenta

Eodem sphæra modo solidarum si G *gurarum prima erit figura. Sola nanque ab una superficie continetur: rectarum uero linearum figuræ a pluribus continetur. Vt enim in planis circulus sese habet, sic in solidis sphæra.*

Qui præterea solida diuidunt in H *plana, atque ex planis corpora generant, hi testes suisse uidentur. solam eam figurarum solidarum sphæram non diuidunt, ut non plures superficies quàm unam habentem. Diuisio enim in plana non perinde efficitur ut quispiam diuidens in partes diuidat totum, sed ut in specie diuersa. Patet igitur sphæram figurarum esse solidarum primam.*

Est insuper maxime consonum ra- I *tioni, si ordo per numerum etiam assignatur, hoc ipsam modo disponere unitatem quidem circulo, dualitatem autem triangulo tribuendo, cum duobus æquales suos angulos habeat rectis. Si uero unitas triangulo tribuatur, circulus non erit sane figura. Cum autem prima figura primi sit corporis, primum uero corpus id sit, quod est ultima in conuersione, rotundum id erit sane quod fertur conuersione.*

Et id ergo quod illi hæret: quod K *enim hæret rotundo, id rotundum etiã est. Similiter & ea, quæ in medio collocãtur: ea nanque quæ a rotundo corpore continentur, ac tangunt, rotunda esse cuncta necesse est. At quæ sunt subuagarum sphæra, superam sphæram tangunt, quare ipsum uniuersum rotundum erit. Omnia nanque tangunt, hærentque sphæris.*

ab istis, oportet ea sphærica esse. Illa enim corpora, quæ continentur, & continguntur a corpore sphærico secundum suum conuexum, & per consequens secundum concauum, sunt unius naturæ. Cum igitur sphæræ planetarum inferiorum contingãt sphæram superiorem, sequitur, quòd tota latio, idest, totum corpus quod circuitur, habeat sphæricam figuram; quia omnia illa corpora

corpora cęlestium sphærarum seinuicem tangunt, & sunt continua, idest, immediate sibi inuicem coniuncta. Nec est aliquod corpus intermedium, quod suppleat vacuitatem sphærarum, vt quidam ponunt: sequeretur enim illa corpora esse otiosa, cum non haberent motum circularem.

LECTIO VI.

T.c.27. a Ostquàm Philosoph⁹ ondit, qđ cęlũ est sphęricę figurę ex eo quòd hæc figura est prima figurarum, hic ostendit idem ex eo, quòd hæc figura est conuenientissima cęlo. & primo ex eo qđ est propria cęlo quãtum ad hoc, quòd est vniuersaliter continẽs omnia corpora: secundo quantũ ad hoc, quòd motus eiꝰ est vniuersalis mensura omnium motuum, ibi Adhuc autẽ siquidem &c. Circa primum, præmittit duas suppositiones i superioribus manifestatis. Quarum prima est, quòd cœlum mouetur circulariter hoc enim etiam ad sensum videtur, & supponitur ex probationibus primi libri. Secunda autem suppositio est: ex quo ostensum est in primo libro in capitulo de Vnitate mundi, scilicet quòd extra extremam circulationem supremę sphæræ non est vacuum, nec locus. Et ex his suppositionibus ex necessitate concludit, quòd corpus cęli sit sphæricum. Oportet enim quòd aut habeat figuram, rectilineam totaliter, aut oportet quòd habeat quantum ad aliquam partem circularem figuram, quæ tamen non perueniat ad perfectionem sphęræ. Si vero corpus cęli sit vere rectilineum, puta cubicum, vel pyramidale, sequeretur quòd extra cęlum sit aliquis locus, & aliquod corpus, & aliquod vacuum. Quam quidem consequentiam ex hoc probat, quòd corpus rectilineum, si circulariter vertatur, non permanebit in eodem loco secundum omnes partes suas: immo sequeretur quòd ubi primo erat aliqua pars eius, nunc nulla pars est: & quòd iterum vbi nunc non est aliqua pars eius, iterum erit aliqua pars eius, & hoc propter permutationem angulorum. Cuiuslibet enim corporis rectilineæ figuræ oportet esse aliquos angulos corporales præmi nentes cæteris partibus: quia linea ducta a medio talis corporis, est maior linea ducta ad aliquem punctum designatum in superficie plana eius: & si quando secundum vertionem corporis linea terminata ad angulum, peruenerit ad locum, in quo erat linea ducta ad aliud punctum quod est inter angulos, accipiet plus de loco, & ita erit corpus, vbi prius non erat, & subsequens linea, quæ pertinget ad locum anguli non poterit occupare totum locum, qui occupabatur ab angulo: & ideo vbi nunc non est corpus, prius erat. Sic ergo extra illum locum, in quo nunc est cęlum, potest esse aliquod corpus, idest, aliqua pars eiusdem cęli, & per consequens est ibi locus, qui est corporis receptaculum, & consequenter est ibi vacuum, quod nihil aliud est, quàm locus non plenus corpore, cuius est capax. Sed quia etiam sunt quædam figuræ non habentes angulos, quæ tamen nõ sunt sphęricæ, ideo idem ostendit consequenter de huiusmodi figuris, & dicit, quòd simile inconueniens sequitur, si attribuatur cælo aliqua alia figura, a cuius medio non omnes lineæ protractæ sint æquales, quod est proprium sphæræ. Et has figuras dicit esse duas, lenticularem, scilicet & oualem. In figura enim ouali, linea quæ designat longitudinem est maior ea quæ designat profunditatem. Est enim figura oualis, quasi ex duabus pyramidalibus rotundis coniunctis in basi. figura autem lenticularis est quasi facta ad modum rotæ, cuius latitudo est maior, quàm grossities. In omnibus enim huiusmodi figuris accidit fieri aliquem modũ, quòd extra vltimum motum supremæ sphæræ est locus, & vacuum: propter hoc quòd totũ, secũdum omnes partes suas non semper retinet eundem locum. Et hoc quidem accidit si pars, super quos reuoluitur corpus oualis figuræ, accipiatur ex parte minoris diametri, & circumuoluatur, & sic occupabit vnum caput oui motum aliquem locum, in quo prius nulla pars oui erat. Si vero longitudo oui acciperetur in motu ipsius axis immobilis, fieret reuolutio semper secũdum partes circulares, ita quòd una pars succederet alteri. & similiter est etiã imaginandum in figura lenticulari, & ita est est de figura columnari, & de quacunque alia huiusmodi. Vnde patet, quòd sola sphærica figura est, quæ a quacunque parte moueatur, non occupat de nouo aliquem locum secundum aliquam sui partẽ, sed semper vna pars eius succedit alteri: vnde talis figura est conuenientissima cælo. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat idem ex alia ratione, quæ sumitur ex mensura motuum, vt habitum est in 4. Physicorum, & huius rationem assignat: quia solus motus cęli est continuus, & regularis, & sempiternus. Aliter enim per ipsum motum cęli non posset certificari quantitas aliorum motuum, quod est mensurare ipsos. Si enim non esset motus cæli continuus, sed interpolatus, nõ esset æqualitas temporis inter motum mensurantem, & mensuratum. Si autem non esset regularis, sed quandoque velocior, quandoque tardior non haberet in se certitudinem determinatam, per quã posset certificari quantitas aliorum motuum. Si autem nõ esset sempiternus, non mensurarentur secundum ipsum motus, qui fuerunt ante, & qui fuerunt post. secundum opinionem ponentium motum secundum suum genus esse æternum. His autem suppositis argumentatur ad propositum sic. Manifestum est, qđ id quod est minimum in vnoquoque genere, est mensura illius generis, vt habetur in 10. Metaphysicorum: sicut in melodia tonus, & in ponderibus vncia, & in numeris vnitas. manifestum est autem, quòd minimus motus est, qui est velocissimus, qui scilicet habet minimum de tempore, quod est mẽsura motus. omnium ergo motuum velocissimus est motus cæli. Et accipitur hic motus velocissimus, qui citius peragit cursum sum ex parte breuitatis temporis, licet non supponatur equalitas ex parte magnitu-

Lec.4. Lec.21. T.c.28.

Lect. 2. Tex.c.3.

LECTIO VI.

a Dhuc autem quoniã videtur & supponitur circulariter circũferri totum, ostensum est autẽ, quia extremæ circulationis neque vacuum est exterius, neque locus, necesse & propter hoc sphæricũ esse ipsum. Si. n. erit rectilineum, accidet & locum extra esse, & corpus & vacuũ. Circulo enim versum rectilineum, nequaquàm eidem immorabitur regioni, sed vbi prius erat corpus: nunc nõ erit, & vbi nunc non erit, iterum erit propter permutationem angulorum. Similiter autem & vtique si qua alia figura fiat non æquales habens ex medio lineas. puta lenticularis, aut oualis. In omnibus enim accidet & locũ extra, & vacuum esse lationis, propterea quòd non eandem regionem detinet totum.

b Adhuc autem si quidem motuum mensura, quæ cæli latio, quia est sola continua & regularis, & sempiterna: in vnoquoque autem mensura quod minimum. Minus autem motus, qui velocissimus, velocissimus vtique erit omnium motuum cæli motus. Sed adhuc earum quę a seipso ad seipsum minima est quæ circuli linea, secundum minimam autẽ velocissimus mo-

Præterea cum uideatur ac A *supponatur uniuersum ipsum uersari, demõstratumque sit extra conuersionem extimam neque locum, neque uacuum esse, rotundum ipsum esse ob hæc etiam ipsa necesse est. Nam si* B *rectarum linearum erit figuræ, euenieт & locum esse, et corpus uacuum extima. nam cum rectarum linearum figura uersatur, nunquam eundem occupabit locum, sed ubi prius erat corpus, nunc non erit, & ubi nunc non erit: rursus ob angulorum transitionem erit. Eadem euenient & si quispiam aliquam figuram aliam ipsi tribuerit, non habentem eas lineas. quæ ex medio progrediuntur, æquale, ueluti lentis figuræ simulem. aut oui. In omnibus enim* C *euenieт & locum esse, & uacuum extima cælum, propterea quod totũ non eundem occupat locum.*

Præterea si cæli latio quidem men- D *sura est motuum, propterea quod sola continuus est, & uniformis sempiternusque motus. In unoquoque autem genere mensura id est, quod est minimum. Minus uero motus his est celerrimus, patet cæli motum omnium motuum celerrimum esse. At eorum quæ ab eodem ad idem per-* E *gunt, minima ipsius circuli linea est: per minimam autem est motus*

magnitudinis, super quam transit motus, sicut supponitur in 6. Physicorum. vbi dicitur, quòd velocius est quod per transit in minori tempore æquale spatium, vel etiam maius. Vnde hic subditur, quòd velocissimus motus attenditur secũdum minimã magnitudinem. Inter omnes autem lineas, quæ ab eodẽ in idẽ redeunt, minima est circularis: quia in figuris rectilineis sunt anguli, ad quos lineę protractæ a medio, sunt maiores, & sic anguli illarum figurarum excedunt lineam circularem. Et ideo oportet, quòd cælũ quod mouetur circulariter quasi ab eodem in idem, & velocissimo motu, qđ motus eius sit super lineam circularem. Et ita oportet, quòd ipsum sit sphęricum. Deinde cum dicit.

T.c.31.

c ¶ Ostendit quòd cælum sit sphæricæ figuræ ratione sumpta ex corporibus inferioribus. & primo ponit rationem: secundo probat quod suppositum fuerat, ibi: Sed & quòd aquæ superficies &c.: Dicit ergo quòd aliquis potest sumere fidem ad ostẽdendum cælum esse sphæricum ex corporibus inferioribus, quæ sunt collocata circa medium mundi. Aqua enim est circa terram, licet non ex omni parte cooperiat terram, quòd est propter necessitatẽ generationis, & conseruationis vitæ, maximę animalium & plantarum: aer autẽ circundat aquã: ignis autem circundat aerem. Et secundum eadem rationem superiora corpora circundãt inferiora vsque ad supremum cælũ.

Texc.30.

Huiusmodi enim corpora non sunt continua, ut sit totum vnũ corpus: quia sic non esset quodlibet ipsorum sphæricum, sed tumpars enim corporis continui non est actu figurata, sed hæc corpora tangunt seinuicem absque aliqua interpollatione alterius, vel etiam vacui, vt Democritus posuit: & hoc supra nominauit continuum. superficies autem vnius horum interiorum corporum est sphærica: illud autem, quod continuatur, ideſt, sine interpollatione coniungitur corpori continenti, aut etiam quod mouetur circa corpus sphæricum contentum, necesse est esse sphæricum. Vnde ab inferiori probari potest ascendendo vsque ad supremum cælum, quòd cælum sit sphęricum. Sed videtur quòd hęc probatio non habeat necessitatem. Si enim detur quòd aqua sit sphæricæ figuræ, ex hoc manifestabitur, quòd aer sit sphęricę figuræ, quantum ad eius concauum, non autẽ oportet, vt videtur, quòd quantum ad conuexum. Ad hoc igitur respondet Alexander, quòd ex hac demonstratione probatur, corpora mundi esse sphærica, quantum ad concauum. sicut ex priori quando procedebat a supremo cælo procedendo probabatur quòd hęc corpora essent sphærica quantum ad suum conuexũ. & secundum hoc neutra demonstrationum est sufficiens sine alia, sed ex duabus vna demonstratio conficitur, quod videtur esse contra intentionem Aristotelis, qui vtranque demonstrationem diuisibiliter inducit, quasi vtraque sit per sufficiens. Et ideo dicendũ est, sicut Simplicius dicit, quòd per hanc demonstrationem sufficienter probatur corpora mundi esse sphærica non solum quantum ad concauum, sed etiam quantum ad conuexũ. Quòd enim superficies concaua aeris sit sphærica patet ex hoc, quòd superficies cõuexa aquæ est sphærica. Quòd autem superficies aeris conuexa sit sphęrica, patet eodem modo sicut de aqua, qa scilicet omnes partes eius æqualiter concurrunt ad suum locum, & sic patet qđ etiam superficies cõcaua ignis sit sphærica. Quòd autem superficies ignis conuexa sit sphærica, patere potest cum ex eo quòd cõtinuatur cũ sphæra Lunæ: vnde & simul reuoluitur cum ea, ut manifeste apparet ex motu stellę comatæ, quæ mouetur ab oriente in occidentem secundũ motum cæli. tũ etiã ex hoc partes ignis mouentur vndique equaliter ad suum vbi. Deinde cum dicit.

d Sed & quod aquę superficies talis, manifestum suppositionẽ sumentibus quia nata est semper fluere aqua in magis concauũ cõcauius autem quod cẽtro propinquius. Ducantur igitur ex centro, quę A B & quæ AG & adiungatur in qua B G. ducta igitur ad basem A D, minor est earũ quę ex centro profundior igitur locus. Quare circunfluet aqua donec vtique æquetur: equalis autem his quę ex centro quę A E. Itaque necesse apud eas, quæ ex centro est aquam, tunc enim quiescet. Tangens autẽ eas, quæ ex centro circulari. Sphærica igitur aquæ superficies, in qua B E G.


celerrimus. Quare si cælum conuerti tur celerrimeque mouetur, rotundum ipsum esse necesse est.

Sumere etiam quispiam & ex bisce corporibus, quæ circa medium collocantur, hanc fidem potest. S enim aqua quidem est circa terram, aer autem circa aquam, & ignis circa aerem collocatur, & supera corpora per rationem eandem ita se habent. Etenim continua quidem non sunt, tangunt autem hæc: aquæ uero superficies rotunda est sane, atque quod rotundum tangit, circaque rotundum est situm, & ipsum tale esse necesse est. Patet hac etiam ratione cælum rotundum esse.

At uero superficiem aquæ talem esse putabit, si suppositionem sumpserimus, aquam suapte natura semper ad magis cõcauum locum confluere, & eum locum magis concauum esse, qui est propinquior centro. Ducantur igitur ex A centro rectæ lineæ A B, & A C: & ex B in C linea producatur B C, ad quam ab A perpendicularis ducatur A D, & protrahatur in E: patet itaque lineam A D minorem esse lineis A B, & A C. ergo hic locus magis concauus est: quare affluet, aqua quousque fuerit in æqualitatem redacta. At A E æqualis est hisce, quæ a cẽtro sunt ductæ. Quare aquã ipsam in hisce esse, quæ sunt ex centro ductæ necesse est. tunc enim quiescit. At eã quæ tangit eas, quæ sunt ex centro ductæ, circunferentia est. Rotunda est ergo superficies aquæ, quæ quidem est B E C.

Signetur igitur in linea B G, quæ est basis trianguli puncti D, & ducatur a centro linea, quæ est A D, hanc lineam necesse est esse minorem vtraque duarum linearum a centro procedentiũ. Si enim esset equalis, tunc omnes tres lineę essent ab eodem puncto procedentes, & ita linea B D G, transiens per summitates earum esset circularis, ut ex 3. Euclidis patet, quod est contrà positum, quo posuimus lineam B G, esse lineam rectam. suppoſito ergo quòd linea A D sit minor, sequetur quòd punctum D minus distabit a cẽtro. & ita locus ille erit profundior, vel magis infimus. Vnde sequitur secundum suppositionem præmissam, quòd aqua, quæ est in puncto G & in puncto B, circunfluet ad punctum D, donec adæquetur locus medius aliis duobus extremis, & sic linea tota adæquata duobus extremis ex concursu aquæ, linea A E. oportet igitur quòd aqua sit apud omnes lineas egredientes a centro æquales. Tunc enim solum aqua quiescit quando omnes lineæ sunt æquales: sed linea quę tangit tres lineas egredientes a cẽtro æquales, est circularis, vt probatur in 3. Euclidis. Sequitur ergo quòd superficies aquæ, in qua describitur linea B E G, sit superficies sphærica. & hoc est quod demonstrare intendit. Deinde cũ dicit.

Concludit



e ¶ Concludit ex præmissis manifestum esse, quòd mundus sit sphęricus, cum propter corpus primum quod continet totum mundum, tum etiam propter alia corpora ab eo contenta. Sunt autem apud nos quædam corpora sphærica, quæ tamen non per fecte habent sphęricã figuram, sicut ipsum corpus terræ dicitur esse sphæricum, cum tamẽ habeat magnas eleuationes montiũ, & concauitates vallium. in corporibus etiam artificialibus, quæ sunt apud nos sphærica, inueniuntur aliquę tumorositates, vel depressiones, quibus non obstantibus huiusmodi artificiata dicuntur esse sphæricæ figuræ: quia huiusmodi additiones vel subtractiones secundum sursum quasi non apparent. Sic igitur credatur hoc etiã accidere in corpore cælesti. Addit quòd est etiã secundum diligentiam tornatus sic, ideſt, carens omni tumorositate & concauitate, sicut corpora quæ diligenter tornãtur, in tãtũ, quòd nihil neq; thyrosinton. i. manu elaboratum, se habet similiter ad corpus cæleste, quantum ad hoc quod dictum est. neque etiam quodcunque corpus aliud naturale, quod nostris oculis apparet. quia illa ex quibus huiusmodi corpora constituuntur, non possunt illam regularitatem, ideſt, vniformitatem suscipere per actionem artificialis naturæ inferius, & illam diligentiam, quantum ad perfectionem sphæricæ figuræ, quam habet corpus cæleste, quod est naturaliter sphæricæ figuræ. Et hoc probat per proportionem partium mũdi adinuicem. Manifestum est enim quòd secundum eandẽ proportionem, qua aqua excedit terram, semper elementa continentia distant a corporibus contentis, & ẽt adhuc plus. Aqua autem quæ continet terram, nõ habet huiusmodi tumorositates, & cõcauitates in superficie, quas habet terra, sed magis est regularis, quam superficies terręsimiliter oportet, quòd superficies aeris sit magis regularis quàm superficies aquæ. vnde sequitur, quòd superficies supremi corporis cælestis sit maxime regularis, ita quòd in eo omnino nihil sit, nec minimũ superadditum, vel subtractum.

T.c.32.

e Quod quidem igitur sphæricus est mundus, palam ex his, & quòd secundum diligẽtiam tornatus, sicut nihil neq; thyrosinton habeat, similiter neq; aliud nihil nobis in oculis apparẽtiũ. Ex quibus enim cõstitutionem accepit, nihil sic posibile regularitatẽ suscipere, & diligentiã, vt circularis corporis natura. Manifestũ igitur quòd proportionem habet, quemadmodum aqua ad terrã, & plus semper distantia elementorum.

LECTIO VII.


a Vniam autem est dupliciter in circulo moueri, puta ab A hunc quidem ad B, hunc autem ad C. Quod quidem igitur non sunt contrarii illi, prius dictum est.

b Sed etsi nihil ut contingit, neque a casu euenit in sempiternis esse potest: cælum autem sempiternum, & circulatio: propter quam quidem causam ad alterã fertur, sed non alteram?

c Necesse enim & hoc aut principium esse, aut esse ipsis principium.

LECTIO VII.

a Osquàm Philosophus determinauit de partibus cęli, & de figura ipsius, hic determinat de motu eius: & primo determinat de modo motus: secundo determinat de vniformitate motus cælestis, ibi: De motu autem ipsius &c.: Circa primũ tria facit. Primo proponit quæstionem: secundo ostendit difficultatem quæstionis, ibi: Forte quidem igitur. : Tertio proponit solutionem, ibi: Nunc autem quod videtur &c. : Circa primum tria facit. Primo proponit quædam, ex quibus oritur dubitatio, quorum vnum est, quod dupliciter contingit per aliquẽ circulum aliquid moueri. Signetur enim punctus A in lineo circulo, & ab eo ducatur diameter: & in superiori semicirculo signetur punctus B, in inferiori autem signetur punctus C: dupliciter ergo potest aliquid moueri per hunc circulum. Vno modo qđ moneatur ab A versus B, alio modo quòd moueat ab A versus C. Aliud autem quod proponit est, quòd isti duo motus nõ sunt contrarii. Ostensum est enim in primo, quòd duo motus circulares non sunt contrarii. si enim isti motus essent contrarii, oporteret quòd competeret naturis contrariorum mobiliũ, ita quòd vnus eorum attribueretur vni mobili, & alius contrario: quia sicut supra dictum est, Si vnum contrariorum est in natura, necesse est alterum esse. Secundo ibi. Lec.6. Lec.7.



C b ¶ Mouet dubitationem. Manifestum est enim ex præmissis, quòd in sempiternis nihil accidit contingẽter, aut casualiter: quia ea quę sunt a casu, non sunt semper, neque etiam vt frequẽter. dictum est autẽ supra, quòd eę lum sempiternũ est, & etiã circularis motus eius. Vnde ratio nabiliter quæritur, propter quã causam cælum mouetur versus vnam partem, & non versus aliam, puta, ab oriente versus superius hæmisphærium, & non versus inferius. Tertio ibi. c ¶ Ostendit qualiter sit huiusmodi causa assignanda. In præcedentibus enim dupliciter assignauit causam cælestium accidentium. Primo. nostendit, quòd oportet esse diuersos motus in cælo ad hoc, quòd sit principium generationis, & corruptionis. Secundo ostendit, quòd oportet figuram cæli esse rotundam ex aliquo principio priori supposito, quia scilicet corpori primo debetur figura prima, & sic primitas corporis est principiũ primæ figuræ. Et ideo hic dicit, quòd si debeat assignari ratio quare cælum sic moueatur, & non aliter, necesse est huiusmodi rationem assignari aut secundum hoc, quòd talis modus motionis sit princi-

LECTIO. VII.

Vm autem in circulo duo motus fieri possint, ut ab A unus ad B, alter ad C. Non esse quidem hos contrarios prius est dictum.

Sed si nihil in æternis esse fortuito, aut a casu potest: cælum uero perpetuum est, atque ipsa conuersio: quam ob causam ad altera, & non ad altera fertur?

Nam & hoc principium esse, aut ipsius principium esse necesse est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

principium alicuius effectus, aut potius quòd iste modus motionis dependeat ex aliquo priori principio. Potest autem & aliter intelligi. Dixerat enim quòd sempiterna non possunt esse a causa: hæc tamen omnia sempiterna habent causam, sed aliquod sempiternum est, quod causam non habet, sed ipsum est prima causa aliorum. Quia igitur ex sempiternitate cæli, & motus eius concluserat quæstionem, qua quæritur, propter quæ causam motus cæli est versus vnam partem, & non versus aliam: ne videatur quæstio irrationabilis, seu inutilis, subiungit q̃ necesse est hoc ipsum quod est cælum, sic moueri, aut esse primum principiũ omnium, quod est impossibile, cum omnis motus habeat causam mouentem: aut oportet dicere, quòd eius sit quoddã aliud principium. & sic rationabiliter quæsitũ est de ea, quare mouetur ad hunc partẽ & non ad aliam. Deinde cum dicit.

T.c.34.

d Ostendit difficultatem huius quæstionis, & dicit quod hoc quòd aliquis de quibusdam difficilibus & occultis velit atẽte enunciare, assignãdo causam eorũ, qd de omnibus velit inquirere, & nihil prætermittere, forte videbitur esse signum vel multæ stultitiæ, ex qua provenit q̃ nesciat discernere inter facilia, & difficilia: aut est signũ multæ promptitudinis, ideſt, magnæ præsumptionis, ex qua contingit, quòd homo non cognoscit mensuram facilitatis circa inquisitionem veritatis. Et quãmuis quidam sint super hoc increpandi, non tamen iustum est, quòd omnes similiter reprehendantur, sed ad duo oportet attendere. Primo quidem ad causam, quæ mouet hominem ad loquendum de talibus: utrum scilicet, hoc faciat ex amore virtutis, an ad ostentationem sapientiæ. Secundo oportet considerare, quomodo se habeat aliquis in credendo ea quę asserit, vtrum scilicet habeat de eis debilem certitudinem secundum communem hominum modum: aut etiam si firmius, & certius ea cognoscat, scilicet supra communem modum hominum. Quando igitur aliquis potest attingere ad hoc quòd cognoscat necessarias causas, certius quàm secundum communem hominum modum, tunc oportet reddere gratias his, qui tales necessitates inueniunt, magis quàm eos increpare. Deinde cum dicit.

d Forte quidem igitur de quibusdam enunciare aliquid tentare, & de oibus prętermittere nihil, forsitan vtiq; videbit esse signum aut multæ stultitiæ, aut multæ promptitudinis. Non tamen iustum quidem omnes similiter increpare, sed videre oportet causam dicendi quę est. Adhuc autem qualiter habens in credendo prius humano modo, aut firmius. Certiores quidem igitur necessitates quando quis attingit, tunc gratiam habere oportet inuenientibus.

e Nunc autem quod videtur dicendum est. Si enim natura semper facit conringentium quod optimum. Est autem quemadmodum earum quæ in rectum lationum, quæ ad superiorẽ locum honorabilior. diuinior enim locꝰ qui sursum eo qui deorsum eodem modo, & qui ad anterius ea, quæ ad posterius sc habet: si quidem, & ad dextrum, & sinistrum, & quemadmodum dictum est prius, & testificatur etiam dicta dubitatio: quoniam habet prius, & posterius. hæc enim causa soluit dubitationem. Si enim habet vt contingit optime, hæc utique erit causa dicti. Optimum enim moueri simplicem motum, & incessabile, & hunc ad honorabilius.

e ¶ Soluit præmissam quæstionem, & dicit, quòd si gratiæ sint agendæ his, qui certiores necessitates inueniunt, nunc autem in hac quæstione sufficit dicere, quod nobis videtur, & si non sit adeo certum. Dicit ergo, inter ea, quæ cõtingit fieri, natura semper facit id quod est optimum, tanquam mota & directa a primo principio, quod est ipsa essentia bonitatis. Videmus autem quòd tanto aliquis motus localis est dignior, quanto uersus digniorem partem procedit. motus enim accipit speciem a termino: sicut in motibus localibus rectis, motus localis, qui est ad superiorem locum, est honorabilior, & nobilioris corporis, quàm motus localis, qui est ad inferiorem locum, eo quòd locus qui est sursum, est dignior loco qui est deorsum, & hoc quidem manifestum est in homine. nam caput quod est sursum, est nobilius pedib⁹, q̃ sunt deorsum. Et similiter pars anterior dignior est posteriori. sicut etiam & dextrũ est dignius quàm sinistrũ, sicut supra dictum est, sicut patet in animalibus. Dicta ergo dubitatio quam nunc mouimus, & testificatur quòd in cælo sit prius, & posterius, id est ante & retro, de quibus supra nullã mẽtionem facit. Hęc enim causa, scilicet distinctio anterioris & posterioris i cælo, soluit prædictam dubitationem. Si enim motus cęli se habet optime quantũ ẽstẽ dit, sicut dictum est, hæc erit causa dictæ dubitationis, quia optimum est, quòd cælum moueatur motu simplici, ideſt, semper versus eandẽ partẽ & incessabili, id est sine interpollatione quietis, quam necesse esset interuenire, si quandoque moueretur versus vnam partem, quandoque versus aliam: & vlterius optimum est, qd̃ moueatur versus honorabiliorẽ partẽ: est autem anterior pars nobilior. Et ideo cælum mouetur ab oriente versus sũ anterius, ideſt, versus superius hęmisphęriũ, non autem versus inferius, quod est cęli posterius. Sed videtur, quòd inconuenienter hãc rationẽ assignet. Supra enim assignauit distinctionem harum partium in cælo ex principio motus, quia scilicet motus cęli uidetur incipere ab vna parte non ab alia. hic autem assignat rationẽ, quare cęlum sic moueatur, & non aliter ex distinctione partium cæli: & ita videtur processus eius esse circularis. Ad quod dicendum est, quòd distinctio partium cæli est causa quòd motus cæli incipiat ab hac parte, & nõ ab alia, & non econuerso: sed motum incipere ab hac parte, & non ab alia est signum distinctionis partium cæli. Causa autem distinctionis harum partium est virtus animæ mouentis cælum, vel cuiuscunque intellectualis substantię attributa diuersis partib⁹ cęli. Nihil autem prohibet cum quæritur, an aliquid sit, probare illud per signum: cum tamen quæritur de causa alicuius propter quam est, oportebit signum ad causam reducere: sicut si probemus, cor moueri per motum venæ pulsatilis. Si tamen quæratur, quæ sit causa motus uenæ pulsatilis, dicetur quòd hoc est propter motum cordis. Et similiter Aristoteles probauit esse talem distinctionem partium in cælo, per inchoationem motus a determinata parte, sicut per signum, & tamen inchoationem motus reducit in differentiam partium cæli, sicut in causam. Distinguitur autem pars anterior, & posterior in cælo non naturaliter, scilicet secundũ determinatam partem corporis cælestis: quia vna & eadem pars cælestis corporis, quæ nunc est in hęmisphærio superiori, postea erit in hæmisphærio inferiori, sed secũdum situm. sicut etiã supra dictum est de differentia dextri, & sinistri.

De nonnullis igitur atque de omnibus enti quippiam dicere, nihilque prætermittere, aut insignis stultitiæ forsitan, aut nalde parati animi uidebitur esse, non tamen omnes similiter sunt increpandi, sed dicendi causam quænam sit, uidere oportet. Et quo prætereà modo se habet in credendo, utrum humane, an ita ut asserat atque persistat. Cum igitur quispiam exactiores necessitates fuerit nactus, tunc hisce qui inuenunt, gratias agere oportet.

Lect. 7

Nunc autem id quod uidetur dicendum est. Natura semper id facit, quod est optimum eorum quæ fieri possunt. Vt autem lationum rectarum ea præstabilior est, qua locus superus petitur. est enim diuinior locus superus infero, sic, & ea, qua itur uersus anteriora præstabilior est ea, qua itur retrorsum, siquidem ita sese habeat, & dextrum atque sinistrum, ut prius est dictum. Atque dubitatio dicta declarat prius posteriusue cælum habere. hæc enim causa dubitationem soluit. Nam si sese habet ut potest optime, hæc erit profecto causa eius quod diximus. Est enim optimum sane simplici ac incessabili motu cieri, atque hoc ad id quod præstabilius est.

T.c.8.et 15

LECTIO VIII

Postquàm Philosophus assignauit causam, quare cælum mouetur versus vnã partem, & non versus aliã hic determinat de vniformitate motus cæli, & primo apponit qđ intẽdit, secũdo probat propositũ, ibi

Ostendit hæc, motum ipsius uniformem, & non disformem esse demonstremus oportet.

LECTIO VIII.

De motu autem ipsius, quia regularis est & non irregularis, deinceps vtique dictis erit pertransire.

Atque hoc dico de primo cælo, delationeque prima. In his enim quæ sunt sub illo, plures lationes in unum iam conuenire.

Nam si disformiter mouebitur, patet intensionem lationis statum, remissionemque fore. Omnis enim disformis latio remissionem, intensionem, ac statum habet. status autem est, aut unde mobile fertur, aut ibi quo fertur, aut in medio. Veluti forsitan hisce quidem, quæ natura feruntur, in eo ad quod mouentur, in his autem, quæ præter naturam feruntur, in eo unde mouentur. hisce uero, quæ proiiciuntur in medio. At conuersionis neque unde, neque quo, neque medium est. Neque enim ipsius principium, neque finis, neque medium est absolute, nam & tempore est sempiterna, & longitudine coacta, nec frangetur. quare si lationis cæli status non est, neque difformitas erit. Difformitates enim ob remissionem intensionemue fieri solent.

Lec.6.

habitum est. In his autem quæ mouentur cõtra naturam, inuenitur maxima velocitas vnde, ideſt, versus terminum a quo: quia motus violentus intenditur in principio, & remittitur in fine, ut in primo Libro habitum est. Sed in proiectis maxima velocitas motus inuenitur circa mediũ. Dubitatur autem, quæ Philosophus vocat proiecta. Nam quæcunque proiiciuntur, aut mouentur secundum motum naturalem, sicut cũ lapidis deorsum iacitur, & sic videtur quòd motus intendatur in fine, vel mouentur violenter, sicut cum lapis iacitur sursum, & sic motus eius debet esse in tensissimus in principio, non autem in medio. Dicit autem Simplicius, quòd proiecta hic Philosophus vocat corpora animalium, quæ mouẽtur ab anima non in sursum directe, neque directe in deorsum, sed quasi in latus ad modum sagittæ, & aliorum proiectorum: propter qđ. & Aristo. hic ea proiecta vocat. manifestum est autem, quòd in motibus animalium, maxima velocitas non inuenitur a principio. nam quodammodo paulatim membra sua animalia expediunt ad motum: neque etiam circa finẽ, quando membra eorum sunt lassata, sed circa medium, quando sunt in ipso impetu motus. Sed hæc expositio videtur esse extorta: unde Alexander dicit, quòd medium hic est accipiendum secundum locum, & non secundum tempus. Motus enim sagittæ, & aliorum sic projectorum, non est neque in sursum, neque in deorsum, sed in intermedio vtriusque maxima velocitas horum motuum inuenitur. Possumus nihilominus dicere: quia ẽt in his secundum tempus accipiendo medium, talia proiecta circa medium velocius mouentur. Causatur enim motus talium proiectorum ex impulsu medii deferentis, quòd facilius recipit impressionem mouentis, quàm ipsum corpus graue, quod proiicitur, ut patet in 8. Physicorum & ideo, quando multum de aere fuerit commotum, velocior est motus in medio quàm in principio, quando adhuc parum de aere commouebatur, vel etiam quàm in fine, quando incipit debilitari impressio proiicientis. Et huius signum est, quia huiusmodi proiecta non tam impulsum faciũt in eo qđ est omnino propinquũ, & vel in eo quod est multũ remotũ, sicut in eo qđ mediocriter distat. Sic igitur manifestũ est, quòd maxima velocitas cuiuslibet motus irregularis, vel est in principio, vel in medio, vel in fine. Sed hæc tria non est accipere in motu circulari cælestis corporis, neque quantum ad tempus, cum sit sempiternus secundum eius opinionem: neque etiam quantum ad longitudinem, ideſt, quantũ ad figuram loci, quæ est linea circularis, quæ quidem est simul ducta, quasi circulariter in seipsam rediens, & est infrangibilis, non diuisa in actu, ut possit in actu designari principium, & finis. & ita in circulatione cæli non inuenitur secundum aliquã eius partem virtus, ideſt maxima eius velocitas, & per conse-

Lec.7. T.c.9.

Lec.22. T.c.85.

quens

T.c.35.

a Si. n. irregulariter mouebit &c. ¶ Circa primũ duo facit. Primo, proponit quod intendit, & dicit, q̃ post prædicta, consequenter est pertransiendum, ideſt, breuiter dicendum de motu cęli, ostendendo, q̃ est regularis, ideſt, semper vniformem velocitatem habens, & nunquam irregularis, vt quando que. s. velocius, quandoque tardiꝰ moueatur, & hoc rationabiliter. Nam iste motus est regula, & mensura omnium aliorum motuum: vnde nulla irregularitas, uel inæqualitas in eo dẽt apparere. Secũdo ibi.

b ¶ Exponit quod dixerat, & dicit, q̃ hic intendit dicere de primo cælo, ideſt de suprema sphęra: & prima latione. i. de motu diurno, quo totum cælum reuoluitur per motum primi mobilis ab oriente usque in occidentem. Idem autem de hoc motu specialiter loquitur: quia in hoc motu, neq; est aliqua irregularitas secundum rei veritatem, neque secundum appariẽtiam. Sed in his, quę subtus, ideſt in motu planetarum iam plures motus conueniunt ad mouẽdum unum corpus: vel secundum diuersas sphæras uoluentes, & reuoluentes, sicut dicebant Astrologi, qui fuerunt tempore Aristotelis, vt patet in 12. Metaphysicorum. vel secundum motus ecentricorum, & epicyclorum, secundum modernos Astrologos. & ex hac diuersitate motuũ causatur irregularitas, quæ apparet circa planetas: quia quandoque videntur directi motus, quandoque retrogradi, quãdoque stationarii, quamuis secundum rei veritatem nullus motus in cælo sit irregularis. Rationes autem quas hic inducit, habent veritatem non solum in motu primi cęli, qui est simplex, & ex hoc nulla apparet in eo irregularitas, sed etiam in motibus planetarum, in quibus apparet irregularitas propter concursum multorum motuum. Deinde cum dicit.

c ¶ Probat propositum rationibus quatuor. quarum prima sumit ex ipsa forma motus circularis. & procedit sic. Si primũ cęlum irregulariter moueretur, manifeste oporteret, quòd in eo esset intensio, ideſt augmentum velocitatis: & virtus, ideſt summum velocitatis: & remissio, ideſt, diminutio velocitatis. Omnis enim motus irregularis, habet ista tria, non ita, quòd in quolibet motu irregulari, vel inæquali sint ista tria, sed quia in quolibet motu sunt duo horum, ideſt virtus, & intensio. sicut in motu naturali corporum grauium & leuium est intensio, & virtus: quia talis motus semper augetur in uelocitate vsque ad finem, in quo est uelocissimus: motus autem cortporum horum, qui est contra naturam, habet virtutem, & remissionem: quia in principio est velocissimꝰ, & semper diminuitur velocitas, quousque tandem totus motus consumatur. Et sic ly omnis, accipitur quasi collectiue: vt intelligatur, quòd in omnibus motibus irregularibus ista tria inueniuntur, non autem in unoquoque eorum. Deinde ostendit in qua parte motus irregularis inueniatur maxima velocitas. & dicit, quòd virtus motus, ideſt maxima eius velocitas, est aut vnde fertur, ideſt versus terminum a quo: aut quo fertur, ideſt versus terminum ad quẽ aut circa medium. Sicut in his, quæ naturaliter mouentur motu recto, inuenitur maxima velocitas versus terminum ad quẽ feruntur: quia motus naturalis intenditur in fine, ut in Primo

quens neque irregularitas, quæ fit propter intẽsionem, & remiſ F
ſionem. Secundam rationem ponit ibi.

T.c.13. T.com. 8. d ¶ Quæ ratio accipitur ſimul ex parte mouentis, & mobilis. oſtenſum eſt enim in 7. & 8. Phyſicorum, quòd omne quod mouetur, ab aliquo mouente mouetur. Vnde neceſſe eſt ſi in aliquo motu ſit irregularitas, aut hoc fiat pp mouens, aut propter id quod mouetur, aut propter utrũque. Si enim mouens non ſemper, & æquali virtute moueat, ſed quandoque maiori, quandoque minori, fiet motus quãdoque quidem velocior, quandoque quidem tardior, quia velocitas motus contingit ex hoc, quòd virtus mouentis propter ſuam magnitudinem multum dominatur mobili. Et ſimiliter ſi corp⁹ qđ mouetur per aliquã alterationem nõ permaneat in eadem diſpoſitione, non erit æqualiter ſubiectum virtuti mouentis, & ita non erit æqua velocitas ⁹mot. Et ſimiliter ſi fiat tranſmutatio circa vtrunque ſcilicet mouentem, & mobile, poterit eſſe motus irregularis. Sed nihil horum poteſt accidere circa cælum. De ipſa enim corpore mobili oſtẽſum eſt ſupra, quòd eſt primum & ſimplex, quia mouetur primo & ſimplici motu, & quòd eſt ingenitum, & incorruptibile, & totaliter intrãſmutabile, tranſmutatione, ſcilicet variante ſubſtantiam, & virtutem eius. Motor autẽ eius multo magis rationabile eſt, quòd ſit talis conditionis. Cum.n. mouẽs ſit potius moto, ſi corpus quod mouetur, eſt primum & ſimplex, & ingenitũ & incorruptibile, multo magis motiuũ erit tale. Oſtenſum eſt etiam in 8. Phyſi. quòd motor cœli eſt incorporeus nullam habens magnitudinem. Si igitur ipſum cælum, quod eſt corpus, non immutetur a diſpoſitiõe ſuæ ſubſtantiæ, & virtutis, multo magis nõ trãſmutabitur motor eius, qui eſt incorporeus. Ex quo patet, quòd impoſſibile eſt motum cæli eſſe irregularem.

Lectio. 32.

a d Adhuc, Quoniã oẽ quod mouetur, ab aliquo mouetur, neceſſe irregularitatem fieri motus aut propter mouens, aut propter motum, aut propter ambo. ſiue enim mouens non eadem virtute moueat, ſine motum alteretur, & non permaneat idem, ſiue ambo tranſmutentur, nihil prohibet irregulariter moueri, quod mouetur. Nihil autem horum circa cælum fieri poſsibile. Quod quidem mouetur, oſtenſum eſt quia primum & ſimplex & ingenitum, & incorruptibile, & totaliter intranſmutabile. Mouens autem multo magis irrationabile eſſe tale. Primum.n. primi. & ſimplex ſimplicis, & incorruptibile & ingenitum in corruptibilis, & ingeniti motiuum. Quoniam igitur quod mouetur, non trãſmutatur corpus exiſtens, neque vtique mouens tranſmutabitur incorruptibile exiſtens. Quare & lationem impoſsibile irregularem eſſe.

LECTIO IX.

a ENim ſi fiat irregulariter, aut tota tranſmutatur, & quandoque quidem fit velocior, & quãdoque autem tardior iterum, aut partes ipſius. Partes quidẽ ipſius, quod non ſunt irregulares manifeſtum. Iam enim vtique facta fuiſſet diſtantia aſtrorum in infinito tempore, hoc quidem uelocius moto, hoc autem tardius. Non videtur autem nihil habens aliter elongationibus, ſed & neq; totam accidit tranſmutari. remiſsio.n. vniuſcuiuſque fit propter impotentiam, imporentia autem præter naturam. Etenim in animalibus impotẽtiæ omnes præter naturam ſunt, puta ſenectus & decrementum. Tota.n. conſiſtentia animalium forte ex talibus conſtat quę differũt propriis locis. nulla enim partium ipſius habet eam, quæ ipſis regionem. Si igitur in priori peragatur, aut hoc erit ita, quòd tota cæli mutatio tranſmutetur, ita quòd quandoque ſit velocior, quandoque tardior, aut partes eius. Et intelligitur tota mutatio, motus totius ſphæræ ſupremæ, partes autem mutationis intelliguntur motus partium cæli. Quòd autem partes ſupremæ ſphæræ non moueantur irregulariter, ita ſcilicet, qđ una pars cæli, quandoque citius, quandoque tardius moueatur oſtẽdit ſupponendo, qđ ſphæra ſtellarum fixarum ſit ſuprema ſphæra. nondum .n. ſuo tempore deprehenſum erat, quòd ſtellæ fixæ haberent proprium motum præter motum diurnum & ideo attribuit primum motum, ſcilicet diurnum, ſphæræ ſtellarum fixarum, quaſi proprium ei. ſi tamen poſteriores Aſtrologi dicant, qđ ſphæra ſtellarum fixarum habeat quẽdam proprium motum, ſupra quem ponunt aliam ſphæram, cui attribuunt primũ motum. Suppoſito ergo quòd ſphæra ſtellarum fixarum ſit ſuperma ſphæra, probat, quòd partes eius non moueantur irregulariter: quia ſi ſin gulæ partes eius quãdoque citius, quandoque tardius moẽrentur, iam a longo tempore ſtellæ fixæ in alia diſtantiſe haberent ad inuicem, quam prius vnarum velocius, & alia tardius mota. ſed huius contrarium apparet, quia inueniuntur eandem figuram conſeruare, & eodem modo abinuicem elõgari in hoc tempore ſicut etiam inuenerunt antiquiſſimi obſeruatores. non ergo eſt irregularitas in motu primi cœli quãtum ad partes eius. Sed neque etiam tota tranſmutatio primi cæli tranſmutatur de velocitate in remiſſionem velocitatis. Manifeſtum eſt autem, quòd remiſſio velocitatis motus cuiuſcunque mobilis ſit propter impotentiam: ſicut videmus quando corpora animalium laſſantur, & remittitur eorum motus. Omnis autem impotentia, & defectus eſt præter naturam, ſicut patet in animalibus, in quibus ſenectus, & decrementum, & alia huiuſmodi ſunt præter naturam, quod eſt intelligendum quantum ad naturam particularem, quę eſt conſeruatiua vniuſcuiuſque individui quantum poteſt.

Præterea, Si omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, differmitas motionis aut ob id quod mouet, aut ob id quod mouetur, aut ob utrunque fiat neceſſe eſt. nam & ſi id quod mouet non eiſdem uiribus moueat: & ſi id quod mouetur, alteretur, nec idem permaneat, & ſi utrunque mutetur, nihil prohibet id quod mouetur, differmi motu cieri. Nihil autem horum circa cælum euenire poteſt. Id enim quod mouetur, & primum, & ſimplex, & ingenerabile atque incorruptibile, & omnino immutabile demonſtratum eſt eſſe. Id etiam quod mouet, longe magis tale eſſe conſentaneum eſt rationi. Primi nanque primũ, & ſimplicis ſimplex, & incorruptibili ingenerabilisue incorruptibile ingenerabileue motiuum eſt. Cum igitur id quod mouetur non mutatur, & ſi eſt corpus, nec id quòd mouet mutari poteſt corpore uacans. Quare impoſſibile eſt lationem eſſe differmem.

LECTIO IX.

a ENim ſi ſit differmis, aut ipſa tota mutatur, & interdum celerior, interdum tardior ſit, aut ipſius partes. Patet igitur partes diſformes non eſſe. Iam enim diſtantia ſtellarum in tempore infinito fuiſſet, ſi alia tardius, alia celerius moueturn. at nulla in diſtantijs aliter ſe ſe habere uidetur. At neque tota mutari poteſt. remiſſio nanque cuiusque ob imbecillitatem fieri ſolet: imbecillitas uero res eſt profecto præter naturam. Etenim omnes imbecillitates, quæ in animalibus inſunt, præter naturam eſſe uidentur, ut ſenectus & decrementum. Tota nanque fortaſſe conſtitutio animalium ex talibus conſtat, quæ propriis differunt locis. Nulla enim partium eſt ſuo in loco. Si igitur in biſce, quæ prima ſunt, non eſt id quod præter naturam ineſt, ſimplicia nanque ſunt, & non miſta, & ſuis in locis ſunt, atque nihil prorſus eſt contrarium ipſis, neque profecto imbecillitas erit in ipſis. Quare neque remiſſio, neque intenſio: nam ſi intenſio fuerit, & remiſſio etiam erit.

Vnde præter naturam eius eſt, quòd deficiat in conſeruãdo: nõ A
autem eſt præter naturam vniuerſalem, ex qua cauſatur non ſolum generatio, ſed etiam corruptio, & per conſequens alii defectus ad corruptionem tendentes in his inferioribus. Dicitur autem natura vniuerſalis virtus actiua in cauſa vniuerſali, puta, in corpore cæleſti.

Ideo autem defectus præter naturam particularem in animalibus accidere poſſunt: quia tota ſubſtantia animalis conſiſtit ex talibus corporibus, quæ diſtant a propriis locis. Cõponitur enim corp⁹ animalis ex quatuor elementis, quorum nullũ tenet propriũ locum. Et quia ea quæ ſunt præter naturam, non poſſunt eſſe ſempiterna, vt patet ex his quæ ſupra dicta ſunt, neceſſe eſt, quòd quandoque animalibus accidat corruptio, & defectus: ſed in primis corporibus, ſ. cæleſtibus, nihil poteſt accidere præter naturã, quia ſunt ſimplicia, non autem miſta ex diuerſis, & in proprio loco exiſtunt, & nihil eſt contrariũ eis, vt patet ex his quæ in primo libro dicta ſunt: & ita in eis nõ poteſt eſſe aliqua imporentia. Et ideo in eis non poteſt eſſe aliqua remiſſio, ideſt, diminutio velocitatis: & per cõſequens neque intenſio, ideſt, velocitatis auguentum: quia iſta duo ſic ſeinuicem cõſequuntur. Sicut .n. quando intenditur motus, proceditur a remiſſo ad intẽſum, ita cum remittitur, proceditur ab intenſo ad remiſſum.

T.c.38.

Lec.4. Lec.7.

Lec.6.

Quartam rationem ponit ibi.

b ¶ Quæ ratio ſumitur ex parte mouentis, & proceditur ex quadam diuiſione. Si enim in motu cæli ſit intenſio, & remiſſio, hoc autem non poteſt eſſe niſi tribus modis, vno modo ut ſemper intendatur, vel ſemper remittatur: alio modo, vt quandoq; intendatur, & quãdoque remittatur. & hoc dupliciter, Vno modo, ut tota intenſio & tota remiſſio ſit ſimul, quod quidem ſuppoſito, quòd cælum moueatur tempore infinito ſecundũ eius opinionem, ſequitur quòd infinito tempore prius intendatur motus eius, & poſtea remittatur, & econuerſo. Alio modo, vt viciſſim quandoque remittatur, quandoq; intẽdatur: ſed quodlibet iſtorum eſt impoſſibile. ergo impoſſibile eſt, quòd in motu ſit remiſſio, & intenſio. Primo ergo oſtendit impoſſibile eſſe, quòd infinito tempore intendatur prius, & poſtea infinito tempore remittatur, vel econuerſo. Secundo oſtendit impoſſibile eſſe, quòd ſemper intendatur, vel ſemper remittatur, ibi {Sed adhuc neque &c.} Tertio oſtendit impoſſibile eſſe, quòd viciſſim intendatur & remittatur, ibi {Relinquitur autem &c.} Dicit ergo primo, quòd irrationabile eſt, quòd motor cæli infinito tempore ſit potens, & velociter moueat, & rurſus alio infinito tempore ſit impotens, & tarde moueat. Nam remiſſio motus cauſatur ex impotentia, intenſio autem ex potentia. Et hoc idem irrationabile oſtendit duobus mediis. Primo quidem, quia nihil præter naturam videtur exiſtere tempore infinito. ea enim quę

mis non eſt quod præter naturam: ſimplicia enim & immiſta, & in propria regione & nihil ipſis contrarium, neque vtique impotentia erit. Quare neque remiſſio, neque intenſio: ſi enim intenſio, & remiſſio.

b Adhuc autem & irrationabile, infinito tempore potens B
eſſe mouens, & rurſus alio infinito impotens. Nihil enim videtur exiſtens infinito tempore præter naturam: impotentia autem præter naturam. Neque æquali tempore præter naturã & ſecundum naturam nunc totaliter potens, & impotens. Neceſſe autẽ ſi remittitur motus, infinito remitti tempore.

c Sed adhuc neque intẽdi ſemper, aut iterum remitti poſſibile. Infinitus enim vtique erit, & indeterminatus motus. Omne autem dicimus ex aliquo in aliquid eſſe, & determinatum. C

d Adhuc autẽ ſiquis accipiat eſſe aliquod temp⁹ minimum, cuius non contingit in minori moueri cælum. Sicut enim neque citharizare, neque ire in quocunque tempore poſſibile non vtique erit, ſed eſt vniuſcuiuſque actus determinatum minimũ tẽpus ad nõ excedere: ſic neque moueri cælum in quocunque tempore poſſibile. Si igitur hoc verum, non utique erit ſemper intenſio latio- D

At uero neq; fieri poteſt ut ſemper intendatur, aut rurſus remittatur. Erit enim infinitus indeterminatusque motus. Omne autem ex quopiam eſſe dicimus, definitum ue.

Præterea, hoc idem emerget, ſi qui ſpiã ſumpſerit tempus quoddam minimum eſſe in minore, quo cælum moueri non poteſt, Vt enim neque ambulare quiſpiam, neque pulſare citharam quouis in tempore, ſed uniuſcuiuſque actionis definitum eſt minimum tempus in non exuperando, ſic neque cælum moueri quouis in tempore poteſt. Si igitur hoc uerum eſt, non erit ſane lationis ſemper intenſio: quod ſi non erit intenſio, neque remiſſio erit. Similiter

ſunt ſecundum naturã, ſunt ſemper, vel in maiori parte: impotẽtia autem eſt præter naturam, vt habitũ eſt. ergo impoſſibile eſt, quòd aliquid infinito tẽpore ſit impotẽs. Secundo, quia nõ eſt æquale tẽpus eius quod eſt ſm naturã, & eius quod eſt præter naturã: quia id quod eſt præter naturam, eſt in paucioribus: id autẽ quod eſt ſecundũ naturam eſt vt in pluribus, vel ſemper: ſed potentia rei eſt ſm naturam, imporentia autẽ eſt præter naturã. ergo impoſſibile eſt, quòd aliquid tempore totali, ſcilicet tempore infinito, ſit potens, & impotens: & per conſequens impoſſibile eſt, quòd infinito tempore intendatur motus, & iterum infinito tempore remittatur. Sed ſi remittitur motus cæli ſm modum qui dictus eſt, neceſſe eſt quòd infinito tẽpore remittatur. Quidam tñ non intelligẽtes intẽtionẽ Ariſ. accipiunt hoc quaſi ſimpliciter, & abſolute dictum, eo quòd non eſt ratio, quare magis vno tempore remittãt quàm alio: ſed hoc ẽ præter intẽtionem Philoſophi. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, q; impoſſibile ſit motũ cæli vel ſemper intẽdi, vel ſemper remitti: & hoc duabus rationibus, quarum prima eſt: quia intenſio & remiſſio cuiuſlibet motus irregularis deficit circa terminum ipſius motus. ſicut motus naturalis intenditur vſque ad aliquem terminum, & ſimiliter motꝰ violentus remittitur vſque ad aliquem terminũ. Si ergo intenſio, vel remiſſio motus cæli nunquã terminetur, ſed in infinitũ procedat, ſequitur quòd motus cæli ſit infinitus, & indeterminatus: quod patet eſſe falſum. Probatũ eſt .n. in 6. Phyſi. quòd quia omnis motus eſt ex aliquo in aliquid, neceſſe eſt quòd ſit determinatus. Vnde etiam una circulatio cæleſtis eſt determinata: ſed motus cæli dicitur infinitus, ſecundum diuerſas circulationes ſibi ſuccedẽtes. Lec.13.

Secundam rationem ponit ibi.

d ¶ Et dicit, quòd hoc etiam eſſe impoſſibile, eſt manifeſtum, ſiquis concedat eſſe aliquod tẽpus minimũ, ita quòd in minori non contingat moueri cælum. Quilibet .n. motus, vel actio habet determinatum tempus, quod non tranſcendit. Quãuis .n. tempus ſit diuiſibile in infinitum, nõ tamẽn eſt poſſibile citharizare, vel ambulare in quocunque tempore: ſed quilibet actus habet determinatum minimum tempus, quod non excedit velocitate, vt .ſ. in minori tempore perficiatur. vnde nec cælum poſſibile eſt moueri in quocunque tempore, ſed habet aliquod minimum tempus determinatum. Ex quo patet, quòd non ſemper intenditur velocitas motus eius: quia ſic velocitas eius excederet quodlibet minimum tempus. Si uero non ſemper poteſt intendi motus cæli, pari ratione neque ſemper poteſt remitti, quia eadem ratio eſt de uno, & de altero. Sicut .n. eſt minimũ tempus alicuius actionis, ita & maximum in quo peragitur. Poſſet autem aliquis prædictæ rationi obuiare dicendo, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lect.9. T.c.65. semper intenditur velocitas motus cæli, & tamen nunquã trã-
seunditur quoddam minimum tempus datum, siquidem fiat ap-
positio velocitatis, non æqualis, aut maior, sed semper minor, &
minor, sicut dicitur 13. Physicorum. Quòd si linea diuidatur se-
cundum eandem proportionem, puta, vt subtrahatur a tota li-
nea tertia pars, &
iterum a reliquo ter-
tia pars, a reliquo ite-
rum tertia pars, hoc
poterit in infinitum
procedere. & si eo-
rum, quæ subtrahun-
tur, posterius ad-
datur priori, fiet in
infinitum additio,
nec tamen peruenie
tur vnquam ad quã
titatem totius lineæ:
quia semper erit ali-
quid residuum de li-
nea, quæ diuidebatur. si tamen subtraheretur pars æqualis
quantitatis, vel maioris, & adderetur ad id quod prius acce-
ptum est, oporteret transcendere omnẽ quantitatem deter-
minatam. Et similiter dicit hic intelligendum esse, quòd
transcenderetur omne minimum tẽpus datũ, quod est transcen-
dere omnem magni
tudinem velocitatis
si semper per infini-
tum tempus addatur
æqualis velocitas, vel
etiam maior. Si ve-
ro priꝰ adderetur ma
gna velocitas, & po-
stea minor, & sic inde, sicut dictũ est in
diuisione, & additio
ne lineæ, nõ transcẽ-
deret ois velocitas,
necomne minimum
tempus, cum non es-
set pura intensio, sed
intensio remissioni
adiuncta: quia mo-
nens nõ posset æqua
liter addere ad velo-
citatem. Deinde
cum dicit.

Dicẽdo.

nis, si autem non intensio, ne-
que remissio similiter enim am
bo, & alterum. si quidem eadẽ
intẽditur velocitate, aut maio
ri, & infinito tempore.

e Relinquitur itaque dicere, ui
cissim esse motum ad uelocius,
& tardius. Hoc autem penitus
irrationabile, et fictioni simile.
Adhuc autem et non latere in
his rationabilius: sensibiliora
enim iuxta se inuicem posita.

f Vnicum igitur cælum esse,
& hoc ingenerabile ac sempi-
ternũ, & vniformi semper mo-
tu cieri per ea satis, quæ iam
diximus, patuit.

LECTIO X.

T.c.41. v E vocatis autem astris cõsequens, vtiq; erit dicere ex quibus con-
stant, & in quibus fi-
guris, & qui motus eorum.

b Rationabilissimum autem,
& dictis consequens, nobis vnũ
quodque astrorum facere ex
eodem corpore, in quo existit
lationem habẽs: quoniam dice
bamus aliquid esse, quod cir-
cunferri natum est. Sicut enim
iguea dicẽtes esse, propter hoc
dicunt, quia quod sursum cor
pus ignem esse, dicunt, vt ratio
nabile existens, vnumquodque
constare ex his, in quibus vnũ
quodque est, similiter & nos
dicimus.

c ¶ Ostendit impossibile esse, quòd vicissim intendatur, & remittatur motus cæli. Et hoc dupliciter. Primo quidem, quia hoc videtur penitus irrationabile esse, & simile fictioni. nulla enim ratio assignari potest huius vicissitudinis. Secundo, quia talis diuersitas in motu cæli, non lateret. Opposita enim iuxta se posita magis sentiuntur, & tamen nihil tale percipimus. vnde relinquitur, quòd in motu cęli nulla sit irregularitas.

f ¶ Vltimo ait, quia hic finit sua consideratione de toto cælo, epilogat in tantum dictum esse, quòd sit tantum vnum cælũ, & ꝙ sit ingenitũ, & sempiternũ, & qđ regulariter moueatur.

LECTIO X.

2 P Ostquàm Philosophus determinauit de cælo, hic determinat de stellis, & primo determinat veritatem: secundo mouet quasdam dubitationes, & soluit, ibi ¶ Duabus autem dubitationibus &c. ¶ Circa primũ quatuor facit. primo determinat de natura stellarum: secũdo de motu earũ, ibi ¶ Quoniam autem videntur &c. ¶ tertio de ordine earũ, ibi ¶ De ordine autẽ ipsarũ &c. ¶ quarto de figura earũ, ibi ¶ Figuram autem vniuscuiusque &c. ¶ Circa primum tria facit. primo dicit de quo est intentio: secundo manifestat veritatem, ibi ¶ Rationabilissimum autem &c. ¶ tertio exclu-

F dit obiectionem. ibi. ¶ Calor autem ab ipsis &c. ¶ Dicit ergo, quòd postquàm determinatum est de toto cælo, consequens est vt dicamus de his quę vocatur astra, ex quibus constãt, ideſt, ex qua natura sint: & quam figuram habeant & quales sint motus eorum. Deinde cum dicit.

*enim ambo erunt ac alterum, si ea-
dem celeritate, aut maiore intenditur,
atque tempore infinito.*

*Restat igitur dicere motui celeri-
tatem uicissim ac tarditatem ineſse.
Hoc autem ratione penitus uacat, &
figmento est simile. Insuper & ra-*
G *tioni magis consentaneum est, nos id
ipsum, si ita sit, non latere. Ea nan-
que quæ iuxta se ponuntur, facilius sa
ne sensu percipiuntur.*

*Vnicum igitur cælum esse, & hoc
ingenerabile ac sempiternum, & uni-
formi semper motu cieri per ea satis,
quæ iam diximus, patuit.*

LECTIO X.

H D E his autem quæ stellæ no-
cantur, deinceps dicẽdum
esse uidetur, ex quibus con-
stant, quasque figuras ha
bent, & quæ sunt motiones ipsarum.

*Consonum est itaque maxime ra-
tioni, & ea quæ dicta sunt comitatur,
unamquamque stellarum ex hoc asse
rere esse corpore, in quo lationem ha-
bet. Cum quippia esse dicamus, quod
aptum est suapte natura ferri conuer-*
I *sione. Vt enim qui dicunt, igneas es-
se, ideo dicunt, quia superum corpus
ignem inquiunt esse. quippe cum con
sonum sit rationi ex his unamquam-
que constare, in quibus est quæque,
sic & nos hac in sententia nostra di-
cimus.*

b ¶ Ostẽdit ex qua natura sint corpora stellarum: & primo proponit quod intendit dicens, quòd ponere vnamquanque stellã esse de natura corporis sphętici, in quo mouet, est in se consideratum valde rationabile, eo quòd loca consequuntur natu
ras corporum: vnde rationabile est, qđ stellę pertineant ad naturam sphęrę, in qua situantur. Consequitur etiam hoc ex necessitate ad ea, quæ supra diximus. Dictum est enim qđ cælum habet naturam aliam prętera naturam quatuor elementorum propter hoc, quòd habet alium motum naturalem a motibus elementorum, scilicet motum circularem. vnde cum stellę moueãtur circulariter, sicut sphęrę cælestes, consequens est, quòd habeant eandem naturam cum sphęris cælestibus, & differunt a natura quatuor elementorum. Sed circa hoc videtur duplex dubitatio. prima quidem dubitatio est, quia corpora stellarum videtur habere differentiam ad corpora sphęrarum celestiũ, ex eo quòd sunt lucida, & videntur spissiora: & ita videtur in corporibus cælestibus esse aliqua cõtrarietas. Cõtrarietas autem, cum sit causa corruptionis, videtur quòd corpora cælestia sint corruptibilia secundum suam naturam: quod est cõtra ea, quę in primo libro determinata sunt. Et ad hoc dicendum est, quòd nõ ois diuersitas ppria loquendo, habet rõnem cõtrarietatis: sed ad hoc, qđ aliqua diuersa sint cõtraria, duo requruntur, quorũ vnũ est, ꝙ sint nata aliqualiter esse in eodẽ subiecto vel proximo, vel saltẽ remoto. Calor.n. cõtrariatur frigori, quod tñ non est natum esse in igne: sed est natũ esse in materia ignis, quę est primũ subiectũ. Secũdo, requiritur, qđ diuersa quæ sunt cõtraria, nõ possint esse simul, sed mutuo se expellãt. Vnde album & nigrũ, ꝓm qđ sunt in materia, sunt cõtraria mutuo se expelentia: ꝓm tñ quòd sunt in intellectu, non habent contrarietatẽ, sed sunt simul: quinimo vnũ corũ cognoscitur ꝑ aliud. Formę aũt, vel qualitates diuersæ, quæ videtur esse in corporibꝰ cælestibus, nullo modo sunt natæ esse in eodẽ, nec sicut in proximo, nec sicut in primo subiecto. Non.n. corpus stellæ est natum reduci ad dispositionẽ cæterarũ partium sphęræ cælestis: sed nec e conuerso. Similiter aũt oportet dicere formas, seu qualitates contrarias, quæ sunt in inferioribus, esse aliqualiter in corporibus celestibus non quidem vniuocæ, sed sicut in causis vniuersalibus per quandam similitudinem, ad modum quo formæ, quæ sunt particulariter in materia sensibili, sunt vniuersaliter in intellectu. Et ideo sicut

sicut nõ in intellectu, ita nec in corporibus cælestibus sunt sub A
natione contrarietatis. vnde & Plato dixit quòd in corporibus cælestibus sunt excellentiæ, seu sublimitates elementorum quasi primordialia eorum actiua principia. Comparantur enim corpora cælestia ad elementaria, sicut actiua ad passiua. Et ideo econtrario accidit in corporibus cælestibus, & elementaribus. nam corpora elementaria quanto magis congregantur per inspissationem, tanto sunt magis materialia & passiua, & minus habentia de luce. sicut patet in terra, quæ etiam dominatur in corporibus mistis: sed in corporibus cælestibus, quanto est maior cõgregatio per modum inspissationis, tanto magis multiplicatur luminositas, & virtus actiua, sicut patet in ipsis corporibus stellarum. Sic igitur patet quòd talis diuersitas, quæ in corporibus cælestibus apparet, non videtur habere rationem cõtrarietatis. vnde non sequitur, quòd sint susceptiua corruptionis. sequeretur autẽ hoc, si ibi esset vera contrarietas, sicut in primo Arist. ostendit. Secunda dubitatio est, quia cum in corpore cælesti appareat diuersitas inter stellas, & reliquas partes sphærarum, videtur quòd non sint simplicia corpora. Sed dicendum est, quòd intantum dicuntur corpora simplicia, inquantum non sunt composita ex contrariis naturis. Est tamen in eis aliqua diuersitas secundum naturam speciei, licet, conueniant in natura generis, sicut conueniunt in communi ratione motus, quia circulariter mouentur. Secunda, ibi ¶ Sicut enim ignea &c. ¶ Ostendit hoc etiam esse cõsonum aliqualiter dictis aliorum. Dicimus enim quòd sicut illi qui dicunt stellas esse igneas, propterea hoc dicunt, quia cæleste corpus existimant ignem esse, quasi irrationabile sit, quòd vnumquodque astrum consistet ex natura illarum sphærarum in quibus est, ita etiam & nos dicimus, quòd stellę sunt de natura alia a natura quatuor elementorum, propter hoc quòd supra probauimus cęlos tales esse. Deinde cum dicit.

Tex. c. 42.

c Calor autem ab ipsis & lumen generatur attrito aere ab illorum latione. Natus est enim motus ignire & ligna, & lapides, & ferrum. Rationabilius igitur propinquius igni, propinquius autem aer, velut & in latis sagittis. hæ quidem ipsæ enim igniuntur sic, vt liquescãt plumbeæ. Et quoniam igniuntur istæ, necesse est, & eum qui in circuitu ipsarum aerem, hoc ipsum pati.

d Hæ quidem ipsæ incalescunt ob id, quòd iam referuntur, qui propter plagam motus fit, ignis. Eorum autem quæ sursum, vnumquodque in sphęra fertur, vt ipsa quidem non igniantur, aerem autem sub eir cularis corporis sphæra existentem, necesse est lata illa incalescere.

e Ex hac maxime, cui Sol extat infixus, propter quòd approximante ipso & oriente, & super

Lec.2.

*Caliditas autem ab ipsis lumenque ideo fit, quia aer ab illarum motione fricatur. Motus enim & li-
gna, & lapides, & ferrum ignire so-
let. Magis igitur consentaneum est
rationi id, quod est propinquius igni,
propinquius uero est aer, quale sit,
& in hisce sagitis quæ feruntur.
hæc nanque adeo igniuntur, ut ipsum
plumbum quod est in ipsis, lique-
scat. Atque cum in ipsis hoc fiat,
circundans etiam ipsas aer hoc idem
patiatur necesse est.*

B

*Hæ igitur ideo calefiunt, quia in
aere feruntur, qui quidem obiectum
motione fit ignis. Superorum autem
corporum unumquodque fertur in
sphæra, ut ipsa quidem non igniantur,
sed aer cum subeuntis corporis
sphæra sit, ob illius motus necessa-
rio calefit.*

C

*Et maxime hac, in qua Sol est in-
fixus. Quocirca cum proprius accede-
dit, ac oritur, & super nos est, sit & ea*

d ¶ Ostendit differentiam exempli inducti ad propositũ, & dicit, quòd ipse sagittæ calefiunt, sed hoc non accidit in stellis, quia vnaqueque stellarum non fertur per aerem, sed in propria sphæra separata ab aere. Et ideo ipsæ stellæ non igniuntur nec calefiũt, tum quia sunt longe ab aere, qui igitur per motum, tum etiam quia non sunt susceptiuæ peregrinę impressionis, sed aer, qui existit sub sphæra corporis circularis, necesse est, quòd calescat per motum sphęrę cęlestis, quia scilicet ex ipso motu sphæræ cælestis mouetur non solum ignis, sed etiam aer, vsque scilicet ad istũ aerem, qui infra mõtes continetur, vt apparet ex motu comatarum stellarum, vt dicitur in primo Meteororum. Deinde cum dicit.

e ¶ Respondet tacitæ obiectioni. Si.n. per motũ sphæræ cælestis aer inferior igni
tur, cum sphæra cælestis continue moueatur, videtur esse consequens, quòd semper deberet esse æqualis calor in aere. Estate, & hyeme, nocte, & die, cuius contrariũ videmus. Sed ad hoc ipse respõdet, quòd maxime calor ignit per motũ illius sphæræ, cui Sol est infixus. & ideo generatur calor propter propinquitatẽ Solis ad nos. Et hoc dupliciter, vno modo secundum quod per suum ortum ascendit ad nostrum hemisphęrium superius: alio modo in quãtum accedit ad summitatem capitum nostrorum, sicut.n. est maior calor in die, quàm in nocte, ita etiam est maior calor in meridie, quàm in mane. Vltimo autem cõcludit epilogando tantum dictũ esse de stellis, quòd neq; ipsæ sunt igneæ naturæ, neque etiã feruntur in corpore igneo, sed supra sphæram ignis in sphęris cælestibus. Est autem hic primo dubium, cũ Arist. proponat, quòd ex motu stellarũ generetur calor & lumen, videtur hoc insufficienter manifestare, cum non manifestet de lumine, sed solum de calore. Et ad hoc respondet Alexander, quòd id quod pertinet ad lumen, reseruat ad determinandum ad librum de anima, in cuius Secundo dicit, Lumen nõ est proprium ignis, sed est aliquid commune sibi & supremo corpori. Sed, cũ Arist. hic dicat, quòd vtrunque eorũ generatur ex contritione aeris, melius est, vt dicamus, quòd vtrunque Arist. hic manifestat per hoc, quòd ostendit ex motu superiorũ ignitri inferiora corpora, in igne autem inuenitur calor & lumen. Sed adhuc dubium est, ex qua natura cõtingat, quòd motus habeat uirtutem igniendi, siue calefaciendi. Ad quod respondet Auerrois in suo commento, quòd proprium est calidi esse mobile, & ideo cum aliquid actu mouetur, fit etiam actu calidum. Sed hoc non videtur verum, primo quidem, quia moueri non est proprium calidi, sed cuiuslibet corporis naturalis. Nam ea quę mouentur motu recto, in suis locis quiescunt, mouentur autem existentia extra sua loca: corpora autem cælestia mouentur circulariter in suis locis, quæ neque sunt calida, neque frigida. Secũdo quia posterius nõ est causa prioris. si ergo moueri sit proprium calidi, magis erit calor causa motus, quàm econuerso. Et ideo Lec.14.
dicendum est, quòd sicut probatur in 8. Physico. Motus localis Tex.cõ.57.
est primus motuum, in quolibet autem genere, id quod est primum, est causa eorum quæ sunt post in eodem genere: vnde motus localis est causa alterationis, quæ est prima inter alios motus, & præcipue est causa primæ alterationis,

quæ est calefactio. Alteratio autem secundum omnes alias qualitates causatur ex alteratione primarum quatuor qualitatum, inter quas duæ actiuæ, scilicet calidum & frigidum, sunt priores passiuis, scilicet humido & ficco. Calidum autem est prius frigido, sicut forma priuatione, ut patet ex supra dictis: vnde motus localis ex virtute motus cælestis, qui est primus locarum motuum, est causa caloris. Dubitatur autē vlterius, cum Sol immediate non tangat aerem, neque ignem, quomodo ex motu solis causatur calor in aere, & igne. Non enim media corpora cælestia, sphæræ Veneris, Mercurii, & Lunæ ex motu Solis calefiunt. Ad quod respondet Alexander, quòd nihil prohibet ab aliquo agente aliquid alterari per medium, ita tamen quòd illud medium non altereturr: sicut piscis, qui dicitur stupor, stupefacit manus piscatoris mediante rete, quod tamen non stupefcit, recipit tamē aliqualiter impressionem piscis ſm suum modū, alio tamen modo quām manus. Ita etiam Sol imprimit aliquid in corpora cælestia media, non tamen calefactionem: sed impressio Solis peruenit ad corpora inferiora per modum calefactionis secundum eorum conditionem. Sed contra hanc responsionem videtur esse quod Aristo. dicit, quòd calor causatur in aere trito, vel compresso per motus stellarum. hoc autem non est possibile, quòd contritio, vel compressio a motu Solis perueniat ad aerem, nisi media corpora cælestia conterantur, quod est impossibile. Et ideo Auerrois in commento dicit, quòd totum corpus cæleste mouetur motu diurno quasi vnum animal totum: motus autem planetarum proprii, sunt quasi motus partium animalis. Causatur autem calor in aere præcipue ex motu totius cæli, qui est motus diurnus. vnde & Arist. dicit, quòd approximante Sole, & oriente, & super nos existente, generatur calor, quod quidem fit per motū diurnum. Manifestum est autem, quòd corpus alterans non alterat solum secundum extremam superficiē qua tangit corpus alteratum, sed secundum suam totam profunditatem, vel grossitiem. Et huius signum est, quia corpus tenue non est ita efficax ad alterandum, sicut corpus habens profunditatē, vel grossitiem supposita identitate naturæ. Et ita totum cælum calefacit non solum secundum infimam sphæram, sed secundum totam grossitiem cæli quasi vna alteratione. Et ideo alteratio sequitur in istis inferioribus non solum secundum orbē Lunæ, qui immediate contingit inferiora corpora, sed etiam secundū virtutem stellarum, in quibus est magis adunata, & quasi comasata virtus actiua cælestis corporis, & præcipue secundum virtutem Solis, quæ excedit corpora alia virtute, & magnitudine. Quia igitur totum cælum agitur quasi vnum corpus secundū motum diurnum, non est intelligendum, quòd deorsum vna sphæra imprimat in aliam, sed quòd totum cælum vna impressione alteret inferiorem aerem virtute Solis, & aliarum stellarū quando nobis appropinquant. Sed etiam hęc ratio non videtur esse sufficiens, vt Simplicius dicit. Primo quidem, quia si secundum cōtritionem, vel impressionem aeris ex motu cælestis corporis præsente Sole causeretur calor aeris, primo quidē sequeretur, quòd loca quæ sunt inferiora, minus calefierent, tanquā magis remota a motu calefaciente, nunc autem videmus contrarium. nam in planitiæ est maior calor, quàm in montibus. Secundo, quia cum sphæra terræ se habeat per modum puncti ad sphæram Solis, Sol supra terram existens videtur ex omni parte quasi æqualiter esse nobis propinquus, & ita non deberet esse tanta differentia calefactionis ex Sole, quanta apparet inter mane & meridiem, & inter hyemem & æstatē. Tertio, quia nulla ratio esset, quare minor esset calor in locis vmbrosis, quàm in locis, in quibus radii solis perueniunt. Et eisdē rationibus probatur, quòd Sol non calefacit quasi igneæ naturæ existens. Et ideo Simplicius dicit, quòd a Solis corpore egrediuntur radii, quos dicit esse corporales, & per cælestia corpora, quæ sunt infra Solem, quæ sunt immaterialia sine prohibitione penetrare possunt: per aerem autem penetrant propter aeris poros: sed a corporibus solidis. s. terra & aqua reflectuntur ad æquales angulos, quia vt probant Perspectiui, omnis reflexio fit ad æquales angulos. Quando ergo radius solaris percutit terram diametraliter, radius reflectitur in seipsum, & sic fit maxima inspissatio, quę causat maximum calorem: & hoc quando Sol est directe super summitatem capitum ipsorum, quanto autem Sol est magis distans, tanto generatur minor calor: & inde est, quòd in hyeme, & apud ortum Solis, vel occasum fit minor calor in aere, quia radii solares percutiunt terram secundum angulos magis obtusos. vnde radii influxi magis distant a radiis post obiectis: & propter hoc Aristo. signanter non simpliciter dixit, quòd Sole magis appropinquante generatur maior calor, sed addidit, oriente, & super nos existente, vt intelligatur approximatio per respectum ad summitatem capitum nostrorum, non autem secundum quantitatem linearum a Sole ad nos ductarum, quia fere ex omni parte sunt æquales. Et siquidem intelligat Simplicius in his verbis radios esse corpora constringentia aerem, & inspissantia, & per hunc modum calefacientia, expresse falsum dicit. Probat. n. Aristo. in secundo de Anima, quòd radius, neque est corpus, neque defluxus corporis alicuius. Si vero dicat esse corporales, quia ad modum corporum se habent, inquātum directe proiiciuntur, & reflectūtur a corpore spisso, quia radii penetrare nō possunt, sic verum dicit. Tales enim reflexiones per contrariā sistentiam corporum, non solum competunt corporibus, sed etiam qualitatibus: nam & calor reflectitur cum inuenit obstaculum, & similia huiusmodi. Siquis autem diligenter consideret omnia quæ dicta sunt, aliqualiter vera sunt. dicit enim Aristo. quòd a stellis generatur & calor, & lumen trito aere ab illorum latione quod non videtur sic intelligendum, quòd calor: & lumen generentur per aeris contritionem ex motu cælestium corporum. Non enim agitur hic de lumine ignis generati ex motu, vt prius dicebatur, sed de lumine quod causatur ab his stellis, inquantum sunt entia lucida in actu. Duplex est ergo causa caloris ex corporibus cælestibus in his inferioribus generati. una quidem causa est motus: alia causa est lumen. Quare autem motus causa sit calefactionis supra dictum est. Non est autem intelligendum, quòd mutua contritio, vel confricatio corporis cælestis & aeris sit causa caloris, sed solum motus aeris ex superiori motu cælestis corporis causatus: mouetur autem aer superior, & similiter ignis secundum motum diurnum cæli totius secundum virtutem Solis, & omnium stellarum, vt Auerrois dicit. Secūda autem causa calefactionis corporum inferiorum ab astris, & præcipue a Sole, est lumen, quod quidem habet virtutem calefaciendi, inquantum est qualitas actiua primi alterantis, scilicet cæli, & directe causat qualitatem primam inferiorum corporum, quæ est calor. Et quia hæc qualitas, scilicet lumen, magis abundat in Sole, inde est quòd est maxime potens ad calefaciendū. Reliqua autē cælestiū corporum, inquantum participant de lumine, quę est vniuersalis virtus actiua cælestium corporum, habent virtutem calefaciendi intantum, quòd etiam lumen Lunæ est calefactiuum, secundum id quod Philosophus dicit in libro de Partibus animalium, quòd noctes plenilunij sunt calidiores: vnde quidam pisces mouentur ad superficiem aquæ. Quod autem quædam astra dicantur infrigidare, vel humectare, Auerrois in commento dicit hoc non esse per se, sed inquantum agunt calorem proportionatum. vnde reprehendit Auicennam, qui dicit, quòd stellæ faciunt infrigidationem, & calefactionem. Sed in hoc non rectè dicit Auerrois. Illud enim videtur esse per accidens, quod non per se producitur ab agente. Corpora enim cęlestia sunt actiua respectu eorum quę sunt hic. si igitur non per se agerent frigiditatem, & humiditatem, & alia huiusmodi, sequeretur quòd ista essent per accidens in vniuerso. Item, cum omnes formæ substantiales inferiorum corporum sint ex virtute cælestium corporum, consequens est, quòd ex eorum virtute sint etiam qualitates consequentes species, seu formas elementorum, quæ sunt calidum, frigidum, humidum, & siccum, & alia huiusmodi. Dicendum est ergo, quòd omnia corpora cælestia secundum communem virtutem luminis habent calefacere, sed secundum alias proprias virtutes singulis corporibus attributas, habent non solum calefacere & infrigidare, sed etiam omnes alios effectus corporales efficere in istis inferioribus. Et secundum influentiam luminis, & harum virtutum, verum est quod Alexander dicit, media corpora cælestia recipere impressionem Solis alio modo, quàm corpora inferiora. Est igitur considerandum, quòd secundum quod calor causatur in inferioribus corporibus ex motu astrorum, & totius cęli, corpora propinquiora cælo, scilicet ignis, & superior aeris pars, quæ circunferuntur secundum motum cæli, sunt calidiora. secundum autem quod ex lumine stellarum causatur calor, sunt calidiora ea quæ sunt infima, quia in superioribus reflexiones radiorum magis dispergūtur. Et inde est etiam, quòd circa terram plures species rerum generantur ex virtute radiorum Solis, & stellarum, quæ per reflexionem circa terram multiplicantur.

Mouet autem quæstionem Alexander. Si corpora cælestia suo motu conterunt aerem, videtur sequi, quòd sint tangibilia, & videtur sequi, quòd sint calida, & frigida: hæc enim sunt prime tangibiles qualitates, vt dicitur in secundo de Generatione. Sed ad hoc de facili patet respōsio per id, quod Philosophus dicit in primo de Generatione, quòd illa, quę sunt nata agere, & pati adinuicem, talium qualitates sunt calidum, & frigidum: corpora autem cælestia agunt, & non patiuntur. vnde tangunt, & non tangnntur. Vnde in corporibus cęlestibus non sunt qualitates tangibiles per modum, quo sunt in inferioribus corporibus, sed per modum eminentiorem, sicut in causa actiua. Non est. n. ibi calidum vel frigidum, humidum vel siccum, sed virtus, quæ est horum causatiua. Similiter non est ibi graue, & leue, sed locō horū est ibi aptitudo ad motum circularem: rarum autem & densum inuenitur in corporibus cælestibus, secundum quòd astra sunt spissiora, & magis commassata, q̄ sphæræ eorum, non tamen secundum differentiam contrarie tatis, sed solum secūdum additionem, & diminutionem virturis, ſm maiorē, & minorem congregationem partium.

Lec. 2. T.c. 6. Lect. 19. T.c. 43.

Lect. 44.

LECTIO XI.

Postquàm Philosophus ondit qualis sit natura stellarū hic determinat de motu earum, & primo ostendit qualiter stellæ moueantur, secundo ostendit vtrū ex eorum motu sonus causetur, ibi¶ Manifestum autē ex his &c.¶ Circa primum ostendit stellas non per se moueri, sed deferri eas motu orbiū tribus rationib⁹, quarum prima sumitur per comparationem stellarum ad orbes, in qua quidē ratione vnū præsupponit ex eo quòd apparet ſm sensum. videmus. n. totū cælum & stellas moueri. Necesse est aūt hoc contingere tribus modis. vno quidē modo ita, quòd vtrunq; quiescat. s. & stella, & orbis: alio quidē modo ita, q̄ vtrūque moueatur: tertio vero modo ita, quòd vnum quiescat, & alterum moueatur. hac autem diuisione posita, prosequitur tria membra supra dicta. Et primo sequitur primum, cum dicit.

T.c. 45.

b ¶ Circa qd dicit, q̄ impossibile est dicere, quòd vtrūque quiescat. s. stella, & orbis, si supponat quòd etiā terra quiescat. Nō. n. posset saluari apparens motus stellarum, si & stellæ quæ videntur moueri, quiescerent, & orbes qui videntur, moueri. Quòd etiam motus appareat, causatur ex motu visibilis, vel ex motu videntis: & ideo quidā ponentes stellas, & totū cælū quiescere, posuerunt terrā, in qua nos habitamus, moueri ab occidente circa polos æquinoctiales qualibet die semel: & ita per motū nostrū vſ nobis, quòd stellæ in contrariū moueantur. quod qui dē dſ posuisse Bradinus ponticus, & Aristarcus. Supponit autē

LIBER SECVNDVS. 43

Arist. ad præsens, quòd terra quiescat, quod post modum probabit. vnde relinquitur remoto primo membro, quo ponebatur cælum, & stellas quiescere, alterum duorum membrorum verificari. s. vel quòd vtrunq; moueatur, scilicet stella, & orbis: vel quòd vnum eorū moueatur, & alterū quiescat. Deinde cū dicit.

c ¶ Destruit alterū mēbrum. s. quòd tam stella, q̄ orbis moueatur, & dicit, q̄ si ambo mouentur, vſ sequi quodda quod est irrationabile. s. quòd sit eadē velocitas stellæ, & circuli deferentis ipsam. Si. n. verum quę mouentur, oportet dicere, quòd velocitas vniuscuiusque stellæ sit æqualis velocitati circuli, i quo fertur. Apparent. n. stellæ simul cū circulis redeuntes, iterū in idē a quo incæperāt moueri. & hoc quidē manifeste apparet, si loquatur de stellis fixis, quę sunt in sphæra octana. Nam oēs ſmōi stellæ simul cū tota sphæra vſr vno motu moueri, ita q̄ stella quæ est in circulo æquinoctiali, q̄ est circulus maximꝰ diuidens sphærā per medium, in eodē tēpore circuit totū circulum suum magnū, in quo tempore alia stella, quæ est in minori circulo versus alterum polorū, circuit circulum suum paruum. Et sic, cum illud sit velocius qđ. in æquali tempore mouetur per maius spatium, vt in 6. Physicorum, sequitur, q̄ stella, quanto est in maiori circulo, tanto sit velocioris motus. & similiter quanto circulus est maior tanto motus eius erit velocior. Et potest etiam hoc intelligi, vt Alex. dicit, adaptando ad circulos planetarum. Nam secundum quod mouentur motu diurno simul reuoluuntur cum suprema sphæra, inquantum per motus proprios planetæ in suis circulis per aliquod spatium retrocedunt. Et quia circulus superioris planetæ est maior, sequitur quòd superior planeta sit velocior quantum ad motum diurnum: quia in eodem tempore per maiorem circulum reuoluitur. Sic igitur ram in stellis fixis, quàm in planetis, aliqualiter accidit, quòd simul stella pertransiuit totum circulum, & quòd circulus est motus proprio motu pertranseundo propriam periferiam, ideſt circunferentiam: quod quidem intelligitur inquantum aliquod punctum signatum in circulo redit ad pristinum statum. Sic igitur, ostenso quòd accidat ex dicta positione eaſdem esse velocitates astrorum, & circulorum, ostendit hoc esse irrationabile, vt supposuerat.

Lec. 13. T.c. 13.

Deinde cum dicit.

d ¶ Et primo quidem proponit, quòd non est rationabile quòd sit eadem velocitas astrorum, & magnitudinis circulorum, vt scilicet tanto aliquod astrum sit velocius, quanto mouetur in maiori circulo. Secundo autē ostendit non esse inconue-

LECTIO XI

Vm autem & stellæ transferri uideantur, & totum cælum aut utrisque quiescentibus, aut utrisque subeuntibus motum, aut altero quiescente, altero subeunte motum, hinc fieri mutationem necesse est.

B

Ambo igitur quiescere, terra quiescente impossibile est. Non enim fierent, quæ uidentur. at supponatur terram quiescere. Restat igitur ambo moueri, alterum quiescere, alterum motu cieri.

Si igitur ambo mouebunt, ratione profecto uacat, easdem stellarum, aut circulorum esse celeritates, Vnaqueque enim æque celeris erit, atque circulus, in quo fertur. Simul enim cum circulis in idem redire uidetur. Accidit igitur simul stellam circulum transimisse, & circulum, lationem suam egisse, suamque circunferentiam transisse.

C

Non est autem consentaneum rationi celeritates stellarum, & magnitudines circulorum eandem rationem habere. Circulos enim non est absurdum, sed necessarium celeritates habere rationem subeuntes eandem, quam & magnitudines subeunt: Stellarum autem earum quæque, quæ sunt in istis, nullo modo consentaneum est rationi. nam si necessario celerior erit, quæ per maiorem circulum fertur, patet si circulos stellæ suos mutabunt, alia celerior, alia tardior erit: hoc au-

D

E

ramsi inquantum per motus proprios planetæ in suis circulis per aliquod spatium retrocedunt. Et quia circulus superioris planetæ est maior, sequitur quòd superior planeta sit velocior quantum ad motum diurnum: quia in eodem tempore per maiorem circulum reuoluitur. Sic igitur ram in stellis fixis, quàm in planetis, aliqualiter accidit, quòd simul stella pertransiuit totum circulum, & quòd circulus est motus proprio motu pertranseundo propriam periferiam, ideſt circunferentiam: quod quidem intelligitur inquantum aliquod punctum signatum in circulo redit ad pristinum statum. Sic igitur, ostenso quòd accidat ex dicta positione eaſdem esse velocitates astrorum, & circulorum, ostendit hoc esse irrationabile, vt supposuerat.

Deinde cum dicit.

d ¶ Et primo quidem proponit, quòd non est rationabile quòd sit eadem velocitas astrorum, & magnitudinis circulorum, vt scilicet tanto aliquod astrum sit velocius, quanto mouetur in maiori circulo. Secundo autē ostendit non esse inconue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niens hoc dicere circa ipsos circulos: immo magis videtur ne- F
cessarium, quòd eorum velocitates analogice, ideſt, proportio
naliter ſe habeant ad eorum magnitudines: quia ita videmus
in omnibus corporibus naturalibus, quòd quanto aliquid fuerit maius, tanto velocius mouetur motu proprio. Et ſic, ſi non
eſt rationabile, quòd velocitas ſtellarum proportionetur magnitudini circulorũ, eſt autem rationabile, quòd velocitas circulorum proportionetur magnitudini proprie, conſequens eſt, irrationabile eſſe æquales velocitates aſtrorum, & circulorum. Quod autem non ſit rationabile, quòd motus cuiuſlibet ſtellę proportionetur in velocitate magnitudini ſui circuli, ſic oſtẽdit. Quia aut hoc contingeret ex neceſſitate naturali, aut a caſu. ſi autẽ contingat ex naturali neceſſitate, quòd
T.com.46. ſtella ſit velocior, q̃ mouetur in maiori circulo, ſequitur, q̃ ſi tranſponantur ſtellæ in alios circulos, vt ſcilicet ſtella, quæ prius erat in maiori circulo, poſtea ponatur in minori, ſequetur quòd ſtella quæ prius erat tardior, ſit velocior, & econuerſo. & ita videbitur, quòd ſtellæ non habebunt propriũ motum, ſed mouebuntur a circulis, & ex quo ſtella non conſeruat velocitatẽ aliquam propriã in ſuo motu. ſed velocitas eius, conſequitur ſolam magnitudinem circuli Si autem dicatur, quòd hoc cõtingit a caſu, quòd ſtella quæ eſt in maiori
T.c.47. circulo uelocius moueatur, hoc improbat dupliciter. Primo quidem, quia ſi hoc eſſet a caſu, non eſſet rationabile in omnibus circulis & ſtellis hoc inueniri, ſimul eſſe maiorem circuli magnitudinẽ, & maiorẽ velocitatẽ motus ſtellæ. Quod
au. hoc contingeret in vno, vel in duobus, non videretur eſſe in conueniens, ſed quòd hoc contingat in omnibus, & a caſu, videtur eſſe quoddam fictitium. Ea enim quæ ſunt a caſu, non eodẽ modo ſe habẽt in omnibus aut in pluribus, ſed in paucioribus. Secundo oſtendit, quòd hoc non poſſit eſſe a caſu per hoc, quòd caſus non contingit in his quæ ſunt a natura, ſed ea quæ caſualiter fiunt, ſunt præter naturæ ordinem. Vnde ea, quæ a caſu, vel fortuna fiunt, non ſimiliter ſe habent in omnibus, ſicut ea quæ ſunt a natura. Cum igitur in motibus cœleſtium corporũ nihil ſit præter naturam, vt ſupra habitum eſt, non poteſt eſſe, quòd hoc quod dictum eſt a caſu accidat. & ita patet non eſſe verum, quod ſimul circulus, & ſtella moueantur, & æquali velocitate. Poteſt etiam ad hoc improbandum alia ratio induci: quia vt Alexander dicit, ſequeretur, quòd alter motuum eſſet ſuperfluus, quod non contingit in his quæ ſunt a natura.
Deinde cum dicit.

circulos, hoc quidem erit velocius, hoc autem tardius. Sic autem non vtique habebunt proprium motum, ſed ferentur vtique a circulis, ſiue a caſu contingit. Neque ſic rationabile, vt in omnib' ſimul, vt circulus quidem ſit maior, & latio uelocior eius quod in ipſo aſtri. vnum quidẽ enim, aut duo hunc G
modum habere nihil inconueniens: omnia autem ſimiliter, ſi ctioni aſſimilatur. Simul autẽ & non eſt in his quæ natura, quod ut contingit, neque & vbi que quod in omnibus exiſtens, a fortuna.

e Sed adhuc iterum, ſiquidem circuli manent, aſtra autem mouentur, eadem & ſimiliter erũt irrationabilia. accidet enim velocius moueri quæ extra, & velocitates eſſe ſecundum magni H
tudines circulorum.

f Quoniam quidem igitur neque vtraque moueri rationabile, neque aſtrum ſolum, relinquitur circulos quidem moueri, aſtra autem quieſcere, & infixa circulis ferri. ſolum enim vtique ſic nullum irrationabile accidit: celeriorem enim eſſe maioris circuli uelocitatem rationabile eorum, quæ circa idẽ centrum collocatorum. Sicut enim in aliis maius corpus uelocius fertur propria latione, ſic & in circularibus. maior. n. ablatorum ab his, quæ ex centro maioris circuli deciſio. Ita que rationabiliter in æquali tẽpore maior circunfertur circulus, & non diuelli cęlũ propter hoc accidet, & quia oſtenſum eſt continuum ens totum.

tem modo motionem propriam non habere, ſed ab ipſis orbibus ferri uidentur, ſin caſu accidit. Neque hoc pacto conſonum eſt rationi, vt in omnibus ſimul & circulus ſit maior, & latio ſtellæ, quæ eſt in ipſo celerior, unam enim, uel duas hoc modo ſeſe habere non eſt abſurdum. Vniuerſas uero ſimili modo ſeſe habere, figmento eſt ſimile. Et inſuper in biſce, quæ ſunt natura, non eſt id quod fit caſu, neque id quod ubique, & in omnibus eſt, proficiſcitur a fortuna.

At uero ſi orbes quieſcant, ſtellæ autem moueantur, eadem abſurda, & ſimiliter erunt. euenret enim celerius eas moueri, quæ ſunt extra, & cæleritates per orbium magnitudines eſſe.

Cum igitur neque utraque, neque ſtellam ſolum moueri conſentaneum ſit rationi, reſtat orbes quidem moueri, ſtellas uero quieſcere, & infixas in ipſis orbibus ferri: hoc enim modo duntaxat nihil accidit, quod rationis fines egrediatur. Et uelocitatem enim orbis maioris celeriorem eſſe conſentaneum eſt rationi circa eundem centrum in orbibus ſtellis infixis. Vt enim in cęteris maius corpus celerius latione propria fertur, ſic & orbibus ipſis. Pars enim orbis maioris, maior eſt biſce partibus, quæ auferuntur ab eo plano, quod per centrum extendi tur. Quare congrue æquali tempore maior orbis circumferetur, & cælum accidet non diuelli, & propter hoc ipſum, & quia demonſtratum eſt totum ipſum continuum eſſe.

e ¶ Inquirit de tertio membro, & primo oſtendit, quòd non eſt poſſibile, quòd ſtella moueatur, & circulus quieſcat, & dicit, quòd ſi dicatur circulos manere in eodem ſitu, & ſtellas moueri, ſequentur eadem irrationabilia quæ & prius. Accidet enim, quòd ſtella velocius moueatur, quę eſt extra: & ſi hoc referamus ad ſtellas fixas, dicetur illa ſtella eſſe extra, quæ eſt extra polos, propinquior æquinoctiali. Si autẽ referamus ad planetas, dicetur eſſe extra ſtella illa, quæ eſt in circulo continenti. contentum enim eſt infra continẽs. Vtro que enim modo circulus qui eſt extra, eſt maior, & ita ſequetur, quòd velocitates ſtellarum ſint proportiõabiles magnitudini circulorũ. Secundo cũ dicit,
f ¶ Verificat vltimũ membrum diuiſionis dicẽs, quòd quia neq; rationabile eſt, quòd vtrunque, ſcilicet tam ſtella, quam circulus moueatur, neque etiam rationabile eſt, quòd ſolum ſtella moueatur, ſequitur quòd circuli, ideſt, ſphæræ moueantur, ſed altera ſecundum ſe quidẽ quieſcat, quaſi nõ per ſe mota. ſed mouentẽ ad motũ ſphęrarũ, quibus ſunt inſixæ, nõ ſicut alterius naturæ exiſtentes. ſicut claues ferreę in ſigitur rotę ligneæ, ſed ſicut eiuſdem naturę exiſtes, ac ſi ſtella ſit nobilior pars ſphæræ, in qua congregatur lumẽ, & virtus actiua. & hoc quidem rationabile eſt dicere, quia hoc poſito nihil, irrationabile ſequitur. primo. n. nõ eſt irrationabile, quòd ſit maior velocitas maioris circuli, ſi inter circulos ex collocatos circa idẽ ęctrum, hoc proprie accipiatur, oportet hoc referri ad diuerſos circulos planetarum, qui ſecundum intentionem Ariſt. omnes ſunt circa idem centrum, quod eſt terra. Non enim Aſtrologi ſui temporis ponebant excentricos, neque epiciclos. Nõ autem poterit hoc referri ad diuerſos motus, quos deſcribunt ſtellæ fixæ in ſuo motu. nõ. n. omniũ eorũ circulorũ eſt idẽ centrũ. Sed ſi ad ſtellas fixas referre velimus, oportet q̃ hic nomine centri, polus ſignificet, eo q̃ ſicut ſe habet cẽtrũ ad circulũ in ſuperficie plana, ita ſe habet aliqualiter polus ad circulũ in ſuperficie ſphærica. Cũ autẽ in eadem ſphæra deſignantur diuerſi circuli circa eorum polos, tanto aliquis circulus eſt minor, & tardioris motus, quanto eſt polo propinquior. ſicut & inter circulos adinuicem poſitos, tanto aliquis circulus eſt minor, & tardior, quanto eſt propinquior centro. Vnde centrum, & polus, ſunt indiuiſibilia, & penitus immobilia. immo autem hoc dixit eſſe rationabile, quia, & in aliis corporibus, quæ mouentur motu recto, quanto aliquod corpus eſt maius, tanto velocius mouetur deorſum. Econtrario autem ſe habet in motu vio-

tu violento, in quo corpus quanto eſt maius, tanto tardius mo A
uetur. vnde & in corporibus, quæ mouentur motu circulari, cum motus eorum ſit regularis, rationabile eſt, quòd quanto circulus fuerit maior, tanto velocius moueatur. Et quòd motus maioris circuli ſit velocior, patet ex hoc, quòd ſi a centro ducantur duæ lineę rectę per omnes circulos vſque ad ſupremum, portio illa, quæ abſcinditur ab his duabus lineis, erit maior in circulo maiori, & minor in minori. & eadem ratio eſt ſi ducantur duę lineę circulares a polo per omnes circulos vſq; ad maximum corũ. Cum ergo via dictarum duarum linearũ circularium rota ſimul perueniat ad locum in quo erat alia manifeſtũ eſt, quòd in maiori circulo pertranſibit maiorem portionem in eodem tempore: & hoc
Lec.3. T.c.13. eſt uelocius moueri, ſicut dicitur in 6. Phyſico. pertranſire maius ſpatiũ in æquali tempore. Sic ergo rationabile erit, qđ maior circulus pertranſeat maius ſpatium in æquali tempore, & ita motus erit velocior. Secundo autem non accidet hoc inconueniens, q̃ cælum diuellatur, id eſt, ſcindatur, quod oportebit dicere, ſi ſtellæ mouentur, & orbes quieſcant: & præcipue quia oſtenſum eſt, quòd totum cęlum eſt continuum, ita quòd inferior ſphæra tangit ſuperioré ſecundum totum. Si igitur orbes quieſcerent, & ſtellæ moueré tur, ſiquidem ſtellæ eſſent profundatæ in corporibus ſphærarũ, ſequeretur, quòd ſuo motu diuellerent, ſiue dirumperent ipſam ſphærarum ſubſtantiam. Si autem mouerétur in ſuperficie ſphęræ ſuperioris, oporteret quòd vel inferior ſphæra ſcinderetur a motu ſtellæ, vel quòd eſſet aliquod ſpatium medium inter duas ſphæras ſecundum quantitatem ſtellæ, & hoc ſpatium oporteret, vel eſſe vacuum, vel eſſe plenum aliquo corpore paſſibili, qđ diſrumperetur ad modum aeris, vel aquæ per motum corporis tranſeuntis. Vtrunque autem horum eſt impoſſibile. Sed hæc omnia inconuenientia euitantur, ſi ponamus ſtellas non moueri per ſe, ſed ſolum per motum orbium. Hæc autem expoſitio, D
quæ dicta eſt conuenit tam quantum ad ſtellas fixas, quam etiã quantum ad planetas. Poteſt autem aliter exponi, ſecundum quòd referatur ſolum ad ſtellas fixas. quia enim probauerat, qđ motus maioris circuli eſt velocior per quantitatem portionum interſectarum a duabus lineis procedentibus a centro, vel a polo, probat hoc iterum alia ratione: quia niſi maior circulus in ſphæra ſtellarum fixarũ velocius moueretur, ſequeretur, quòd ſphæra ſtellarũ tota non eſſe continua, ſed diuelleretur per partes cum ſtella, quæ eſt in minori circulo, ſi haberet motũ æque velocem, oporteret quòd in minori tempore ſuum circulũ peragéret. hoc enim eſt de ratione æque velocis, quòd in minori tempore minus ſpatium pertranſeat.

LECTIO. XII.

a Dhuc autem, quoniam ſpherica ſunt aſtra, quemadmodu & alii dicunt, & nobis conceſſum dicere exillo corpore generantibus. Sphærici autem duo ſunt per ſe, volutatio & circungiratio. ſi motu quidem igi B
tur mouentur aſtra per ſeipſa, altero vtique mouebuntur horum, ſed neutro uidentur. circungirata quidem enim vtique manerent in eodem. & non transferrentur: quod, & videtur, & omnes dicunt. Adhuc autem omnia quidem rationabile eodem motu moueri: ſolus autem videtur aſtrorum Sol hoc operari oriens & occidens, & iſte non propter ipſum, ſed propter elõgationem C

LECTIO XII.

Ræmiſſa prima ratione ad oſtendendum, quòd aſtra a E
mouentur per motum circulorum, quæ ſumebatur ex comparatione ſtellarum ad circulos ſeu orbes, hic ponit rationem ſecundam, quæ ſumitur ex figura ſtellarum, quæ talis eſt. Stellæ ſunt ſphæricæ figuræ: vnde ſi mouerentur, oporteret eas moueri motu, qui eſt proprius corpori ſphærico, qui eſt duplex, ſcilicet volutatio, & circũgyratio: neutro autem iſtorum duorum motuum ſtellæ mouentur, ergo non mouentur ſecundum ſeipſas, ſed hoc quod apparet de motu earum, eſt, quia mouentur ſecundum motum circularem. Primo ergo proponit ſtellas eſſe ſphęricę figurę: quod quidem manifeſtat dupliciter. Vno modo, quia omnes alii ita dicunt quę ſtellas eſſe ſphęricas, & ita hoc eſt tanq̃ ꝓbabile accipiẽ

dum. Alio modo ſecundum rationem, quæ ſumitur ex prædeterminatis. Dictum eſt enim, quòd ſtellę ſunt factæ ex natura cęleſtium corporum. vnde oportet confiteri, quòd habeant eandem figuram quam habet cælum. Oſtenſum eſt autem ſupra, cælum eſſe ſphæricæ figuræ: vnde oportet ſtellas ſphæricæ figuræ eſſe. Deinde oſtendit differentiam motuum circularium, q̃ ſunt proprie ſphærici corporis, & dicit quòd duo ſunt motus ſphærici corporis, qui conueniunt ei per ſe, ideſt, ſecundum rationem proprię figuræ, ſcilicet reuolutio, & circungyratio. Differũt autem hi duo motus ſecundum diuerſitatẽ axis, & polorum, ſuper quos intelligitur corpus ſphæricum moueri, & hoc per comparationem ad nos. Si enim intelligatur corpus ſtellæ moueri ſuper duos polos, quorum vnus ſit in ſuperficie, quæ eſt verſus nos, & ali' in ſuperficie oppoſita, ita quòd intelligamus axem eſſe lineã tranſeũtem per profunditatem ſtellæ, ſic ſtella mouetur motu circungyrationis conſeruans eandem ſuperficiem verſus nos, ad modum quo mouetur mola molendini. Si vero intelligatur corpus ſtellæ moueri ſuper duos polos quorum vterque accipitur in quacunque parte, qua coniungitur corpori ſphæræ, ſic in ſuo motu non ſemper ſeruabit eandẽ ſuperficiem verſus nos, & erit motus volutationis. Quia igitur iſti duo motus ſunt proprii corporis ſphęrici, oportet, ſi ſtellæ mouentur per ſeipſas, quòd altero horum motuum moueatur. Deinde oſtẽdit, quòd neutro horum motuum cauſetur motus, qui in eis videtur. & primo oſtendit, quòd motus, qui in ſtellis videtur, non ſit motus circumgirationis, & hoc idem probat dupliciter. Primo quidem: quia ſi corpus ſtellarum moueretur motu circũgirationis, oporeret, q̃ quelibet partes ſtellæ mutarent loca ſua, tamen tota ſtella maneret in eodem loco ſecundum ſubiectum, diuerſificato ſolum ſecundum rationem, ſicut patet ex his, quę probantur in 6. Phyſicorum. Talis eſt diſpo- Lec.11.
litio motus ſphærici, eo quòd eſt circa centrum, & polos, T.c.85.
qui non mouentur: ſed hoc non poſſumus dicere in ſtellis, quia contrarium huius apparet ſenſu. Videmus enim quandoque ſtellas in oriente, quandoque in occidente. ſimiliter etiam hoc ab omnibus dicitur, quòd ſphæræ, & ſtellæ non ſemper manent in eodem loco, ſed de uno loco transferuntur in alium. non ergo motus qui apparet in eis, eſt motus circungirationis. Alio modo oſtendit idem, quia ſi motus congirationis conueniret ſtellis, rationabile eſſet, quòd omnes tali motu mouerentur, eo quòd omnes ſunt vnius naturæ, ſcilicet de natura cæleſtis corporis, vt ſupra oſtenſum eſt: ſed talis motus non apparet in omnibus ſtellis, ſed ſolum in Sole, nec etiam in quacunque parte exli ſit, ſed ſolum quando oritur, & quando occidit. & hoc ipſum non accidit propter ipſum Solem, quia circungiret, ſed propter elongationem viſus noſtri a Sole. viſus enim noſter, quia longe diſtat a Sole, nutat, ideſt, tremit propter infirmitatem ſuam inquantum ſuperuincitur a ſuperexcellẽti claritate Solis. Et iſta etiam forte eſt cauſa, quòd ſtellæ fixæ videntur ſcintillare propter maximam diſtantiam earum a nobis, eo quòd ſunt in ſphæra octaua. planetæ autem non videntur ſcintillare propter hoc, quòd ſunt propinquiores nobis. Et ideo viſus noſter potens eſt in ſuo vigore pertingere ad ipſos, ſed reſpiciens ad ſtellas manentes i. fixas, viſus noſter tremit, quaſi porrectus valde in longinquum propter elongationem illarum ſtellarum a nobis. Tremor autẽ qui accidit in viſu noſtro, facit videri, quòd aſtrum moueatur vel ſecundum ſcintillationem, ſicut ſtella fixa, vel etiam ſecundum circumgirationem, ſicut Sol, eo quòd nihil differt quantum ad hoc quòd aliquid videatur moueri, vtrum moueatur viſus, vel res quæ uidetur, ſicut patet de illis, qui nauigant

Universidad de Navarra
BibliotecaCC

circa litt.ora: quòd quia ipsi sunt in motu, videtur eis quòd mo
res, & extræ moueantur. Est autem circa ea quæ hic dicuntur
considerandum, quòd Philosophus dicit hic, quòd visus noster
tremit: & rectus loge valde respiciens ad stellas fixas, non quia
visus fixæ extra mittendo quod improbat in libro de Sensu &
Sensato, sed quia in huiusmodi eadem ra
tio est, siue visus fiat
extra mittendo, siue
intus suscipiendo. Co
natur enim visus ad
videndum rem à re-
motis, non solum si
oporteat eum radiũ
visualem emittere vs
que ad corpª distans
sed etiã si oporteat
eum suscipere spe-
ciẽ à corpore distan
te proueniẽtem: qa
corporis distantis,
debilior est impres-
sio: & ideo difficili⁹
est eam sentire. Vti
tur autem modo lo
quẽdi, ac si visus fiat
extra mittẽdo: quia
Mathematici ita vtũtur in suis demon
strationibus, & plu-
res homines ita lo-
quũtur. Nominibus
autem vtendum est,
vt plures, sicut ipse
T.c.35. dicit in Secundo To
picorum. Item con-
siderandum est, quòd stellas quasdam vocat fixas, vel manentes,
non quia omnino non moueantur secundum motum suę sphæ
ræ, sicut & planetę, qui dicuntur erratici: sed quia semper a se
invicem conseruant eandem distantiam, & elongationẽ, quod
de planetis non accidit. Item quòd dicit, planetas non scintil-
lare, sicut Simplicius dicit intelligendũ est, vt in pluribus. Nã
Mercurius scintillat, vnde & in græco nominatur stilbon à
scintillando. Sol etiam: & scintillari, & circungirari videtur:
sed scintillando quidem videtur esse ex eo, quòd visus non po-
test perfectè apprehendere rem visam: quod quidem in stellis
fixis accidit propter earum distantiam, in Sole autem propter
excellentiam claritatis. Circungiratio autem videtur ex eo,
quòd res visa potens est ad alterandum visum intantum, quòd
circumuoluto spiritu visibili, videatur ipse Sol circumuolui. &
inde est, quòd maxime uidetur circumgirari in ortu. & hoc, I
quando visus noster magis potest defigi in ipsum: quia non tan
ta virtus est claritatis eius propter vapores terrenos. Cum autẽ
eleuatus fuerit propter excellentiam claritatis, non potest ocu
lus intantum defigi in ipsum, quòd sufficiat ad apparentiam cir
cumuolutionis, sed eum videt scintillantem. Alexander au-
tem dicit, quòd ideo Sol in ortu, & occasu videtur circumgira
ri, quia sentitur duplex motus eius, scilicet diurnus, & motus
proprius ex comparatione ad quietem terræ. Sed hoc non est
credibile, quòd motus Solis, præcipue quo mouetur motu pro
prio, possit in tam breui spacio percipi, ideſt cum vix etiam in
multis diebus sentiatur. Arist. etiam dicit in litera, quòd ista cir
cumgiratio apparet nõ propter ipsum Solem, sed propter elon
gationem visus nostri. Et est sciendum, quòd Plato posuit stel
las præter hoc, quòd mouentur motu orbium, moueri motu
circumgirationis. quod quidem Simplicius nititur ostendere es
se verum multipliciter. Primo, quia cum stellæ sint corpora na K
turalia, oportet q̃ habeant aliquem motum naturalẽ: & quia sunt
de natura cęli, oportet q̃ ſm seipsas moueantur motu circulari
qui est circũgiratio. Secũdo, quia stellę ſm plures, sunt corpora
animata, & ita oportet, q̃ per se moueantur. & quãuis sint quo-
dãmodo partes orbium, habent tñ secundum seipsas propriã in-
tegritatem, & circumgirationem. Tertio, quia, cum figura sphę
rica sit aptissima ad motum circularem, sicut est ineptissima ad
alios motus, videtur, quòd stellæ moueantur circulariter mo-
tu circumgirationis secundum seipsas. & secundum hoc Plato
posuit, quòd stellæ fixæ mouentur duobus motibus, scilicet mo
tu circumgirationis secundum seipsas, & motu orbis, quia vi-
dentur moueri ab oriente in occidentem. Stellæ autem errati-
cæ mouentur secundum ipsum tribus motibus, scilicet motu
circumgirationis, & motu proprij orbis, & motu suprem
orbis, qui est motus diurnus. Dicit enim Simplicius, quòd Arist.

noſtri viſus. viſus enim diſtans
longe nutat propter infirmita-
tem quæ cauſa forte & eius qđ
eſt ſcintillare videri ſtellas fi-
xas, planetas autem non ſcintil
lare: planetæ quidam enim pro
pe ſunt. Quare potens exiſtens
ad ipſos pertingit viſus, ad ma
nentes autẽ tremit propter lon
gitudine m porrectus longe val
de. Tremor autem ipſius aſtri
facit videri eſſe motum: nihil
enim differt moueri viſum, aut
quod videtur. Sed adhuc quòd
neque voluantur aſtra manifeſ-
tum: quod enim voluitur, verũ
neceſſe eſt. Lunæ autem ſemper
parẽs eſt, quod vocatur facies.
Itaque quoniam mota quidem
per ſeipſa, propriis moueri mo
tibus rationabile, his autem nõ
videntur mota, palam quia nõ
vtique mouebuntur per ſeipſa.

*ſe cã eſt, & ut ſtellæ quidem fixæ mi
care, uagantes autem non micare
uidentur. Vagæ nanque ſtellæ ſunt
prope, quare uiſus ſui compos ad
ipſas accedit. Ad fixas autem long-
ge ualde ſeſe extendens ob longitu-
dinem tremit. Tremor autem ipſius
facit ut hæc motio ſtellæ ipſius eſſe
uideatur. nihil enim intereſt, uiſus,
an id quod cernitur moueatur. At
uero nec uolui ſtellas perſpicuum
eſſe uidetur. Id enim quod uoluí-
tur, uerſetur neceſſe eſt: at id Lunæ
quod facies nuncupatur, ſæpe uide-
tur. Quare cum conſonum ſit ratio-
ni ſtellas hiſce motibus, qui ad ipſas
ſunt accommodati, moueri, ſi per ſe
moueantur, his autem moueri non
uideantur, patet ipſas per ſe non
moueri.*

F hanc poſitionem, non in rendit nunc improbare. Non enim o-
ſtendit: quod ſtellæ nullo modo, circumgiruntur, ſed quòd iſte
motus, qui ſenſibiliter apparet in ſtellis, non eſt circumgiratio,
quia circumgirata manẽt in eodẽ loco ſecundum motum. ſtel
lę autem ſecundũ motum qui eſt in eis, videtur quòd non ma
neant in eodem loco
quia circumgiratio,
videtur in Sole aper
tius ſi ortu & occaſu.
propter hoc oſtendit
quòd id quod in eo
videtur de huiuſmo
di motu, non eſt pro
pter ſeipſum, ſed pro
pter paſſionem viſus
noſtri. Sed quia pro
poſitum Ariſt. fuit
non recedere ab eis,
quæ ad ſenſum appa
rent: quia talis cir-
cumgiratio non ſen-
ſimiliter apparet in
ſtellis: ideo non aſſe-
ruit hunc motum in
ſtellis eſſe, licet nõ di
recte iprobauerit ſi-
mul etiam: quia mo-
tus cæleſtium corpo
rum cauſant motus
inferiorum corporũ,
inquantum appro-
pinquant, vel elonga
tur a nobis: ſecundũ
autẽ huiuſmodi ſtel
larum circumgiratio
nem nullus effectus
deprehenditur in iſtis inferioribus: nec ſecundum hunc
motum, ſtellæ appropinquant, vel elongantur a nobis. Et
ideo Ariſtoreles non curauit hunc motum attribuere ſtel-
lis. Deinde oſtendit, quòd ſtellæ non mouentur motu vo-
lutationis. Illud enim quod reuoluitur, neceſſe eſt quod
reuoluatur, ita, ſcilicet, quòd non ſemper eadem ſu-
perficies eius appareat, ſed videmus quòd in aliquo ſ-
ſtorum, ſcilicet in Luna, ſemper eadem ſuperficies no-
bis apparet, ſcilicet illã ſuperficies, quę vocatur facies, eo
quòd apparet in ea quædam diſtinctio, ſicut in facie ho-
minis quædam diſtinctio ſecundum quandam lineationem
videtur. & ſic patet, quòd Luna non mouetur motu vo-
luntatis: & eadem ratione nec ſtellę aliæ, quoniam cum
ſit eadem natura omnium ſtellarum, eadem ratio videtur
I eſſe de vna, & de aliis. & ita concludit, quòd, quia
ſtellæ, ſi per ſe moueretur, irrationabile eſſet eas mo-
ueri propriis motibus, qui ſunt regiratio, & volutatio his
autem motibus, non mouentur, vt oſtenſum eſt: conſequens
eſt, quòd ſtellę per ſeipſas non moueantur. Conſiderandum
eſt etiã, qđ cauſa illius diuerſitatis, quæ in ſuperficiæ Lunæ ap-
paret, à diuerſis diuerſimode aſſignatur. Quidam enim dicunt
quòd cauſa illius diuerſitatis eſt aliquod corpus interpoſitum
inter nos, & Lunam, quod prohibet nos, ne videamus totaliter
claritatem Lunæ: vnde ex illa parte, qua inter viſum noſtrũ, &
lunam interponuntur huiuſmodi corpora, videtur eſſe quæ-
dam obſcuritas, ex eo quòd claritatem habere in illa parte nõ
videmus. Sed hoc non poteſt eſſe, quia illud corpus interpoſi-
tum inter nos, & Lunam, non eodem modo interponitur inter T.c.35.
Lunam, & viſum hominis in quacunque parte mundi: & ita
non uideretur ſimilis diſpoſitio in Luna ex omni parte mun-
di. Sic igitur non videtur ſimilis diſpoſitio eclypſis ſolaris ex
omnibus partibus mundi ex interpoſitione Lunæ inter So-
lem, & viſum noſtrum, quod circa prædictam diuerſitatem Lu
næ non accidit. nam ſimiliter videtur ex omnibus partibus ter
ræ ſiue orientalibus, ſiue occidentalibus, ſiue auſtralibus, ſiue
borealibus. Alii vero dicunt, quòd huiuſmodi obſcuritas ap-
parens in Luna, eſt quædam ſimilitudo alicuius corporis, puta
terræ, aut maris, aut montium, quæ reſultat in Luna, admodum
quo reſultat forma in ſpeculo. Et hoc etiam tollitur per ean-
dem rationem, quia ſi huiuſmodi formæ in ſpeculo viderentur
eẽ quadam refluxione viſualium radiorum, uel etiam for-
marum uiſualium, non ex omni parte terræ ſimilis diuerſitas
apparet in Luna. ſicut nec forma in ſpeculo apparet ſecundum
eandem diſpoſitionem vndique aſpicienti: quia reflexio fit
ad loca determinata ſecundum proportionem corporum,
ad quæ fit reflectio. & propterea ſecundum hoc ratio Ariſto.

non

non valeret: quia poſſet dici, quòd ſemper talis diuerſitas ap- A
paret nobis in Luna, non quia ſemper eadem eius ſuperficies
ſit ad nos conuerſa, ſed quia quælibet eius ſuperficies ex prædi-
ctis cauſis recipit in ſe huiuſmodi apparentiam, quando ad nos
conuertuntur. Et ideo alij dicunt, & melius, quòd ratio quare
talis diuerſitas vide
tur in Luna, eſt pro-
pter diſpoſitionem
ſuæ ſubſtantiæ, non
T.c.50. autem ꝓpter diſpoſi a
tionem alicuius cor
poris, vel quãcunq;
reflexionem. Et ho-
rum eſt duplex opi-
nio. quidam. n. dixe
runt, q̃ formę effe-
ctuum ſunt quodã-
modo in ſuis cauſis,
ita tamen, quòd quã
to aliqua cauſa eſt
ſuperior, tãto diuer
ſæ formæ effectuum
ſunt in ea magis vni
formiter. quanto ve
ro eſt inferior, tanto
formæ effectuũ ſunt
in ea magis diſtin-
ctæ: corpora autem
cæleſtia ſunt cauſa
inferiorum corporũ.

LECTIO XIII.

Adhuc autem irrationa
bile, nullũ organum
ipſis dediſſe naturam
ad motum. Nihil enim, vt con-
tingit, facit natura: neq; de ani
malibus curaſſe, ſic autem pretio-
ſa deſpexiſſe: ſed videtur
quemadmodum ſtudioſe factũ B
auferre omnia, per quæ contin
gebat progredi per ſeipſa, &
quia plurimum ſemouiſſe ab ha
bentibus organa ad motum.
Propter quod & rationabiliter
vtique videbitur totum cælum
ſphęricum eſſe, & vnumquodq;
aſtrorum. Ad cum enim quidẽ,
inter corpora cæleſtia infimum eſt Luna, & ideo in Luna, ſm
inferiorem ſuperficiem eius, continetur quaſi exemplaris di-
uerſitas corporum generabilium: & illa ſuit ſententia Iamblici.
Alij vero dicunt, quòd licet corpora cæleſtia ſint alterius natu-
ræ a quatuor elementis, præexiſtunt tamen in corporibus cæ-
leſtibus, ſicut in cauſis proprietates elementorum: non tamen
eodem modo, ſicut in elementis, ſed quodãmodo excellentiori
modo. & inter elementa ſupremum eſt ignis, qui plurimum ha
bet de luce: infimum autem terra, quæ minimum habet de luce:
& ideo Luna, quę eſt infima inter corpora cęleſtia, proportiona
tur terræ, & aſſimilatur quodammodo naturæ ipſius, & ideo
non totaliter eſt illuſtrabilis a Sole. vnde ex illa parte, qua per-
fecte illuſtratur ab eo, videtur in ea eſſe quędam obſcuritas, quę
quidem obſcuritas ſemper apparet ſecundum eandem diſpoſi-
tionem in Luna: quod nõ eſſet, ſi Luna reuolueretur, quia pau-
latim immutaretur aſpectus talis obſcuritatis.

LECTIO XIII.

2 Præmiſſis duabus rationibus ad oſtendendum, quòd
corpora ſtellarum nõ mouentur ſecundum ſeipſa,
ſed feruntur per motum circulorum ſiue ſphæra-
rum, hic ponit ad idem tertiam rationem, quæ ſu- D
mitur ex figura ſtellarum, & dicit, quòd ſi ſtellæ
mouerentur motu progreſſiuo, quaſi circulos ſuos perambulan
tes, irrationabile videretur, quòd natura non dediſſet eis inſtru
menta conuenientia ad motum localem. Non. n. natura facit
ſuos effectus qualitercunque contingit, & hoc præcipue obſer-
uat in nobilioribus effectibus: & ideo non eſt rationabile, quòd
natura curauerit de animalibus terreſtribus attribuens eis in-
ſtrumenta conuenientia motui progreſſiuo, & quòd deſpexerit
ſic pretioſa corpora, ſ. ſtellas, vt non dederit eis inſtrumeta apta
ad motum progreſſiuum. Sed videtur quaſi ſtudioſe factum a
natura, quòd non moueantur ſtellæ per ſeipſas, ex hoc quòd ab-
ſtulit eis omnia inſtrumenta, quibus poſſent progreſſiuo motu
moueri ſecundum ſeipſas, & etiam quod plus eſt, quia ſtellę ma
xime diſtant a figura animalium habentium inſtrumenta ad
motum progreſſiuum apta. nam huiuſmodi animalia, quanto
ſunt perfectiora, tanto habent maiorem diuerſitatem in partí-
bus: ſtellæ autem habent maximam vniformitatem vndiq;, eo
quòd ſunt ſphæricæ figuræ. Et rationabiliter videtur eſſe tactũ, E
quòd totum cælum ſit ſphæricum, & vnaquæque ſtella. Nam
ſphærica figura videtur eſſe maxime vtilis ad motum circula-
rem, quo ſphæricum corpus mouetur in ſeipſo, i. non mutans
locum ſecundum totum, niſi ratione, ſed ſolum ſecundum par-
tes, vt probatur in 6. Phyſi. Propter hoc. n. quòd corpus circula-
riter motum eſt ſphæricum, velociſſime mouetur, tum quia li-
nea circularis eſt minima inter oẽs figuras continentes æquale
ſpacium: tum etiam quia corpora rectilinea non habent vnifor
mem motum ex omni parte, quia magis ſigatur ex illa parte,
quæ habet ſuperficiem planam quàm ex parte angulorum. vn-
de, cum ſphęrica figura ex nulla parte habeat planitiem, ſed ex

LECTIO XIII.

Lnsvper nullum ipſis inſtrumentum ad motum tribuiſſe naturam, metas egredatur rationis. Nihil enim caſu natura facit, neque animalia quidem ipſi curæ fuere, adeo uero præſtabiles res deſpexit: ſed vniuerſa videtur tanquam de induſtria abſtuliſſe, quibus per ſe procedere ipſa poſſent, atque ab hiſce, quæ inſtrumenta ad motum habent, quam plurimum ſemouiſſe. Quapropter & totum cælum rotundum cum ratione, & vnaqueque ſtellarum eſſe uidebitur. Sphæra enim figurarum maxime uti-

omni parte ſtet in vno puncto, ſ. in angulo, conſtat corpus ſphæ
ricum velocilime moueri motu circulari. Similiter etiã maxi-
me retinebit proprium locum, quia. ſ. nulla pars eius incipiet
eſſe, niſi vbi alia fuit, quod in corporibus rectilineis non con-
tingit, propter præeminentias angulorum: ſed figura ſphęrica
eſt maxime inepta
ad motum, quo pro
ceditur in anterius:
in nullo enim ſimi-
latur corporibª ani
malium, quæ mouẽ-
tur per ſeipſa. In cor
pore. n. ſphærico ni-
hil eſt depreſſum, vel
ſupereminens, ſicut
inuenitur in corpo-
re rectilineo: ſed fi-
gura ſphærica plus
diſtat a figura corpo
rum animaliũ, quæ
mouentur motu ꝓ-
greſſiuo ſecundum
quandam eleuatio-
nem & depreſſionẽ:
vnde & membra ani
malium in ſuis iun-
cturis ſunt flexibi-
lia, vt ſint apta ad
motum progreſſi-
uũ. Quia ergo opor
tebat, quòd totum cælum & ipſa ſphæra moueretur motu cir-
culari, & quòd ſtellæ non mouerentur motu progreſſiuo, ratio-
naliter factum fuit, quòd vtunque eſſet ſphæricum, ſ. ſphæra,
& ſtella: quia propter hoc, quòd cælum eſt ſphęricum, eſt aptũ
C ad motum circularẽ: propter hoc autem, quòd ſtellæ ſunt ſphæ
ticæ, ſunt ineptæ ad motum progreſſiuum: vnde non mouen-
tur in circulis, ſed manent delatæ per motum circulorum. Po-
teſt autem hic eſſe dubitatio, cum corpora ſphęrarum non per
cipiantur viſu, eo quòd ſunt diaphana, & poſſet dici, quòd ſtel-
læ mouentur quaſi in aere, quare hoc Ariſto. prętermiſit inquí-
rere. Sed dicendũ, quòd multipliciter apparet ex his, quæ Ariſt.
docet eſſe in cælo, non ſolum corpora ſtellarum diſtincta, ſed
etiam ſphærarum. Primo quidem ex hoc ipſo, quòd oſtendit
ſtellas non per ſe moueri hoc motu, qui in eis apparet. Secun-
do ex ratione quam ſupra præmiſit, quia nulla eſſet ratio, quare
ſtella quæ peragit maiorem circulum, velociter moueretur: qđ
ramen haberet rationem, ſuppoſito motu circulorum, quia ma
ior circulus realiter proprio motu velocius mouetur. Tertio, Lec. 4. pri-
quia Ariſto. in principio huius libri, probauit eſſe aliquod cor- mi libri.
pus, quod circulariter moueturimotus autẽ ſtellæ, ſi per ſe mo-
ueretur abſque orbe, eſſet proceſſiuus, & non circularis, quia
non moueretur in eodem loco. Quarto apparet, quia illud
ſpacium, in quo ſtellæ mouentur, non poteſt eſſe vacuum, eo
quòd impoſſibile eſt eſſe vacuum in natura, vt in 4. Phyſic. pro- T.c.57. vſq;
batum eſt. ſi vero ſit plenum aliquo alio corpore, quod non p- tex. 7. d 8.
tineat ad naturam ſtellarum, puta, igne vel aere, hoc manifeſte
eſt inconueniens duplici ratione. Primo quidem, quia non eſ-
ſet conueniens, vt idem eſſet locus corporum generabilium &
corruptibilium, ſ. ignis & aeris, & corporum incorruptibilium,
ſcilicet ſtellarum, cum diuerſa corpora habeant diuerſa loca na
turis eorum proportionata. Secundo, quia non eſt rationabile,
quòd corpora inferiora ſint continua, & corpora cæleſtia ſint
adinuicem diſcontinuata. relinquitur ergo, quòd totum illud
ſpacium, in quo ſtellæ videntur moueri, eſt plenum cæleſti cor-
pore, quod pertinet ad ipſam ſubſtantiam ſphærarum. Quin-
to etiam apparet ex hoc, quòd Sol, & Luna mouentur ſuper cir
culos ſeinuicem interſecantes, quod apparet ex hoc, quòd Luna
quandoque eſt auſtralior, quandoque borealior reſpectu circu-
li, in quo Sol mouetur. Manifeſtum eſt autem quòd interſectio-
nes duorum circulorum, qui dicuntur nodi, ſiue caput, & cauda,
non ſemper ſunt idem punctus, alioquin ſemper in eiſdem pũ-
ctis fieret eclypſis Solis, & Lunæ, quæ non poſſunt contingere,
niſi Luna in coniunctione, vel oppoſitione exiſtente circa ali-
quem nodorum prędictorum. ſi autem hæc diuerſitas accideret
ſolummodo per motum Lunæ, ſequeretur, quòd Luna non mo
ueretur circulariter, ſed ſecundum elicam figuram, quod eſt con
tra naturam cæleſtium corporum. ſic ergo patet, quòd iſte cir-
culus Lunę habet ſuum motum, & eadem ratione circulus Sõ-
lis, & aliarum ſtellarum. Eſt autem conſiderandum, quòd cum
Ariſt. dicit non eſſe rationabile, quòd natura curauerit de ani-
malibus, & quòd corpora ſic pretioſa reliquerit, ſtellas non vo-
cat animalia: quia, vt Alexander dicit, ſenſitiuum conſtituit ani-
mal: in

Universidad de Deusto
Biblioteca

mal: in cælestibus autem corporibus, si sunt animata, non est virtus animæ sensitiuæ, sicut etiam neque nutritiua: vnde non dicuntur animalia nisi equiuoce, ex eo. s. quòd habent animam intellectiuam. Sed hoc Simplicius in commento suo nititur improbare: quia omne quòd est honorabile, magis est attribuendum cælestibus corporibus, quàm terrenis. cum ergo sentire pertineat ad dignitatem corporis, videtur quòd multo magis cælestia corpora sentiant quàm terrena. Præterea. Cum corpora cælestia sibimicem tangant, inconueniens videtur, quòd etiam sibimicem non sentiant. Cócedit igit, quòd in corporibus cælestibus sunt tres sensus, scilicet visus, auditus, & tactus. ex cludit autem ab eis duos alios sensus materialiores, s. olfactũ & gustum. Est igitur videndum, quid horum sit secundũ sententiam Aristo. qui

Lec. 6. Prima par. q. 70. 3. a. 6. c. 70. Tex. c. 36. Lec. 2.

videtur sentire, quòd in corporibus cælestibus non sit alia de partibus animę nisi intellectiua. Dicit enim in 12. Meta. quòd primum mouens mouet cælum, sicut desideratum, non quidem desiderio sensus, sed desiderio intellectus. & in 2. de Anima dicit, Quibus inest ratiocinatio, corrũpuntur his, & reliqua omnia. quasi hoc non sit verum in corporibus incorruptibilibus, quibus opinatur intellectum, vel rationem inesse absque alijs potentijs animæ. Sed dubium videtur facere quod dicitur in 3. de Anima. Nõ potest, inquit, corpus habere animam, & intellectum discretiuum, sensum autem non habere nõ mansiua, nisi maneant semper in eodem loco, sicut plantæ, & animalia immobilia, neque si sit generabile & corruptibile, sicut patet in hominibus, & in alijs huiusmodi animalibus. Subdit autem, Aut vero neque ingenerabile, per quod videtur significare, quòd neq; etiam si corpus aliquod sit ingenerabile, & incorruptibile, sicut sunt cælestia corpora, quòd. s. habeant intellectum sine sensu: & ad hoc probandum subdit. Quare. n. nõ habeant? s. sensum eum habeant intellectum: aut. n. melius animæ, aut corpori. quasi dicat, aut hoc, quòd nõ habet sensum, est propter bonum animæ, aut propter bonum corporis, & subdit: Nunc autem neutrum I est. hoc quidem. n. s. anima, magis intelliger sine sensu: hoc autem, s. corpus, nihil magis erit, i. non erit durabilius propter id, scilicet propter hoc, quòd non habet sensum. vnde concludit, Nullum ergo habet animam corpus non manens sine sensu. Ex quo videtur sentire, quòd si corpora cælestia sint animata animalia rationali, & intellectiua, quòd etiam habeant sensum. Sed huic sententiæ obuiat quod statim subdit. At vero si sensum habet, necesse est aut corpus esse aut simplex, aut mistum: impossibile est autem esse simplex: tactum. n. non haberet: est autẽ necesse hunc habere. ergo corpora cælestia, cum sint simplicia, impossibile est quòd habeant sensus. Vnde p̃dicta verba Arist. sic exponuntur & per Themistium, & Auerroim in suis commentis. vt hoc quod dicit, At vero quod est ingenerabile, sic intelligatur: at vero neque incorruptibile, s. corpus cæleste, habet sensum. quare, n. non habebit? quasi diceret. ista est causa, quare non habet, aut. n. animæ melius, aut corpori. & si haberet sen- K sum corpus cæleste, aut hoc esset propter bonum animæ, aut propter bonum corporis: nunc autem neutrum est. Hoc quidem. n. scilicet anima cælestis corporis, nõ magis intelligit per sensum. non. n. habet intellectum a sensibus accipientem, sicut anima intellectiua humana, sed intelligit talis anima per modum substantiæ separatæ, cum immediate continuatur in ordine rerum. Hoc autem, s. corpus, nihil magis erit propter id, si. si nõ cõseruabitur in esse per sensum, sicut accidit in corporibus terrestrium animalium, quæ præseruantur a corruptionibus per sensum, sicut pater ex his, quæ præmisit ar: & hæc quidem expositio videtur esse conuenientior quantum ad differentiam rationis. Ad hoc. n. quòd aliquid nõ sit frustra, magis oportet quærere propter quid aliquid sit, q̃ propter quid aliquid non sit. vnde ad hoc quòd cælum non habeat sensum, sufficit ostendere quòd ex sensu nihil ei melius proueniat, quod ponitur secun-

qui in ipso motum sphæra figuraruim maxime vtilis: sic enim vtique & velocissime mouebitur, & maxime retinebit suiipsius locum. ad eum autem, qui in anterius, locũ: ineptissima. Nequaquam enim simul motiuis per seipsa: nihil. n. depressũ habet, neque eminens, sicut rectilineum, sed plurimum distat a figura processiuorum corporum. Quoniam igitur oportet cælum quidem moueri eo, qui in ipso motu, alia autem astra non procedere per seipsa. ratiõnabiliter vtrunque erit sphæricum. sic enim vtique maxime hoc quidem mouebitur, hoc autem quiescet.

F dum expositionem secundam. Nec oportet propter hoc ostendere, quòd melius sit ei non habere sensum, quòd inquiritur secundum primam expositionem: quia hoc ipsum est sufficiens ratio non habendi sensum, si per sensum nihil ei melius adueniat. Conclusio quam infert, non videtur huic sentẽtiæ adaptari, sed magis priori. concludit. n. consequẽter. nullum ergo habet animã corpus non manens sine sensũ. quamuis posset dici, qđ hæc conclusio non referatur ad immediate præcedentia, sed ad id quod supra dixerat de corporibus generabilibus. Quia tamen sententia, videtur aliquatenus, esse extorta, potius dicendum, quòd hoc quod dicit, At vero neque ingenerabile, est continuandum cum præcedentibus: vt sit sensus, Quòd sicut corpus generabile non habet animã intellectiua sine sensu, ita nec corpus ingenerabile: sed corpus ingenerabile non accipitur hoc cælum, quod patet ex hoc, quòd cælum est mansiuum, & in eodem loco secundum totum. ipse autem loquitur de corpore non mãsiuo. vnde videtur hic loqui de quibusdam corporibus animatis, quæ Platonici Dæmones nominabant, dicentes eos esse animalia corpore aerea, tempore æterna, sicut Apuleius Platonicus dicit in libro de Deo Socratis. ponebant autem huiusmodi corpora moueri motu progressiuo, & non mansiua in eodem loco. Sed & siquis consideret ordinem corporum cælestium inter corpora naturalia, manifestum erit, quòd non contingit ei habere potentiam sensitiuam, quæ est passiua. Secundo, quia huiusmodi corpora sunt vniformia, vtpote sphærica existentia. oportet autem corpus habens animam sensitiuam, habere diuersitatem organorum: quia cum sensus sit vis cognoscitiua particularium, oportet quòd corpus sensitiuum habeat diuersas potentias sensitiuas, si perfecte sentiat, quibus cognoscat diuersa sensibilia: diuersis autem sensibus adaptantur diuersa organa. vnde vniformitas sphærici corporis repugnat dispositioni animę sensitiuæ. Tertio, quia corpora cælestia sunt quasi naturales causæ inferiorum effectuum, & ita effectus sensibiles sunt in corporibus cælestibus, non secundum particularem, sed secundum vniuersalem rationem, sicut in causis vniuersalibus. Multo igitur magis rationes rerum sensibiliũ sunt in animalibus cælestium corporum, si sint animata, non secundum rationem particularem, sed secundum rationem vniuersalem, quæ pertinet ad intellectum. Corpora autem cælestia, si sunt animata, habet intellectum sine sensu: sed sic intellectus substantiarum separatarum cognoscit non solum vniuersalia, sed etiam particularia, habet. n. per vnã virtutem cognoscitiuam, quod nos habemus per plures: & ita est de animalibus cælestibus, quæ suo intellectu cognoscunt nõ solum vniuersalia, sed etiam particularia. Ita est etiam i omnibus, quòd perfectiones, quæ attribuuntur inferiori per multa, superioribus attribuuntur per vnum. sicut imaginatiua est virtus omnium sensibilium, quæ tamen sensus participat per diuersas virtutes. Et ex hoc excluditur obiectio Auic. qui in sua Meta. ostendit, quòd oportet animam cælestis corporis habere vim imaginatiuam, per quam apprehendat particulares situs, qui renouantur in cælo secundum motum eius: sicut intellectus noster practicus non mouet secundum vniuersalem apprehensionem sine particulari, vt dicitur in 3. de Anima. Secundum. n. prædicta, substantia quæ mouet cælum, siue sit substantia separata, siue sit anima pôt apprehendere particulares situs per intellectum sine sensu, vt dictum est. Quod autem Simplicius obiicit, quòd sentire pertineat ad nobilitatẽ inferioris corporis, vñ magis natũ est cõuenire corpori cælesti, dupliciter soluitur. Primo quidẽ, cum aia non sit pp corpus, sed econuerso, non est considerandum principaliter in potentijs aiæ id quod pertinet ad nobilitatẽ corporis, sed id quod primo ad rõnem animę. Secundo, quia id quod habent corpora inferiora, i. cognoscere sensibilia inferiori modo, s. per sensum, habent corpora cælestia superiori modo, s. per animam intellectiuam eis vnitam.

lis est ad eum motum, qui eodem in loco sit. sic enim & celerrime moueri, & eundem maxime locum occupare potest: ad motum autem eum, quo ad ea pergitur loca, quæ sunt ante, maxime inutilis est. Est enim minime similis hisce, quæ per seipsa mouentur. nihil enim dependens, nihil eminens habet, ut rectarum linearum figura, sed plurimum a corporibus hisce, quæ progrediuntur, figura semota est. Cum igitur cælum quidem in seipso moueri oporteat, stellas autem non per ipsas procedere, cum ratione nimirum sit, vtrumque figuræ rotundæ sit. sic enim alterum quidem motu ciebitur, alterum uero quiescet. G

LECTIO

LECTIO XIIII.

Lec. 16. Tex. cõ. 78.

QVam Philosophus determinauit de motu stellarum, hic determinat de sono earum, qui est effectus motus localis, vt dicitur i 2. de Anima. Et circa hoc duo facit. primo excludit opinionem aliorum: secundo determinat veritatem, ibi {Sed rationabiliter neq; audimus &c.} Circa primum tria facit. primo proponit qđ intendit: secundo inducit rationem aliter sentientium, ibi {Videtur autem quibusdam} Tertio, ostẽdit quõ dubitationi satisfacere nituntur, ibi {Qm̃ autem irrationabile &c.} Dicit ergo manifestum esse ex his quæ dicta sunt, s. quòd stellæ non mouentur. qđ siquis dicat, quòd ex motu earum accidit harmonia, i. sonus armoniacus tanquam soni stellarum sibi inuicem consonent, leuiter loquitur. i. sine ratione sufficienti, & superflue: & hoc dicit quasi nulla vtilitate ex huiusmodi sono sequente, sed magis maximo nocumento, vt patebit, & etiam non ita se habet veritas secundum quòd ex p̃missis demonstrationibus apparet. Deinde cum dicit.

b ¶ Inducit rationem Pythagoricorum, quorum erat p̃dicta sententia. & primo ostẽdit quo probabant, quod corpora cælestia suo motu faciunt magnum sonum. Tria. n. sunt, p̃pter quæ corpora q̃ apud nos mouẽtur, magnum sonum facere videntur, s. propter magn. tudinem corporum quę mouentur, & propter velocitatem motus ipsorum, & pp multitudinem ipsorum. Corpora autẽ quæ apud nos iuncta faciunt sonum, neque habent tantam magnitudinis molem. neque tam velocem motum, sicut Sol, & Luna, & aliæ stellę. Quod patet partim ex his quæ sensu apparent. nam Sol & Luna qualibet die totum mundum circuunt: partim ex his quæ in Astrologia monstrantur de magnitudinibus eorum & velocitate motus. adhuc autem ad hoc facit multitudo stellarum, multo igitur magis videtur quòd Sol & Luna, & aliæ stellæ suis motibus faciant maximos sonos. Secundo cum dicit.

c ¶ Ostendit quomodo probabant, quòd sonus eorum esset armoniacus. Manifestum est. n. ex his, quæ in Musica traduntur, quòd velocitas motus facit sonum suauem, tarditas motus facit sonum grauem. Determinata autem proportio secundum certos numeros acuti & grauis, est causa harmoniæ in sonis. sicut p portio duorum ad vnum facit dyapason, proportio trium ad duo, quæ dicitur sexquialtera, facit dyapente, & sic de alijs. Ostensum est autem in præmissis, quòd quanto stella mouetur in maiori circulo, tanto velocius mouetur, tãto autem est maior circulus, in quo mouetur stella, quanto in sphæra stellarum fixarũ magis distat a polo: in planetis autem quanto magis distant a centro. Et ideo secundum proportionem elongationum stellarum abinuicem siue etiam a centro, vel a polis, comprehendebant fieri diuersitatem velocitatum in motibus stellarum, & per consequens acuitatis & grauitatis in sonis earum. Inueniebant autem elongationem, siue distãtiam esse secundum proportiones numerales, quæ faciũt musicales cõsonantias. & ideo dicebat, quòd sonus astrorum, quæ mouentur in circuitu, est harmoniacus, quem vocabant vocem propter hoc, q̃ ponebant corpora cælestia esse animata. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit quomodo obuiabat cuidam dubitationi. primo. n. ponit dubitationem. Cum. n. nos habeamus auditum, quo nos sonum percipimus, videtur nõ esse rationabile, qđ non audiremus tam ma; nam vocem, si ex motu astrorum proueniret. Secundo ibi.

e ¶ Ostendit quomodo huic dubitationi obuiabant. Dicebant enim hanc esse causam, quare hanc vocem non audimus: qui statim, cum nascimur, coexistit nobis iste sonus: & ideo non potest nobis manifestari propter suum oppositum, quod est silentium. hęc. n. duo, scilicet vox & silentium, seipsis inuicẽ diiudicantur & discernuntur. Vnde accidit hominib̃ de sono cælestium corporum, sicut accidit de malleatoribus æris, qui propter consuetudinem, quasi non sentiunt differentiam soni & silentij, eò quòd aures eorum sunt impletæ huiusmodi sono. Tertio ibi.

f ¶ Improbat dictam responsionem dicens, quòd sicut etiam prius dicimus, hoc dicitur ab eis allicienter, i. secundum quandam probabilem rationem, quę allicit aures hominum, & musice i. secundum musicas rationes, sed non secundum veritatem. Impossibile. n. est quòd hoc modo se habeant: quia si corpora cælestia facerent sonos tam magnos, non solum est inconueniens quòd nihil eorum audiatur, quod ipsi soluere nituntur: sed etiam inconueniens est, quòd corpora inferiora nihil patiantur ab illis sonis, etiam si eos non sentiant. videmus. n. quòd soni excellentes destruunt non solum auditum animalium, sed etiam quædam corpora inanimata: sicut sonus tonitrui frangit lapides, & etiam alia corpora duriora, sicut ferrum & ædificia, & alia huiusmodi. Quod quidem contingit, non ita quòd corpora inanimata patiantur a sono, inquantum est quoddam sensibile per auditum, sed inquantum simul cum sono fit vehemẽs percussio aeris, & motus ipsius, sicut Philosophus dicit in 2. de Anima. Lec. 18. Tex. c. 7.

LECTIO XIIII.

MAnifestum autem ex his, quoniam & dicere fieri latorũ harmoniam, tanquam consonantibus factis sonis, leuiter quidem dictum est, & superflue a dicentibus. non etiam sic se habet veritas.

b Videtur autem quibusdam necessarium esse tãtis latis corporibus fieri sonum: qm̃ & his quę apud nos, neque moles habentibus æquales, neque simili velocitate latis Solis, & Lunæ. Adhuc autem tantorum multitudinem astrorum, & magnitudinem, latorum velocitate talilatione, impossibile nõ sonum quendam magnum fieri.

c Supponentes autem hæc, & velocitates ex elongationibus habere consonantiarum rationes harmonicam fieri vocem latorum, in circuitu astrorum asserunt,

d Quoniam autem irrationabile videtur non eo audire nos vocem hanc.

e Causam huius dicunt esse, genitis confestim existere sonum: quare non permanent esse ad contrarium silentium. adinuicem. n. vocis & silentij esse diiudicationem. Itaq; quemadmodum æris malleatoribus, propter consuetudinem dicunt nihil videtur differre, & hominibus idem accidere.

f Hoc autem quemadmodum dictum est prius, allicienter quidem dicunt, & musice: impossibile autem hunc habere modũ.

LECTIO. XIIII.

EX his autem patet id quod dictum est a quibusdam, horum, inquam, latione concentum fieri, sonis emergentibus inde ratione rata distinctis, lepide qui dem omne dictum atque concinnere, non tamen esse verum, nec ita rem se habere.

Sunt enim quibus necessarium esse videtur sonum fieri tantorum corporum latione, quippe cum & eorum corporum motu, quæ apud nos sunt, neque molem habentium æqualem, neque talem motionis celeritatem qualis est Solis & Lunæ sonus efficiatur: & insuper cum tot multitudine tantaque magnitudine stellæ tanta celeritate motus ferantur, impossibile est sonum non fieri grandem.

Hæc autem supponentes, & celeritates insuper concentuum rationes ex interuallis habere, uarios æqualiter sonos stellarum conuersione fieri dicunt.

Quoniam vero rationis fines egredi videbatur, nos hunc sonitum non audire.

Causam huius inquiunt esse, continuo sonum hunc esse cum oriuntur, ut non sit ad silentium contrarium manifestum. uocis enim, silentiique perceptionem vicissitudine fieri dicunt. Quare vt hisce qui mulcent ferrum, ob consuetudinem nihil interesse uidetur sic, & hominibus idem accidere aiunt.

Hoc utique ut dictum prius est, continue quidem musice; dicunt, impossibile est autem ita sese habere. Non enim solum hoc est absurdum,

Anima. Cum igitur corpora cælestia, quæ mouentur, sint tam maximę quantitatis, & sonus eorum, si sit, oportet q transcendat in excessum sonu- tonitrui, & quemlibet alium sonum. Pro proportionem magnitudinis corporum cælestium, multo magis necessarium est, quòd sonus cælestium corporum vsque pertingeret, & quòd

Tex.cō.53. esset molerabilis fortitudo violentiæ illius, quam inferret in inferioribus corporibus. Etiam alio modo apparet, quòd eorum solutio non est sufficiens, quia cō suetudo audiēdi magnos sonos non solū aufert distinctionē illorum sonorum, sed etiam aliorum. sicut malleatores æris nō pūt percipere alios sonos minimos. vnde si propter consuetudinem non possumus audire sonos cæ-

Tex.c.54. lestium corporum, pari ratiōe nec alios sonos audire possemus. Videtur autē, vt Simplicius dicit in commento, sustineri posse Pythagoræ positio contra ea, quæ hic Arist. dicit. Primo quidem, quia potest dici, quòd sonus cęlestium corporum non sunt corruptibiles, sed magis conseruatiui, & vitifica-

Lec. 1. tiui, sicut & motus cęli est vt vita quędam omnibus existen-

Tex. cō. 1. tibus, vt dicitur in 8. Physic. Similiter autem, quòd nos non audimus sonos cęlestium corporum, hoc non contingit propter consuetudinem, sicut hic dicitur: quia Pythagorici dicunt Pythagoram talem harmoniam quādoque audisse, qui consuetus fuit eam audire, sicut & alij. sed hoc dicunt accidere, quia non omnia sensibilia sunt proportionata omnibus sensibus, vt ab eis percipi possint: sicut multos odores percipiunt canes, quos homines percipere non possunt. Et similiter potest dici, quòd soni illi non sunt perceptibiles humano auditui, nisi aliquis habeat sensum eleuatum, & depuratum, sicut habuit Pythagoras. I

Quāmuis dici possit, quòd Pythagoras non audiuit huiusmodi sonum per species auditus, sed cognoscendo proportiones, ex quibus illa harmonia constituitur. Sed non videntur hæc veritatem habere. Primo quidem, quia videmus, quòd licet corpora cęlestia sint causę vitæ, & precipue Sol, tamē fulgor eius corrumpit visum nostrum, propter hoc quòd eius proportionem excedit: & eadem ratione sonus, qui ex motu illorum corporum prouenirет, propter sui excessum, nostrum auditum corrumperet. Secundo, quia sicut intellectus est perceptiuus omnium intelligibilium, ita sensus est perceptiuus omnium sensibilium, visus. n. omnium visibilium, & auditus omnium audibilium.

Lec. 13. Tex.c. 37. Vnde dicitur in 3. de Anima, quòd anima quodammodo est omnia secundum sensum, & secundum intellectum. Vnde, si esset aliquis auditus, qui non esset perceptiuus cuiuslibet soni, aut oporteret illum sonum æquiuoce dici, aut etiam talem auditū. Potest. n. contingere, quòd aliquod animal delectetur in aliqua K specie sensibili secundum aliquem sensum, secundum quem nō delectatur in ipso aliud animal. sicut homo delectatur ī m olfactum in odoribus rosarum, & liliorum, non autem alia animalia: & huiusmodi odores sunt conuenientes hominibus secundum seipsos, aliis autem animalibus non conueniunt. nec odores delectant canes nisi causa alimenti, sicut nec colores. Potest etiam contingere, quòd aliquod animal non cognoscat secundū aliquem sensum differentiam alicuius sensibilis propter sensus debilitatem, & sensibilis paruitatem: sicut homo, qui est debilis olfactus, non potest cognoscere differentiam aliquorum odorū, puta, animalium transeuntium, quos cognoscunt canes: si tamē odores fuerint vehementes, etiam homines eos discernunt. Similiter etiam quædam animalia secundum visum, Solis claritatem inspiciunt, quam oculi nostrarum ferre non possunt, propter excellentiam eius, sed vitant eam, sicut visus excellens corloratum tanquàm visus corruptiuum. Vnde impossibile esset ex motibus cælestium corporum prouenire sonos tam vehementes, & tamen non perciperentur ab hominibus, vel corrumperent eorum auditum: nisi forte dicatur, quòd soni illi æquiuoce dicerentur. Quod videtur consonare positioni Simplicij, qui videt arguere Alexandrum dicentem, quòd colores, & si qua existūt cælestibus corporibus tanquàm accidentia, & extrinsecus aduenię tia eis insunt. Contra quod ipse dicit, quòd accidentia, & extrinsecus assequę tia in corporibus cælestibus dicere incōuenientissimum existimat, cum habeant substantialem, & specificam virtutem. Vi debatur enim, quòd quia corpora cælestia sunt causa formarum substantialium in his inferioribus, nullum accidēs in eis esse possit, & secundum hoc, cū seipsis non sit cognoscitiuus nisi accidentū, sequitur quòd nihil illorum corporum sentire possimus. Vn de ipse dicit, quòd neque astra ipsa videmus, neque magnitudines ipsorum, aut figuras, neque excellentes pulchritudines, sed neque motum, propter quem est sonus: sed velut illustrationem quandam ipsorum videmus telē velut etiam Solis circa terram lumen, non ipse Sol videtur. Sed hoc est ex prestissime falsum. primo quidem, quia Arist. dicit in 2. de Anima, quòd non secūdum, quod aqua, neque secundum quòd aer dyaphanum est: sed quoniam est natura eadem in his vtrisque, & in natura superioris corporis. Et eadem ratione lumen, quod est actus dyaphani, est eiusdem naturæ in inferioribus corporibus, & in cælesti corpore. si ergo in huiusmodi inferioribus corporibus sint accidentia sensu perceptibilia: pari ratione in corporibus cælestibus sunt accidentia perceptibilia sensu. Adhuc, figura & magnitudo sunt entia mathematicalia, quorum rationes sunt indifferenter in quocunque existant. Sicut igitur figura, & magnitudo inferiorum corporum sunt accidentia sensibilia, ita etiam & in cælestibus corporibus. Item, si hoc esset, perirет omnis certitudo astrologiæ scientię, quæ procedit ex apparentibus secundum sensum circa corpora cælestia. Quomodo etiam esset possibile, quòd motus cælestium corporum esset eorum substatia, cum sit quid imperfectissimum? Sequeretur etiam quòd idem esset in Sole figura, lumē, & motus, cum vnius rei non sit nisi vna substantia. Vnde patet omnino impossibile esse quod dicit. Nihil autem prohibet corpora cęlestia specificam virtutem habere, & tamen quædam accidentia in eis esse. Nam in inferioribus corporibus sunt quædam accidē talia, licet in eis sit virtus ad generandum sibi simile in specie. Deinde cum dicit.

Non enim solum nihil audire inconueniens, de quo soluendi aliumunt causam, sed & nihil pati sine sensu. Excellētes enim soni destruunt etiam inanimatorum corporum moles, puta, qui tonitrui dissipat lapides, & duriora corporum. Tantis autem latis. & sono pertranseunte ad eam, quæ fertur magnitudinem, multo magis necessarium pertingere huc, & valetudinem intolerabilem esse violentiæ. G

nihil, inquam, nos audire, quod quidem soluere aggredientes dictam causam asserunt, sed etiam illud sine sensu nihil omnino pati. Exuperantes. n. soni, & inanimatorum corporum moles offendunt. Tonitrui nanque sonus lapides, & robustissima corpora scindit. Quod si tot feruntur corpora, atque ad eam magnitudinem, quæ fertur, multiplicem sonitus magnitudinem transit, huc profecto perueniat ipse sonus, ac ipsius violentiæ magnæ sint admodum ures necesse est.

Sed non sine ratione, neque nos audimus, neque corpora pati quicquam violentum videntur, propterea quòd nullum stellæ motione sonum efficiūt. atque simul illorum causa patet, & testis est hisce, quæ a nobis sunt dicta, veraque esse declarat. Id enim quod dubitatum est, Pythagoricos sue compulit hanc sententiam ferre, stellarum inquam lationem concentum fieri, inditium efficitur nobis.

g Sed rationabiliter neq; audiuimus, neq; patientia videntur corpora violētam nullam passionem, propterea quòd non sonant. Similiter autem erit & causa horum manifesta, & testimonium dictorum nobis sermonum, quòd sunt veri. Dubitatum enim, & faciens Pytha- H goricos dicere fieri symphoniam latorum, nobis erit argumentum.

g ¶ Determinat veritatem, & primo proponit quod intendit: secundo manifestat propositum, ibi ‡ Quęcunque quidem &c.‡ Dicit ergo primo, quòd rationabile est, quòd non audiamus sonum cælestium corporum, & quòd inferiora corpora nullam molestam passionem ab eis patiantur propter hoc, quòd nullū sonum faciunt. Similiter autem & pertecte manifestabitur causa horum, scilicet quòd non audimus sonos cælestium corporum, neque ab eis violentiam patimur, si testimonium acceperimus secundum veritatem primorum sermonum, scilicet quòd stellæ nō mouentur per seipsas. Illud enim quod erat dubium circa sermones Pythagoricorum dicentium symphoniam, ideſt, consonantiam musicalem ex motu cælestium corporum fieri, erit nobis argumentum, quòd stellæ non per se mouentur. Deinde cum dicit.

h ¶Manifesta

h ¶Manifestat propositū, & primo ex ratione sumpta ex causa effectiua soni: secundo ex causa finali, ibi ‡ Velut futurum.‡ Dicit ergo primo, quòd quæcunque corpora in his inferioribus secundum seipsa localiter mouentur, faciunt sonum, inquantum faciunt plagam, ideſt, aeris percussuram. Sed quæcunq; corpora non mouentur secundū seipsa, sed sunt infixa, aut qualitercunque existunt in corpore, quod localiter fertur, talia non est possibile sonare. Sicut homines qui sedent in naui, non sonant naui mora: neque partes nauis, quæ sunt naui fortiter infixæ sonant ad motum nauis, nisi propter debilitatem cōiunctionis, & cum nauis conquassatur.

Tex.cō.56. Neque etiam videmus, quòd nauis sonum faciat, si fertur in fluuio curréti, ita tamen quòd motus nauis non sit per seipsum, sed solū per motum aquæ. si vero sit velocior motus nauis, quàm motus aquæ, tunc inquantum diuidit aquam, sonabit. Et tamen secundū easdem rationes, quibus Pythagorici asserebant cęlestia corpora sonū facere, poterit aliqs dicere inconueniens esse, si malus, ideſt, arbor nauis, & puppis, cum habeat tantam magnitudinem, non faciant sonum, vel etiam ipsa nauis, cum mouetur in fluuio moto. Intelligendum tamen est, quòd hic excluditur sonus, qui contingit ex diuisione aquæ, non autem sonus, si-

Tex.cō.57. quis sit ex diuisione aeris, quantum ad a partem nauis quæ aquæ superuenit, qđ precipue apparet, quando aer contra resistit p impulsum veri. Sed illud quod mouetur localiter p seipsum, non in aliquo corpore quod fertur, ita quòd non faciat aliquam percussuram, impossibile est sonare. Dicendum est ergo, quòd si corpora stellarum per se mouerentur, siue in aeris multitudine, siue intelligamus aerem per totum mundum diffusum, siue etiam in multitudine ignis, sicut omnes dicunt assignantes supremum locum inter corpora igni, necesse est, quòd faciant stellę suo motu sonum super omnem magnitudinem naturalis soni. Quod quidem si fieret, sequeretur quòd sonus ille vsque huc pertingeret, & non solum audiretur a nobis, sed etiam corrumperet corpora, quæ sunt hic. Sed quia hoc non videmus contingere, consequens est, quòd nulla stellarum moueatur per seipsam, neque motu violento, neque motu qui fit ab anima. Non enim possent moueri stellæ per seipsas, nisi facerent diuisionem vel ipsarum sphærarum cælestium, vel aliquorum corporum cęlestium intermediorum. Ipsæ autem sphęræ mouentur per seipsas, nec tamen aliquod corpus diuidunt. vnde etiam ex eorum motu nullus prouenit sonus. Patet etiam quòd per hoc, quod Philosophus hic dicit, excludit imaginationem quorundam existimantium, quòd stellæ non mouentur in sphęris, sed in quibusdam corporibus medijs, puta, aere, vel igne, aut aliquo huiusmodi. Deinde cum dicit.

i ¶Ostendit idem ex causa finali. Ideo enim natura non dedit stellis motum per se, & per consequens nec sonos, ac si prouidisset, quod nisi ita se haberet motus stellarum, & non mouerentur p se, sed solum per motum sphærarum, sequereтur hoc inconueniens, quòd nihil in his inferioribus esset similiter se habens, quasi per aliquod tempus in suo esse conseruatum. Datur autē per hoc intelligi, sicut Alexander notat, quòd Aristote. hic sentit, quòd Deus habet prouidētiam de his quæ sunt hic inferius. Non. n. potest naturæ attribui prouidentia secundum quòd est quędam virtus in corporibus, sed solum per comparationem ad intellectum instruentem naturam.

k ¶ Vltimo autem epilogando concludit dictū esse, quòd stellæ sunt sphæricæ figuræ, & quòd non mouentur p seipsas.

Quæ namque per se feruntur, ea sonitum ictumue faciunt. Quæ uero in eo quod fertur infixa sunt, aut insunt, ut in nauigio partes, ea sonum elicere nequeunt, neque ipsum nauigium, si in fluuio feratur. Et tamen eadem dicere licebit absurdum esse, si tantæ nauis malus B *motione, puppisue, aut ipsum nauigium uehementem non faciet sonum. Quod uero fertur, in eo quod non fertur, id facit sonum, si quod est in eo quod fertur ictumue non facit, id efficere sonum impossibile est. Quare dicendum est hic, si per stellarum corpora per aerem fusum per uniuersum, aut ignem, cur omnes aiunt, cum feratur necessario uehementem fieri sonum, atque huc peruenire, & hæc offendere corpora. Sed cum fieri non videatur neque animantis motu, neque uio* C *lento ulla stellarum ferri.*

Quasi futuris ipsa prouidente natura. Quòd si hoc modo non esse haberet motus stellarum, nihil prorsus eorum esset quæ hoc in loco sunt.

Stellas igitur esse rotundas, & per seipsas non moueri, satis iam D *diximus.*

LECTIO XV.

DE ordine autem ipsorū quo quidem modo singularia ponunt, & hęc quidem esse priora, hæc autem posteriora: & quomodo se habent adinuicem elongationibus, ex his quæ circa Astrologiam, considerētur: dicitur enim ibi sufficienter.

LECTIO. XV.

DE ordine uero ipsarum quomodo quæque dispostа est, ut quædam sint priores, quædam posteriores: & quomodo sese habent in interuallis, ex hisce quæ in Astrologia dicuntur, contemplemur oportet: dicitur enim ibi suffi- E *cienter.*

LEC. XV.

1 POstquā Philosophus determinauit de natura & motu stellarum, hic determinat de ordine & situ earum, & maxime quantum ad planetas. nam de stellis fixis manifestum est, quòd omnes sunt in suprema sphæra situatæ. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quid circa hoc Naturalis a Mathematico supponere debeat: secundo ostendit quid circa hoc proprie ad considerationem Naturalis pertineat, ibi ‡ Accidit autem &c.‡ Ostendit ergo primo, quòd de ordine stellarum, quomodo singulæ sint dispositæ, ita quòd quędam sint priores, & quædam posteriores, ideſt, superiores, & inferiores: & quomodo se habeant adinuicem secundum elongationes, ideſt, quantum vna distet ab alia, considerandum est ex his, quæ dicūtur in Astrologia, vbi de his sufficienter determinatur. Hęc enim non possunt cognosci per principia naturalis philosophię, sed per principia mathematicæ, ideſt, per proportiones magnitudinum. Dicitur autem Anaximander primo inuenisse rationem in magnitudinibus stellarū, & distantijs earum abinuicem, & a terra. Ordinem autem planetarum dicuntur primo Pythagorici deprehendisse.

prehendisse. quamuis eum maiori diligentia, & perfectiori sit considerata per Hyparchum, & Ptolemæū. Deinde cum dicit, b ¶ Ostendit, quid circa hoc pertineat ad considerationem naturalis, scilicet velocitas, & tarditas in motibus eorum. Dicit ergo, quòd rationabiliter accidit, quòd motꝰ quarumlibet stellarum secundum ꝓportionem elongationis earum a prima sphæra, & a terra sunt velociores, & tardiores. Supponimus enim tanquā sensu apparēs, quòd suprema cæli circulatio sit simplex, id est, non composita pluribus motibus, quia in ea nulla irregularitas apparet & est velocissima, vtpote, q̄ in breuissimo tempore, scilicet spatio vniꝰ diei circuit maximum circulum continētem totum. Circulationes autē planetarum sunt tardiores & plures, nō solum quia diuersorum planetarum diuersi sunt motꝰ, sed etiam, quia motus vniuscuiusque planetæ ex diuersis motibus constituit. Vnusquisque enim planetarum secundum ꝓprium motum in suo circulo fertur in contrarium motus primi cæli, large accipiendo contrarietatem. Non enim in motibus circularibus est proprie contrarietas, sicut in primo habitū est. Quando enim motus primi cæli fit ab oriente in occidentem, motus planetarum in propriis circulis fiunt ab occidente in orientem. Vnde rationabile est, quòd planeta, qui est propinquissimus simplici & primæ circulationi, contra quem fertur in suo circulo, in plurimo tempore pertranseat proprium circulum, sicut Saturnus in 30. annis suum circulum peragit. Planeta autem maxime distans a suprema sphæra, scilicet Luna, in minori tempore peragit cursum suum, scilicet in spatio vnius mensis, vel minori. Inter alios autem planetas propinquior supremę sphæræ semper in maiori tempore circulum suū pertransit, sicut Iuppiter in 12. annis, Mars in duobus, Venus, Mercurius, & Sol fere in anno. Et sic id quod magis distat a suprema sphæra, in minori tempore pertransit suum circulum, quia prima sphæra maxime præualet. planetæ sibi propinquissimo: & ex hoc motus contrarius fit tardior. Planetę autem maxime distanti minime præualet propter eius distantiam, & ideo motus contrarius in eo est velocior, scilicet in Luna. Intermedij autem planetæ, sic habent secundum rationem distantiæ, sicut Mathematici ostendunt, ita scilicet quòd superiores planetæ tardius mouentur in suis propriis motibus: sed quantum ad motum, quo mouentur motu primi mobilis, quanto sunt superiores, tanto velociores sunt, vt supra habitum est. Videtur autem ex hoc, quod Arist. hic dicit, quòd in corporibus cælestibus sit aliquid violentum, si motus planetarum propinquiorum supremæ sphęrę efficitur tardior ex hoc, quòd prevalet magis super ipsum motus primæ sphæræ propter propinquitatem. si autem est ibi aliquod violentum, sequitur, quòd motus illi. non sint sempiternæ durationis sic se habentes, vt Arist. vult. Nihil enim violentum potest esse sempiternum, vt supra habitum est. Respondet igitur ad hoc Alexander, quod prevalentia supremæ sphæræ facit quidem in propinquiori planeta necessitatem tarditatis, non tamen violentiam. Motus enim illi cælestes sunt secundum intellectum, & voluntatem: in motibus autem voluntariis, non est violentum secundum voluntatem, etiam si sint cum necessitate quadam. Est autem voluntas mouentis super primum planetam ad hoc, quòd moueat suum mobile secundum conuenientiam ad motum superioris mobilis, cui desiderat similari: vnde non sequitur tarditatem illam motus primi planetæ esse violentam. Sed hoc totaliter non soluit dubitationem, ita vt saluentur principia ab Arist. supposita, qui posuit, quod corpus maius velocius moueatur proprio motu, & naturali: vnde si ille motus, quo planeta mouetur in proprio circulo, est propriꝰ & naturalis, consequens est, quòd sphæra superioris planetæ, cum sit maior, velocius moueatur proprio motu. Similiter etiam non videtur ordinis conuenientia seruari, si corpus quod est remotius a terra immobili, propinquius autem velocissimo motui primi mobilis, tardius in suo proprio motu moueatur. Vnde & alij dixerūt quòd in cælo non est nisi vnus motus, scilicet quo totum cœlum reuoluitur per motū primi mobilis, ab oriente in occidentem. quantum ad hunc motum superius corpus est velocioris motus non solum quātum ad magnitudinem circuli, sed etiam quantum ad temporis brevitatem, ita scilicet q̄ superior sphæra in minori tempore per currat maiorem circulum. & indeest, q̄ inferior stella deficit a regrediendo ad idē punctum secundum tempus, non quòd in cōtrarium primi motus moueatur. Quod secūdum hoc saluatur, q̄ ex hoc ipso quòd superior planeta parum deficit ab attingente primum motum, inferior autem plus, superior planeta est velocior, & inferior tardior. Et hoc quidem Ptolomęus ostendit, si motus planetarum contingat fieri super circulos æque distantes ab æquinoctiali, & super eosdem polos, cuius contrarium apparet planetis declinantibus quandoque ad Septentrionem, quandoque ad Meridiem. Vnde magis videtur, quòd planetæ derelinquuntur a primo motu, si fit secundum alium motum planetarum, quo mouentur ab occidente in orientem, quàm secundum solam deficientiam a primo motu, secundum quam videtur superior planeta tardius moueri. Huius autem causam assignat Alexander aliam præter eam quam hic assignat Aristoteles ex prævalentia primi motus. Dicit enim quòd ideo planeta superior in maiori tempore peragit circulum suum, non propter tarditatem motus, sed propter magnitudinem circuli. potest enim id quod in minori tempore mouetur, esse velocius, vel æque velox, si maior sit excessus magnitudinis, quam pertransit, vel equalis quàm excessus temporis. Sed istud non apparet in planetis. cum enim Saturnus peragit circulum suum in 30. annis, Luna vero quasi in mense, oportet quòd proportio magnitudinis sphæræ Saturni, ad sphęram Lunæ esset secundum proportionem prædictorum temporū, vel etiam maior, quod nec hic videtur, nec in aliis planetis. Vnde dicendum videtur, quòd in Vniuerso est duplicem naturam considerare, scilicet naturam sempiternæ permanentię, quæ est maxime in substantiis separatis, & naturam generabilem & coruptibilem, quæ est in inferioribus corporibus. Corpora autem cælestia, cum sint media, vtroque aliqualiter participāt secundum duos motus. nam primus motus, qui est diurnus, est causa sempiternæ durationis in rebus: secundus autem motus, qui est in circulo obliquo ab occidente in orientem, est causa generationis, & corruptionis, & aliarum transmutationum, vt patet per Philosophum in secundo de Generatione. Primum igitur mobile, tanquàm propinquissimæ & nobilissimæ naturæ in substantiis separatis, habet solum primum motum, qui pertinet ad naturam vniformitatis. Alia vero corpora cælestia, inquantum magis recedunt a substantiis immobilibus, appropinquando substantiis generabilibus & coruptibilibus, aliquid participant de motu illo, qui pertinet ad naturam non vniformitatis, & tanto minus quanto corpus est superius & nobilius. Sic igitur superior planeta, scilicet Saturnus minime habet de secundo motu propter nobilitatem suæ naturæ: vnde hic motus in eo est tardior. Luna autem propter propinquitatem suæ naturæ ad corpora generabilia & coruptibilia plurimum participat de secundo motu, qui est in ea velocissimus. medij autem

Accidit autem per rationem singulorum fieri motiones, ipsis nimirum interuallis, ut aliæ sint celeriores, aliæ tardiores. Nam, cum ponatur extimam quidem cæli lationem simplicem, atque celerrimam esse, cæteras uero tardiores, ac plures, quæque nanque stella motu fertur contrario, atque cælum suo in orbe, consentaneum iam est rationi eam quidem, quæ propinquissima est simplici primæque conuersioni, plurimo in tempore suum orbem transire: eam uero quæ remotissima est, in minimo. Cæterarum autem semper eam quæ est propinquior, in maiore: eam quæ est remotior in minore. Propinquissima nanque maxime superatur, remotissima uero minime, omnium ob remotionem. At media per distantiæ iam rationem, ut Mathematici quo que demonstrant.

tem planetę medio modo se habent. Nam Iuppiter, qui est immediate sub Saturno, peragit circulum suum proprio motu circa duodecim annos. Mars vero circa duos. Sol, Venus, & Mercurius fere vniformiter, scilicet per annum. Nec tamen oportet quòd sit proportio velocitatis secundum proportionem distantiarum: quia motus celestes non solum sunt naturales, sed voluntarij, & propter finem desideratum. Et ideo inquantum motus illi sunt naturales, hoc communiter in eis inuenitur, quòd superiores planetę sunt tardioris motus: inquātum vero motus eorum sunt voluntarij variatur proportio velocitatis eorum in speciali, non secundum proportionem distantię, sed secundū id, quod melius est. vnde, quia motus Veneris, & Mercurii, quasi colligantur motui Solis, vtpote ei deseruientes ad productionem sui effectus, quasi vniformiter cum ipso mouētur. Sic igit quod Arist. dicit, quòd suprema sphæra plus prevalet in supremū planetam, & minus in remotum, non est secundum aliquam coarctationem, sed secundum naturalem impressionem, inquantum, s. naturam superioris magis participat id quod est ei propinquius, quàm quod est ei remotius. sic igitur saluantur principia Arist. Nam licet planetę sit vterque motus, naturalis, & diurnus, & qui est in proprio circulo, tamen motus diurnus est ei naturalis secundum id quod est dignius in sua natura. & ideo solum secundum istum modum saluatur principium Aristotelis, quod corpus maius velocius mouetur: sicut & in homine, in quo est natura sensitiua, & intellectiua, dicimus, quòd quanto homo est dignior, tanto magis habet de motu dignioris nature, scilicet intellectiuæ, minus autem de motu indignioris, scilicet sensitiuæ.

LECTIO. XVI.

Tc.56.

Figuram autem vniuscuiusque astrorū sphęricam maxime vtique quis rationabiliter existimabit. Quoniam enim ostensū est, quia non nata sunt moueri per se ipsa, natura autem nihil irrationabiliter, neque frustra facit: palam, quia & figuram talem dedit immobilibus, quæ minime est motiua. Minime autem est motiua sphæra, propterea quòd nullum habet organū ad motum. Quare palam, quia sphærica vtique erunt mole.

Adhuc autem similiter quidem omnia, & vnum. Luna autem ostenditur per ea, quę circa visum, quoniam sphęrica. Nō enim vtiq; fieret crescens, & deficiens plurimum quidem lunaris aut amphitritos simul, aut dicothomus. Et iterum per Astrologica: quia non vtique est

LECTIO. XVI.

Tqui figuram vniuscuiusq; stellarum rotundam maxime, non absq; ratione quispiam esse existimabit. Nam cum demonstratum sit, stellas haud aptas esse per se moueri: naturaq; nihil absque ratione, frustraq; faciat: patet eam figuram ipsam immobilibus tribuisse, quæ minime est motiua. Talis autem est rotunda, propterea quod instrumentum nullum habet ad motum. Quare patet stellarum molem rotundam esse.

Præterea similiter sese habent omnes ac una. at Luna per ea, quæ circa usum accidunt, rotunda esse ostenditur. nam per accrescens atque decrescens, pluries quidem altera ex parte curua: altera conuexa nō fieret, aut utraq; ex parte curua: semel aūt duas in partes æquales bipartita diuideretur. et rursus per Astrologia. Non.n. Sol cum deficit, conuexus ea ex parte qua

moueri per seipsas non solum per hoc, quòd sunt sphæricæ figuræ, sed etiam per quendam alia media, & non solum per hoc, quòd sunt secundum se immobiles. Obijcit autem contra hoc Simplicius, quòd non impeditur ratio circularis demonstrationis per hoc, quòd vtraque conclusio pluribus medijs ostēditur. Sed dicendum est, q̄ licet per hoc non tollatur ratio circularis demonstrationis, tollitur tamen inconueniens, quod ex circulari demonstratione contingit, vt scilicet nihil manifestetur: qa non potest aliquid manifestari nisi per notius. Non potest autem idem esse notius, & minus notū, sed dum vtraque cōclusio per alia media manifestatur, una potest sumi vt manifestatiua alterius ad ostendendum cōuertibilitatem conclusionum. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit aliam rationem ad idem, quę sumitur ex his, quæ sensibiliter apparēt: & supponit, quòd omnia astra similiter se habent, sicut vnum. Ostendit autem de vno eorum, scilicet de Luna, per ea quæ sensibiliter videntur, quòd sit sphæricæ figuræ. & hoc quidem ostendit dupliciter. primo quidem per ea, quæ communiter ab omnibus considerantur, idest, ex figuris, quas Luna mutat ex augumento, & decremento, secundum plurimū quidem anularis, vel nouaculæ habens figuram. Dicitur autē Luna dicorhoma secundum quosdam, quando est plena, quia tunc mensem diuidit in duo media: dicothomos dicitur a diuisione in duo. Sed hoc repugnat ei quod infra dicetur, quòd Lunam vidimus dicothomam existentem subintrantem Martem, & occultantem secundum nigrum ipsius, exeuntem autem secundum clarum & lucidum. Et ex hoc patet, quòd dicothoma dicitur Luna, quando superficies eius, quæ est versus nos, in duas partes diuiditur, ita quòd media pars eius est obscura, media clara. & sic etiam accipitur hoc nomen in libro synthaseos Ptolemæi translato de græco. Est ergo considerandum, quòd Aristoteles non facit hic mentionem de figura Lunæ quam habet in principio, aut termino augmenti seu decrementi, sed solum de ea, quam habet eū crescit, aut diminuitur. Semper enim cum Luna sit sphærica figuræ, vnum hemisphærium illuminatur a Sole, & aliud remanet obumbratum. Quando ergo Luna est in coniunctione ad Solem, totum superius hemisphærium, quod directe a Sole respicitur, illuminatur a Sole, ita quòd inferius hemisphęrium remanet occultatū, & tūc videt Luna nobis obūbrata, & obscurata. paulatim aūt Luna recedente a Sole, superius hemisphærium ab una parte sua, qua magis distat a Sole, desinit illustrari, & secundum eandem quantitatem incipit illustrari hemisphærium inferius, & tunc videtur Luna figuræ anularis, idest, arcuosa, & hoc procedit quousque distet a Sole secundum quadraturam circuli, idest, secundum quartam partē circuli, & tunc videtur superficies eius, quæ est versus nos ex media parte obscurata, & ex media parte clara, quod est causa esse dicothomam: postmodum autem accedens ad Solis oppositionem in opposito, maior pars inferioris hemisphærii eius incipit illustrari a Sole, & tunc dicitur amphitritos, quousque sit in oppositione ad Solem. tunc enim totum hemisphęrium eius inferius illustratur a Sole, & dicitur plena: postmodum vero paulatim in oppositum incipit deficere, & fit amphitritos, quousque distet secundum quadratam partem, & tunc dicitur dicothoma, quasi ex media parte clara: cuius claritas postmodum durat vsque ad coniunctione. Sic igitur patet, q̄ in augmento secundum plurimum, Luna est arcualis seu anularis, aut amphitritos: sed solum in augmento est dicothoma, & solum in decremento


Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

crementō, quando scilicet distat à Sole secundum quattam partem circuli: hoc autem non contingeret, si Luna nō esset sphæricæ figuræ. Manifestum est enim, quòd si superficies eius, quæ est versus nos, esset tota plena, simul inciperet illustrari à Sole, & non successiue etiam obscurari per continuum augmentum, & decrementū. Ex quo manifestū est, quòd habet sphæricam tumorositatem, per quam contingit, quòd paularim augetur eius claritas, vel obscuritas: quod non contingeret circa eam, si esset aliter figuræ quàm sphæricæ. Secundo ostenditur idem per astrologicas obseruationes, ex quibus manifestatur, quòd eclipses Solis sunt lunares, idest, arcuales. Incipit enim Sol obscurari secundum arcualem figuram per interpositionem Lunæ inter nos & Solem: quòd nō cōtingeret, nisi Luna esset sphæricæ figuræ. Corpora enim sphærica se inuicem secant secundum arcuales sectiones, vt a Mathematico probatur. Sic igitur, si vnum astrum est tale, scilicet Luna, consequens est quòd omnia etiam alia astra sint sphæricæ figuræ. Quod quidem fundatur super hoc, quòd omnes stellæ sunt ejusdem naturæ. Dicit autem Auerrois in suo commento, quòd sunt ejusdem naturæ in specie, ita quòd omnes stellæ sunt sicut individua ejusdem speciei.

Quod quidem manifeste est falsum primo quidem, quia si essent ejusdem speciei, haberēt eadem specie operationes, & eosdem effectus, sicut patet in omnibus rebus naturalibus eiusdem speciei. Secundo, quia cum motus cœlestium corporum sint naturales, sequitur quòd omnia corpora cœlestia haberent vniformes motus: quod patet esse falsum, tum de planetis per comparationem adinuicem, tum per comparationem ad stellas fixas. Tertio, quia hoc repugnat perfectioni cœlestium corporum. probauit enim in primo Aristoteles, quòd vniuersum est perfectum, eo quòd est vnum. vnum enim est in vna specie. Ex hoc enim apparet, quòd constat ex tota materia suæ speciei: vnde & hoc ad perfectionem cœlestium corporum pertinet, quòd sit vnum solum in vna specie.

Videm⁹ enim in inferioribus corporib⁹ multa individua esse vnius speciei propter aliquam impotentiam, vel quia vnum individuum non potest semper durare. Vnde oportet, quòd species conseruentur per successionem individuorum in eadem specie: tū etiam, quia vnum non suscipit perfectam operationē speciei: sicut maxime patet in hominibus, quorum vnus inuatur ab alio in sua operatione. Pertinet etiam magis ad perfectionem vniuscuiusque multiplicatio specierum, cum sit formalis, quàm multiplicatio individuorum, cum sit materialis. Patet etiam rationem, quam inducit, esse ridiculosam. Dicit enim, quòd si cēnt diuersa corpora cœlestia diuersæ speciei vnius generis, sequeretur quòd corpora cœlestia cēnt materialia. Hoc'.n. multo magis sequitur, si ponamus, sicut ipse vult, diuersa corpora cœlestia esse sicut diuersa individua vnius speciei: quia multiplicatio individuorum in vna specie fit per diuisionem materiæ: quam-uis non oporteat à corporibus cœlestibus totaliter materiam excludere. Non sequitur etiam, si corpora cœlestia habeant materiam, quòd sint generabilia & corruptibilia, vtin primo habitum est. Sic igitur dicendum est, quòd corpora cœlestia sint vnius naturæ secundum genus: diuersarum autem naturarum secundum speciem. figura autem sphærica sequitur in eis naturam generis, sicut & motus circularis.



LECTIO XVII.

POSTQVAM determinauit Philosophus de stellis ostendens earum naturam, motum, ordinem, & figuram, hic soluit quasdam dubitationes circa præd[icta]. Et circa hoc duo facit. Primo ponit quæstiones: secundo soluit eas. ibi ¶ Sed nos vt de corporibus &c. ¶ Circa primum tria facit. Primo, excusat se a præsumptione pertractandi has difficiles quæstiones: secundo mouet eas. ibi ¶ Adhuc autem &c. ¶ tertio ostendit quæstionum difficultatē. ibi ¶ De his quidem &c. ¶ Dicit ergo primo, cum circa stellas sint dubitationes, id quod nobis videtur, ita. l. quod nos dignū iudicemus esse omne quod prōptitudo horum, consideranti huiusmodi quæstiones magis debeat imputari verecundiæ, honestati vel modestiæ, quàm audaciæ. præsumptionis. sed debet ille, qui hmōt dubitationes considerat, diligere paruas sufficientias. 2. pauci sufficientes rationes ad inueniendum de illis rebus, de quibus habemus maximas dubitationes: & hoc propter desiderium quod quis habet ad philosophiā, vt scilicet principia stent, i. sic permaneant. Deinde cum dicit.

b ¶ Mouet dubitationes duas, quarum secunda incipit. ibi ¶ Et hoc itaque &c. ¶ Circa primum duo facit, primo mouet quæstionem: secundo probat quod supposuerat, ibi ¶ Palam autem de quibusdam &c. ¶ Circa primum tria præconsideranda sunt

deficit videretur. Quare si stella vna est talis, patet & cæteras omnes rotundas esse.

LECTIO XVII.

Vm autem duæ sint dubitationes, de quibus quuis non immerito dubitauerit, emtamur id dicere quod nobis videtur. Atque hunc omnium uenerationē potius dignum, quàm temerarium arbitrari oportet: si quisquam ob philosophiæ sitim exiguas etiam in hisce rebus facultates amet, de quibus maximas dubitationes habemus.

Est autem talibus, quæ multa sunt non minus admirabile, quam ob causam non semper hæ stellæ, quæ plus a prima latione distāt, a pluribus motibus. Sed mediæ pluribus mouentur. Consentaneum enim rationi uidebitur primo corpore unam lationem sobrium te propinquissimum minimis motibus moueri, ceu duobus; id autem quod hæret illi, tribus, aut aliquo alio ordine

sent Solis eclipses lunares. Itaque si quidem vnum tale, palā quia &vtiq; alia erūt sphærica.

LECTIO XVII.

DVbius autem dubitationibus entibus, de quibus merito vtique quilibet dubitabit, tentandū dicere quod videtur dignū esse. reputantes promptitudinem magis imputari verecundiæ quàm audaciæ: si quis propter philosophiam stare, & paruas sufficientias diligit, de quibus maximas habemus dubitationes.

b Adhuc autem multis existentibus talibus nō minime mirabile, propter quam quidē causam non semper plus distantia a prima latione mouentur pluribus motibus, sed intermedia plurimis. Rationabile utique videbitur esse primo corpore vna latiolatione propinquissimū mūi in minus moueri motibus: puta duob⁹, habitu aūt tribus, aut aliquo alio tali ordine. Nūc aūt accidit cōtrariū: pauciorib⁹ n. Sol, & Luna mouentur motibus, q̄ erraticorū astrorū quędam, quāmuis longius à medio, & propinquius primo corpori super ipsis.

b Palam autem hoc de quibusdam ad intellectum huius dubitationis, quarum primum est, quòd Aristo. alium ordinem videtur assignare planetarū, quàm Astrologi nostri temporis. Nostri enim Astrologi supremum planetarum dicunt esse Saturnum, post quem posuerunt Iouem, tertio loco Martem, quarto Solem, quinto Venerem, sexto Mercurium, septimo Lunam. Astrologi autem, qui fuerunt tēpore Platonis, & Aristo. mutauerunt hunc ordinem quantum ad Solem, ponentes eum immediatum suprā Lunam sub Venere, & Mercurio: quam positionem hic Aristo. sequitur, sed Ptolemæus postea hunc ordinem correxit, ostendens verius esse quod Anaxgoras induxit, quem etiam moderni Astrologi sequuntur.

Secundo considerandum est, quòd circa motus planetarum quædam anormalæ, idest irregularitates apparent, prout, scilicet planetæ, quandoque velociores, quandoque tardiores, quandoque stationarij, quandoq. retrogradi videntur. Quod quidem non videtur esse conueniens cœlestibus motibus, vt in supra dictis patet. & ideo prius Plato hanc dubitationem Eudoxo sui temporis Astrologo proposuit, qui huiusmodi irregularitates conatus est ad rectum ordinem inducere ad signandos diuersos motus planetis, quod etiam Postremi Astrologi diuersimode facere conati sunt. Illorum autem suppositiones, quas adinuenerunt, non est necessarium esse veras: licet enim talibus suppositionibus factis appareant soluere, non tamen oportet dicere has suppositiones esse veras. quia forte secundum aliquem alium modum, nondum ab hominibus cōprehensum, apparentia circa stellas saluatur. Aristoteles tamen vtitur huiusmodi suppositionibus ad qualitatem motuum tanquam veris. Tertio considerandum est, quòd circa Solem & Lunam non apparent tot irregularitatum genera, sicut circa alios planetas. Nam in Sole & Luna, nunquam apparet statio, seu retrogradatio, sicut in aliis planetis, sed solum velocitas, & tarditas. & etiam Eudoxus, qui primo conatus est has irregularitates dirigere ad instantiam Platonis, pauciores motus assignauit Soli & Lunę, quos dicit esse infimos planetas, quàm superioribus planetis: quorum vnicuique assignabat quatuor motus, scilicet secundum sphæras reuoluentes corpus stellę infixum infima earum, ita scilicet, quòd prima sphæra mouet corpus stellæ ab oriente in occidentem secundum motum diurnum: secunda mouet corpus stellæ è conuerso ab occidente in orientem in zodiaco, qui dicitur motus longitudinis: tertia autem sphæra mouet corpus stellæ motu latitudinis, secundum quod contingit, quòd stella quandoque est australior, quandoque borealior in zodiaco. Proponebat autem polos huius tertiæ sphæræ esse in zodiaco: vnde sequebatur, quòd circulus maior æque distans ab vtroque polo, transiret per polos zodiaci. ex quo ita videbatur, quòd planetæ, secundum latitudinis motum, quandoque peruenirent vsque ad polos zodiaci: quod tamen nunquam apparet. vnde ponebat quartam sphæram, quæ moueret stellam in huiusmodi motu, ita quòd nunquam perueniret ad polos zodiaci. Soli autem & Lunæ non attribuit motum huius quartæ sphæræ, sed apparentiam eorum conatus est saluare, solum ponendo tres sphæras proportionales primi quibuslibet sphæris planetarum: ita tamen, quòd Luna habet maiorem motum latitudinis, quàm Sol, sicut expositum est in duodecimo Metaphysicorum. Secundum hanc quidem rationem hic Aristo. quæstionem formar, & dicit, quòd cum multa sint talia dubitabilia circa stellas, minime videtur mirabile, propter quam causam non semper astra, quæ plus distant a motu primæ sphæræ, mouetur pluribus motibus, sed intermedia mouentur plurimis, scilicet quinque planetæ, qui secundum positionem Eudoxi mouentur quatuor motibus: rationabile vtique ei esse videtur, quòd prima sphæra moueatur vno solo motu, quòd astrum ei propinquissimum moueatur pauciss[imis] motibus, puta, duobus: habitum autem, idest, consequenter se habens, moueatur tribus, vel quocunque tali ordine progrediatur. Sed nunc accidit contrarium secundum positionem Eudoxi, secundum quem Sol & Luna mouetur paucioribus motibus, idest, solis tribus, quàm quidam stellarum errantium, quas ponebat habere quatuor motus. quamuis quinque planetæ longius, distent a medio mundi, idest terræ, & appropinquantes sunt primo corpori, idest summæ sphæræ ipsius, idest Sol & Luna, secundum opinionem quæ habebatur tempore Aristotelis & Platonis. Est autem vlterius sciendum, quòd secundum suppositiones Eudoxi, non poterat omnis apparentia circa stellas saluari. quidam autem astrologus Calipus nomine, ad instantiam Aristotellis correxit Eudoxi suppositiones, addens quidem Marti & Mercurio vnicuique vnā sphæram, & vnum motum, Soli autem & Lunæ vnicuique duos, & sic Saturno & Ioui assignauit quatuor motus, vnicuique autem in seriorum planetarum quinque: & sic non haberet locum dubitatio, quam hic mouet Aristoteles, quia superiores planetę, secundum hunc modum, pauciorib⁹ motibus mouentur, quàm inferiores.

tale: nunc uero contrarium accidit, paucioribus enim Sol, & Luna moueantur quàm stellarum nonnullæ nagarum, quæ tamen longius a medio distant, & propinquiores primo corpori sunt.

Manifestum autem hoc de non-

Ponebat autem vnicuique planetarum quasdam alias sphæras reuoluentes, vt expositum est in duodecimo Metaphysicorum. secundum hanc positionem ponebat omnia apparentia de stellis saluari, præcipue quantum ad propinquitatem, & remotionem stellarum a nobis deprehenditur ex hoc, quòd planetæ eadem dispositione aeris existente, quandoque minores videntur. Simile etiam inconueniens videbatur, quòd tanta multitudo sphærarum ad motum planetarum concurreret. & præcipue videbatur superfluum, quòd cuilibet planetæ attribueretur vna sphæra, quę ipsum reuoluet ab oriente in occidentem motu diurno: cum hoc casu possit suprema sphæra totum cælum hoc motu reuoluere. Nunc Ypparchus, & Ptolemæus posuerunt vnicuique planetæ solam sphæram, quam posuerunt etiam esse suprem[a]e sphærę eccentricam, & habere aliud centrum, præter terram, ita quòd, cum planeta est in ipsa sphæra magis distante a nobis, corpus planete minus videtur, & tardioris motus: cum autem est in opposita parte, videtur magis & velocioris motus. propter hoc posuerunt quosdam parvos circulos, quos epicyclos dicunt, qui mouentur super huiusmodi sphæris, ita quòd corpora planetarum in huiusmodi epicyclis mouentur non tanquam fixa in huiusmodi circulis, sed quasi motu propinquissimo eos regulans. Sic igitur præter motum diurnum, quem in cælo attribuunt ex motu primæ sphærę quatuor planetis, scilicet Saturno, Ioui, Marti, & Veneri, attribuunt tres motus, quorum vnus est, secundum quem corpus stellæ circuit epicyclum: secundus est, secundum quem centrum epicycli circuit sphæram. Tertius autem est, secundum quem ipsa sphæra mouetur ab occidente in orientem, quibuslibet centum annis gradu vno secundum motum stellarum fixarum: qui quidem dicitur motus augis, vel appogiri, idest maximæ distantiæ in circulo eccentrico. super autem tres motus addunt quartum motum Mercurio, quo dicunt centrum sphæræ ipsius moueri in quodam circulo paruo circa centrum mundi: quos etiam quatuor motus attribuunt Lunæ superaddentes ei quintum. Cum enim circulus sphæræ lunaris, super quem intelligitur moueri centrum epicycli, cum'decliner a zodiaco ad meridiem, & septentrionem, necesse est, quòd huiusmodi circulus secet zodiacum in duobus punctis, quia dicuntur nodi, siue caput, & cauda, in quibus tantum locis Luna existente possunt contingere eclypses lunares, & solares: quæ non semper contingunt in eadem parte circuli. & ideo ex hoc quintum motum in Luna secundum quem prædicti nodi mouentur, qui dicitur motus capitis, & caudæ: corpus autem Solis non dicunt moueri in aliquo epiciclo, sed in suo eccentrico. Vnde non attribuunt Soli nisi duos motus, vnum scilicet, quo corpus Solis mouetur, in eccentrico, & alius est motus augis, quem attribuunt sphęræ Solis, sicut attribuunt sphæris aliorum planetarum. & sic patet, quòd vere secundum hanc positionem procedit dubitatio, quam hic Aristotelis mouet. Nam secundum hanc positionem Mercurius, & Luna, qui sunt infimi planetarum, habent plures motus: Sol autem, quem ponunt medium, habet pauciss[imos]: alij vero planetæ medio modo se habent. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat quoddam quod supposuerat, idest ordinem planetarum esse qualem dixerat. & primo quidem probat hoc quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ad aliquid per id quod ipse viderat, & dicit, quòd ordo quo F
rundam planetarum manifestus est etiam visu. Dicit enim se vi
disse, quòd Luna dicothoma existens, id est, ex media parte illu
minata, subintrauit stellam Martis, nam ipsa est velocioris
motus, q̃ est Mars. & Luna secundum nigrum situm, ideſt, se-
cundum illam part̃, ex qua erat obscu
ra, occultauit Mart̃, & quòd Mars exiuit
sub Luna, pertransseũte ipsum secundum
partem Lunæ clarã, & lucidam. Secunda
cum dicit.

c ¶ Manifestat ordi
nem planetarũ quan
tum ad alia, per ea
quæ alii viderunt, &
dicit, quòd similiter
de ordine planeta-
rum aliorum dicunt
vidisse illi, qui a mul
tis temporibus retro
talia obseruauerunt
per multos annos,
scilicet Aegyptii, &
Babylonii, quorum
T.c.61. studiũ maxime fuit
circa Astrologiam,
ex quorum dictis ha
bemus multas credu
litates de vnaqua-
que stellarum, scilicet obseruationes eo
rum. Deinde
cum dicit.

c ¶ Mouet secun-
dam dubitationem,
& dicit, quòd merito
potest aliquis dubita
re, quare in prima
sphæra, quæ mouetur primo motu, est
incerta tanta multi
tudo astrorum, ut
omnis ordo eorum
videatur arishmeti-
corum esse, ideſt, in-
numerabilium. Non
enim potest nume-
rus eorum comprehẽdi a nobis. In aliis
autem inferioribus
orbibus inuenitur
singulariter vna so-
la stella, in quib⁹ nõ
videntur duæ, vel
plures de stellis erra
ticis infixæ esse vni
sphæræ mobili. Fit
autem hic considerã
dum, quòd tempore
Aristotelis nondum
erat deprehensus mo
tus stellarum fixarum, quas Ptolemæus ponit moueri ab occi-
dente in orientem super polos zodiaci quibuslibet centum an
nis gradu vno, ita quòd tota reuolutio earum compleatur in
36. millibus annorum. Et ideo antiqui ponebant sphæram stel
larum fixarum esse primum mobile, & eius esse tantum unum
motum, qui esset motus diurnus, scilicet supposito motu stella
rum fixarum, & motu diurno, qui est motus sphæræ supremæ,
quæ est sine stellis. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit difficultatem harum quæstionum, & dicit,
bonum esse inquirere de his dubitationibus. subdit autem
¶ Et ad eam, quæ ad plus intelligentiam &c. ¶ Quam quidem
literam Alexander dicit esse defectiuam: & est subintelligen-
dum, quòd ea, quæ circa hoc excedunt nostram intelligentiam,
oportet magis suscipere, quàm amplius quærere per nosipsos.
Non autem est confuerudo Aristotelis, quamuis sit breuilo-
quus, defectiuis locutionibus vti, vt Simplicius dicit. Et ideo

dam etiam visu factum est. Lu-
nam enim vidimus dicotho-
mam quidem existentem, sub-
intrantem autẽ astrorum Mar
tem, & occultatum quidem se
cundum nigrum ipsius, exeun-
tem autem secundum clarum,
& lucidum.

G

c Similiter autem & de aliis a-
stris dicunt, qui dudum obser-
uauerũt ex plurib⁹ annis Egyp
tii & Babylonii, a quibus mul-
tas credulitates habemus de
vnoquoque astrorum.

d Et hoc itaque merito dubi-
tauerit vtiq; aliquis, & propter
quã causam in prima quidẽ la-
tione tanta est astrorum multi
tudo, vt arithmeticorũ esse vi-
deatur omnis ordo: in aliis au-
tem vnũ, solum singulare: duo
autem, aut plura non videntur
in eadem infixa latione.

e De his quidem igitur quære
re bene se habet, & ad eam, quæ
ad plus intelligentiam, & qui-
dem modicas habentes causas,
& tanta elongatione distantes
ab his, quę circa ipsa accidenti
bus, tamen ex his cõplantib⁹
nihil irrationabile vtiq; videbi
tur esse, quod nunc dubitatur. I

LECTIO XVIII.

SEd nos, vt de corpori-
bus ipsis Solis, & soli
tariis, ordinem quidẽ
habentibus, inanimatis autem
omnino perquirimus. Oportet
aũt tanquàm participantia exi
stimare actione, & vita: sic. n.
nihil videtur præter rationem
accidere.

K

nullis etiam ipso nisu fuit. Luna enim uidimus dimidia parte lucidam Martis stellam subijsse: quæ cæ lata quidem fuit in parte obscura, egressa autem per lucidam partem.

Similiter & de cæteris stellis Egyptij, & Babylonij dicunt, qui plurimis iam annis ante hæc obseruauerunt: & a quibus multa fide digna de singulis stellis accipimus.

Hoc etiam non iniuria quispiam dubitauerit, quam ob causam etiam in prima quidem conuersione tanta est multitudo stellarum, ut uniH uersus ordo subire non posse nu-merum uideatur: in cæteris autem una seorsum est stella: duæ uero, aut plures eodem in orbe non uidentur esse infixæ.

De his igitur bene sese habet, & maiorem quærere cognitionem, & si paruæ occasiones habentur, tantaque sit eorum remotio quæ accidunt circa ipsa, si tamen ex talibus contemplemur, non egredi metas rationis ui debitur id quod nunc dubitatur.

LECTIO XVIII.

SEd nos de ipsis, ut de corpo ribus, ac unitatibus ordinem quidem habentibus, inanimatis autem penitus cogitamur. Oportet autem ipsa uiuentia esse existimare, atque actionem habere. Sic enim id quod accidit, non uidebitur a ratione exorbitare.

in eis esse ordo motuum ſm ordinem numerorum, & secundũ
situm corporum. Sed ad hoc, quòd prædicta soluatur dubitatio,
oportet opinionem habere de eis, quòd participent non solum
vitam quamcunque, sed etiam actionem: quod est proprium ha
bentibus animam rationalẽ, quæ agunt propter finem, tanquã
habentia dominiũ sui actus, & non agunt ex solo naturæ impe
tu, sicut omnia irrationalia. Hoc autẽ suppositũ videtur accide
re, si multitudo motuum non procedat secundum corporum
situm: quia magis est accipienda diuersitas motuum, & multi-
do eorum secundum habitudinem ad bonum finale, quod est
principium in omnibus agibilibus, vt patet per Philosophum
in septimo Ethicorum, & secundo Phyſi. Et est attendendum,
quòd quantum ad hoc non refert, verum ponamus corpora cę
lestia moueri a substantiis intellectualibus coniunctis per mo-
dum animæ, vel etiam separatis. Non autem esset via soluẽ-
di, si mouerentur per solum naturæ impetum, sicut corpora
grauia, & leuia. Deinde cum dicit.

Ponit

Tex. 8. Lec. 4

ipse sic exponit, quòd de his bene se habet quærere: sed hoc nõ
ad quoslibet pertinet, sed solum ad eos, qui plus inte lligunt.
Auerroys autem in suo commento exponit. Sed hæc, vt intelli
gamus, quòd inquirere de his quæstionibus, & in se bonum est,
& etiam ad hoc est vtile, quòd homo magis ac magis intelli-
gat, qui enim se exer
citat circa intellectũ
difficilium, magis po
test intelligere alia,
vt dicitur in tertio
de Anima. Ista autẽ
quę inquirenda sunt
difficultatem habẽt:
quia modicum de
causis eorum percipe
re possumus, & acci-
dentia eorum magis
sunt remota a cogni-
tione nostra, quàm
etiam ipsa corpora
elongentur a nobis
secundum corpora-
lem situm. Et tamẽ
si ex his quæ dicẽtur
contemplaremur ha
rum dubitationũ ve
ritatem, apparebit
non esse irrationabi
le id, quod inqui-
rendo dubitabile vi-
debatur.

LECTIO XVIII.

RÆmissis duab⁹ du
bitationi b⁹, hic ad
earum solutionẽs ac
cedit, & primo soluit
primam quæstionem
secundo secundam,
ibi ¶ De dubitatione
autẽ &c. ¶ Circa pri-
mum duo facit. primo ostendit quid o-
porteat supponere
ad hoc, vt de facili
soluatur quæstio pri
mo mota: secundo
ponit solutionẽ, ibi
¶ Videtur autẽ &c. ¶
Dicit ergo primo,
quòd ideo prima
quæstio difficilis vide
tur, quia nos inquiri
mus de corporibus
cælestibus, ac si essent
solacorpora haben-
tia quendam ordinẽ
absq; hoc, quòd sint
animata. & sic vide-
tur nobis, q̃ debeat

Ponit solutionẽ, & duo facit: quia primo præmittit prin-
cipia, quibus manifestatur solutio: secundo principia applicat
ad propositum, ibi ¶ Hoc quidem igitur habent &c. ¶ Circa pri-
mum duo facit. primo proponit principia, ex quibus assigna-
tur ratio, quare sup eriores planetæ mouentur pluribus moti-
bus, primum au tem
mobile vno solo mo
tu, secũdo ponit prin
cipia ex quib⁹ assigna
tur ratio, quare supe
riores planetæ mo-
uentur pluribus mo
tibus, inferiores au-
tem paucioribus se-
cundum suppositio-
nẽ Eudoxi, ibi ¶ Ite-
rum autẽ alteri &c.
¶ Circa primum duo
facit. primo ponit
principium, secundo
manifestat per exem
plum, ibi ¶ Quemad
modum i corpore
&c. ¶ Dicit ergo pri
mo, quòd in corpori
bus videtur illud cor
pus optime esse dis-
positum, quod non
T.c.63. indiget aliqua exer-
citatione ad bonam
habitudinem, quæ di
citur euchiaein secũ
do autem gradu est
corpus, quod per mo
dicam deambulatio-
nem consequitur bo
nam habitudinem.
in tertio autem gra-
du est corpus quod
ab bonam habitudi-
nem consequendam
indiget multis exer-
citiis, puta, cursu, lu-
cta, & pugna. Dein-
de cum dicit.

c ¶ Ponit principia
per quæ soluitur se-
cunda pars quæstio-
nis, quare, scilicet in
feriores planetæ pau
cioribus motib⁹ mo
uentur, quàm supe-
riores. & primo po-
nit principia: secun-
do adhibet exẽplũ,
ibi ¶ proprer q̃ opor
tet putare &c. Circa
primũ tria facit. pri-
mo ponit esse quen-
dam gradum inferio
rem trib⁹ principiis
iam dictis. & dicit, quòd inuenitur in quarto gradu aliquid,
quod quibuscunque laboribus non potest pertingere ad hoc,
quòd adipiscatur bonum perfectum, sed potest consequi quod-
dã aliud bonũ minus perfecto bono, puta, si aliquod corpus per
nullũ exercitiũ posset consequi perfecte bonam habitudinem,
sed per aliqua exercitia consequitur aliquantulum meliorem
dispositionem, quam prius habebat. Secundo ibi.

d ¶ Ideſt certificare aut multa, aut multotiens. difficilius. n.
est rectum se habere in multis quàm in paucis. Multitudo acci
pi potest vel secundum diuersitatem agentium, vel secundum
diuersitatem actionum ordinatarum ad aliquid vnum, ad quo
rum primum pertinet quod dicit multæ ad secundum pertinet
quod dicit, multotiens: maxime si actiones non sic fuerint. Ex
quo apparet, quòd maioris virturis est quod per multa potest,
& ita non sequitur illud bonum. Tertio cum dicit. ¶ Puta my-
rias. ¶ ponit exemplum de eo quod nunc dictum est. & primo
quantum ad hoc quòd dicit multa, dicens, quòd difficile est
iacere, id est proiicere myrias astralagos, ideſt, decẽ milia astra-
galorum, quæ sunt quædam genera instrumentorum. Alia li-
tera habet chios, quæ est aliqua insula Græciæ, in qua simili-
ter sunt magni astragali, facile est autem, quòd aliquis iaciat

A vnum ex his, vel duo. Tertio ibi.

e ¶ Exemplificat quantum ad id, quod dixerat multotiens,
& dicit, quòd quandoque oportet operari aliquid huius gratia,
& hoc alterius gratia, & illud adhuc alterius gratia, scilicet q̃
ad vnum finem oportet peruenire per multas actiones ordina
tas adinuicem. facilis est hũc finem adi
pisci, quando per vnã vel duas actiones po
test aliquis consequi finem, puta, si aliquis
emit equum ad hoc q̃ æquitet, & æqui-
tando perueniat ad locum aliquem. Sed
quando oportet ad fi
nem peruenire per
plures actiones, tunc
hoc est difficilius, pu
ta, si non habeat pe-
cuniam in promptu:
vnde emat equum,
vnde oportet eam ac
quirere per operatio
nem alicui⁹ artificii.
Manifestum est igi-
tur, quòd maior vir-
tus requiritur, & ex
parte intellectus or-
dinantis, & ex parte
potentiæ exequẽtis
per plures actiones
peruenire in finem,
quàm per vnam, vel
pauciores actiones.
Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit exempla
præmissi principii &
dicit, quòd propter
præmissa, oportet exi
stimare, quòd actio
stellarum secundum
multitudinem, vel
paucitatem motus
earum, sit similis
actioni animalium,
& plantarum. Vide-
mus. n. q̃ in istis infe
riorib⁹, homo habẽs
perfectã animæ vir-
tutẽ, habet multiplices operationes, q̃
põt multa bona adi-
pisci, & multa potest
operari, nõ solũ absо
lute, sed etiã ſm ordi
nẽ unius ad aliud: vt
puta cum excogitat
magnã seriẽ actionũ
ordinatarũ in vnum
finem. Nec tamen propter hoc, homo est optimum in vni-
uerso, scilicet quia id quod est optimum in uniuerso, scilicet
Deus, nulla indiget actione, quo ad adipiscendum proprium
bonum. Non enim habet aliquem finem extra se, quem opor
teat adipisci per aliquam actionẽ, sed ipse est finis suipsius, &
omniũ aliorũ. Actio aũt, quæ est propter finẽ, semper in duobus
consistit, cum oporteat ibi cõsiderari & finem, cuius gratia ali
quid agitur, & id q̃ est ad finẽ, qđ apte gratia h⁹. ſ. finis: sed ani
maliũ præter hominẽ, sunt pauciores actiones præter actiones
intellectiuæ partis, tũ quia in actionibus exterioribus hũt de-
terminatũ modũ præfixũ sibi a natura, sicut hyrũdo semper eo
dẽ mõ facit nidũ: sed planetæ hũt forte vnã operationẽ tm. ſ.
nutritiuã. & hãc paruã. i. imperfectã, respectu operationis sensi
tiuæ, & intellectiuæ. Et hui⁹ diuersitatis rõ est, quia finis ad quẽ
peruenit, vel est vnũ aliquod summũ perfectũ, puta, ad quẽ per
uenit homo. ſ. beatitudo, quã homo cõsequitur per multas ope
rationes aut sunt multa quæ exiguntur ad perfectum bonum,
ad quorum aliquod pertingunt plantæ, & animalia, per vnam,
vel paucas operationes, puta, ad beatitudinem præexigitur
quædam conseruatio vitæ, cognitio sensibilium, & vlti-
mo ap prehensio veritatis, in qua consistit finalis beati-
tudo:

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudo, & hanc solus homo consequitur. Conseruationem- F
que vitæ cõsequitur plãta per actũ nutritiuæ partis: animalia au
tem irrationabilia super hoc consequuntur cognitionem sin-
gulorum. Sic igitur patet ex omnibus præmissis, quinque
esse ordines rerum. Nam in entibus est supremum, quod ha-
bet perfectum bo-
num sine actione. Se
cundum autem est,
quod habet perfe-
ctum bonum per
vnũ, vel paucos mo-
tus. Tertium au-
tem est, quod acqui-
rit perfectum bo-
num per multas ope
rationes, sicut ho-
mo. Quartus gradus
est, qui non potest re
cipere perfectum bo
num nullo modo,
sed acquirit aliquid
præuium per pau-
cos motus, vel per
vnum tantum, sicut
animalia & plantæ.
Relinquitur autem
infimum esse, quod
nihil horum potest
acquirere, & per hoc
non habet participa
re aliquem motum.
T.c.65. Sic igitur quòd ali-
quid omnino careat
motu, potest duplici
ter contingere, vno
modo, quia est perfe
ctissimum: alio mo-
do, quia est propin-
quum imperfectissi-
mo. Quod autem ali
quid habeat multas
actiones, vel motus contingit ex eo, quòd medio modo
se habet. Deinde cum dicit.

g ¶ Adaptat prædicta principia ad propositum: & dicit, quòd
in ordine rerum, id quod supremũ est, habet & participat op
timo absque omni motu: quod quidem continuit in substan-
tiis separatis, quæ sunt omnino immobiles. Dicit enim opti
mo propter supremam causarum, quæ est Deus altissimus, qui
est ipsa essentia bonitatis. Dicit autem participat &c. pro-
pter inferiores substantias separatas: quæ esse, & bonum ha-
bent ex alio. Nam participare nihil aliud est, quàm ab alio
partialiter accipere. hic est igitur primus, & supremus ordo
entium. Secundum ordinem distinguit dicens, quòd est ali-
quid quod de propinquo attingit id optimum per paucos mo-
tus, sicut suprema sphæra, quæ intantum dicitur appropin-
quare ad illud optimum, inquantum pertingit ad hoc, quòd
sit causa vniuersalis corporalium: & causa permanentiæ ipso-
rum. Deinde ponit tertium gradum dicens, quòd aliquid
appropinquat ad bonum optimum per multos motus: sicut
superiores planetæ qui etiam sunt causæ vniuersales effectuũ
in mundo, & permanentiæ, & fixionis rerum. Deinde po-
nit quartum gradum dicens, quòd aliquid est, quod non po-
test participare illud perfectum bonum, sed sufficit qualiter-
cunque appropinquet. Et ad eorum manifestationem subiun
git exemplum dicens, quòd si ponamus sanitatem vitæ finem,
inuenimus quantum ad hoc aliquid esse optimum, quod sem- K
per est sanum. In secundo autem gradu est, quod sit sanum
per solam extenuationem, idest, subtractionem superfluo-
rum. In tertio autem gradu est, quòd sanitatem quidem adi
pisciatur, & per extenuationem, sed ad hoc, quòd extenue-
tur, indiget cursu, & ad hoc quòd currat requiritur quòd ali
quid aliud agat, si sit aptum ad cursum: & sic habet plures mo
tus, quibus peruenit ad finem sanitatis. Quartus autem gra
dus est, quòd non potest peruenire ad hoc quòd sanetur, sed
peruenit ad aliquid eorum quæ sunt præuia sanitatis, puta,
ad hoc, quòd solum currat, vel etiam vlterius, quòd extenue
tur, quorum neutrum est finis, sed eorum est aliquis finis, scí-
licet sanitas, vt dictum est. Et horum rationem assignat di-
cens, quòd maxime optimum est in omnibus finem sortiri
qualitercunque, scilicet siue sine motu, siue per paucos, siue
per multos motus. Si vero non contingat adipisci finem, sem
per tanto aliquid erit melius, quanto magis appropinquat ad

malum pauciores: plantarum autem parua quędam, & vna
forte. aut enim vnum aliquid est, quo sortietur vtique, quē-
admodum & homo, aut & mul
ta omnia præuia sunt ad op-
timum.

g Hoc quidem igitur habet, G
& participat optimo. Hoc au-
tem attingit prope per paucos
motus, hoc autem per multos.
hoc autem neque participat,
sed sufficiens ad prope extre-
ma uenire. Puta, si sanitas finis,
hoc quidem vtique semper sa-
num est, hoc quidem extenua-
tum, hoc autem currens & ex-
tenuatum: hoc autem & aliud
aliquid operans currendi gra-
tia: quare plures motus. Alte-
rum autem non potest ad sa- H
nari peruenire, sed ad currere
solum aut extenuari: & ho-
rum alterum finis ipsis. Maxi
me quidem enim illo, fortiri fi
ne optimo omnibus. Si autem

*optimum, puta, quod pertingit ad extenuationem, quæ est pro
pinquissima sanitati, est melius, quam quod pertingit ad cur-
sum. Ex quo etiam patet, quòd in vnoquoque horum ordinũ
possunt esse multi gradus. Et quia terra maxime distat a sum-
mo ordine rerum, ideo totaliter non mouetur, quasi non va-
lens appropinquare
ad optimũ, per hunc
modum, quòd fit
cæ aliorum. Illa vero
quæ sunt propinqua
terræ, quæ sunt in
quarto ordine, pau-
cis motibus mouen-
tur: quia non attin-
gunt ad altetum ex-
tremum, ut sint vni-
uersales causæ per-
manentiæ rerum:
sed intantum mouẽ
tur, inquantum pos
sunt sortiri aliquid
de similitudine pri-
mi, & diuinissimi
principii, in hoc sci
licet, quòd ipsa sint
aliorum principia.
Sed primum cælum
statim sortitur hanc
similitudinem per
vnum motum, qui
pertinet ad secundũ
gradũ, illa vero: quæ
sunt inter media in-
ter primum cælum,
& extrema corpora,
quę sunt in tertio or
dine, attingunt simi
litudinẽ primi prin-
cipii in causando per
plures motu. In his
autẽ quæ dicta sunt,*

*tasse, aut unum quidem est, quod
consequi possunt, quemãdmodum &
homo: aut & ipsa multa omnia an-
tecedunt ad ipsum optimum conse-
quendum.*

*Aliud igitur habet optimum ip-
sum, & particeps est ipsius, aliud
per pauca prope accidit, aliud per
multa. aliud non aggreditur, sed
satis est prope ad ipsum ultimum
peruenire. ueluti si sanitas est finis
aliud semper est sanum, aliud in
macie affectum, aliud cursu facto, in
maciemque deductum, aliud & alio
quopiam acto ipsius gratia cursus,
quare plures ipsius sunt motiones.
Est & id quod ad sanitatem ip-
sam accedere nequit: sed ad cur-
sum solum, aut ad maciem, at-
que horum alterum est ipsi finis.
Nam maxime quidem est opti-
mum omnibus illum consequi finem.*

tria expressit, scilicet primum quod habet, & participat op-
timo. hoc enim exposuit esse diuinissimum principium. Si-
militer etiam secundum ordinem qui per paucos motus attin
git perfectum bonum, attribuit primo cælo. Quintum etiam
ordinem, qui propter imperfectionem omni caret motu, attri
buit terræ. Remanet autem dubitatio de aliis duobus ordini
bus, quibus sint attribuendi. Nam si tertium ordinem attri-
buamus superioribus planetis, eo quòd per plures motus con- I
sequuntur perfectum bonum, & optimum, videbitur attribue
re quartum ordinem Soli, & Lunæ: vt dicamus, quòd non at-
tingunt ad perfectum bonum, quod videtur inconueniens,
præsertim cum Sol videatur esse nobilissimus planetarum, &
tam ipse quàm Luna videatur habere maximam efficaciam in
inferioribus corporibus. Et ideo Auerrois dicit in commento
suo, quòd quartus ordo eorum, scilicet quæ non attingunt per
fectum bonum, sed appropinquant ad ipsum per paucos mo-
tus, attribuitur tribus elementis scilicet aquæ, & aeri, & igni,
quæ quidem mouentur duplici motu, scilicet motu proprio se
cundum naturam grauitatis & leuitatis: & motu quem conse-
quuntur ex cælestibus corporibus: sicut iguis, & superior pars
aeris mouetur circulariter secundum motum cæli, & mare fluit
& refluit secundum motum Lunæ. Tertium autem ordinem
attribuit omnibus planetis, qui consequuntur perfectum bo-
num, idest causalitates vniuersales super hæc inferiora, per
plures motus. Sed secundum hunc intellectum dubitatio,
quam mouit Arist. remanet insoluta: & ideo secundum inten
tionem Aristotelis dicere oportet, quòd quartus gradus attri-
buatur Soli, & Lunæ, qui secundum ipsum sunt infimi pla-
netarum, & secundum principia Aristotelis eorum ordo
in dignitate est secundum ordinem situs eorum, eo quòd
superior sphæra continet inferiorem, continens autem est
nobilius, & formalius contento, sicut dicitur in 4. Physi-
corum: & sicut postea dicetur in capitulo de Terra. Se-
cundum hoc ergo intelligendum est, q̃ optimum in rebus est
permanentia, quæ quidem in substantiis separatis est ab-
sque omni motu: & quicquid permanentiæ est in infe-
rioribus rebus, illinc derivatur. Et inde est etiam quòd
supremum cælum, quod est propinquissimum substantiis
separatis, suo motu diurno est causa sempiternitatis, &
permanentiæ rerum. Et ideo maxime attingit ad simi-
litudinem primi principii. Superiores autem planetæ
sunt*

Lec. 8. T.c.48.

sunt magis causa permanentiæ & durationis, quàm inferiores. A
vnde Saturno attribuuntur res fixæ. Et inde est etiam, quòd se-
cundum Ptolomæum in quadripartito, quòd ea quę sunt Sa-
turni attribuũtur ad vniuersalia loca terræ: ea autem quæ Io
uis, ad loca annualium temporũ. Ea vero quæ sunt Solis, & Mar
tis, & Veneris, &
Mercurii, ad loca
mensium: transitus
vero Lunæ ad loca
diurna. Coniunctio-
nes etiam superiorũ
planetarum coaptan
tur effectibus magis
vniuersalibus, & per
manentibus secun-
dum Astrologos. Sol
autem, & Luna, qui
sunt inferiores pla-
netæ secundum Ari-
sto. habent maiorẽ
efficaciam ad causan
dum transmutationes in istis inferiori
bus corporibus: qđ
quidem non est op-
timum, sed aliquid
ordinatum ad opti-
mum, & præuium
T.c.67. ei. Nam corpora in-
feriora per transmu
tationem generatio
nis & corruptionis
consequuntur perpe
tuitatem in specie,
quam in individuo
T.c.68. habere non possunt.
Simplicius autem di
cit in commento,
quòd non existimat
ordinem nobilitatis
esse in corporibus cælestibus secundum ordinem situs: sed se-
cundum quòd vnumquodque corporum cælestium siue nobi-
lius, siue minus nobile, ibi ponitur, vbi optimum est ipsum po-
ni: & ideo luminaria mundi, scilicet Sol, & Luna secundum
Aristo. propinquissime situantur inferioribus corporibus, quæ
indigent illuminari ab eis. Id tamen quod prius dictum est, ma
gis verum esse videtur secundum conuenientiam principio-
rum naturalium. Secundum vero suppositiones modernorum
Astrologorum, satis conuenienter videtur dispositus numerus
cælestium corporum, licet non secundum rationem quam Ari
sto. hic assignat. Nam sicut dictum est, & sicut Arist. dicit in 12.
Lec. 7. Metaphysicorum. oportet in cælestibus motibus aliquid esse,
quod est causa perpetuitatis, & durationibus rerum: & opor-
tet aliquid esse quod pertinet ad causam transmutationis, & in
vnoquoque ordine oportet esse aliquod summum. Sicut igitur
in ordine causalitatis permanentiæ rerum post primum mo-
tum, qui reuoluit totum, præeminentiã obtinet octaua sphæra,
ita etiam in ordine causalitatis transmutationis rerum summũ
locum obtinet sphæra Solis: qui quodammodo proportionali
ter respondet in hoc ordine sphæræ stellarum, ita scilicet, quòd
sicut sphæra stellarũ fixarũ præeminet in stellarũ multitudine,
quod congruit vniuersalitati causalitatis eius propter diuersas
effectuũ species: ita etiam sphæra Solis superabũdat in magni
tudine solaris corporis, & luminositatis eius propter efficaciã
transmutandi inferiora corpora. Vnde sicut sphæræ stellarum
fixarum attribuuntur duo motus, scilicet motus proprius, & E
motus superioris sphæræ: ita etiam Soli attribuitur duplex
motus, scilicet vnus proprius, quo mouetur in suo circulo: &
alius quo mouetur sphæra eius secundum motum sphæræ stel-
larum fixarum. vtrique autem sphęræ quasi deseruiunt tres in-
feriores sphęræ, ita scilicet, quòd sphęræ stellarum fixarum in-
telligantur deseruire ad causandum permanentiam in rebus,
& ad vniuersales effectus, Saturnus, Iuppiter, & Mars, propter
quod vniformes habent motus secundum numerum. nam si-
cut dictum est, vnicuique attribuuntur tres motus: Soli au-
tem intelliguntur deseruire tres inferiores planetæ ad cau-
sandum transmutationem in rebus: & ideo diuersificantur
in numero motuum, ita scilicet, quòd Soli attribuantur duo
motus, Veneri attribuantur tres, Mercurio quatuor, Lunę
quinque. Est etiam secundum, quòd quia Aristoteles hic ter
ram ponit non participare aliquem motum, Alexander di-
cit eam esse animatam. Sequitur enim in hoc errorem genti-

non, semper melius erit, quan-
to vtique propinquius sit opti-
mo. Et propter hoc terra qui-
dem totaliter non mouetur:
propinqua autem paucis moti
bus. Non enim attingunt ad ex
tremum, sed vsque quo possunt
o r tiri diuinissimo principio.
primum autem cælum confe-
stim sortitur per vnum motũ. B
Quę autem in medio primi, &
extremorum, attingunt quidẽ,
per plures autem attingunt
motus.

LECTIO XIX.

DE dubitatiõe aũt, quare
sín primũ quidẽ vnã exi
stentem lationẽ magna
multitudo cõstat astrorũ: alio
rum aũt singillãtim vnum qđq; C
accepit, ppr1os motus. Propter
vnũ qdẽ vtiq; qs primũ rõnabi
liter existimabit hoc existeꝛ. In

*Q*uod si hoc non fiat, *semper melius
est quanto optimo propinquius est, &
idcirco terra quidem non mouetur om
nino: propinqua uero paucis motibus
mouentur. Non enim ad vltimum
ipsum perueniunt, sed quousque con-
sequi diuinissimum ipsum principium
possunt. Primum autem cælum con
tinuo per unum motum illud assequi-
tur. At ea quæ sunt in medio primi,
ac ultimorum peruenunt quidem,
per plures tamen motiones perue-
niunt.*

LECTIO XIX.

*L*lud autem in prima qui-
dem latione magnam co-
piam esse stellarum: cæ-
terarum uero stellarũ quamque seor-
sum proprias motiones habere, quod
quidẽ dubitatio est secunda. Ob unum
quidem primum quispiam cum ratio-

netæ sunt animatæ, quæ tamen non mouentur secundum lo-
cum. Sed in hoc fallitur: quia quamuis non moueantur mo-
tu locali, mouentur tamen motu augmenti, & decrementi.
Alio modo: quia, cum etiam ea quæ intelligunt dicat Aristo.
viuere, nihil prohibet terram esse animatam, & viuentem, li-
cet non moueatur secundum locum: potest tamen esse, quòd
intelligat. Sed hoc est contra Aristore. qui dicit in secundo T.c.15.
de Anima, quòd in corporibus corruptibilium non est aliquid
habens intellectum sine sensu. Terram autem insensibilem
esse manifestum est, ex eo q̃ quotidie scinditur, & atteritur.
Adhuc autem, cum eadem sit natura totius & partis, sicut &
idem motus, si terra tota haberet animam intellectiuam oportꝛ
teret, quòd quælibet pars eius diuisa esset animata, & intelli-
gens: & quòd vlterius omnia corpora mista, in quibus terra su
perabundat, essent talia: quod est derisibile. Addit etiam,
quòd licet terra stet, habet tamen aliquam operationem, quæ
est ipsum stare, vt sicut cælestis corpus est operatio mouere,
ita terræ operatio, est stare, vel quiescere. Sed in hoc fallitur
stare vel quiescere non est operatio, sed priuatio operationis,
vel motus. vnde cum cuiuslibet viuentis corporis oporteat esse
aliquam operationem vitæ, quæ appareat in ipso corpore, & nõ
solum in anima, alioquin frustra corpori vniretur, manifestum
est autem, quòd terra, in cuius corpore nulla vitæ operatio ap
paret, non potest esse animata.

LECTIO XIX.

PRæmissa solutione primæ dubitationis, hic soluit
dubitationem secundam: qua scilicet quærebatur,
quare cum in sphæra primi motus sint innumerabi
les stellæ, in qualibet aliarum inferiorum non est
nisi vna. Ponit autem ad hoc tres solutiones, qua
rum prima est sumpta ex excellentia primæ sphæræ ad alias, &
dicit: quòd circa dubitationẽ, qua dubitatur quare secundum
motũ primæ sphęræ, qui est vnus, inuenitur magis multitudo
astrorum, in aliis autem sphęris inferioribus planetarum vna-
quæque stella seorsum accepit proprios motus, vt scilicet alii
sint motus Saturni, alii Ionis, & sic de aliis, cum tamen omnes
stellæ fixæ sint locatæ secundum proprium motum, di-
cendum est, quòd aliquis potest existimare hoc rationabile

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse. primo quidem propter hoc vnum, quòd oportet intelligere quòd prima sphæra habeat magnam excellentiam in comparatione ad alias sphæras, tum quantum ad vitam, quia scilicet habet meliorem vitam, vtpote habens meliorem animam: tum quantum ad hoc, quod est esse principium vniuscuiusque, quia scilicet vniuersalis causalitas magis cõpetit primæ sphæræ quã mobilibus aliarum. Quæ quidem excellentia considerari potest ex tribus. primo quidem, quia immediatius ordinatur ad primum motorem: secundo, quia continet, & renouat omnes alias sphæras: tertio autẽ, quia habet motum simplicissimum, & velocissimum. Manifestum est autem, quòd id quod est nobilissimum, & magis actiuũ in corporibus cælestibus, est stella, quod ostendit luminositas ipsius. Et ideo conueniens est, quòd prima sphæra abundet in multitudine stellarum per comparationem ad alias sphæras. Si vero supponamus, quòd sphæra stellarum fixarũ non sit suprema sphæra, sed sit alia sphæra ea superior, in qua nulla est stella: nec differt ad propositum, quia motus sphæræ non est nisi propter motum stellæ, vt dicitur in 12. Metaphysicorum. vnde ille motus supremę sphęræ quæ cãret stellis, ordinatur ad motũ stellarum fixarum. Sicut secũdum antiquos Astrologos vnusquisque planeta habet multas sphæras carentes stella, ordinatas ad motum stellæ infixæ in vltima earum: & secundum hoc quantum ad ordinem motus illa sphæra prima cadit in eundẽ ordinem cum stellarum fixarum sphæra. Propter quod etiam Aristo. signanter dicit esse multas stellas secundum primam lationem: non autem secundum primam sphæram: quia lationes determinantur secundum stellas, propter quas deferendas mouentur sphæræ: non autem secundum sphæras. hoc autem solum ingerit, quòd motus stellarum fixarum non est omnino simplex. vt dicit Aristote. & supponit, sed compositus ex duobus motibus. Secundam rationem ponit ibi.

T.c.69.

T.c.70.

Lec.7. T.c.48.

telligere enim oportet, vitę, & principii uniuscuiusque multam excellentiam esse primæ ad alias.

b Erit autem vtique accidens secundum rationem. Prima quidem enim vna existens, multa mouet corporum diuinorũ. Multæ autem existentes vnum solum vnaquæque. Errantium enim vnumquodque pluribus fertur lationibus. Sic quidem igitur adæquat natura & facit ordinem, vni quidem rationi multa tribuens corpora vni autem corpori multas lationes.

c Et adhuc propter hoc quidem vnum habent corpus aliæ lationes, quia multa corpora mouent, & quæ sunt ante ultimum, & quæ vnam possident stellam. In multis enim sphæris vltima sphęra infixa fertur, vna quæque autem sphæra corpus existit ens. Illi° quidem igitur commune erit opus. Hęc quidem enim singularis propria per naturam latio: hæc autem velut apponitur. Omnis autem finiti corporis ad finitum virtus est.

b ¶ Quæ quidem sumitur secundum proportionem multitudinis stellarum ad multitudinem motuum. & dicit, Hoc, quod in dubitatione ponitur, secundum rationem accidere: nam prima latio, cum sit vna, secundum eam mouentur multa cælestium corporum: quæ vocat corpora diuina propter sui perpetuitatem. Inferiores autem lationes multæ earum mouent vnum corpus solum: quia quælibet stellarum errantium, ideſt planetarum, mouetur pluribus motibus, vt supra dictum est. Sic igitur natura quandam proportionis æqualitatem inter stellas fixas, & planetas, & ordinate eas dispoſuit: ita scilicet quòd vni primo motui attribuit multa corpora, ideſt, multas stellas, e conuerso autem circa planetas, vni corpori, ideſt vni stellæ, attribuit multos motus. Et rationabiliter ita distribuit: nam planetæ sunt quasi instrumenta quædam supremæ sphæræ quasi principalis agentis in corporibus, inquantum planetis mediantibus quodammodo deferuntur & coaptantur multiplices influentiæ stellarum fixarum ad hæc inferiora. Instrumentum autem agit inquantum est motum, principale autem agens agit secundum formam, & virtutem propriam. & ideo conueniens est, quòd suprema sphæra abundet in multitudine stellarum, in quibus radicantur diuersæ virtutes actiuæ: planetæ autem abundant in multitudine motuum.

ne esse putabit. Primæ namque uitæ principijs cuiusque primi magnam ad cætera intelligere excessionem esse oportet.

Hoc autem accidere per rationem uidetur. Prima namque una quidem est, multa autem diuinorum corporum mouet: cætere uero multæ quidem sunt, unum tamen quæque tantumodo mouet. uagarum stellarum enim quæque pluribus lationibus fertur. Hoc igitur pacto natura ipsa mæqualitatem hæc redigit, atque ordinem quendam facit: uni quidem lationi multa corpora uni corpori lationes complures reddens.

Et insuper ob hoc unum cæterę sphæræ unum corpus habent, quod multa corpora mouent: & quæ sunt ante ultimam, & quæ unam possident stellam. In multis enim sphæris ultima sphæra ligata fertur. Sphæra autem quoque corpus est: illius igitur ipsum opus corpori erit, etenim cuius propria natura latio. Ipsa autem quasi adiacet, ad finitum uero finiti corporis omnis potentia est.

Saluatur autem hæc ratio etiam secundum positionẽ Modernorum Philosophorum. Nam & si sphæra stellarum fixarum habeat duos motus, minimum tamen de secundo eorum participat qui tardissimus est in ea. Tertiam rationem ponit ibi.

c ¶ Quæ quidem sumitur ex multitudine sphærarum mouentium vnumquodque planetarum secundum positiones antiquorum Astrologorum. & dicit, quòd in quolibet apparenti motu planetarum inuenitur vnum tantum corpus stellæ, quæ mouetur: quia multa corpora sphærica sunt, quæ mouent stellam ita scilicet quòd illę, quæ sunt primæ, ideſt superiores, sunt motiuæ illius sphæræ, quæ est in fine, & quæ habet in se ipsam stellam: quia stella mouetur infixa in vltima sphæra multarum sphærarum ordinatarum ad motum vniuscuiusque. Vel potest intelligi, quòd vltima sphæra est quodammodo alligata superioribus sphæris, & secundum earum motum mouetur: manifestum est autem, quòd unaquæque harum sphærarum est corpus quoddam. sic igitur est opus commune omnium sphærarum reuoluentium planetam, ideſt est illius sphæræ suprem æ in illo ordine, quæ reuoluit omnes inferiores: quia motus infimæ sphæræ, in qua est planeta, est proprius motus, & naturalis ipsius planetæ. motus autem superiorum sphærarum, qui apponuntur ad dirigendum irregularitatem quæ videtur in motu planetæ, scilicet secundum velocitatem, & tarditatem, retrogradationem, directionem, & stationem. Et sic patet, quòd cum sphæra superior moueat omnes inferiores ordinatas ad motum eiusdem planetæ, si cum hoc haberet mouere plures stellas, esset ei laboriosum: quia cuilibet corporis est virtus finita per comparationem ad aliud corpus. Ostensum est enim in 8. Phyſicorum, quòd in magnitudine finita non est virtus infinita. Non autem est intelligendum, quòd ista difficultas accideret ex eo, quòd in stellis sit ponderositas, aut aliquid resistens motui, sed oportet esse excessum mouentis ad mobile non autem posset esse excessus superioris sphæræ secundum virtutem, si in inferioribus simul cum multitudine sphærarum esset multitudo stellarum, cum in corporibus stellarum abundet virtus cælestium corporum. Est autem diligenter attendendum, quòd finitam proportionem ponit sphæræ mouentis ad corpora mota, ex eo quòd sphæra monens est corpus. Ex quo patet, quòd motor separatus, qui est substantia incorporea & immaterialis, non habet secundum intentionem Aristotelis finitum excessum supra corpus, quod ab eo mouetur, sed infinitum, vtpote extra totum corpus magnitudinis existens, & per materiam non determinatam. Ex quo patet falsum esse quod Auerroys dicit in suo commento, quòd additio primi motoris supra potentiam

Lec.21.

tiam mori, non est infinita nisi in tempore infinito. Qualiter autem si potentia motoris separati est infinita, non moueat velocitate infinita, scilicet in instanti: & qualiter, si potentia corporis est finita, corpus possit durare tempore infinito, manifestum est in 8. Phyſicorum. Sciendum vero est, quòd tertia ratio nõ habet locum secundum modernos Astrologos, qui non ponunt planetis multas sphæras, quarum vna mouet omnes, sicut ponebant antiqui Astrologi, qui tamen ponebant multas stellas fixas nõ moueri, nisi ab vna sphæra. d ¶ Vltimo autem epilogat dicens, qd dictum est de stellis, quæ mouentur motu circulari, qualia sint secundum substãtiam suę naturæ, & secundum figurã, dictum est etiam & de motu, & ordine ipsarum.

Lec.21. T.c.79.

T.c.72.

LECTIO XX.

a Postquàm Philosophus determinauit de corpore cęlesti, quod mouetur circulariter, hic determinat de terra, non secundum quod est vnum quatuor elementorum, sed secundum quod est centrum cælestis motus, sicut de ea tractant Astrologi. Primo ergo dicit de quo est intentio, secundo prosequitur propositum, ibi { De positione quidem &c. } Dicit ergo primo, quòd cum dictum sit de cælo, relinquitur dicere de terra, de qua dicit se determinaturum, primo de situ eius, vbi scilicet sit posita: secundo de quiete eius, scilicet si sit de numero eorum, quæ quiescunt, vel quæ mouentur: tertio de figura eius, vtrum sit sphæricæ figurę, vel cuiuscunque alterius. Deinde cum dicit.

LECTIO XX.

b De positione quidem igitur non eandẽ omnes habent opinionem, sed pluribus in medio poni dicentibus, quicunque totum cælum finitum esse aiunt, contrarie autem, qui circa Italiam vocati Pythagorici dicũt. in medio quidem ignem esse in quiunt, terrã autem vnũ astrorum existẽtem circulariter circa medium, noctem & diem facere. Adhuc autem oppositam aliam huic astruunt terram, quam antichthona nomine vocant.

c Non ad apparentia rationes & causas quærentes, sed ad quasdam rationes, & opiniones ipsorum apparentia attrahentes & tentantes adornare.

d Multis autem vtique, & aliis simul videbitur non oportere terræ medii regionem assignare, credibile, non ex apparentibus considerantibus, sed magis ex rationibus.

T.c.73.

d Sed de circulari quidem mótu latis astris dictum est, qualia quidem secundum substãtiam sunt, & secũdum figuram, & de latione, & ordine ipsorum.

LECTIO XX.

Estat autem de terra dicere, ubi nam iaceat, & utrum ex hisce sit, quæ quiescunt, an ex his quæ mouentur, & de ipsius quoque figura.

De situ quoque ipsius non eandem omnes opinionem habent, sed plurimi quidem in medio iacere dicunt, qui totum cælum infinitum inquiunt esse. Hi uero, qui Italiæ partem habitant, Pythagoricique uocantur, contrarium asserunt. nam in medio quidem ignem esse aiunt, terram autem unam esse stellarum, ferrique circa medium, atque hoc pacto noctem ac diem efficere. Aliam autem huic cõtrariam terram conficiũt, quam terram aduersam uocant.

Non ad ea quæ uidentur, rationes causasque quærentes, sed ad quasdam suas rationes opinionesque ea, quæ uidentur, trahentes, atque ornare conantes.

Complurimis etiam aliis, non ex his quæ apparent, sed ex rationibus potius sumentibus fidem, locum reddere terræ medium non oportere uideri potest.

a Naximander, Anaxagoras, Democritus, Empedocles, & Plato. Sed quidam philosophi, qui dicuntur Pythagorici, in partibus Italiæ commorantes, e contra dixerunt, quòd ignis positus est in medio mundi, terra autem ad modum vnius stellarũ mouetur circulariter circa mediũ mũdi. Similiter ponebãt aliam terram oppositam isti terræ, quã ponebant moueri sicut istam, quam vocabãt antichthona, eo quòd est contrapositа huic terrę, quæ tamen a nobis videri non potest propter hoc, quòd sequitur in suo motu terram istam, in qua nos habitamus, ita quòd per totum corpus terræ interponitur inter visus nostros, & alteram terram. Sit licet Pythagorici dixerunt secundum apparens suorum sermonum, intelligebant tamen metaphorice loquẽtes, ignem esse in medio, quia calor naturalis ex Sole, & aliis stellis procreatus vsque ad medium mũdi pertingit, omnia quodammodo contemperans, & cõleruans. Terram autem dicebẽt esse stellam, quia est causa diei & noctis per suã habitudinem ad Solẽ: terram autem aliam vocabant Lunam, uel quia obsistit Solari lumini, sicut & terra, vt in eclipsibus patet, vel quia est terminus cælestium corporum versus nos, sicut & terra est terminus elementorum. Deinde cum dicit.

b Exequitur propositum, & primo exequitur prædicta tria secundum opinionem aliorum: secundo secundum veritatem, ibi { Nos autem dicamus. } Circa primum duo facit, primo ponit falsas rationes quorundam circa terram: secundo assignat falsas rationes illorum circa veram positionem de quiete terræ, ibi { Hęsitare, & dubitare enim &c. } Circa primum tria facit, primo ponit opiniones aliorum circa situm terræ: secundo circa quietem, & motum, ibi { Similiter autem, & de mansione. } tertio quantum ad figuram, ibi { Et de figura autem. } Circa primum tria facit. primo ponit opiniones aliorum circa situm terrę: secundo ponit rationes eorum, ibi { Non ad apparentiam &c. } tertio soluit, ibi { Tanquàm medium. } Dicit ergo primo, quòd de situ terræ non omnes Philosophi habent eandem opinionem. Quicunque enim posuerunt totum vniuersum esse infinitum, non potuerunt assignare terræ determinatum situm, eo quòd in infinito non est accipere medium, & extrema: sed plures eorum, qui posuerunt totum mundum esse finitum, dixerunt terram esse positam in medio mundi, sicut A-

c ¶ Ponit rationem eorum. Et circa hoc duo facit, primo ponit qualitatem positionis eorũ: secundo ponit ipsas rationes, ibi { Honorabilissimo. n. } Circa primũ duo facit. primo ponit qualibus rationibꝰ Pythagorici vtebantur, & dicit quòd Pythagorici non quærebant solũmodo rationes & causas, vt applicarent eas ad ea quę sensu apparẽt, sed econuerso, ea quæ sensu apparent, conabatur reducere, & per quandã violentiã attrahere ad quasdã rationes & opiniones inęstimabiles, quas ipsi pręcogitabant: quod quidem conueniens est in his, quæ ab homine fiunt, quorum principium est intellectus humanus. In his autem quæ artę diuinæ sunt facta oportet econuerso, quòd ipsi ex operationibus quæ videntur, considerent operum rationes: sicut artifex ex rationibus præconceptis assimilat domum quam facit. sed quicunque alius videret domum iam factam, ex ipso opere viso considerare ret operis rationes. Secundo ibi.

d ¶ Ostendit, quòd eisdem rationbus Pythagoricorum multotiens alios possibile est moueri, & dicit quòd multis aliis, præter Pythagoricos, videri potest, quòd non oporteat media regionẽ assignare terræ, dũ considerant id quod oporteat credere non ex his quæ apparent, sed magis ex intelligibilibus rationibus. Quòd quidem nõ dicit, quòd aliqui, præter Pythagoricos, hoc posuerunt ante Aristotelẽ, sed quia possibile erat alios ex his rationibus moueri. vnde dicitur post Aristotelem Arcidemius fuisse. Deinde cum dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

e ¶ Ponit duas rationes, quarum prima est, quòd putabāt honorabilissimo honorabilissimam regionem competere, idest, locum, eo quòd loca proportionantur corporibus secundum eorum naturam. Manifestum est autem, quòd ignis est honorabilior quàm terra tum propter claritatem, tum propter virtutem actiuam, tum etiam propter subtilitatem ipsius. Manifestum est autem, quòd termini sunt nobiliores his, quæ sunt intermedia inter termi nos, sicut terminus terminato, & continens contento, id autē quod est extremū, idest, supremum in mundo, & medium mundi, ponebant esse quasi terminos, quæ propter hoc ponebant nobilissima loca. Et ideo ista cogitantes, nō ponebāt terrā in medio sphæræ mundialis, sed magis ignem, qui tenet secundum locum nobilitatis post celestia corpora, quæ sunt in extremo. Secundam rationem ponit ibi, f ¶ Dicit quòd Pythagorici ponebant ignē in termino mūdi propter hoc, quòd cum sit principalissimum inter elementa, maxime debet cō seruari, sicut res pretiosas diligentius custodimus: medius autem locus videtur habere talem conseruā di dispositionem, quasi vallatus, & firmatus ex omnibus, quæ circunstant medium. Et inde est, quòd Pythagorici metaphorice loquentes, nominabant hanc regionē, quæ habet ignē, esse carcerem, vel custodia Iouis. & hoc si intelligamus ignem esse custoditum. si autē intelligamus ignē esse custodientem, oportet e cōuerso intelligere, quòd ignis, qui habet hanc regionem, i. qui tenet medium locū, dicat carcer Iouis, quasi habens virtutē custodiendi. Deinde cum dicit.

T.c.74.

g ¶ Soluit prædictam rationem, & dicit, quòd Pythagorici in præ dicta ratione vtebantur nomine medii, ac si simpliciter, idest, uniuoce diceretur medium magnitudinis, & id quod est medium rei. i. secundum naturam, per quod, s. natura rei conseruatur. Sicut videmus in animalibus, quòd non est idem medium, a quo natura animalis conseruatur, quod est cor: & quod est medium quantum ad corporis magnitudinem, quod est magis umbilicus. & ita est etiam æstimandum in toto cælo. i. in toto vniuerso. Et propter hoc, nō oportet eos dubitare circa totum universum, quasi indigeat custodia, ita quòd oporteat carcerē, siue custodiam vniuersi attribuere centro, quod est medium magnitudinis, sicut oportet quærere de eo, quod est mediū naturæ in uniuerso, sicut in animali, quale sit secundum naturam, & quis locus ei naturaliter competit. Et hæc duo manifestat. Primo ostēdens quale sit medium vniuersi, quod proportionatur corporibus secundum eorum naturam. Manifestum est autem, quòd ignis est honorabilissimo honorabilissimam regionem competere, idest, locum, eo quòd loca proportionantur corporibus secundum eorum naturam. Manifestum est autem, quòd ignis est honorabilior quàm terra tum propter claritatem, tum propter virtutem actiuam, tum etiam propter subtilitatem ipsius. Manifestum est autem, quòd termini sunt nobiliores his, quæ sunt intermedia inter termi nos, sicut terminus terminato, & continens contento, id autē quod est extremū, idest, supremum in mundo, & medium mundi, ponebant esse quasi terminos, quæ propter hoc ponebant nobilissima loca. Et ideo ista cogitantes, nō ponebāt terrā in medio sphæræ mundialis, sed magis ignem, qui tenet secundum locum nobilitatis post celestia corpora, quæ sunt in extremo. Secundam rationem ponit ibi, f ¶ Dicit quòd Pythagorici ponebant ignē in termino mūdi propter hoc, quòd cum sit principalissimum inter elementa, maxime debet cō seruari, sicut res pretiosas diligentius custodimus: medius autem locus videtur habere talem conseruā di dispositionem, quasi vallatus, & firmatus ex omnibus, quæ circunstant medium. Et inde est, quòd Pythagorici metaphorice loquentes, nominabant hanc regionē, quæ habet ignē, esse carcerem, vel custodia Iouis. & hoc si intelligamus ignem esse custoditum. si autē intelligamus ignē esse custodientem, oportet e cōuerso intelligere, quòd ignis, qui habet hanc regionem, i. qui tenet medium locū, dicat carcer Iouis, quasi habens virtutē custodiendi. Deinde cum dicit.

e Honorabilissimo enim putāt conuenire honorabilissimā habere regionē, esse autem ignem terra quidem honorabiliorē, terminum autem intermediis, extremum autē & medium terminos. Quare ex his recogitantes, nō putant in medio sphæræ poni ipsam. sed magis ignem.

f Adhuc autē Pythagorici quidem, propterea quod maxime seruari principalissimū totī, mediū autem esse tale, Iouis carcerem nominant hanc habentem regionem ignem.

g Tanquàm medium simpliciter sit dictum, & quòd magnitudinis mediū, & rei existens mediū & naturę. Quamuis quēad modum in animalibus non idē animalis, & corporis medium, sic existimandū magis & circa totum cælū. propter hanc quidē igitur causam, nihil eos rē timere circa totum, neque adducere carcerem ad centrum, sed illud quærere mediū quale quid, & vbi aptum natum est. illud quidem. n. principiū, quod medium, & honorabile. Loci autem medium assimilatur vltimo magis quàm principio, quod quidem enim determinatum, medium: quod autē determinans, finis. honorabilius autem continens & finis, quàm finitum: hæc quidem. n. materia, hęc autem substantia consistentię est. De loco quidem igitur terræ hāc habent quidam opinionem.

LECTIO XXI.

a Similiter autem & de mansione & motu. nō. n. eodem modo omnes suspicantur, sed quicunque

Præstabilissimum enim corpus, locum occupare præstabilissimum oportere putant, atque ignem quidem præstabiliorem terra, finem autem mediis ipsis præstabilissimum esse. Quare ex his ratiocinantes non ipsam in medio sphæræ, sed potius ignem putant.

Præterea Pythagorici, & quia maxime conseruari oportet id quod est maxime præcipuum, uniuersi medium uero est tale, ideo eum ignem, qui locum hunc occupat, custodiam Iouis appellant.

Quasi medium simpliciter diceretur, & medium magnitudinis, & rei medium esset, atque naturæ. Enimuero, ut in animalibus non idem est animalis, atque corporis medium, sic est magis, & circa ipsum totum cælum existimandum. Igitur propter hanc causam, non oportet ipsos circa uniuersum turbari: neque custodiam ad centrum adducere, sed illud quærere medium ipsum, quale quid est, & ubi est aptum esse: illud enim medium principium est ac pretiosum. Medium uero loci simile est magis extremo, quàm principio, medium enim terminatur. Terminus autem est ipse finis: pretiosius autem est id quod continet, & finis, quàm id quod finitur. Hoc enim materies, illud substantia constitutionis est. De loco igitur terræ hanc habent quidam opinionem.

LECTIO XXI.

a Similiter & de quiete motu. non enim eodem modo omnes existimant, sed qui in medio ipsam non esse putant, circa

A riter motæ, sed quòd sunt plura alia corpora terrea circa medium mota: quę quidem sunt nobis immanifesta propter hoc quòd hęc terra, in qua habitamus, superponitur aliis, ita. s. quòd aliæ sequuntur motū ipsius: & iō interpositio huius terrę inter visus nostros, & illos, occultat eas nobis. Deinde cum dicit.

b ¶ Inducit eius quod vltimo dictum est probationem secundum eos. Manifestum est enim quòd sicut eclipsis Solis cōtingit propter interpositionem Lunæ inter nos & Solem: ita eclipsis Lunæ contingit propter interpositionē terrę inter Solem, & Lunam. Plures autem eclipsātur Luna quàm Sol: quod quidem dicebāt accidere propter hoc, quòd vna sola Luna est quę eclipsat Solem interposita inter nos, & ipsū. Lunam autem non solum eclipsat ista terra in qua nos habitamus, sed plures aliæ. Sed hæc ratio eorum nulla est: qa nunquàm inuenitur Luna eclipsari, nisi per interpositionem huius terrę inter Lunam, & Solem, quando. s. Luna subintrat vmbram huius terræ. Accidit autem pluries eclipsari Lunam quàm Solem, quia eclipsis Solis impeditur propter diuersitatem aspectus. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit quomodo obuiabant rationibus contra se inductis, quarum tamen precipua est, quòd nisi terra esset in medio mundi, orizon, qui est superficies transiens per visum nostrum, non secaret semper totam sphęram, & maximos circulos eius in duo media, ita scilicet, quòd semper apparerent nobis sex signa super terram, & sex signa sub terra. Sed ad hoc ipsi respondebant, quòd tota terra non est centrum, quia centrum est indiuisibile, & punctuale: terra autem est corpus magnitudinem habens, vnde circulus videtur, qui est in superficie terrę à centro. tamen hoc non impedit, quin alia accidant nobis apparere, sicut, si visus noster esset in centro: & hoc est propter paruitatem terræ, quæ quasi nullius est quantitatis in comparatione ad totum cælum. Et similiter existimabant, quòd si terra in qua nos habitamus, non sit in medio, quòd omnia apparentia accidant, sicut si terra esset in medio mundi: quia etia nunc nō manifestatur distantia a medio quantum ad apparentiam, ęuis visus noster distet a medio mūdi per totam medietatē diametri terræ. Sed hoc intelligi posset, si terra per modicū spatium distet a medio, non autem si distaret per multum spatium. Sunt autem quædam alia apparentia, quę non saluarentur si terra non esset in medio, quæ accidunt, puta eclipsim Lunæ per directam oppositionem Lunę ad Solem. Nisi enim terra semper esset in medio, non semper sequeretur eclipsis Lunæ, quando est in oppositione existens in capite, vel in cauda: & tamen in eclipsi Lunæ nihil operatur aspectus noster. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit secundam opinionem & dicit, quòd licet quidam dicant terram in centro positam, dicunt tamen ipsam moueri, & reuolui circa polum semper statutum, i. circa axem mundi. Nam polus quandoque dicitur cælum, quandoque autem dicitur axis, quandoque vero dicitur extrema pars axis, sicut dicitur polus arcticus, & antarcticus. & hoc dicit scriptum esse in Timæo. Est autem notandum, quòd illud quod hic dicitur reuolui, vel conuerti, sumpsit Aristoteles ex eo, quòd Plato in Timęo secundum linguam Grecam dixit, illomenam esse eum, q per omnem ordinatum polum: hoc autem quod dicitur illomenum, si in græco scribatur per iota, significat alligationem, si vero scribatur per diphthongum, significat prohibitionem. Vi-

B detur aūt a Platone sumptū istud vocabulū, s. m quod significat alligationem, vt patet per ea quæ ipse dicit de terra in libro Phedonis, vbi asserit in medio quiescentem, & quasi ligatam, & sic videtur contra intētionē Platonis Aristoteles verba eius assumpsisse. Dicit igitur Alexan. Aristot. excusans, quòd hoc quod dicitur illomenum, significat propriè prohibitionem, vel violentiam: sed quia ista significatio non competit secundum ea, quæ ibi Plato intendit, Aristo. intellexit quòd illomenum translatiue acciperetur a Platone, prout consueuit translatum significare conuersionē, quæ designat motū. Nec pertinet aliquid ad rem, præsertim si Plato alibi aliter dixit ab his quæ dixerat in Phedone, motus ex aliqua alia ratione. nam Aristo. hic apponit id qđ in Timæo scribitur, siue hoc sit inductum tanquā Platoni placēs, siue tāquā Timęi opinio, quam Plato non approbat. vnde non dicit, quem admodum Plato dicit, sed quemadmodum in Timæo scriptū ē. Sed cōtra hoc multipliciter obijcit Simplicius. Primo quidem, quia Timæ⁹ ibi probat terram in medio esse locatam, & firmatam. Secundo, quia illomenam scribitur per vnum iota, qđ significat alligationem. Tertio, quia conuersio non significat semper motum: dicuntur enim circulares figuræ conuersę, i. ad omnem partem versę, etiam si sint quiescentes. Quarto, qa cum dictio multa significet, non oportuit significationem eius trahere ad manifestum sensum contra intentionem Platonis. Sed contra hanc iterum dicit Simplicius: quia non est probabile, quòd Aristo. ignoraret aut significationem vocabuli, aut intentionem. Et ideo potest dici, quòd quia possibile erat aliquos falsè intelligere verba Platonis, Aristoteles remouer falsum intellectum, qui ex his verbis haberi posset, sicut frequenter consueuit facere circa uerba Platonis. Vel potest dici, qđ hoc, quod dicitur moueri, est ab aliquo alio appositum. In greco autem dicitur illecto, pro quo hic est translatum moueri. potest autem significari quod in greco positum est, & alligationem, & motum: ita quòd intelligamus, quòd postquàm Aristote. posuit opinionem Pythagoricorum de motu terrę circa medium, hic ponit opinionem Platonis de quiete terrę in medio. Possumus autem & breuius dicere, quòd quidam Eraclitus ponticus posuit terram in medio moueri, & cælum quiescere, cuius opinionem hic Aristoteles ponit. Quod autem addit, quemadmodum in Timæo scriptum est, referendum est non ad id quod dictum est, reuolui, & remoueri, sed ad id quod sequitur, quòd semper statutum polum. Deinde cum dicit.

medium moueri dicunt: atque non solum hanc, sed etiam aduersam terram uti prius est dictum. Quibusdam etiā & plura talia corpora circa medium ferri posse uidetur nobis immanifesta ob terræ obiectionem.

Quocirca, & Lunæ defectiones plures, quàm Solis fieri dicunt. Vnum quodque eorum enim quæ feruntur, obijcere sese Lunæ inquiunt, & non solum terram.

Nam cum terra centrum non sit, sed per ipsius totum hemisphærium distet, nihil prohibere putāt ea a cidere quæ uidentur: similiter non habitantibus nobis in centro, sicut si in medio etiam esset terra. nihil enim, neque nūc ostendit per dimidiam diametrum distantibus nobis.

Quidam autem in centro ipsam iacentem uolunt, & circa ipsum polum per uniuersum extensum moueri dicūt ut in Timæo est scriptum,

quidem neque in medio poni, aiunt ipsam moueri in circuitu circa medium: non solum autem hanc, sed & antichthona, quemadmodum diximus prius. Quibusdā aūt videtur & plura corpora talia cōtingere ferri circa mediū: nobis immanifesta propter suppositionē terræ.

b Propter quod & Lunę eclipses plures quàm Solis fieri inquiunt. Latorum enim vnumquodque occultare ipsam, sed non solam terram.


c Quoniam enim non est terra centrum, sed distat per hemisphęrium ipsius totū, nihil prohibere putant apparentia accidere similiter nō habitantibus nobis in centro, quemadmodū & si in medio esset terra. nihil enim neq; nunc facere manifestum per medietatem distans ab his, quæ diametri.

d Quidam autem & positam in centro dicunt ipsam reuolui, & moueri circa eum, qui semper statutum polum, quemadmodum in Timęo scriptum est.

C

D

E



e ¶ Ponit

Universidad de Sevilla Biblioteca Universitaria

e ¶ Ponit opiniones de figura terre. & primo ponit opiniones F
dicens, quòd similiter dubitatur de figura terræ, sicut de motu
& situ. Quibusdã .n. videtur, quòd terra sit sphærica, q̃busdã aũt
videtur quòd sit lata, habens figuram tympani. Secundo ibi.

Te.c.76. f ¶ Confirmationes duas huius secundæ opinionis, quarum pri
ma est, quòd faciũt argumentum accipientes hoc signum, quòd Sol occidens, & oriens, secatur à terra secundum rectam lineam, & non circularem, quando scilicet pars Solis est apparens super terram, pars autem occultatur. si autẽ terra esset sphærica, videretur quòd oportet quòd secatio illa esset circularis: quia duo corpora sphærica se intersecant intersectione circulari. hoc autem argumentum excludit ibi.

g ¶ Et dicit quòd illi, qui ponunt hoc argumentum, non attendunt distantiam Solis à terra, & magnitudinem rotunditatis, s. vtriusque. Videmus .n. quòd etiam parui circuli a longe apparentes, videntur secundũ modum lineæ rectę: vñ de multo magis portiones magnorũ circulorum à longe rectæ videntur, quàm sunt minus curuæ. Sed hoc præcipue intelligendum, est quãdo circulus est in eadem superficie cum visu. nam sectio Solis & Lunæ, quæ nõ est in eadem superficie cum visu nostro, non videtur recta, Lec. 17 sed circularis, vt supradictum est, cum ageretur de figura stellarum. Secundã rationem ponit ibi.

h ¶ Dicens quòd adhuc addunt rationẽ ad idẽ dicẽtes, quòd necesse est terram, ad hoc quòd qescat, T.c.78. habere figuram latã. nam figura sphærica facile mobilis est, q̃a in modico tangit superficiem: sed figura lata secundum se totam tantum superficiem, & ideo est apta ad quietem. Et ne crẽdatur, quòd hæc causa quietis terræ communiter ab omnibus assignetur, subiungit, quòd de motu, & quiete terræ multi modi dicuntur, vt patebit ex his quæ Lec.22. 23. 24. & 25. infra dicentur.

e Similiter autem & de figura dubitatur. his quidem enim videtur esse sphærica, his autem lata, & figura tympanilis.

f Faciunt autem argumentum, quia occidens, & oriens Sol, rectam, & non circularem occultationẽ videtur faciens a terra tanquã oportunũ, si quidẽ esset sphærica, circularẽ fieri a terra abscisionem.

g Non attendentes elongationem Solis ad terrã, & rorũditatis magnitudinẽ: quomodo iã apparentibus parvis circulis recta videtur a longe. Propter hanc quidem igitur phantasiã nihil ipsos discurrere oportet, nõ rotundam molem esse terrę.

h. Sed adhuc apponũt. & dicunt propter quietẽ necessarium figuram hanc habere ipsam. Et enim de motu & mansione dicti modi multi existunt.

LECTIO XXII.

T.c.77 2 HAEsitare quidẽ igitur omnibus necessarium est superuenire. forsitan enim irrationabilioris mentis non mirari quomodo quandoque parua particula terrę quidem, si eleuata dimittatur, fertur, & manere non vult, & plus semper velocius: totam autem terrã si quis dimittat, cum eleuauerit, non vtique fertur: nunc autẽ quiescere totam grauitatem. Sed adhuc vtique, si quis latis particulis ipsi' ante eandem amoueat terram, ferẽtur deorsum nullo resistente. Quare stupere quidem merito factũ ẽ philosophia omnib'.

b Solutiones autem de hoc nõ magis incõuenientes eẽ videri, dubitatiõe mirabiẽ vtiq; aliqs. mo mouet dubitationem: secundo proponit solutionum insufficientiam, quas alii assignabant, ibi ‡ Solutiones autem de his &c. ‡ Dicit ergo primo, quòd necessarium videtur, quòd in omnibus superueniat quędam dubitatio circa terram: quia si quis de hoc non miretur, videtur irrationabilem mentem habere, quasi qui non possit difficultatem percipere, quomodo. s. si aliquando eleuetur per violentiam aliqua parua terræ particula, & postea dimittatur, fertur deorsum, & non vult manere, i. non habet aptitudinem naturalem vt quiescat, & quanto maior, s. accipiatur terræ particula, tanto velocius fertur. Videtur autem quòd si tota terra posset ab aliquo eleuari à suo loco in sursum, & postea dimitti, nõ ferret inferius. & hoc quidẽ videt p hoc, q̃ nũc accidit circa tota terra. Cũ n. habeat intensã grauitatẽ nõ mouetur inferius, sed quiescit in suo loco. vnde videtur, quòd in quocunque situ mundi poneretur, quòd ibi quiesceret eadem ratione, qua nunc in hoc loco quiescit. & hoc quantum ad illos, qui existimant omnem locum indifferenter se habere ad quodlibet corpus. Et quia posset aliquis dicere, quòd partes terræ eleuatę, quę non dimittũtur, ferũntur deorsum vsque ad hunc locum, in quo modo est terra, non amplius: ideo ad dubitationẽ augendam adiungit, quòd si aliquis sursum ferat aliquas particulas terræ, & contingat quòd antequam illę particulæ terrę cadentes reuertantur ad terram, remoueat terram a suo loco, partes terræ sursum eleuatę ferũtur deorsum, i. magis infra quàm sit locus, vnde fuerant assumptæ, ex quo iam non est aliquid impediẽs. Et hoc potest aliquis conijcere de toto, & parte. Si enim aliquis lapidem sursum proijciat, & antequàm cadat, foueã faciat in terrã, descẽdet lapis ille quousque resistẽtiã inueniat: & ita videtur, quòd cum tota terra nullam resistentiã habeat aliquo impediẽte descensum ipsius, mirũ esse quòd non descendat. Concludit ergo, quòd hoc ipsum, quod est stupere, i. vehementer admirari, circa hoc omnibus Philosophis factũ est Philosophia, i. Philosophiæ consideratio: vel philosophandi occasio, sicut in principio Metaphy. dicitur, quòd ex admiratione cœperunt homines philosophari. Deinde cum dicit.

Lect. 3. in proœmio.

Simili modo de figura quoque ipsius contendatur. Quibusdam enim rotunda esse videtur, quibusdam uero ut tympanum.

Cui hoc indicium faciunt. Cum occidit enim atque oritur Sol per rectam lineam, sed non per curuam, cælari uidetur, quippe cum oporteret, si esset terra rotunda, diuisionem fieri curuam.

Non animaduertentes distantiam Solis ad terram, & circumferentiæ magnitudinem, quomodo in hisce circulis qui parui enim videntur, linea recta apparet. Propter igitur hanc apparentiam non oportet ipsos terræ molẽ credere rotundam non esse.

Addunt insuper, atque inquiunt figuram hanc necessario ipsam propter quietem habere. Et hi modi, qui de motione, quieteue sunt dicti, complures sunt.

LECTIO XXII.

Mnes igitur de hoc dubitasse necessarium est. forsitan .n. mentis est uacantis nõ admirari, cur nam parua quædam pars terræ si eleuata dimittatur, fertur, qui escereque non solet, maiorque semper celerius fertur: uniuersa autem terra, si quispiam ipsam sublimem eleuatam dimittat, ferri non potest: nunc uero tantum pondus quiescit. At uero si qui spiam etiam partes ipsius cum ferentur antequàm cadant, auferat terram, deorsum sane ferentur, si nihil obstiterit. Quare dubitare quidẽ omnibus oh philosophiam euenit.

Operam autem eos non dedisse, ut solutiones non magis absurdæ quàm dubitatio videantur, miram cuipiam sane nidebitur.

LIBER SECVNDVS. 54

de hoc, quòd sic accidit circa terram, sed etiam aliquis potest admirari, quòd Philosophi volentes soluere prædictam dubitationem, non viderunt, quòd solutiones de hac dubitatione assignatæ ab eis, sunt magis inconuenientes, quàm sit ipsa dubitatio. Improbabiliora enim dixerunt eo, ex quo dubitatio consurgit, vnde ipsæ solutiones magis augent dubitationem. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit quinque solutiones prædictæ dubitationis. Secunda incipit, ibi ‡ Hi autem in aqua, &c. ‡ Tertia ibi ‡ Anaximenes autem &c. ‡ Quarta ibi ‡ Quoniam autem manẽt &c. ‡ Quinta ibi ‡ Sunt autem quidã &c. ‡ Circa primũ duo facit. primo proponit solutionẽ primam, & dicit, q̃ quidam propter hoc vt, s. euitarent difficultatem prędictã, dicunt quòd deorsã terræ est infinitum. Quod quidẽ potest intelligi dupliciter. Vno modo sic, quòd aer, qui est infra terram, sit infinitus, quasi terra ad hunc non moueatur inferius, quia nihil mouetur ad infinitum. Alio modo, & verius intelligitur, quòd ipsa terra versus partem inferiorem sit infinita, & ita in infinitum superior pars eius retinetur ab inferiori, vt non descẽdat, quod prõptius est ad intelligendum. Huius aũt opinionis dicitur fuisse Xenophanes Colophonius qui quidem dixerunt, non quidem quòd secundum se uerisimile videatur, sed vt non cogerentur laborare ad inquirendam causam quietis terræ. Secunda ibi.

d ¶ Ponit quomodo Empedocles hanc solutionem derisit, & dicit, quòd quia prædicti homines hoc non dicebant quasi aliquid uerisimile, sed vt quæstionem vitarent, Empedocles obstupuit, i. vehementer admiratus est de eorum errore, sic dicens in suis versibus, quos de Philosophia E compositi. Si quidem, inquit, infinitæ sunt terræ profunditates, quasi diceret. Terra est in infinitum profunda: & æther, id est aer, vel ignis est etiam immẽsus in altum. & dixit, quòd hæc vane, i. sine ratione effusa sunt, i. diuulgata, cum sint dicta per linguam multorum. quasi diceret, ex ore multorum hominum intelligentiam modicum totius, i. de natura vniuersi. Per quod dedit intelligere, quòd ex defectu intellectus prouenit, quòd hoc aliqui dixerunt solo ore, cum interius consideratum non sit verisimile'. Fuit autem contentus Arist. de hac Empedoclis reprehensione, tum propter improbabilitatẽ eius quod dicitur, tum etiam, quia in primo oſtẽsum est, quòd non potest esse grauitas infinita. Deinde cum dicit.

e ¶ Prosequitur secundam solutionem, & primo proponit eam, secundo improbat. ibi ‡ Tanquàm non eadem &c. ‡ Ter-

Te.c.79.

c Hi quidem .n. propter hoc infinitum quod deorsum terræ esse aiunt, quemadmodum Xenophontes Colophonius, vt non negotientur q̃rentes cãm.

d Propter quod & Empedocles sic obstupuit dicens. Siquidem infinitę terrę profunditates, & immensus æther, quod per multorum horum linguã dicta vane effusa sunt, modicũ totius intelligentium.

e Hi autẽ in aqua ponit. hũc. n. antiquissimum susscepimus sermonem, quẽ aiunt dicere Thalem Milesium, tanquàm propter natationem esse manentẽ quemadmodum lignum, vel aliquid tale alterum. Etenim horum in aere quidem nihil natum est manere, sed in aqua.

f Tanquàm non eadem ratione existente de terra, & aqua sustimente terrã. Neque enim aqua nata est manere eleuata, sed in aliquo est.

g Adhuc autem quemadmodum aer aqua leuior, & terra aqua. Quare quomodo possibile est leuius magis deorsum poni grauiori secũdũ naturã?

h Adhuc autem si quidem tota nata est manere in aqua, palam quia & particularum vna quæq; ipsius. nunc autem non videtur hoc factum, sed quælibet particula fertur in fundũ, & velocius maior.

i Sed videntur vsque ad aliqd quærere, sed nõ vsque quidem quo possibile dubitare. Omnibus enim nobis hoc consuetũ, non ad rem fieri quæstionem, sed ad contraria dicentem.

A tio assignat rationẽ defectus huiusmodi solutionis, ibi ‡ Sed videntur &c. ‡ Dicit ergo primo, quòd sicut prædicti posuerũt terram sustentari à terra in infinitum, ita quidam dixerunt terram poni super aquam: quæ quidem est antiquissima opinio, quam, vt dicunt, Thales Milesius posuit, qui fuit unus de septem, qui dicti sũt sapientes, & primus se intromisit de Philosophia, posuit aquam esse principiũ omnium rerum, vt dicitur in primo Meta. Vnde & posuit terram esse locata tam super aquam, vt quiescat ibi per modum supernatationis, sicut accidit de ligno, & de similib' quorum nihil naturaliter manet i aere, sed in aqua manent huiusmodi propter supernatationem. & simile dicebant accidere de terra. Deinde cum dicit.

Capite secundo proœmi.

f ¶ Improbat quod dictum est tribus rationibus, & dicit, q̃ sic assignata est prædicta solutio, tanquã non sit eadem ratio de terra, & aqua, quã ponunt sustentare terram. Videmus. n. quòd sicut terra, si eleuetur, non manet nisi sustẽtetur ab aliquo, ita nec aqua eleuata nata est manere, sed oportet quòd sit in aliquo sustentãte ad hoc q̃ quiescat: & ideo si terra sustentaretur ab aqua, remaneret eadem difficultas, a quo sustentaretur aqua. Secundam rationem ponit ibi.

g ¶ Et dicit, quòd sicut aer est leuior q̃ aqua ita & aqua est leuior quàm terra, vel minus grauis. Est autem de ratione leuioris, quòd supereminеat grauiori secundum naturam, non est ergo possibile, quod aqua, quę est leuior, ponatur magis deorsum quàm terra, quæ est grauior secundum naturam: nisi forte aqua grauior dicatur, quod est inconueniens. Tertiam rationem ponit ibi.

Tertiarat o Lec.15.

Quidam enim ob hoc infinitam inferam terræ partem inquiunt esse in infinitum ipsam radicatam esse dicentes, vt Xenophontes Colophonius dixit, ne molestiam habeant causas quærentes.

Quo circa & Empedocles sic increpauit. Si rotunda est profunditas terræ copiosusque æther, quæ per multa iam ora linguasque dicta frustra sunt effusa hominum eorum, qui perparum ipsius uniuersi uiderunt.

Quidam super aquam iacere dicunt. Hanc enim sententiam uetustissimam accepimus, quam Thalem Milesium dixisse ferunt, terram inquam ideo quiescere, perinde atque lignũ, aut quippiam tale notat. etenim nihil horum super aerem manere est aptum, sed super aquam.

Quasi nõ eadem sit de terra ratio atque aqua, quæ terrã uehit. Neque enim aqua sublimis manere est apta, sed super aliquod semper est.

Præterea ut aer leuior est aqua, sic & aqua leuior est terra. Quare quonam modo id quod est leuius, inferius eo quod grauius est natura iacere putant?

Præterea, si tota est apta super aquam manere, patet, & quamque partem ipsius identidem aptam esse: nunc autem hoc fieri non uidetur, sed quæuis pars in fundum, & celerius maior fertur.

At enim usque ad quendam terminum quærere uidentur, sed non quousque dubitationis inquisitio fieri potest. Est enim nobis hæc omnibus consuetudo, non ad rem ipsam quæstionẽ

assignat

Universidad de Deusto Biblioteca

assignat connumerans se alijs causa vitandæ iactantiæ, dicens, quòd omnibus nobis dubitationes soluentibus, hoc videtur esse consuetum, vt inquisitio fiat non ad rem, sed ad contraria dicentem. i. non quousque natura rei requirit, sed quousque aduersarius non habeat vlterius contradictionem: quia etiam hoc quilibet obseruat ad se ipsum, vt cum ipse dubitat de aliquo, quærit in seipso, quousque ipse non habeat in promptu, vnde sibi contradicat. Sed illud non sufficit: quia cum aliquis vult veram solutionem inuenire, oportet quòd non sit contentus obiectionibus, quas habet in promptu, sed diligenter inquirat causas. & propter hoc sicut ipse subdit, oportet eum, qui vult bene inquirere veritatem, esse promptum ad hoc, quòd instet & sibiipsi, & aliis, non per instantias sophisticas, sed per instantias reales, & rationabiles proprias, i. conuenientes generi de quo inquiritur. Et hoc quidem cõtingit ex hoc, quòd homo considerat omnes differentias rerũ, ex quarum similitudine quæstio soluitur, sicut Thales solut quæstionem præsentem ex similitudine ligni ad terram. fuisset autem ei consideranda differentia vtriusque: nam lignum, quia multum habet de aere, super natat aquæ, quod terræ non congruit.

Et enim ipse in seipso quærit vsque quo vtique vbi non amplius habeat contradicere ipse sibi. propter quod oportet quæsiturum, bene instantem esse proprias instantias generi. hoc autem est omnes considerasse differentias.

LECTIO XXIII.

a Remissis duabus solutionib⁹, quarum prima assignabat causam quietis ex infinite eius, quòd in terra subsidet: secunda vero ex aqua, subsidẽte terræ, hic ponit tertiam solutionem, quę assignatur à parte aeris subsidentis terræ, & primo ponit solutionem: secũdo improbat eam, ibi ¶ Primum quidem &c.¶ Dicit ergo primo, quod Anaximenes, & Anaxagoras, & Democritus posuerunt causam quietis terræ esse latitudinem eius: ex qua contingit, q̃ terra non diuidit inferiorem aerem, sed superequitat ipsum. q̃ quidem videntur facere corpora artificialiter facta cum aliqua latitudine ad obuiandum aeri, siue vento. huiusmodi enim corpora lata non de facili videtur moueri à ventis, propter quod resistunt eis secundum totam ipsorum latitudinem. Et hoc ipsum videtur facere terra propter sui latitudinem per cõparationem ad aerem sub ea existentem: quia ventus non diuidit ipsum, sed resistendo comprimit eum. Et cum aer non habeat locum quo transferatur ne sit sub terra, propter terræ latitudinem

T.c.81.

T.c.82.

LECTIO XXIII.

Naximenes autem, & Anaxagoras, & Democritus latitudinem causam esse dicunt manendi ipsã. Non enim diuidere, sed superequitare aerem, qui de subtus, quòd videntur latitudinem habentia corporũ facere. Hęc n. & ad ventos habẽt difficile moueri propter resistentiam. Hoc ipsum vtique facere in latitudine terram ad suppositum aerẽ, nõ habentem autem quo trãsferatur locum, sufficiens multo eo quòd deorsum quiescere, quẽadmodũ i clepsydris aqua. Quod autẽ possit multã grauitatẽ ferre comprehensus, & manẽs aer, argumẽta multa dicũt.

b Primum quidem, si non lata figura terræ est, propter hoc qdem non vtique quiesceret.

c Quàmuis mansionis non latitudo est causa. ex quibus dicũt, sed magnitudo magis: propter coartationem enim nõ habens transitum aer, manet propter multitudinem. Multus autem est aer propter magnitudinem multam terræ a qua comprehenditur. Quare hoc quidem existet: & si sphęrica quidem sit terra, tanta autem secũdum magnitudinem: manet. n. secundum illorum rationem.

d Totaliter autem ad sic dicentes de motu, nõ de parte est dubitatio, sed de toto quodam &

T.c.83.

sufficiens est quiescere terram propter multitudinem aeris deorsum existẽtis, & compressi: sicut patet de aqua in clepsydris. Si enim sit aliquod vas habens in suisummitate paruũ foramẽ obturatum, & in lateribus aliud non obturatum, & subito submergatur in aquam, aer interior conclusus, quia non habet quo diffugiat, prohibebit aquam intrare: & similiter aer subsistens terræ compressus ab ea, & non potens diffugere, non permittit eam descẽdere. Inducunt autem multa argumẽta f. sensibilia signa ad ostendendum, quòd aer conclusus quiescens, idest, qui non potest ex aliqua parte effugere, sustinet magnam grauitatẽ. & hoc maxime fit euidẽs ex vtribus inflatis, qui possunt magnum pondus sustinere. Deinde cõdicit.

b ¶ Improbat prædictam solutionem tribus rationibus, quarum prima est: quia supponit hęc solutio terram esse latæ figurę: quod est falsum, vt infra patebit. Vnde si figura terræ nõ esset lata, sed sphęrica, sequetur quòd nõ quiesceret propter latitudinem, sicut isti dicebant. Secundam rationem ponit ibi.

c Et dicit, quòd licet ipsi assignarent latitudinẽ terræ causam quietis eius, tamen secundum ea, ex quibus procedũt, non videtur causam mansionis terræ latitudo, sed magis magnitudo ipsius. Dicũt enim, quòd si aer nõ habet quo transeat, propter hoc quòd coartatur à terra, manet propter sui multitudinem, & propter hoc sustinet terram. Quod autẽ multus aer coartetur à terra cõtingit propter hoc quòd aer comprehẽditur à multa magnitudine terræ. Vnde videtur, quòd eadem ratio esset, si terra poneretur esse sphęricæ figuræ, & tantæ magnitudinis, quòd posset tantundem de aere coartare: quia sic etiam manebit & aer, & terra secundum rationẽ quam assignant. Tertiam rationem ponit ibi.

d ¶ Et dicit, quòd contra eos, qui sic loquuntur de motu, & quiete corporum naturalium, consurgit dubitatio non de parte i. non de particulari corpore, puta terra, vel aqua, sed de toto Vniuerso, & de omni corpore naturali. hoc enim videtur in principio in talibus dubitationibus esse determinatum, vtrum corpora habeant aliquem motum naturalem, vel nullum: & vtrum, si non haberent motum naturalem, possint habere motũ violentum. Et quia de his determinatum est prius, f. in primo libro, oportet vt nunc vtamur tanquàm existentibus, i. veris

Naximenes autẽ, & Anaxagoras, & Democritus latitudinem causam manendi ipsam inquiunt esse. Nõ. n. diuidere, sed operire aerem dicunt inferum. quod quidem latitudinem habentia corpora facere uidẽtur. Hæc n. & a uentis cum difficultate moueri possunt, propter adhæsionem. Hoc idem igitur latitudine terram inquiũt aerem facere, hunc autem non habentẽ locum ad quem migrabit sufficientẽ simul infra quiescere, perinde atque aquam in hisce uasis, quæ surripiunt aquam, posse uero aerem pondus magnum, si comprehendatur, inferre, cõ pluribus signis ostendunt.

Primum igitur si non lata figura sit terræ, propter hoc non quiesceret.

Quietis tamen non latitudo sola est causa ex hisce, quæ dicunt, sed magnitudo magis. propter enim angustiam aere transitum non habente, manet ob multitudinem. Aer autem est copiosus ex eo. quia a magnitudine cõprehenditur magna terræ, quare hoc ipsum est, & si rotunda quidem est terra, tanta autem mole: sententia. n. illorum manebit.

Omnino autem ad eos, qui dicunt ita de motu. non de partibus est contentio, sed de aliquo toto, ac uniuerso

omnibus his uiis, quæ supra probauimus secundum virtutem quæ tunc aderat nostro ingenio. Supra enim ostensum est, q̃ si nullus est motus naturalis corporum, neque etiam erit aliquis motus violentus eorum: quia violentum est quasi excisio quædam eius, quod est secundum naturam, vt supra habitum est. si autem non est aliquis motus corporum neque per naturam, neque per violentiam, sequitur quòd totaliter nihil moueatur. Et quòd hoc necessarium sit accidere, supra determinatum est. Et ad hoc etiam addendũ est secundum prius determinata, quòd pari ratione nõ contingit aliquid quiescere. situs enim alicuius motus est naturalis, & violentus, ita est etiam aliqua quies naturalis, non erit solũ motus violentus, neque sola quies violenta: quia in loco ad quem aliquid mouetur naturaliter, etiam quiescit naturaliter. His ergo præmissis, quasi principiis, argumentatur ad propositum, concludens ex præmissis, quòd si quies terræ in medio non est naturalis, sed violenta, sequitur quòd motus eius ad medium nõ sit naturalis, sed propter violentiam circumgyrationis cæli: omnes enim qui terram dicunt per violentiam quiescere in medio, assignãt hãc causam motus terræ ad medium, i. circũgyrationem cæli, cõsiderãtes ex his quæ accidunt in liquidis & etiam in aere, in quibus propter gyrationem, ea quæ sunt maiora, & grauiora congregantur ad medium, quasi violentius repulsa ex violentia gyrationis. Vnde omnes qui ponunt mundũ per generationem incœpisse, dicunt quòd terra venit ad medium propter prædictam causam, i. propter violentiam circumgyrationis cæli: & sic auferunt terræ quietem naturalẽ, & motum naturalẽ: quòd est inconueniens. quia sequitur secundum prędicta, q̃ totaliter corpora naturalia, nec mouentur, nec quiescant.

T.c.84.

T.c.85.

Lec. 27

omni. A principio enim determinatum, vtrũ est aliquis corporibus natura motus, aut nullus: & vtrum natura quidem non est, violentia autem est. Quoniam autem de his determinatum est prius quęcunque secundum eam, quę aderat virtutem, his est vtendum, vt existentibus. si enim nulla natura lis motus est ipsorum, neque violentus erit. Si autem non est neque natura, neque vi, totaliter nihil mouebitur. De his n. quia necessariũ est accidere, determinatum est prius. Et ad huc quia neque quiescere contingit. Sicut quidem enim motus existit, aut violẽtia, aut natura sic & quies. Sed adhuc siquidem est motus secundum naturam, non vtique violenta erit latio solum, nec quies. Quare, si violentia nunc terra manet, & venit ad medium lata propter circũgyrationem, omnes enim causam hãc dicũt ex his quæ in liquidis, & circa aerẽ accidentibus. In his enim semper feruntur maiora, & grauiora ad medium gyrationis: propter quod vtique & terrã omnes quotquot cęlũ generãt, ad medium uenire dicunt.

LECTIO XXIIII.

Voniam autem manet querunt causam, & dicunt hi quidẽ hoc modo quoniã latitudo, & magnitudo ipsius causa, hi autẽ, quẽadmodum Empedocles, cæli lationẽ circumpositam, & velocius latam terræ lationem prohibere. quemadmodum aqua in cyathis. etenim hęc in circuitu cyatho lato multoties, ad inferius erit facta, tamen nõ ferri deorsum nata ferri deorsum propter eandem causam.

b Quare, si neque gyratione p̃hibente neque latitudine, sed superueniẽte aere, vbi feretur? ad medium quidẽ enim si violẽtia fertur, & manet violentia: secundum naturam autem necessarium est esse aliquam ipsi' lationem. hoc igitur vtrũ fursum, aut deorsum, aut alicubi

LECTIO XXIIII.

Remissis tribus rationibus de quiete terræ, quæ sumebantur ex parte inferiorum corporum, s. ipsius terræ, aquæ, & aeris, hic ponit alias rationes, quæ sumuntur ex parte cælestis corporis. & primo ponit quartam rationem quietis, quam ponebat Empedocles: secũdo improbat eam, ibi { Quamuis neque gyratione &c.} Dicit ergo primo, quod omnes Philosophi, qui ponunt mundum generatum esse, assignat causam motus terræ ad medium, violentiam circumgyrationis cæli. quærunt ẽt eam huius quare terra quiescit in medio. Et quidãm dicunt, quòd causa huius est latitudo, & magnitudo terræ, sicut supra dictum est: quidã autẽ, sicut Empedocles, dicunt quòd motus cæli propter sui velocitatem prohibet terrã moueri. Et ponunt exemplum de aqua contenta in cyathis, i. in quibusdam vasis æreis. si enim vas illud in circuitu velocius moueatur, & sit aliquo foramen in aliqua parte ærei vasis, multotiens vase circulariter moto, aqua descendet ad inferiora vasis ærei. vbi est foramen, & inde non cadit extra vas secundum quòd habet aptitudinem naturalẽ propter eadem causam: quia. s. prohibetur ex velocitate motus ipsius vasis, ita quòd aqua ante rapiatur à motu vasis, q̃ possit cadere. Et simili ratione dicunt, q̃ terra impeditur à velocitate motus cæli, ne deorsum cadere possit. Deinde cum dicit.

b ¶ Improbat prædictam rationem: & primo quantum ad quietem terræ: secũdo quantum ad motum. ibi { Inconueniens autem, &c. Circa primum duo facit, primo improbat causam quietis terræ cõmuniter, tam quantum ad illos, qui causam quietis terræ ponunt latitudinem, vel magnitudinem terræ, quam etiam quantũ ad Empedoclem, qui posuit causam quietis terræ velocitatem motus cæli. & hoc ibi, { Adhuc autem ad Empedoclẽ, &c.}

Via uero manet, causam quærunt, & dicunt partim hoc modo latitudinem inquam, ac magnitudinem causam ipsius esse, partim ut Empedocles censet, cælum conuersione sua celeriore quàm est terræ motio, lationem ipsius prohibere, ut sit in aqua, quæ in cyathis est. Hæc enim cum cyathis ferantur, & si sæpe cyathus adeo uertitur supra fundã ut: infra labra fiant, non fertur tamen deorsum apta deorsum ferri, propter eandem causam sane.

At si neque conuersio, neque latitudo prohibeat, quorsum unde, quæso, aere cedente, ac abeunte feretur: ad medium enim ui lata est, uique ẽt in ipso manet. lationem uero ipsius eẽ quandam secundum, naturã necesse est: hæc igitur est ne ea qua sursum itur an ea qua itur deorsũ, an alia quædam: aliquam enim esse necesse est. Quod si nõ magis est ea, qua supera

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicit ergo primo, quòd ex quo prædicti Philosophi causam quietis terræ ponunt motum cœli, vel latitudinem terræ, quę coartat inferiorem aerem, vt non possit diffugere, necessarium videtur, quòd si giratio cæli non prohiberet motum terræ, neque etiam prohiberet ipsum latitudo terræ, coartans aerem, si libere veniret, & recederet, quòd terra alicubi ferretur: quia tunc remotis causis quietis oporteret eã moueri. Non autẽ videtur secundum eorum positionem, quòd ferretur ad medium secundum suã naturam: si enim, sicut ipsi ponunt, terram ferri ad medium per violentiã, & necesse esse per violẽtiam quiescat in medio, quod etiam ipsi ponunt: sed tamen necesse est quòd terra habeat aliquem motum naturalem cessante omni violentia: oportet enim corporibus naturalem motum assignare, sicut suprà dictum est. Restat igitur quærendum, versus quam partem naturaliter moueretur violentia cessante, scilicet utrum sursum, vel deorsum, vel versus aliquam differentiam, puta, ad dextrum, vel sinistrum: quia omnino oportet, quòd habeat aliquem motũ naturalem. nec est dare quòd ad aliquã aliam partem naturaliter moueatur nisi deorsum, & ad medium, vt patet ex motu terræ, quæ ad nullam aliam partem naturaliter mouetur. sic igitur male assignant causam quietis terræ in medio ex aliqua violentia.

T.c.87.

Lec.13.

Si vero dicant, quòd terra secundum motum suum naturalem, non magis habet, quòd moueatur deorsum quàm sursum, videtur sequi, quòd sicut aer, qui est supra terram, non prohibet eam moueri sursum, ita etiam nec aer, qui est sub terra prohibebit eam moueri deorsum, vel propter compositionem eius, latitudine terræ, vel propter reuolutionẽ eius ex motu cœli: quia in eisdem rebus quantum ad eosdem effectus, necesse est ponere easdẽ causas. Deinde cũ dicit.

c ¶ Improbat specialiter solutionem Empedoclis. Considerandum est autem, quòd Empedocles ponebat quatuor elementa principia materialia, & ideo mouentia, s. litem, & amicitiam: quæ congregatione elementorum sunt causa generationis, & corruptionis mundi, & omnium quæ in mundo sunt. Dicit ergo, quòd aliquis potest quæstionem mouere cõtra Empedoclem. Quando elementa erant ab inuicem separata propter litem, oportebat terram quiescere. non enim coniungebat se aliis elementis dominio litis durante est ergo quærendũ quòd fuit tunc causa quod terra quiesceret. Non potest dici, quòd causa est gyratio cæli: quia cælum nondum erat generatum. videtur ergo, quòd nullo modo oporteat dicere gyrationem cæli causam quietis terræ. Sed de hac ratione, videtur esse dubium. Videtur enim lis esse causa generationis mundi distinguendo elementa ab inuicem, amicitia aũt esse cãm corruptionis eiusdẽ, congregando elementa in vnum chaos. vnde nunc videtur esse

d Inconueniens autem, & nõ cõsiderare, quare prius quidẽ propter gyrationem ferebãtur partes terræ ad medium, nunc autem vtique propter quã causam omnia grauitatem habentia feruntur ad ipsam. Non. n. gyratio propinquat ad nos.

e Adhuc autem, & ignis sursũ fertur, propter quam causam? Non enim propter gyrationẽ. siaũt hic ferri alicubi natꝰ est, palã quare & terrã existimãdũ

f Sed adhuc neque giratione graue, & leue determinatũ est: sed prius existentibus grauibus, & leuibus, hęc quidem ad medium veniunt, hæc autẽ sursum conãtur propter motum. Erat igitur, & ãte ferri gyrationem graue, & leue: quę quodãmodo determinata erant aliqualiter apta nata erant ferri

loca petuntur, quàm ea qua itur deorsum, aer vero superior lationem eam non prohibet, qua pergitur sursum, neque is sane, qui est sub terra, eandem prohibere, qua itur deorsum, potest. Eadem enim causas, eisdem eorundem esse necesse est.

G *Præterea illud etiam ad Empedoclem quispiam dixerit. Quando. n. elementa discordiæ expertia erant, quænam causa terræ quietis erat? Non enim tunc conuersionem causam esse dicet.*

Absurdum est etiam non intellige re prius quidem terræ partes ob conuersionem ad medium esse latas: nũc autem quam ob causam vniuersa quæ pondus habent ad ipsam feruntur. Non enim conuersio nobis propinqua est,

H *Præterea quam ob causam ignis etiam sursum fertur? non enim ob conuersionem. Quòd si hic aptus est aliquem ad locum ferri, patet putandum esse terram etiam identidem aptã esse definitũ quendã petere locum.*

I *At uero, neque conuersione graue leueq; est definitum. Sed eorum quæ prius erant grauia leuiaq; alia in ipsum medium ueniunt, alia super cæteraa collocantur ob motum: erat ergo, & antequàm conuersio fieret, aliud graue, & aliud leue. Quæ quidem quoniam erant distincta, & quomodo aut quorsum apta erant ferri:*

K

tionis. non ergo gyratio cæli debet poni causa motus grauium ad medium: quia remota causa remouetur effectus. Secundã rationem ponit ibi.

e ¶ Et dicit, quòd considerare oportet, propter quam causam ignis feratur sursum. non enim potest dici, quòd hoc sit propter gyrationem cæli, non enim ad hoc se extendit exemplum ab eis inductum. Si vero ignis feratur ad aliquem locum propter suam aptitudinem naturalem, manifestum est, quòd est idem existimare de terra, quæ habet contrarietatem ad ignem, vt supra dictum est: contrariorum enim sunt contrarii motus, & si vnum contrariorum est naturale, & aliud naturale esse oportet, vt supra dictum est. Tertiam rationem ponit ibi.

f ¶ Et dicit, quòd si quis eorum verba, & exempla consideret, non videtur dicendum, quòd graue distinguatur à leui in corporibus propter ipsam gyrationem cæli: sed præsupposita distinctione grauium, & leuium, quędam veniunt ad medium, s. grauia, quædam autem, s. leuia conantur sursum ferri propter motum, inquantum repelluntur a loco medio a corporibus grauibus in ipsum locum: & sic solum per accidẽs gyratio cæli causat motum ignis sursum. Quòd autem gyratio non distinguat graue, & leue, sed eorum distinctionem præsupponat, potest videri ex exemplo quod inducit. In gyratione enim aeris, & liquidorum ea, quæ prius erant grauia feruntur ad medium. sic

sic igitur ante quàm esset gyratio cæli, erat graue, & leue: quæ secundum aliquid distinguebantur secundum aptitudinem ad hoc, quod aliquo modo, & ad aliquem locum mouentur. Nã graue dicitur aliquid, vel leue, per inclinationem ad aliquem motum localem. Et ita gyratio non est causa, quare leuia mouẽtur sursum, vel grauia deorsum. Poterant autem hi distinguere graue, & leue, & loca eorum quæ sunt sursum, & deorsum, quia non ponebant vniuersum esse infinitum. Non. n. impossibile é distinguere sursum, vel deorsum, si apud istos distinguitur graue, & leue, sicut dictum est Et quia aliqui ponebant vniuersum infinitum, s. Anaximenes, & Xenophanes, ideo signanter dicit, quòd plurimi, non autem omnes, sunt discreti, i. perspicui, & exercitati circa istas causas motus, & quietis grauium, & leuium.

LECTIO XXV.

a Ræmissa quarta solutione, qua sumebatur ratio quietis terræ ex violentia gyrationis cæli, hic ponit quintam solutionem, secundum quã assignat rationẽ quietis terræ ex similitudine cæli ad terram ex omni parte. Et primo assignat hanc rationem: secundo improbat eam, ibi ¶ Hoc autem dicitur &c. ¶ Dicit ergo primo, qꝺ quidam dixerãt terrã quiescere in medio propter similitudinẽ 1. similem eius habitudinem ad omnem partem cæli, & hoc inter antiquos dixit Anaximander. Per quod dat intelligere quòd etiam aliquibus sui temporis hoc videbatur. dicitur. n. Plato hoc posuisse, sed tamen Arist. hoc ei imponit: quia supra ei imposuerat, qꝺ moueretur in medio axe mundi. Ideo aũt dicebant terram propter similitudinem manere, quia nulla est ratio, quare id qꝺ est in medio collocatũ, magis moueatur

2 Phys. 91.

gyrationem graue, & leue: quę quodam modo determinata erãt, aliqualiter apta nata erãt ferri, aut alicubi. infinito enim existente impossibile est esse sursum, aut deorsum. Determinata sunt autem his grauia, & leue. Plurimi quidem igitur circa causas has discreti sunt.

B

LECTIO XXV.

Vnt autem quidam, qui propter similitudinem dicunt ipsam manere, sicut antiquorũ Anaximander. Magis quidem. n. nihil sursum, aut deorsum, aut in plagas ferri conuenit. quod in medio est collocatum, & similiter ad extrema se habens: similiter autem impossibile ad contrarium facere motum. Quare ex necesitate manere.

C

b Hoc autem dicitur persuasibiliter quidem, non vere autẽ. Secundum enim hanc rationẽ necessarium, omne quodcunque ponatur, in medio manere quare & ignis quiescet. Quod enim dictum est, non propriũ in terra.

c Sed, & non necessarium. Nõ enim solum videtur manens, sed & lata ad medium. Quo. n. quæcunque fertur particula ipsius, necesse est ferri. & totam. vbi autem fertur secundum naturam, & manet ibi secundum naturam. non igitur propter similiter se habere ad extrema: hoc quidem enim omnibus cõmune, ferri autem ad medium proprium terræ.

D

d Inconueniens autem & hoc quidem quærere propter quid maneat terra in medio: ignis autem nõ quærere propter qd in extremo. Si quidem enim, & illi natura locus extremus, palam, quia necessarium est eẽ quendam & terrę natura locum. Si autem non huic iste lo-

E

ibi ¶ Sed adhuc neque verum quod dicitur &c. ¶ Primo dicit quòd id quod dictum est, persuasibiliter dicitur, non tamen est verum. Et hoc probat quatuor rationibus, quarum prima est quia secundum prędictam rationem necessarium esset quiescere omne quod ponitur in medio. & sic sequeretur, quòd etiam ignis, si ponerẽtur in medio, quiesceret, quod patet esse falsum, quia id quod assignatur pro causa quietis, s. esse in medio, non accipitur vt proprium terræ, cum tamen effectus, s. quiescere in medio, sit proprium terræ. Secundam rationem ponit ibi.

Nam si infinitum est, superius locus infernus esse non potest: graue autem atque leue hisce sunt definita. Plurimi igitur circa causas hasce uersantur.

LECTIO XXV.

Vnt autem qui manere ipsam ob similitudinem dicũt ut ex ueteribus Anaximander dicebat. Id enim, inquiunt, quod est in medio collocatum, & æque ad extrema se habet, non ad supera magis quàm ad infera, aut uersus latera ferri oportere, & simul ad contraria moueri non posse: quare necessario illud manere dicunt.

Hoc autem eleganter quidem, nõ uere tamen est dictum. Hac enim sententia, omne quod in medio ponitur, maneat in ipso necesse est. quare ignis quiescet. Id enim quod dictum est, proprium terræ non est.

At uero neque necessarium est. Non enim solum in medio manere uidetur, sed ad medium etiam ferri. Quo enim quæuis ipsius pars fertur, eo totam etiam ferri necesse est. quo uero fertur secundum naturam, ibi secundum naturam etiam manet. Non ergo similiter quia se habet ad extrema, ideo manet: hoc est enim vniuersis commune, ferri autem ad medium proprium ipsius est terræ.

Absurdum est etiam hoc quidem quærere, cur nam terra manet in medio, illud autẽ non quærere, cur ignis in extremo quiescit. Nam si & illi locus extremus natura competit, patet & terræ locum aliquem natura competere necessariam esse. Quòd si hic locus natura terræ non competit, sed ob similitudinis necessitatem in

fiat eis quærere, quare ignis maneat in extremis: & ponit exempla de quiete terræ in medio secundum quasdam rationes Sophistarum, qui probare videbantur, quòd si tricosa capillis fortiter extendatur, quòd non frangetur, quia semper vndique extenditur, & non est ratio quare magis frangatur in vno loco, qꝺ in alio. Sed hęc ratio sophistica est. primo, quia difficile est excuti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuti, sic similiter sit vndique extensus. & secundo, quia hoc etiam F
potest frangere in medio: quia ibi concurrit violentia, quæ ex vtraque parte infertur. Aliud exemplum ponit de eo qui æqualiter esurit & sitit, & habet cibū & potum in æquali distantia. Concludunt enim sophistæ, quod talis quiesceret, & non ad necessariū moueretur.

sed hoc non sequitur primo quidem, quia sitis magis agit quā fames, secundo, quia si æqualiter distarent duo cibi, vel duo potus, æqualiter desiderabiles, curreret ad alterum quodcunque contingeret. Quartam rationem ponit ibi.

e ¶ Et dicit insufficientiam prædictæ rationis, & dicit, q̄ mirabile fuit, quod quærebant rationē quietis corporum, & non quærebant rationem motuum ipsorum: pp quam .s. causam vnum corp⁹ scilicet moueturſ sursum, aliud vero deorsum, si non sit aliquid impediens. Natura enim est terminus motus] & quietis in eo in quo est, vt dicitur secundo Physicorū. Deinde cū dicit. Lec. 1 T.c.3 T.c.54

f ¶ Improbat prædictam rationem ex eo quòd suppōit falsum & dicit, quòd id qđ dicitur in prædicta ratione, non est verū per se, & vniuersaliter. est enim hoc verum per accidens: quia omne, idest, totum, necesse est manere in medio, ad quod nihil magis pertinet quod moueatur huc quàm illuc. sed si habeat inclinationem, ut moueatur ad aliquam partem propter hanc rationem, quia scilicet é in medio, non ex necessitate quiesceret, sed mouebitur, non tamen secūdum totum, sed diuisim in partes, sicut patet de igne. Si enim verum est quod dicunt, necesse est, q̄ si poneretur ignis in medio mundi, quòd quiesceret ibi, sicut terra quiescit, eo quòd similiter se haberet ad quodlibet punctum in cælo signatum, & tamen ignis in medio positus mouetur a medio vsque ad extremū, si nihil prohiberet, sicut & nunc videtur moueri, sed tamen non totum mouetur ad vnū. & hoc solum remouebatur a

Tex.c.95.

cus, sed propter necessitatem manet eam quæ similitudinis: quemadmodum qui de trichos sermo, sortitur quidem: similiter autem vndique tense, quoniam nō discrepetur. Et esuriēte & sitiente valde quidē, similiter autē & ab esibilibus, & potabilibus æqualiter distante. etenim hunc quiescere necessarium. Querēdum ipsis de ignis mansione in extremis.

e Mirabile autem & de māsione quidem quærere]: de latione aūt ipsorum non quęrere, propter quam causam hoc quidē sursum fertur, hoc autē ad medium nullo impediente.

f Sed adhuc neque verū quod dicitur, secundum accidens tamen hoc verū, quia necessariū manere in medio omne, cui nihil magis huc, quām illuc moueri conuenit. Sed propter hāc rationē non manet, sed mouebitur, non tamē totum, sed diuulsum. Eadem igitur ratio congruit & in igne. Necesse. n. positio manere similiter quēadmodū terrā: similiter. n. se habebit ad signorum extremorū quod cunque, sed tamen fertur a medio, quemadmodum & videtur latus, si non aliquid prohibeat ad extremum. veruntamen nō totum ad vnū signum. Hoc .n. necessarium solum accidere ratione ea quę de similitudine, sed proportiōata particula ad proportionatū extremum. Dico autem, puta, quarta pars ad quartam continentis partem. neque enim punctum corpus est, quemadmodum & si ex magno conueniat densatum in minorem locum, sic vtique ex parvo in maiorem rarius factum. Quare vtique & terra hoc modo moueretur a medio, propter similitudinis rationē, si non natura terræ iste locus esset.

T.c.96.

g Quæcunq; quidē igitur existunt de figura ipsius suspicata, & de locis, & mansione, & motu, fere hæc sunt.

LECTIO XXVI.

NOs autē dicamus primum, vtrum habeat motum, aut maneat, in prædicta ratione, vt scilicet totū moueretur ad vnam partē. Sed mouebitur vnaquęque pars ignis ad partem cęli sibi proportionatam, puta, quarta pars ignis ad quartam partem continentis, .s. cęli. corpus enim non est aliquod punctum indiuisibile. sic autem partes terræ, si essent dispersæ circa extremum cæli, & condensarentur ad hoc, quòd venirent in minorē locum. .s. in medium, sic oporteret e conuerso: quia, si ignis moueretur in medio vsque ad extremum, oporteret, quòd p rarefactionem ex paruo loco moueretur ad locum maiorem: & sic cessat obiectio, qua posset aliquis restare supradictis de impossibile esse, quòd singulę partes ignis ferrentur ad singulas partes cęli propter hoc, quòd locus extremus excedit locū medium in quantitate. Sed hoc remouetur: quia ignis per rarefactionem extenderetur in maiorem locum. Et ex hoc concludit, quòd si locus medius non esset naturalis terrę, nisi propter rationem similitudinis, hoc modo ét moueretur circulariter, siue existens in medio mūdi, siue extra medium mundi, necesse esset, quòd talis motus sit ei violentus. Manifestum est .ii. quod motus circularis non est proprius, & naturalis motus terrę: quia si esset ei hic motus naturalis, oporteret q̄ quælibet particula eius haberet hunc motum: quia idem est motus naturalis totius, & partis, vt supra dictū est. hoc autem videmus esse falsum: nam omnes partes terrę mouentur motu recto vers ad medium mundi. Si vero motus terræ circularis sit violentus præter naturam, non potest esse sempiternus: quia sicut in præcedenti habitum est. nullum violentum est sempiternum: sed si terra mouetur circulariter, necesse est, quod talis motus sit sempiternus secundum eius opinionem: qa secundum ipsum oportet quòd ordo mundi sit sempiternus. motus autē vel quies partium principalium mundi pertinent ad ordinem ipsius. sic ergo sequitur, quòd terra non mouetur circulariter. Secundam rationem ponit ibi.

d ¶ Quæ ratio talis est. Omnia corpora, quæ circulariter mouētur, sunt hęsitantia, & non vniformem situm habentia, ex eo quòd quodlibet eorum mouetur pluribus motibus, & non

Tex.c.97.

T.c.98

T.c.99

ipso manet, vt ea sententia asserit, quæ de capillo affertur, cum vehementer quidem similiter autē intenditur vtraque ex parte: dicit enim illum non ruptum fore. Et item ea quæ de sitiente vehementer esurienteque dicuntur, cumque æque ab his, quæ edūtur, distat, quiescat enim necesse est. Quærendum est ipsis de ignis ultimis in locis quiete.

Mirabile autem est & de quiete quidem ipsorum quærere: de latione uero non quærere quam ob causam alterum sursum, alterum deorsum ad ipsum medium, si nihil impediat, fertur.

At uero neque uerum est quod dicitur, per accidens tamen hoc uerum est: necessarium esse id omne in medio manere. Cui non magis huc competit, quàm illuc moueri, sed propter hanc sententiam non manebit, sed mouebitur, non tamen totum, sed diuulsum. Eadem enim & ad ignem ac commodabitur ratio: si enim potius in medio fuerit, maneat perinde atque terra necesse est: similiter enim ad extremum quoduis punctorum sese habebit. attamen a medio ipso mouebitur, quemadmodum & ferri, nisi quippiam prohibeat ad extremum ipsum uidetur: uerum non totus ad unū punctum feretur. Hoc enim solum ex ratione, quæ de similitudine fit, euenire necesse est: sed pars ad extremi partem eiusdem nimirum rationis, ueluti quarta pars ad quartam continentis ipsius partem: nullum enim corpus est punctum. Vt autem ex magno minorem in locum mutari potest, si condensetur, sic & in magnum ex minore si rarefiat. Quare et terra hoc a medio moueretur modo per ipsius similitudinis rationem, si non natura locus hic competeret terræ.

Quæ igitur de figura, de loco, de quiete, de motu ipsius existimantur, tot fere esse uidentur.

LECTIO XXVI.

OS autem primo dicimus, utrum habeat motum, an maneat.

{ Ad huc autem palam &c.} Circa primum tria facit. primo dicit de quo est intentio, .s. quod prius dicendum est, vtrum terra habeat motum, vel quiescat. ex motu .n. debemus accedere ad alia quæ sunt circa terram consideranda, & ideo hoc primo ponit, vt assumat hoc tanquam principium ad sequentia. Secundo ibi.

b Primo ergo assignat necessitatē p̄dictæ inquisitionis. Sicut enim supra dictum est, quidam, .s. Pythagorici, posuerunt eā moueri circa mediū mūdi, ac si eēt vna stellarum: alii vero, sicut in Timæo scribitur, ponentes terram esse in medio dicunt eam reuolui circa medium cæli. i. circa axem diuidentem cælum per medium. Tertio ibi. Lec. 10

c ¶ Ostendit quòd impossibile est terram sic moueri quatuor rationalibus. In quarum prima accipit hoc pro principio, quòd si terra moueretur circulariter, siue existens in medio mūdi, siue extra medium mundi, necesse esset, quòd talis motus sit ei violentus. Manifestum est .ii. quod motus circularis non est proprius, & naturalis motus terrę: quia si esset ei hic motus naturalis, oporteret q̄ quælibet particula eius haberet hunc motum: quia idem est motus naturalis totius, & partis, vt supra dictū est. hoc autem videmus esse falsum: nam omnes partes terrę mouentur motu recto vers ad medium mundi. Si vero motus terræ circularis sit violentus præter naturam, non potest esse sempiternus: quia sicut in præcedenti habitum est. nullum violentum est sempiternum: sed si terra mouetur circulariter, necesse est, quod talis motus sit sempiternus secundum eius opinionem: qa secundum ipsum oportet quòd ordo mundi sit sempiternus. motus autē vel quies partium principalium mundi pertinent ad ordinem ipsius. sic ergo sequitur, quòd terra non mouetur circulariter. Secundam rationem ponit ibi.

d ¶ Quæ ratio talis est. Omnia corpora, quæ circulariter mouētur, sunt hęsitantia, & non vniformem situm habentia, ex eo quòd quodlibet eorum mouetur pluribus motibus, & non

A vno solo, excepta vna sphæra, quæ vno motu mouetur: & hæc secundum ipsum est sphæra stellarum fixarum. si ergo terra habet motum circularem, siue in medio existens, siue extra medium, oporter quòd moueatur pluribus motibus, .s. motu primæ sphæræ circa polos zodiaci, quod non potest esse: quia si hoc esset, contingeret fieri mutationes & versiones stellarum fixarum per respectum ad terram, quæ propter proprium motum sunt deficerent, vt non redirent ad idem punctum simul cum stella sphæræ, vel ipsa terra, vel aliqua pars eius signata. Sicut accidit de planetis: & ita sequitur, quòd stellę fixę non semper videntur oriri, & occidere secundum eandem partem terræ, quod non accidit, sed semper oriuntur, & occidunt secundum eadem loca designata. non ergo terra circulariter mouetur. Tertiam rationem ponit ibi.

b Quemadmodum enim dixi mus, hi quidem ipsam vnum astrorum esse faciunt: hi autem in medio ponentes eam reuolui, & moueri dicunt circa polum medium.

c Quod autem est impossibile palam sumentibus principiū, quod si quidem circunfertur siue extra medium existens, siue in medio, necessarium est ipsā vi moueri hoc motu. Nō enim ipsius terræ est motus: etenim vtique particularum vnaquęque hanc haberet lationem. Nunc autem in rectum omnia feruntur ad medium, propter quòd nō est possibile sempiternum esse violentum existentē, & præter naturam: mundi autem ordo sempiternus.

d Adhuc omnia lata latione circulari hæsitantia videntur, & mota pluribus vna latione, præter primam. Quare & terrā necessarium siue circa mediū, siue in medio posita feratur, duabus moueri lationibus. Si autem hoc acciderit necessarium fieri mutationes, & versiones fixorum astrorum Hoc autem non videtur factum, sed sēper hæc secundum eadē oriuntur. & occidunt loca ipsius.

e Adhuc autem latio partium, & totius ipsius secundum naturam ad medium totius est.

f Hocenim vtique si existant posita nunc in centro. Dubitabit vtique aliquis, quoniam idē duorum est medium: ad vtrunque feruntur grauitatem habētia. & partes terrę secundum naturam, vtrum quia totius est medium, aut quia terrę.

g Necesse itaque ad id quod totius. Etenim leuia, & ignis in cōtrarium lata grauibus ad extremum loci continentis me-

Nam uti diximus, quidam ipsam unam stellarum inquiunt esse, quidam in medio positam uolui, mouerique circa polum dicunt.

Esse autem hoc impossibile patet in principio sumpto. Si fertur, siue in medio sit, siue extra medium, necessarium est ipsam hoc motu ui ferri. Non enim ipsius terræ, etenim unaquęque partium hanc lationem haberet. Nunc autem ad medium uniuersa recta feruntur. Quo circa cū uiolenta sit, præterque naturam, impossibile est perpetuam ipsam esse: ordo autem mundi perpetuus est.

Præterea cuncta, quæ conuersione feruntur, post relinqui uidentur, pluribusque lationibus una, præter primam sphæram moueri, ergo & terram, siue circa medium, siue in medio sit collocata, duabus lationibus moueri necesse est. Quòd si sit, mutationes fieri fixarum stellarū regressionesque necesse est: hoc autem fieri non uidetur, sed eædem eisdem in locis ipsius semper oriuntur, atque occidant stellæ.

Præterea latio partium ipsius totius secundum naturam, & ad ipsum est medium uniuersi.

Ob hoc enim & in ipso centro nūc iacet. Dubitauerit autem quispiam, cum idem sit medium utrorumque, ad utrum ea, quæ pondus habent partesque terræ secundum naturam ferantur, utrum quia est medium uniuersi, an quia est terræ.

Ad medium igitur uniuersi ferantur necesse est. Etenim leuia, atque ignis ad contrarium ponderibus terræ pergentia locum, ad ultimum eius

dium, ea ratione qua est medium mundi, vel ea ratione, qua est medium terræ. Secundo ibi.

g ¶ Soluit dubitationem dicens necessarium esse, quòd corpora grauia moueantur ad medium ea ratione, qua est mediū totius mundi. Motus enim grauium contrariatur motui leuiū: sed corpora leuia, & specialiter ignis mouentur ad extremum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœlestis corporis: ergo corpora grauia, & specialiter terra F
mouetur ad mediũ mũdi. sed quia accidit, q̃ idẽ sit mediũ terræ, & mediũ mũdi: sicut si cognosco Coriscum, per accidens cognosco venientem, quia coriscus est veniens. Tertio ibi. h Probat quod supposuerat, s. q̃ corpora grauia, & partes terræ mouẽt ad mediũ, & dicit hui⁹ signũ eẽ, q̃ corpora grauia ferũtur naturaliter vsq; ad terrã, nõ iuxta inuicẽ, nec ẽm æque distantes lineas, quæ nũq; cõcurrũt sed ad similes ãgulos. i. ad rectos ãgulos respectu superficiei, vel lineæ cõ ingẽtis superficiẽ terræ & hoc ex quacunque parte corpus grue mouetur usque ad terram. Et huius signum est, quòd, si columna in quacunque parte terræ non staruatur secundum rectos angulos, sed inclinationem habens cadet vsque ad illam partẽ, ex qua facit angulum acutum. est autem probatum in Tertio Euclidis, quòd si aliqua linea contingat circulum, & protrahatur alia linea recta perpendiculariter super lineam contingẽtem in loco contactus, necesse est lineam illam, si protrahatur, transire centrum: & sic patet quòd omnia corpora grauia mouean tur vsq; ue ad centrũ terræ, ita quòd si non esset aliquod impediens ex diuersis partibus mota cõ currerent sibi in centro terræ, propter hoc quòd quælibet earũ moueretur secundũ lineam rectam perpendiculariter cadẽtem super lineã contingentem, & in hoc contactus: & sic oportet, quòd omnia corpora grauia ferãtur ad vnum mediũ totius mundi, & terræ. Deinde cũ dicit. i ¶ Concludit propositum, & infert duas conclusiones, quarum prima ẽ, quod terra sit in medio mundi. Quod quidẽ concludit licẽx præmissis. Terra est i medio mundi: omnia autem corpora grauia mouentur ad medium terræ, vt probatum est. ergo medium terræ est medium mundi: & ita terra est in medio mundi. Secunda conclusio est, quòd terra sit immobilis: quod quidem contingit ex præmissis sic, Nihil mouetur in loco, ad quem naturaliter mouetur, quia ibi naturaliter quiescit: sed terra aliquando mouetur ad medium mundi, vt probatum est. ergo terra nullo modo mouetur. Quartam rationem ponit ibi.

dium. Accidit autem idem medium esse, & terræ, & totius. fertur enim & ad id quod medium terræ: sed secundum accidens, secundum quod medium habet in totius medio.

h Quoniam autem fertur & G
ad terræ medium, signum, quia lata grauia ad hanc non iuxta inuicem feruntur, sed ad similes angulos. Quare ad vnum medium feruntur, & quod terræ.

i Manifestum igitur, quia necesse est in medio esse terram, & immobilem, propter dictas causas.

H

K Et quia ui proiecta sursum grauia secundum regulam, iterum feruntur in eundem locum, & si in infinitum virtus proiiciat. Quod quidem igitur neque mouetur, neque extra medium ponitur, manifestum ex his.

I Adhuc autem ex dictis palã est causa mansionis. Si enim natura nata est ferri ex omni parte ad medium, quemadmodũ I
videtur. & ignis a medio iterũ ad extremum impossibile latam esse quamcũq; particulam ipsius a medio nõ uim passam: vna ,n. latio vnius, & simplex simplicis, sed non contrariæ.

Quæ autem a medio ei. quę ad medium contraria. Si igitur quancunque partem impossibile est latam esse a medio, manifestum quia & totã adhuc impossibilius: ad quod. n. pars nata est ferri, & totum illuc natũ est. Itaque si quidem impossibile moueri, necessarium vtiq; erit ipsam manere in medio.

K ¶ Videmus enim quòd si suppositus sit lapis alicui tabulæ, & proiiciatur secundum sui in directum, iterum cadet super eãdem rectitudinem, quam sursum motum: si tabula non moueatur cadet lapis in eundem locum vt prius: si autem tabula moueatur, cadet lapis in alium locum, tanto magis distantem, quanto lapis magis fuerit in altum proiectus: quia secundum hoc erit maius tempus inter principia proiectionis, & terminum tactus. Vide m⁹ autem, quòd grauia proiecta sursum secundum regulam, i secundum rectam lineam, iterũ reuertuntur in eundem locũ terræ, vnde fuerunt proiecta. Et ne aliquis dicat, quòd hoc accidit propter tarditatem motus terræ, vnde imperceptibilis est distantia vtriusque loci, subiungit, quòd hoc idem accidit, si infinitum vna vice poss aliam aliquis proiiciat lapidem sursũ: ita, s. quod magnitudo temporis faciat distantiam locorum esse perceptibilem: & ita patet, quòd terra non mouetur. Deinde epilogando concludit manifestũ esse ex præmissis, q̃ terra neque mouetur, neque habet situm extra medium mundi. Deinde cũ dicit.

loci, qui cõtinet medium ipsum feruntur. Accidit autem idem terræ medium esse, ac uniuersi, feruntur enim pondera & ad medium terræ: sed per accidens, ea ratione qua terra medium suum habet in ipso medio uniuersi.

Ferri autem grauia, & ad ipsum medium terræ, hoc indicium est: pondera enim quæ ad hanc feruntur, non æque distantia, sed ad similes angulos feruntur. Quare ad unum medium uniuersi, terræque feruntur.

Patet igitur necessario terram in medio esse, atque immobilem esse, & ob eas quas diximus causas.

H

Et quia pondera, quæ sursum iaciuntur, in idem rursus per rectam feruntur, & si in infinitum uis illa proiiciat. Neque igitur terram moueri, neque extra medium collocatam esse per hæc dilucidum fuit.

I ¶ Assignat causã quietis terræ, & dicit, quòd ex præmissis manifestum est, quæ sit causa quietis eius. sicut enim dictum est, terra naturaliter est nata moueri ex omni parte ad medium: sicut sensibiliter apparet, quod ignis naturaliter mouetur a medio mundi ad extremum. Vnde sequitur, quòd nulla particula terræ, vel parua, vel magna potest moueri a medio, nisi per violentiam: sicut enim in primo habitum est, vnius corporis ẽ vnus motus, naturalis & simplex motus simplicis corporis. Non autem possunt esse uni corpori simplici duplices motus contrarii. Omnis autem motus a medio contrarius est motui ad medium. & sic, si ita est, quòd quæcunque pars terræ non possit ferri a medio nisi per violentiam, manifestum est quòd multo impossibilius est, quòd tota terra moueatur a medio. Posset autem aliquis obuiare dicens, quod tota terra non mouetur ad mediũ sed ipse hoc excludit dicens, quòd illuc nata est ferri tota terra, quo

Insuper causa quietis ex his quæ dicta sunt patet. Nam si apta est ad medium undique natura ferri, sicut uidetur, & ignis ad extremum medio simili modo, fieri non potest ut ulla pars ipsius e medio feratur, ui non illata. Una est enim unius latio, & simplicis simplex, sed non contrarie. At ea qua e medio pergitur contraria est ei qua ad medium itur. Si igitur fieri non potest, ut ulla pars ipsius medio feratur, patet magis fieri non posse, ut ex eodem tota feratur. Quo enim pars apta est moueri, eodem & totum aptum est ferri. Quare si impossibile est ipsam moueri, nisi a superioribus uiribus, in ipso medio ipsam manere necesse est. Lec.j

quo nata est ferri pars terræ: & sic pars terræ mouetur ad me- A
dium naturaliter, & tota terra illuc mouebitur naturaliter, & ita impossibile est quòd moueatur. Vnde necessarium est, quòd quiescat in medio. Deinde cum dicit.

m ¶ Confirmat quæ dicta sunt de situ, & quiete terræ per dicta Astrologorũ. & dicit, q̃ his quæ dicta sunt, s. quòd terra sit in medio, & q̃ quiescat, attestantur ea quæ dicta sunt à Mathematicis circa Astrologiam. Ea n. quæ sensu apparent circa translationem & figurationem, quæ determinantur secũdum astrorum situm & ordinem, hoc modo saluari possunt, si terra sit in medio quiescens, & non aliter. Ve enim Ptolomeus dicit, si terra non esset in medio, oporteret eã al- a
T.c.104. tero trium modorũ esse dispositã. Quorum vnus est, quòd axis mundi extra terram esset, & tamen terra distaret æqualiter ab vtroque polorum. Secundus modus est, quòd terra esset in axe, & magis appropinquaret ad unum polorum, quam ad alium. Tertius modus est, quòd neque esset terra in axe, neque æqualiter distaret ab vtroque polorum: si autem terra esset sita primo modo, s. extra axem æqualiter distans ab vtroque polo: si quidem esset supra axem, vel infra, oporteret quòd orizon habitantium in sphæra recta diuideret æquinoctialem, & omnes circulos æquidistantes in partes inæquales, & ita nunquam in sphæra recta fieret æquinoctium: in sphæra vero obliqua vel nunquam fieret æquinoctium, vel non fieret in medio duorũ solsticiorum: quia orizon nunquam posset diuidere maximum circulorum æquidistantium in duo media, sed forte aliquem aliorum. Si vero terra declinaret ab axe ad partem orientalẽ, vel occidentalem, sequeretur primo quidem, quòd stellæ non viderentur æquales in ortu & occasu propter inæqualem distãtiam. Iterum secundo sequeretur, quòd non esset æquale spatium temporis ab uno ortu Solis vsque ad maximam exaltationem eius, quando maxime appropinquat capitibus nostris stãtio temporis, quod est vsque ad occasum. Si vero terra esset disposita secundo modo, s. quòd terra esset in axe, sed appropinquaret magis ad vnum polorum, quam ad alium, sequeretur duo inconuenientia. Primo quidem, quia in sola recta sphæra orizon diuideret cælum in duo media. in sphæra vero obliqua semper esset minor pars cæli ex parte poli apparentis: maior autem ex parte poli occultati, & ita sequeretur, quòd orizon obliquæ sphæræ nõ diuideret zodiacum in duo media, cuius contrarium apparet ex hoc, quòd semper sex signa vide mus super terram. Secundo, quia si terra non esset directe posita sub æquinoctiali sequeretur quòd vmbræ corporum erectorum in æquinoctiis orientales non fierent in directo occidentalibus⁹, cuius contrarium ubique apparet. Et ex hoc patet, quòd neque tertius modus esse potest, vt scilicet terra neque sit in axe, neque distet ab vtroque polorum: quia ad hanc positionem sequuntur omnia prædicta inconuenientia. Qualitercunque etiam terra non esset in medio mundi, confunderetur omnis ordo, qui cõsideratur circa augmentum & diminutionem dierũ: similiter etiam improbarentur regulæ eclypsium. Non enim semper eclypses Lunæ fierent in directa oppositione Solis & Lunæ, si terra non esset in medio. Quòd autem terra nõ moueatur transiens de loco ad locum, contingit ex hoc, quòd terra semper est in medio. Et iterum sequeretur quodcunque motu moueretur, quòd propter velocitatem sui motus occultarentur a nobis omnes alii motus vel nubium, vel animalium. non enim videtur, quòd tardius moueatur iuxta corpus velocius motum. Sic igitur epilogando concludit Philosophus, quòd de loco, & motu, & quiete terræ quomodo se habeãt tanta dicta sint.

m Testificantur autem his & a Mathematicis dicta circa Astrologiam. Apparentia enim accidunt translatis figuris quibus determinantus est astrorũ ordo, tanquàm in medio posita terra.

De loco quidem igitur, & mansione, & motu quemadmodum habet tanta sint dicta B
de ipsa.

LECTIO XXVII.

Figuram autem habere sphæricam necessariũ est ipsam. vnaq̃que n. particulariũ grauitatẽ habet ad medium: & minor a maiori pulsa non potest intumescere, sed comprimi magis, & cõsentire alteram alteri, quousq; utique ueniant ad medium. C

b Oportet autem intelligere quod dicitur, quemadmodum vtique si facta secundũ modũ quem & Physiologorum dicũt aliqui factum esse. Veruntamẽ illi quidem violentiam causã

LECTIO XXVII.

Figuram autem rotundam a
ipsam habere necesse est.

Vnaquæque enim partium pondus ad ipsum medium habet, & minor si a maiori pellatur, egredi no potest, sed præmittitur potius, ac alia alii cædit, donec ad medium ipsum perueniat.

Intelligere autem oportet id quod dicitur perinde fieri, atque si terra fieret eo modo quo naturalium etiam quidam ipsam inquiunt ortam esse. Verum i lli quidem uiolentiam Lationis ad infera terræ causam esse di-

Testes sunt hisce & ea quæ a Mathematicis circa Astrologiam dicuntur. Conueniunt enim ea quæ apparent, cum figuræ mutantur, quibus ordo stellarum est definitus, propterea quod in medio terra est collocata.

De loco igitur, et quiete motuue terræ, quomodo sese habent, tot a nobis sint dicta.

LECTIO XXVII.

Postquàm Philosophus determinauit ueritatem circa motum, vel locum, uel quietem terræ, hic determinat ueritatem circa figuram ipsius, & primo probat terram esse sphæricam ratio nibus naturalibus, quæ accipiuntur ex parte motus: secundo rationib⁹ mathematicis, & astrologicis, quæ accipiuntur ex his, quæ apparent secundum iensum, ibi ¶ Adhuc autem & per apparentia &c. ¶ Circa primum duo facit. primo ostendit propositum ratione sũpta ex ipsa specie naturalis motus terræ: secundo ex figura motus ipsius, ibi ¶ Et quia omnia &c. ¶ Circa primum tria facit. primo ponit rationem secundo comparat eam rationi, quam antiqui assignabãt, ibi ¶ Oportet autem intelligere &c. ¶ tertio excludit quasdam obiectiones ad rationem prædictam. ibi ¶ Sine igitur similiter &c. ¶ Dicit ergo primo, quòd necesse est terram habere sphæricam figuram hac ratione: quia quælibet partium eius habet grauitatem ad medium, i. sua grauitate naturaliter mouetur ad medium, vt ex supra dictis patet. Est etiam hic considerandum circa motum partium terræ, quia maior pars depellit minorem, quousque ipsa maior pars perueniat ad medium, cuius ratio est: quia maior pars terræ habet maiorem grauitatẽ, & per consequens maiorem virtutem, vt moueatur ad mediũ. Semper enim minor virtus uincitur a maiori. Et ideo non est possibile, quòd partibus terræ motis versus medium, aliqua pars terræ intumescat, vel fluctuet, ita. s. quod eleuetur in situ vna pars terræ super aliam, sicut accidit in mari fluctuante, quasi terra sit alicubi non compressa. & alicubi compressa: sed oportet quòd cum omnes partes terræ tendant uersus medium, superiores partes terræ comprimant inferiores. & una quasi consentiat alteri cedendo ei, quousque perueniatur ad medium: & sic oportet quòd partibus terræ quasi vndique æqualiter compressis versus medium, terra habeat sphæricam figuram. Deinde cum dicit. E

b ¶ Manifestat prædictam rationem comparando ipsam ad rationem de figura terræ ab aliis assignatam, & dicit, quòd oportet prædictam rationem intelligere, acsi positum esset, quòd terra esset generata de nouo concurrentibus vndique partibus terræ versus medium, sicut antiqui Naturales posuerunt. In hoc tamen differentia est, quòd illi ponunt motus partium terræ uersus medium causari ex uiolentia gyrationis cæli, sicut supra dictum est: melius autem & verius est, ut ponamus motum partium terræ accidere naturaliter propter hoc, quòd partes terræ habent grauitatẽ inclinantẽ eas versus mediũ. si ergo po

Universidad de Deusto Biblioteca

namus, quòd terra prius erat in potentia, sicut antiqui posuerunt, consequens erit quòd partes eius dispersæ, & disgregatæ prius, quando fuerunt in actu graues, ferentur simili modo ex omni parte ad medium, & ex hoc constituetur terra sphæri cæ figuræ. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit tres obiectiones contra premissam rationẽ, quarum prima est, quòd potest aliquis dicere, quòd prædicta ratio non cogit figurã terræ ẽe sphæricam, nisi supposito quòd in prima generatione terræ vndique partes terræ similiter & æqualiter concurrant ad medium: sed potuit cõtingere, quòd in illa disgregatione partiũ terræ, plures partes terræ inuentæ fuerint ad vnam partẽ superioris loci q̃ ad aliam: & sic plures partes terræ aggregatæ sunt ad vnã partẽ eius, quam ad aliam, quod est cõtra rationem sphæri cę figurę. Sed ipse dicit, quòd idem cõtingit circa figuram terræ, siue partes terræ, quę prius erant disgregatæ, similiter conueniant ab extremis terræ versus medium, siue aliter se habeant. Est autem manifestum, quòd si partes terræ similiter & æqualiter vndique ab extremis serantur ad medium, necesse est, quòd moles terræ vndique distet æqualiter à medio, & in hoc saluatur ratio sphæræ: quia sphæra nihil aliud est, quàm corpus, à cuius medio omnes lineę ductæ ad extrema sunt æquales.

Tex.c.105.

Tex.c.106.

Tex.c.107. Non differt quantũ ad hanc rationem si aliquis dicat, quòd partes terræ non similiter & æqualiter conueniunt ad medium: quia semper id quod est plus, cũ sit grauius, propellit id quod est minus graue, vsque ad hoc .i. vsque ad mediũ. Quod quidem potest intelligi duplici ter. Vno modo sic, vt intelligatur, quòd id quod est minus graue, propellatur à grauiori quousque graue minus pertingat ad medium: sed hoc non contingit secundũ intentionem Arist. quia prędicta positione facta, adhuc remanebit maior quantitas versus vnam partem terræ, ad quam plures partes concurrunt. Alio modo potest intelligi vsque adhoc .i. quousque ipsum corpus grauius attingat medium. & hoc cõuenientius dicitur: quia vnumquodque corpus graue naturaliter tendit ad hoc, vt ipsum sit in suo loco, non autem ad hoc, quòd aliquod aliud in suo loco statuatur. Et idem est, quòd corpus grauius ad hoc quòd ipsum magis appropinquat medio repellit per violentiam corpus minus graue à medio: sicut patet de lapide proiecto in aquam, qui repellit aquam à contactu terræ, secundum hoc procedit ratio Aristotelis: nam si versus vnam partem terræ sit maior quantitatis, ad hoc quòd ipsa magis appinquet medio, depellit minorem partem per violentiam à medio, quousque æquale põdus ex omni parte inueniatur. Secundam obiectionẽ excludit ibi.

ponunt eius, quę deorsum latio nis. Melius autem ponere verum, & dicere hoc accidere propter secundum naturam habere, ferri grauitatem habens ad medium. In potentia igitur existente graui disgregata ferebantur similiter ex omni parte ad medium.

G

c Siue igitur similiter ab extremis diuisæ partes conueniãt ad medium, siue aliter se habeant, facient idem. Quòd quidem igitur similiter vnumquodque ab extremis latum ad medium, necessarium similem fieri vndiq; molẽ manifestum. Aequali.n. vndique appositio æqualiter necesse est distare a medio extremum: hęc autem figura sphęrica est. Nihil autem differt ad rationem, neque si non ex omni parte similiter conuenirent ad medium partes ipsius. Plus .n. semp qđ ipso minus propellere necessariũ usq; ad ;mediũ inclinationẽ habẽtibus ambobus, & grauiori propellente vsque ad hoc minus graue.

d Quod enim utiq; quis dubitabit, eandem habet his solutionem. Si enim existẽte in medio & sphærica terra multo maior grauitas apponatur ad alterũ hemisphærium, non idem erit medium totius, & terrę. Quare aut non manet in medio, aut si quidem quiescet non etiam medium habens, aut nata est moueri nunc. Quod quidem igitur dubitatur, hoc est,

e Videre autem non est difficile modicum ;intendentes, & diuidentes, qualiter significamus quancunque magnitudinẽ ferri ad medium grauitatem habentem. Palam enim quòd non vsquequo tangat centrum extremum, sed oportet præualere quod plus: donec vtique sumat

cunt. Præstat autem ueritatem ponere, atque hoc ideo accidere dicitur, quia natura habet id quod pondus habet ad ipsum mediũ ferri. Cum igitur in potentia congeries esset ea, quæ se gregabantur undique similiter ad ipsum medium ferebantur.

Siue igitur similiter ab extremis partes diuisæ ad medium sunt congregatæ, siue alio modo sese habẽtes, idem facient sane. Patet igit id quod undique ab extremis similiter ad medium fertur similem necessario omni ex parte fieri molem. Si enim omni ex parte æque fiat additio, æque extremũ a medio distare necesse est. hæc autẽ figura rotunda est. Nihil autem ad rationem refert, & si partes ipsius nõ undique similiter ad medium ipsum concurrant. Maior enim semper minorem, quæ ante se est impellat necesse est, vtriusque momentũ ad medium usque habentibus, & grauiore minus pondus ad hoc impellente.

Id enim quod quispiam dubitauerit, eandem habet solutionem. Si enim multiplex pondus additum alteri hemisphærio fuerit terræ mediũ occupãtis, atque rotundam habentis figurã: non idem ipsius totius terræque medium erit. Quare aut non manebit in medio, aut si manebit, quiescet: & non habens medium, quo & nunc moueri est apta. Quod igitur dubitatur, id est.

Videre autem non est difficile, si parum considerauerimus, ac distinxerimus, quomodo censemus quantãuis magnitudinem pondus habentem ad ipsum medium ferri. Patet enim non quousque extremum tangat ipsum cẽtrum, sed maior pars uincat oportet, quousque suo medio ipsum medium comprehendat: quousque enim habet

d ¶ Et primo ponit ipsam obiectionẽ, eo qp, sicut ipse dicit, eandem habet solutionem cũ his quæ dicta sũt. Est aũt dubitatio talis. Ponam⁹ qp terra existat in medio, & qp sit sphæricæ figuræ, & quòd versus vnum hemisphærium terræ sem per apponatur multo maior quantitas quàm ex alia parte: quod quidem dicit ad excludendũ obiectionẽ, quæ posset fieri de montib⁹, qui videntur supereminere alijs partibus terræ. Nam quãtitas montium nihil est in comparatione ad totam quãtitatem terræ, sicut si pilus apponeret ex vna parte sphæræ corporeæ: dato autem quòd tantum de corpore graui superadderetur versus vnã partem, quod haberet notabilem quantitatem respectu totius terræ, sequeretur, quòd non esset idem medium mũdi totius, & terræ. Vnde sequeretur, quod vel non quiesceret in medio, vel si quiesceret, etiã non in medio existens, etiam nunc quando est in medio sic nata moueri. Hęc igitur est dubitatio. Secundo ponit solutionem ibi.

e Et dicit quòd id non est difficile videre, si aliquis velit modicum considerare & distinguere, qualiter dignum ducimus quòd aliqua magni tudo grauitatem habens feratur ad medium mundi. Manifestũ est igitur, quòd feratur ad medium mundi, non vsque solum ad hoc, quòd infima extremitas tangat centrum mundi, sed nisi aliud impediat, oportet quòd præualente maiori parte super minorem vsque ad hoc feratur, quòd corpus motum à medio sui tangat medium mundi, ad quod habent inclinationem omnia corpora grauia, puta, si nõ esset in medio aliud corpus graue nisi vnus lapis, qui demitteretur ab alio, oporteret ipsum tamdiu descendere, quousque medium lapidis tangeret medium

medium mundi, propter hoc, quòd maior pars eius repellit minorem a medio, quousque vndique inueniatur æqualis grauitas, sicut supra dictum est. Vnde ad hoc excludendum, primo concludit ex præmissis, quòd nihil differt hoc quod dictum est dicere, in quacunque parte terræ, aut in tota terra. non enim hoc contingit propter magnitudinem, aut paruitatem, quod dictum est de motu grauis ad medium, sed verificatur de terra, eo quòd habet inclinationem ad medium ratione suæ grauitatis. vnde siue tota terra ab aliqua parte cæli feratur ad medium, siue partes eius, necesse est, vsque ad hoc fieri motum, donec ex omni parte terra similiter appropinquet ad medium per hoc quod minores partes adæquantur maioribus per impulsionem minorem a maioribus, vt dictum est. Tertiam obiectionem excludit ibi.

Tex.c.108.

f ¶ Posset enim aliquis dicere, quòd prædicta ratio procedit supposita generatione terræ: sed ipse hoc excludit dicens, quòd siue etiam sit generata, siue non, necesse est quòd hoc modo sit facta in medio existens, sicut supra dictum est, ita scilicet, quòd medio sui tangat medium mundi, & ita figura eius erit sphærica: siue etiam non sit generata, oportet quòd hoc modo se habeat, sicut si esset generata, quia terminus generationis est natura rei. Vnde illud quod non est generatum, oporset tale esse, quale fieret si generaretur, & secundum hoc conuenit figuram terræ esse sphæricã, et cetera.

Lec.26.

LECTIO XXVIII.

RAEMISSA ratione ad probandum rotunditatem terræ, quę sumebatur ex specie partium eius, hic inducit aliam rationem ad idem, quæ sumitur ex figura motus partium terræ. & dicit, quòd

suiipsius medio medium, vsque ad hoc enim habet inclinationem. Nihil igitur differt hoc dicere in bolo, & parte contingente, aut in tota terra. Non enim propter paruitatem, aut magnitudinem dictum est accidens, sed de omni inclinatione habente ad medium. Itaque siue tota ab aliqua parte ferebatur, siue secundum partem, necessarium vsque ad hoc ferri, donec vtique vnumquodque similiter sumat medium adæquatis minoribus a maioribus propulsione inclinationis.

f Siue igitur facta est, hoc necessarium factam esse modo. Quare manifestum, quia sphærica generatio ipsius, siue ingenita semper, siue manens, eodem modo habet, quo & genita vtique primum facta est. Secundum hanc itaque rationem necessarium est, esse figuram sphæricam ipsius.

momentum. Nihil igitur interest hoc de gleba & quauis parte, an de tota terra dicatur. Non enim ob paruitatem, aut magnitudinem id quod accidit dictum est, sed de omni eo quod ad medium habet momentum. Quare siue tota, siue per partes aliquo ex loco ferebatur terra, quousque ferri ipsum necesse est, donec vtique vndecunque similiter sumat medium adæquatis minoribus a maioribus propulsione inclinationis.

Siue igitur facta est, hoc necessarium factam esse modo. Quare manifestum, quia sphærica generatio ipsius siue ingenita semper, siue manens eodem modo habet, quo si oriretur, cum primum orta fuisset. Ex hac igitur ratione figuram ipsius rotundam esse necesse est.

LECTIO XXVIII.

T quia omnia ferun tur grauia ad similes angulos, sed non iuxta inuicem. hoc autem aptum natum est à natura sphæricum. Oportet autem vnumquodque dicere tale, quale est secundum naturam, sed non quòd vi. & præter naturam.

b Adhuc autem & per apparentiam secundum sensum. Neque enim vtique Lunæ eclypses, tales haberent decisiones. Nunc enim in his, quæ secundum mensem figurationibus, o-

T quia omnia grauia similes ad angulos, sed non distantia æqualiter feruntur. hoc autem aptum est ad id quod natura rotundum est. Aut igitur est rotunda, aut natura rotunda. Vnumquodque autem tale dicere oportet, quale esse natura solet, & quod est, sed non id quod violentia, & præter naturam est.

Præterea, & per ea quæ sensu videntur. Lunæ namque defectiones non diuisiones tales haberent. Et enim nunc quidem bisce figuris, quæ per mensem efficiuntur, diuisiones suscipit omnes. Recta enim

quia tamen naturam habet ad hoc, quòd sit sphærica, simpliciter dicendum est eam sphæricam esse. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat terram esse sphæricam rationibus astrologicis, per ea quę apparent secundum sensum, & inducit tres probationes. Quarum prima sumitur ex eclipsi Lunę, & dicit, quod adhuc manifestum est per ea quæ apparent secundum sensum, quòd terra sit sphærica. Nisi enim terra

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

ales sphærica, eclipsis Lunæ non semper haberet circulares
decisiones. Videmus enim semper quando Luna eclipsatur, obiectum ipsius, & lucidum distinguuntur per lineam circularem. Accidit autem eclipsis Lunæ per hoc, quòd ipsa subintrat vmbram terrę, vnde apparet vmbram terrę esse rotundam, ex quo apparet terram, quæ facit talem vmbram, esse sphæricam. solum enim corpus sphæricum natum est semper facere sphæricam vmbram. si enim corpus lucidum, scilicet Sol, sit maius terra, oportet quòd faciat terra vmbram pyramidalem, cuius conus sit in alto, & basis in ipsa terra. si vero Sol esset minor terra, faceret quidem similiter vmbram secundum figuram rotundæ Pyramidis, tamen conus econuerso illius Pyramidis esset in terra, basis autem eius in alto.

T. c. 110.

Si vero Sol esset æqualis terræ, faceret vmbram cilindricam, ideſt, columnarem: quicquid autem horum esset, sequeretur propter hoc quia terra est sphærica, quòd vmbra eius secundum lineam circularem abscinderet Lunam. Posset autem aliquis dicere, quòd ista circularis abscissio Lunæ, non est propter rotunditatem terræ, sed propter rotunditatem Lunæ. Sed ad hoc excludendum subdit, quòd in augmento & decremento Lunę, quod accidit per singulos mẽses, sectio Lunæ accipit omnes differentias figurarum. nam quandoque diuiditur secundum lineam rectam, sicut quando diuiditur per medium, puta, cum est 7. vel 21. quandoq; autem fit amphitritos, ideſt, vndique secundum circulum, scilicet quando est plena, scilicet cum est 14. quandoque est concaua, puta, cum est prima, & a prima vsque ad 7. & a 21. vsque ad defectũ. Quod contingit propter diuersam habitudinem eius ad Solẽ, vt supra dictum est: sed in eclipsibus semper linea diuidens ipsam est gibbosa, ideſt, circularis: quia igitur Luna eclipsatur propter terrę interpositionem, rotunditas terræ, cum sit sphærica, est causa talis figuræ circa diuisionem Lunę. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Quæ sumitur ex apparentia stellarum, & dicit, q̃ ex diuersitate apparentiæ stellarum, apparet q̃ terra non solum est rotunda, sed etiam parua in comparatione ad corpora cælestia. Si enim aliquis modicum moueatur versus meridiem, vel septentrionem, manifeste diuersificatur nobis orizon. Quod

mnes accipit differẽtias, etenim recta ne, & amphitritos. & concaua. Circa eclipses autem semper gibbosam habet determinantem lineam. Itaque quoniam quidem eclipsatur propter terrę interpositionem, terrę vtiq; erit rotunditas figurę cã sphærica existẽs.

e Adhuc aũt per astrorum apparentiam nõ solũ manifestũ quia rotunda, sed & magnitudine non existens magna. Modica.n. facta translatione nobis ad meridiem, & articum, manifeste alter fit horizon circulus, ita vt quæ super caput astra magnã habeãt transmutationẽ, & nõ eadẽ videantur ad articum, & meridiẽ transmutantibus. Quædam.n. in Aegypto quidem stellæ videntur, & circa Cyprumin his autem quæ ad articum regionibus, non videntur. Et quæ semper in his quæ ad articum apparent astrorum, in illis locis occultantur. Quare non solum ex his palam rotundã esse figuram terræ, sed ẽt sphærę non magnæ. Non.n. vtiq; sic velociter palàm faceret translatis itaque modicum. Propter quod existimãtes coaptare eum, qui circa Herculeas columnas locum, ei qui circa Indicum, & hoc modo esse mare vnum, non valde suspicari incredibilia videri. Dicunt autem argumentãtes ex elephantibus, quoniam circa vtraque loca nouissima existentia, genus ipsorum est, velut nouissimis, propterea quòd conueniunt ad inuicem,

F apparet quantum ad duo. Primo quidem quantum ad polum orizontis; qui est punctus cæli existens supra summitatem capitis nostri, qui quidem punctus diuersificatur secundum modicam distantiam, vt apparet ex stellis fixis: quia in modica distantia diuersæ stellę apparent super summitatem capitis,

fit, & vtraque ex parte curua, & concaua. In defectionibus vero semper curuam habet lineam, quæ distinguit. Quare, cum obiectũ terræ deficiat, terræ sane circunferentia figuræ causa est.

G

Præterea per ea quæ videntur de stellis, patet non solum rotundam esse, sed etiam molẽ magnam non esse. Si parua enim migratio meridiem versus, ac versum fiat, alius manifeste fit hisce, qui terminat orbis, vt stellæ quæ sunt super caput, mutationem habeant magnam, & non eædem videãtur meridiem versus migrantes, atque versum. Nonnullæ nanque stellarum in Aegypto videntur, ac circa Cyprum. in locis autem versus versas non videntur. Et stellarum eæ, quæ semper in locis versus ursam videntur, illis in locis occidunt. Quare perspicuum est ex hisce terram non solũ rotundam esse, sed etiam magnæ molis non esse rotundæ; non enim sic cito mutationem faceret, migratione adeo breui facta. Quapropter his, qui locum eum, qui circa columnas Herculeas est, coniunctum esse eiloco, qui est circa Indicam regionem existimant, atque hoc modo vnum mare esse aserunt, non videntur incredibilia ualde existimare. Dicunt autem hoc ex barris, etiam coniectantes genus ipsorum circa extrema utraque loca esse, propterea quòd ipsa extrema ita sunt ob coniunctionem affecta.

H

I

Secundo apparet diuersitas orizontis ex diuersa abscissione cæli p orizontẽ. Et hoc manifestat, q̃ mouẽtibus se versus septentrionem, vel meridiẽ, non videntur eædem stellæ. In his.n. qui habitant in sphæra obliqua, polus septentrionalis eleuatur supra orizontem ipsorũ, & omnes stellæ, quę non distant a polo vltra eleuationẽ poli supra orizontẽ, sunt perpetuæ occultationis. Quia igitur pp diuersitatem orizontis in terris septentrionalibus polus septentrionalis magis eleuaſ, & polus oppositus magis deprimitur, cõtingit q̃ quędam stellæ quę sunt propinquæ polo antartico, nõ sunt perpetuæ occultatiõis, sed videtur q̃q; in terris magis meridionalibus, puta, in Aegypto, & circa Cyprũ, quæ nũquã videtur in terris magis septẽtrionalib⁹. Et econuerso quædam stellæ sunt semiternæ apparitiõis in regiõibus magis septentrionalibus, q̃tamen in regionib⁹ magis meridionalibus magis occultantur per occasum. Et ex hoc apparet, q̃ terra est figuræ rotundæ præcipue secundũ aſpectum ad duos polos. Si.n. esset superficiei planæ omnes habitantes in tota terræ superficie ad meridiẽ & septentrionem, haberent eundem orizontem, & eædem stellæ eis apparerent, & occultarentur, nullo impedimento facto ex tumorositate. Et simili ratione probatur, quòd terra sit rotunda versus ortum & occasum: aliquin non prius oriretur astrum quodcunque his qui sunt in oriente, quam his qui sunt in occidente. Si enim terra esset figuræ concauæ, sydus oriens prius appareret his, qui sunt in occidente. si vero terra haberet planam superficiem, simul appareret omnibus. Manifestum est autem, quòd sydus oriens prius apparet his qui sunt in oriente per eclipsim Lunæ, quæ si apparet in regione magis orientali, apparebit circa mediam noctem, in regione magis occidentali apparebit ante mediam noctem secundum quantitatem distantiæ. ex quo patet, quòd Sol prius oritur, & occidit in regione magis orientali. Per hoc autem, vt Aristote. dicit apparet quòd non sit magna quantitas rotunditatis terræ. Si enim esset magnæ

K

magnæ quantitatis, non in tam parua distantia fieret ita cito diuersitas circa apparentiam stellarum. Et ideo non videntur valde incredibilia opinari, qui volunt coaptare secundum similitudinem, & propinquitatem locum in extremo occidentis situm, qui dicitur esse circa herculeas columnas: quas scilicet Hercules statuit

Tex. 12

in signum suæ victorię in loco qui est circa mare indicum in extremo occidentis: & dicũt esse vnũ mare oceanũ, quod continuat vtraque loca, & similitudinem vtrorumque locorũ coniiciunt ex elephãtibus, qui circa vtrũque locum oriuntur, non autem in mediis regionibus: q̃ quidem est signum cõuenientiæ, & similitudinis locorum, non autem propinquitatis. Tertiam probationem inducit ibi.

d ¶ Quæ quidem sumitur ex mẽsura terræ, & dicit quicunque Mathematici attentauerunt ratiotinari de magnitudine rotunditatis terræ, contingit vsque { ad quadraginta myriades stadiorum } ideſt, quadragesies decem milia: quod est quadringentesies milia stadiorum, est autem stadium octaua pars miliaris, secundũ hoc rotunditas terræ erit quinquaginta milia miliariorum. Secundum autem diligentiorem considerationem Modernorũ Astrologorum, est rotũditas terræ multo minor, i. vigintimilia miliaria, & quadraginta, vt Alfraganus dicit, vel decem, & octo miriadum stadiorum, i. centum octoginta milia stadiorum, vt Simplicius dicit: quòd quasi in idẽ redit. Nam viginti milia est octaua pars centum sexaginta milium. Hoc autem Astrologi comprehendere potuerunt considerantes quantum spatium in terra facit diuersitatẽ vnius gradus in cælo, & inuenerunt quòd quinquaginta stadia secundũ Simplicium, vel quinquaginta sex miliaria, & duas tertias miliarii secundum Alfraganum. Vnde, si multiplices hunc numerum per trecentum sexaginta, qui est numerus graduum cæli, comprehendes rotũditatem terræ esse prędictæ quantitatis, & sic ex his possumus argumẽtari quantitatem terræ non solum esse

Mathematicorum etiam, qui magnitudinem orbis terræ metiri conantur, quadringentis terram ciagi stadiorum millibus dicunt. Ex quibus, si coniecturæ sumatur, molem ipsius terræ non solum rotundam esse, sed etiã ad cæterarum stellarum magnitudinẽ magnam non esse necesse est.

A

B

C

D

sphæricam, sed etiam non magnam, in comparatione ad magnitudines aliorum astrorum. Nam Solem probant Astrologi esse centies septuagesies maiorem terra: cum tamen propter distantiam videatur nobis pedalis. Dicit autem aliorum Astrorum propter opinionem Pithagoræ, qui posuit terram vnam de stellis. Et in hoc terminatur Sententia. Secundi Libri.

{}{}

FINIS SECVNDI LIBRI.

DE CAELO ET MVNDO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS
DE CAELO ET MVNDO
LIBER TERTIVS.
Cum Diui Thomæ expositione.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Philosophus determinauit de corporibus quæ mouentur motu circulari, hic procedit ad determinandum de corporibus, quæ mouentur motu recto. & primo præmittit proœmiũ, in quo explicat suam intentionem secundo prosequitur propositum, ibi { Prius quidem igitur philosophantes &c.} Circa primum duo facit. Primo continuat se ad præcedentia, ostẽdens de quibus iam supra dictum sit. Secundo de quibus restat dicendum, ibi { Quoniam autẽ eorum quæ natura.} Dicit ergo primo se in præcedentibus trãsiuisse, breuiter tractasse de primo cælo & partibus. s. eius. possumus autem per primum cælum intelligere totum vniuersum, quod est primum pertectione, & partes eius accipere corpora, quæ mouentur motu circulari, & motu recto, vt sic videatur hic tangere ea quæ in primo libro determinata sunt. Sed huic expositioni videtur obsistere quod subditur. { Adhuc autem de astris latis in ipso &c. Non autem proprie dicuntur ferri astra in toto vniuerso, sed in cælo quod circulariter fertur. Et ideo dicitur melius, hoc quod dicit de primo cælo, est intelligendũ de corpore quod circulariter fertur. sed quia non dicit simpliciter de cælo, sed de primo cælo, potest hoc referri ad primam sphæram, quæ est stellarum fixarum: quod autem dicit, & partibus, refertur ad dextrum & sinistrũ & alias positionis differẽtias, quas in cælo ostendit. Sed secundũ hoc non esset sufficiens commemoratio, nec eorum quę dicta sunt in toto primo lib. nec etiam eorum omnium, quę dicta sunt in secũdo, in quo habitum est etiam de sphæris planetarũ: Et ideo melius videtur dicendum, quòd per primum cælum intelligitur hoc totum corpus quod circulariter fertur, quod quidem dicitur primum in comparatione ad corpora inferiora, respectu quorum est primum, & ordine situs, & perpetuitate durationis, & virtute causalitatis. Quod autem subdit, & partibus, referendum est ad diuersas sphæras, quæ sunt partes totius corporis cælestis: dictũ est de stellis quæ mouẽtur in toto cælo, & quãtũ ad stellas fixas, & quãtũ ad planetas, de quibus dictum est ex quibus constant. Ostensum est enim quòd sunt de natura cęlestis corporis, dictum est etiam qualia sint secundum naturam, quia sunt animata, & sphærica. Dictum est etiam quòd non sunt subiecta generationi & corruptioni: & si quidem in primo lib. determinauit de toto vniuerso, sicut supra diximus, secundum opinionem Alexandri, sic recapitulatio se extendit solum ad secundum librum. Si vero etiã in primo lib. iuxta dictum determinare de cælo principaliter, vt Simplicius dicit, sic recapitulatio se extendit etiam ad primum librum.

T.c.1.

LECTIO I.

DE primo quidem igitur cælo & partibus, adhuc autem de ipso latis astris, ex quibus constant, & qualia quidem natura sunt: adhuc autem quoniam ingeni ta & incorruptibilia pertransiuimus prius.

DE primo igitur cælo ac partibus, et de stellis, quæ in ipso feruntur ex quibus constant, & qualia sunt natura: & insuper ingenita ac incorruptibilia esse, prius iam pertractauimus.

b Quoniam autẽ eorũ quæ natura dicuntur, hęc quidẽ sunt substantię, hæc autẽ operationes, & pasiones horũ. Dico autẽ substãtias quidẽ simplicia corpora, puta ignẽ, terrã, & coelementa his, & quæcunque ex his, puta totum cęlum & partes eius, & iterum animalia, & plantas, & partes horum. Passiones autem & opera motus horũ vnicuiusque, & aliorum quorumcunque sunt causa ista elementa secundnm virtutẽ ipsorum, adhuc autem alterationes, & inuicem transmutationes, manifestum, quia de natura historiã plurimam accidit de corporibus esse. Omnes enim naturales substantię aut corpora, aut cum corporibus generantur & magnitudinibus: hoc autẽ palã ex eo, quòd determinatum est quę sunt natura, & ex ea quæ p singula contemplatione.

Cum autem eorum quæ natura dicuntur esse, alia sint substantiæ, alia harum opera affectusque. Atque substantias quidem dico simplicia corpora, ignem, terram, & quæ eiusdem sunt seriei: & item ea quæ ex his constant, ueluti totum cælum, ipsiusq; partes, & animalia plantasq;, & horum partes. Affectus autem operaue, motiones horum esseque, cæterorumque horum hæc elementa in sua sunt causa, & alterationes item mutuasque migrationes, patet plurimam de natura scientiam de corporibus esse. Omnes enim substantiæ naturales aut corpora sunt, aut cum corporibus ac magnitudinibus fiunt. Hoc autem patet & ex definitione qua emersere quæ sunt natura, & ex singulorum etiam contemplatione.

LECTIO II.

DEinde cum dicit. b ¶ Ostendit de quibus restat dicendum, & primo manifestat in quo consistat tota consideratio naturalis philosophiæ: secũdo ex hoc concludit quid post præmissa restat dicendum, ibi. { De primo quidem &c.} Circa primum vtitur tali ratione. Omnes substantiæ naturales sunt corpora: sed tota consideratio naturalis est de substantiis naturalibus, & earum accidẽtibus. ergo tota consideratio scientię naturalis est circa corpora. primo igitur premittit Minorem dicens, quòd eorum duæ dicuntur esse secundum naturam, quędam sunt substantiæ naturales, quædã autem sunt operationes, & passiones substãtiarum naturaliũ: Et ad hoc manifestandum primo exponit quæ sunt substantiæ naturales, inter quas primo enumerat corpora simplicia, & inter ea primo exemplificat de igne, & terra, & de aliis quæ sunt simul elementa corporum cum eis, sicut sunt aer & aqua: & ad horum naturam pertinent corpora mista, quæ ex eis componuntur, sicut lapides & metalla. Deinde exemplificat de alio corpore simplici præter elementa, quod est totum cęlum, & partes eius: vltimo autem ponit corpora mista animata, sicut animalia, & plantas, & partes. Deinde manifestat quæ sunt operationes harum substantiarũ, & dicit, quòd primo quidẽ sunt motus locales vniuscuiusque horum corporum, & etiam aliorum, quorum ista corpora sunt causa vel materialis, sicut elementa, uel effectiua, sicut cælum: & tamen tantis corporibus congruit motus secundum virtutem corporum simplicium, de quibus causantur. Deinde operationes, & passiones prędictarum substantiarum dicit esse alterationes, & transmutationes earum in inuicem, quæ sunt secundum generationem & corruptionem,

nem. Secundo infert conclusionem, & dicit ex præmissis manifestum esse secundum plurimam historiæ, idest, narrationis naturalis, esse circa corpora. per hoc autem quòd dicit plurimam, intelligit omnem: sed vtitur hoc modo loquẽdi propter physicum temperamentum. vel dicit plurimam propter hoc, quòd in scientia naturali aliquid ẽt, dicitur de primo motore, & de anima intellectiua. Tertio ponit Maiorem scilicet, quòd omnes substantiæ naturales aut sunt corpora, aut generantur cum corporibus & magnitudinibus, sicut sunt formæ naturales, quæ dicuntur substãtiæ. Et hoc quidem dicit esse manifestum dupliciter, primo per hoc, quòd determinatum est, quę sunt secundum naturam paulo ante: quæ omnia vel sunt corpora, vel cum corporibus, vt determinatum est in Secundo Physicorum, quòd secundum naturã sunt ea quæ habẽt in seipsis principium motus & quietis: huiusmodi autem sunt sola corpora, quia nihil mouetur nisi corpus. Secundo dicit hoc esse manifestum per inductionem considerando per singula ea quæ in scientia naturali traduntur. inuenimus enim omnia esse corpora, vel cum corporibus. Et est aduertẽdum, quòd hæc eadem supra in primo libro præmisit. Deinde cum dicit.

T.c.2.

c ¶ Ostendit quid post dicta restet dicẽdum. & primo quid quo ad substantiam, dicens dictum esse de primo corpore inter elementa, idest, de cælo, quod vocat elementum secundum Alexandrum, quia est pars mundi secundum autem Simplicium, quia est corpus simplex, de quo dictum est, quale sit secundum naturam: quia est ingenitum & sphæricum, & quia etiam est incorruptibile & ingenitum: vnde reliquum est dicere de alijs duobus corporibus. Ostensum est enim in primo libro esse tria corpora, vnum scilicet, quod mouetur circa medium, de quo iam dictum est: aliud quod mouetur a medio, & tertium quod monetur ad medium, de quibus duobus restat dicendum. nam de terra supra dictum est non quantum ad suam naturam, sed quantum ad habitudinem quã habet ad cælum. Secundo ibi.

Lect.5.

d ¶ Ostendit quid restet dicendum, quãtum ad operationes & passiones, & dicit, quòd simul cum his duobus restat inquirendum de generatione & corruptione, quia talis generatio aut nihil est, sed est remota a natura totius vniuersi, aut solum inuenitur in his elementis quæ mouentur motu recto, & in corporibus quæ ex eis componuntur: hæc autem consideratio locum non habeat, dum adhuc de rebus incorruptibilibus ago rerum. Oportet autem hanc considerationem non prætermittere, quia multum valet ad considerandum naturas corporum.

LECTIO II.

PRæmisso proœmio, in quo ostendit quid restet considerandum circa scientiam naturalem, hic incipit prosequi ea quæ dicta sunt, & primo inquirendo de opinionibus Philosophorum circa prædicta, secundo determinando veritatem in quarto libro, ibi { De graui autem & leui &c.} Circa primum duo facit. Primo inquirit de generatione & motu corporum naturalium, an sit: secundo quorum, & propter quid sit, ibi { Quod autẽ neque omniũ est generatio &c.} Circa primum duo facit. Primo inquirit secundum opiniones antiquorum Philosophorũ, an sit generatio: secũdo inquirit, an motus localis sit naturalis corporibus naturalibus. { Quod aũt necessariũ existere motũ &c.} Circa primũ duo facit, primo enumerat opiniones antiquorum circa generationẽ: secũdo, inquirit de veritate earum, ibi. { De alijs quod igitur alter hi sermo.} Circa primũ tria facit. primo ponit diuersitatem Philosophorum circa generationem: secundo ponit opiniones negantium generationem, ibi { Hi quidem cuusam ipsorũ &c.} Tertio ponit opiniones attribuẽtium generationem corporibus, ibi { Alterius quidem igitur &c.} Dicit ergo primo, quòd illi qui prius Philosophati sunt de veritate scilicet, speculatiua (quod dicit ad differentiam eorum, qui philosophati sũt circa moralia, & circa politica) diuersificati sunt in suis opinionibus, & contra seinuicem, & contra ea quæ nunc dicuntur, de generatione.

Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit opiniones auferentium generationem, & dicit quòd quidam antiquorum Philosophorum totaliter auferebant generationem & corruptionem a rebus. Dicunt enim quòd nihil entium fit, aut corumpitur, sed solum videtur nobis aliquid generari, aut corumpi. Sed ista fuit opinio adsequentium Melissum & Parmenidem, quos quantum ad aliquid laudat ad hoc, quòd ipsi primi intellexerunt, quòd oportet esse aliquas naturas ingenitas, & incorruptibiles, & immobiles. Quod quidem hac ratione moti ponebant: quia cum de his quæ subijciuntur generationi & corruptioni, non possit esse certa cognitio, aut scientia, oportet esse aliquas naturas ingenitas & incorruptibiles. Si enim de his quæ cadunt sub generatione & corruptione sit aliqua scientia, hoc non est nisi quantum in eis est aliquod ingenitum & incorruptibile secundum participationem illarum naturarum, quæ secundum se sunt ingenitæ & incorruptibiles, cognoscuntur enim secundum suas formas: forma autem est quoddam diuinum in rebus, inquantum est quædam participatio primi actus. Reprehendit autem eos Aristoteles in hoc, quòd nihil opinabantur esse præter sensibilia: & tamen intelligebant, quòd oporteret esse quasdam substãtias ingenitas & incorruptibiles, & transtulerunt ea quæ pertinent ad rationem supernaturaliũ substantiarum ad hæc sensibilia, dicentes hæc sensibilia esse ingenita & incorruptibilia secundum veritatem: generari autem & corrumpi secundum opinionem. Manifestum est autem, quòd si sunt quædã entia ingenita & incorruptibilia, & omnino immobilia, eorum consideratio non pertinet ad naturalẽ philosophiam, quæ tota versatur circa mobilia: sed magis

A

B

C

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis pertinet ad aliam priorem Philosophiam, quæ est metaphysica: & ideo Parmenides, & Melissus, licet quantum ad aliquid bene dicerent, ponentes, quòd oporteret esse aliquid ingenitũ & immobile: non tamen quantum ad hoc bene dicebant, quòd de rebus naturalibus non naturaliter loquebantur, attribuentes ea quæ sunt substantiarum immobilium substantiis naturalibus, quæ sunt substantiæ sensibiles. Dicit autem Simplicius in secundo commento, quòd Arist. more suo reprehendit Parmenidem & Melissum, secundum ea quæ exterius ex eorum verbis apparebant, ne aliqui superficialiter intelligentes deciperentur: secundum autem rei veritatem intentio horum Philosophorum erat, quòd ipsum ens, quod scilicet est per essentiã suam est ingenitum, & incorruptibile, & omninò immobile: Quòd autem dicebant generationem in rebus esse secundum opinionem, & non secundum veritatem: hoc ideo dicebãt, quia opinabantur, quòd sensibilia in quibus inuenitur generatio & corruptio, non sunt vera entia: sed solum secundum opinionem.

T.c. 3.

Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit opinionẽ attribuentium generationem corporibꝰ, & ponit tres opiniones, & dicit, quòd quidam alii habebãt contrariam opinionem prædictis, ac si studio se intenderent eis cõtradicere. Quida.n. dicunt, quod nulla res est ingenita, sed omnia generantur. Eorum tamen quæ generantur, quædam permanent incorruptibilia, quædam autem corrumpuntur, & hoc maxime dixerunt sectatores Hesiodi, qui fuit vnus de Theologicis poetis, qui diuina sub tegumentis quarũdam fabularum tradiderũt:

T.com. 4.

a

nis. Illi autem, quia nihil quidẽ aliud præter sensibilium substãtiam suspicantur esse. Tales autem quasdam intellexere primi naturas: siquidem erit aliqua cognitio aut scientia: sic transtulerunt ad hoc per eas quę inde rationes.

c Alteri autem quidam, velut studiosè factam, cõtrariam his habebant opinionem. Sunt enim quidam, qui aiunt nullã ingenitam esse rerum, sed omnia generari. Genita autẽ hęc quidem incorruptibilia permanere, hæc aũt iterũ corrũpi. Maxime aũt qui circa Hesiodũ.

d Deinde & aliorũ primi Phisiologizãtes. hi quidem omnia alia aiunt generari, & fluere: esse autem fixe nihil, vnum autẽ quoddam solum subsistere, ex quo hæc omnia transformari nata sunt: quod quidem videntur dicere velle alii multi, & Eraclitus Ephesius.

e Sunt autem quidam qui & omne corpꝰ generabile faciunt componentes, & resoluẽtes ad superficies, & ex superficiebus.

LECTIO III.

I

DE aliis quidem igitur alter sit sermo. Dicentibus autem hoc modo, & omnia corpora constituentibus ex superficiebus quæcunque quidem alia accidit dicere contraria disciplinis, prõptũ videre. Et quidem iustum aut non mouere, aut credibilioribus ipsa rationibus mouere quàm suppositiones.

Vnde Hesiodus dicitur posuisse etiam chaos, ex quo omnia generantur, esse generatum: omne autem generatum ab aliquo generante generatur. vnde dabant intelligere super omnia ista esse quandam causam primam, scilicet intellectum, & diuinitatem, a qua omnia processerunt. Et huiusmodi processum a primo principio generationem vocabant. Secundam opinionem ponit ibi.

d ¶ Et dicit, quòd post prædictos Poetas, qui inter alios primitus de natura tractauerunt, quidam dixerunt, quòd omnia aliã generantur & sunt in continuo fluxu, ita quòd nihil in eis est fixum & permanens, præter vnum materiale, scilicet principium quod subsistit omnibus, quæ fiunt, & corrumpuntur. Et hoc idem dixerunt multi alii Philosophi, sicut Thales, qui posuit hoc principium esse aquam, Anaximenes autem aerem.

P Anaximander autem inter vtrunque, medium scilicet vaporem, Eraclitus autem Ephesius ignem, de quo specialiter mentionem facit, quia ipse magis asserebat omnia esse in continuo fluxu. Tertiam opinionem ponit ibi.

e ¶ Et dicit, quòd quidam posuerunt, quòd omnia corpora cõponuntur ex superficiebus, & iterum resoluuntur in superficies. Et hæc fuit opinio Platonis.

LECTIO III.

DE cæteris igitur alius erit sermo. Hisce uero qui hoc dicunt modo, omniaque corpora ex planis constituunt. Quod accidit contra scientias dicere Mathematicas, per facile est uidere. Erat tamen æquum, aut non dimouere ipsas, aut credibilioribus rationibus, quàm suppositionibus sunt, dimouere.

K

Dicit

Alij uero quasi de industria contrariam his habuerunt opinionem. Sunt enim qui nulla rerum ingenerabiles esse, sed omnes fieri dicunt. Generatas autem partim permanere, partim corrumpi. Est autem sententiæ talis maxime quidem Hesiodus.

G

Deinde cæterorum hi qui primi de Natura dixerunt, quidam cætera, quidam omnia fieri fluereque dicunt, ac nihil prorsus stabile esse, H *unum autem quid solum permanere, ex quo hæc uniuersa transfigurari sunt apta, quod quidem cæterique complures ut Eraclitus Ephesius dicere uelle uidetur.*

Sunt & qui corpus omne generabile faciunt, componentes ipsum ex planis, ac dissoluentes in plana.

LECTIO III.

I

RÆmissis opinionibus de generatione rerum, hic inquirit de veritate dictarum opinionum, & prætermissis aliis opinionibus, de quibus in aliis locis inquirit, specialiter inquisitionem facit de vltima opinione, quæ est Platonis. eũ quia erat famosior, tum etiam, quia ordine inquisitiõis erat prior: nam aliæ opiniones ponebant vel auferebant specialium corporum generationẽ, hæc autem opinio videbatur tradere generationem, inquantum est corpus, ponẽdo corpus ex superficiebus generari. Circa hoc autem duo facit. primo improbat hanc opinionem: secundo ostendit eisdẽ rationibus improbari posse opinionem Pithagoricorum, ponentium corpora generari ex numeris, ibi [Idem autem accidit &c.] Circa primum duo facit, primo improbat prædictam opinionem rationibus Mathematicis: secundo rationibus naturalibus, ibi [Quæcunque autem naturalibꝰ &c.] Circa primum ponit duas rationes. Circa quarum primam dicit, quòd de aliis prædictarum opinionum debet fieri alius sermo, partim quidẽ in primo Physicorum, partim autẽ in libro de Generatione, partim aũt inferius in hoc eodẽ libro. Sed quantũ ad illos qui ponunt omnia corpora ex superficiebus cõstitui, in prõptu est videre, qꝰ accidit eis dicere multa contraria disciplinis. i. scientiis Mathematicis, quę supponunt punctũ esse indiuisibile, & ita ex punctis nõ fit linea, quæ est diuisibilis. supponunt. n. lineã esse longitudinẽ sine latitudine: & ita ex lineis nõ fit superficies, quę habet longitudinem cum latitudine sine profunditate, & ita ex superficiebus non fit corpus, qđ cũ longitudine & latitudine habet profunditatẽ. nõ est aũt rectũ, qꝰ aliquis remoueat hmõi suppositiones mathematicas, nisi aliquis afferat probabiliores rationes, quã sint istæ suppositiones. Et ideo videtur, qꝰ prædicta Platonis positio esset improbanda, quæ absque ratione cogente, huiusmodi suppositiones remouit. Secundam ponit ibi.

Dicit

b ¶ Dicit eiusdem rationis esse, quòd solida, idest, corpora componantur ex superficiebus, & quòd superficies ex lineis, & linea ex punctis: quia sicut punctus est terminus, & diuisio lineæ, ita linea superficiei, & superficies corporis. Si autem sic se habet, sicut Plato posuit, quòd corpora componantur ex lineis, & lineæ ex punctis, & ita non erit necesse, quòd pars lineæ sit linea, & de hoc dicit esse prius considerandum in sermonibus de Motu, idest, in Sexto Physi. vbi probatum est, quòd lineæ non sunt indiuisibiles, neque ex indiuisibilibus compositæ. Innenitur autem quidam alius libellus, in quo probatur, quòd non sunt lineæ indiuisibiles: quem quidem dicunt esse Theophrasti. Deinde cum dicit.

T.c.5. Lec.1. T.c.4. T.c.6.

A

b Deinde palam, quia eiusdem rationis est, solida quidem ex superficiebus componi, superficies autem ex lineis, has autem ex punctis: sic autem habẽtibus non necesse lineę partem lineam esse. De his autem considerandum est prius in his, qui de Motu sermonibus: quia non sunt indiuisibiles longitudines.

B

c ¶ Improbat prædictam positionem per rationes naturales. Et primo assignat rationem, quare necesse sit huiusmodi rationes inducere non solum mathematicas, sed etiam naturales: secũdo exequitur propositum, ibi [Multa autem sunt &c.] Dicit ergo primo, quòd quia dictum est, quòd impossibile sequatur secundum mathematicam cõsiderationem, ad id quod aliqui ponunt esse lineas indiuisibiles, ex quibus componitur superficies, & per consequens corpora: oportet quòd etiam nunc consideremus breuiter impossibilia, quæ sequuntur ad hanc opinionem circa naturalia corpora, & hoc necessarium est, quia quæcumque impossibilia accidunt circa mathematicalia corpora, necesse est, quòd consequantur ad corpora naturalia. & hoc ideo, quia mathematica dicuntur per abstractionem a naturalibus: naturalia autem se habent per appositionẽ ad mathematica. superaddunt enim mathematicis naturam sensibilem, & motum, a quibus mathematicalia abstrahunt, & sic patet, quòd ea quæ sunt de ratione mathematicalium, saluantur in naturalibus, & non econuerso. Et ideo quæcumque incõuenientia sunt contra mathematica, sunt etiam contra naturalia, sed non conuertuntur. Deinde cum dicit.

T.c.7.

c Multa autem sunt, quæ indiuisibilibus non possibile existere: naturalibus autem necessarium, puta, siquid est indiuisibile. In indiuisibili enim diuisibile impossibile est existere: passiones autem diuisibiles omnes dupliciter, aut enim secundum speciem, aut secundum accidens: secũdum speciem quidem, puta coloris, album, aut nigrũ: secundum accidens autem, si cui existat, sit diuisibile. Quare quæcumque simplicia passionũ omniũ, sunt diuisibilia hoc modo: propter quod impossibile in talibus considerandum.

C

D

d ¶ Ostendit, quæ impossibilia ex prædicta positione sequantur circa corpora naturalia. & primo ponit quandam rationem generalem: secundo explicat eam per partes, ibi [Si itaque impossibilium &c.] Dicit ergo, quòd multa sunt, quæ non possunt inesse indiuisibilibus, quæ tamen necesse est inesse naturalibus corporibus. Possumus autem indiuisibilia hic accipere mathematica, eo quòd per abstractionem dicantur, & sic hoc quod hic dicitur, inducetur ad manifestandum quod immediate dictum est, scilicet quòd naturalia se habent per additionem ad mathematica: quia multa necesse est inesse naturalibus, quæ non possunt inesse mathematicis, sicut omnes passiones quæ sunt diuisibiles. Sed melius est, vt indiuisibilia accipiamus, sicut superficies respectu corporum, & lineam respectu superficierũ, & puncta respectu linearum, quę etiam indiuisibilia sunt simpliciter. Dicit ergo, quòd multa necesse est inesse corporibus naturalibus, quæ non possunt inesse rebus indiuisibilibus, pura, si aliquid ẽ indiuisibile, vt punctum, vel linea, vel superficies, pura, siqđ est indiuisibile ex necessitate inest corpori naturali, non autem rebus indiuisibilibus. Diuisibile enim non potest inesse rei indiuisibili omnino, quia id quòd inest alicui, quodammodo comprehenditur ab ipso: diuisibile autem non potest comprehendi ab indiuisibili secundum quantitatem. omnes autem passiones dupliciter diuiduntur: vel secundum speciem, vel secundum accidens. Quod non est sic intelligendum, quasi quælibet passio vtroque modo diuidatur, sed quia quælibet primo, vel vno, vel altero modo diuiditur. Exponit autẽ vtrũque modum diuisionis & dicit, quòd secundum speciem, diuiditur passio, sicut species coloris sunt album, & nigrum: quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd hoc commune color, diuidatur per album & nigrum sicut per suas species, & hoc non facit ad propositum, quia nihil prohibet de aliquo indiuisibili prædicari aliquod, quod est commune ad multa. Vnde oportet intelligere, quòd passio diuisibilis secundum speciem intelligatur, sicut color medius, qui componitur ex duabus speciebus coloris, quæ sunt album & nigrum. Talem autem passionem non videtur possibile inesse rei, vt simplici, quia cum passiones propriæ causentur a subiecto, necesse est quòd passionis compositæ sint diuersa principia, quod repugnat simplicitati subiecti. Exponit autem consequenter de diuisibili secundum accidens, & dicit, quòd passio dicitur secundum accidens diuisibilis, si subiectum cui accidit, sit diuisibile, sicut diuiditur albedo per diuisionem subiecti. vnde omnes passiones, quæ sunt simplices secundum speciem, inueniuntur diuisibiles hoc modo, scilicet secundum subiectum, inquantum scilicet insunt corpori naturali. Et ideo circa tales passiones, quæ vno vel altero modo sunt diuisibiles,

Deinde patet eiusdem esse sententiæ, solida quidem ex planis, ex lineis autem plana, & has ex punctis componi. Quæ scita sunt, non necesse est partem lineam esse. Sed de hisce prius in sermonibus de Motu considerauimus: demonstrauimus enim indiuisibiles nullas longitudines esse.

Quæ uero de naturalibus corporibus impossibilia, accidit hisce dicere, qui lineas indiuisibiles faciunt, parumper nunc etiam contemplemur. Ea namque impossibilia, quæ in illis accidunt, & in naturalibus, sane sequentur. At non omnia quæ in his sequuntur, in illis accident, propterea quod mathematica quidem abstractione dicuntur, naturalia uero additione.

Complura autem sunt, quæ indiuisibilibus competere non possunt, naturalibus autem necessario competunt, ceu si quippiam indiuisibile esse dixerimus, in indiuisibili enim diuisibile esse non potest. Affectus autem omnes diuisibiles dupliciter sunt, aut specie, aut per accidens, specie quidem, ut coloris, album & nigrum: per accidens autem, si id in quo est, diuisibile sit. quare qui sunt affectuum simplices, omnes hoc modo sunt diuisibiles. Quapropter impossibile ipsum in talibus est considerandum.

Si igitur impossibile est utraque parte ponderis nihil habẽte, totum habere pondus, sensibilia uero corpora, aut E *omnia, aut aliqua pondus habent, ceu terra, & aqua, ut & ipsi etiã dixerint, si punctum nihil ponderis habet, pa-*

T.c.8.

e Si itaque impossibilium est vtroque nullam habente grauitatem, ambo habere grauitatẽ, sensibilia autẽ corpora omnia, aut quædam grauitatem habẽt. puta terra & aqua, vt & vtique

les,

Universidad de Sevilla Biblioteca

les, est considerandum quòd impossibile sequatur dicentibus lineas indiuisibiles, vel superficies ex quibus componuntur corpora naturalia ex talibus quæ nō sunt susceptiua passionum corporum naturalium. Deinde cum dicit,

e ¶ Ponit speciales rationes ad improbandum positionem prædictam. Circa quarum primā duo facit. primo proponit rationem: secundo probat ea quæ supposuerat, ibi. Sed & quòd punctum &c.} Dicit ergo primo, impossibile esse si vtrumque eorum ex quibus aliquid componitur, nullam habeat grauitatem, & quod compositum habeat ex ambabus grauitatem: sed corpora sensibilia habent grauitatem aut omnia sicut dicebat Democritus, aut quædam, scilicet terra, & aqua, sicut ipsimet Platonici dicebant. ergo corpus sensibile non potest componi ex rebus non habentibus grauitatem. Componitur autem ex eis, secundum prædictam positionem. Si enim punctum non potest habere grauitatem. ergo nec linea, quæ ex punctis componitur. &, si linea non potest habere grauitatem, per consequens nec superficies, quæ componitur ex lineis: & vlterius, neque corpus quod componitur ex superficiebus, quod est contra prædicta. Est autem considerandum, quòd ista ratio tenet in partibus quantitatiuis, quæ sunt eiusdem naturæ, & rationis adinuicem, & cum toto, non autem tenet in partibus essentialibus, quarum alia ratio est ab inuicem, & a toto. vnde non sequitur, si materia non est grauis, nec forma, quòd aliquod ex eis compositum non sit aliquid graue actu. Deinde cuur dicit,

Tex. cō. 9.

Tex. cō. 10.

Tex. cō. 11.

f Sed & punctum non possibile grauitatem habere manifestum. Graue enim omne & grauius, & leue leuius contingit aliquo esse: grauius autem, aut leuius forte non necesse grauius, aut leue esse. Quemadmodū enim magnum maius, maius non semper magnum. Multa.n. sunt, quæ parua entia simpliciter, tamen maiora aljs sunt: sitaque quodcumque graue ens grauius sit, necesse grauitate maius esse, & graue omne diuisibile vtique erit: punctum autem indiuisibile supponitur.

g Adhuc, si graue quidem spissum, leue autem rarum. Est autem spissum a raro differens, eo quòd in æquali mole plura existant. si igitur est punctum graue, & dēsum & si leue & rarum. Sed quod quidem spissum, & diuisibile, punctum autem indiuisibile.

h Si autem omne graue molle, aut durum necesse est esse, facile ex his impossibile aliquod deducere. Molle quidem enim quod in seipso cedens, quod autem cedens diuisibile.

i ¶ Probat quæ supposuerat in ratione præmissa & primo probat, quòd punctum non sit graue: secundo quòd ex non grauibus non potest componi aliquid graue, ibi. ¶ Adhuc neque ex non habentibus &c.} Primum autem probat tribus rationibus. Quarum prima talis est. Omne graue potest esse aliquo modo grauius: & omne leue contingit aliquo modo esse leuius, sed tamen non est necesse, omne quod est grauius aut leuius, esse graue aut leue. Videtur autem quod hic dicitur esse falsum: nam comparatiuus supponit positiuum. omne autem albius est album. Dicunt ergo quidam, quòd comparatiuus, si propriè accipiatur, præsupponit positiuum, & infert ipsum: sed quandoque comparatio est abusiua, puta, cum aliquid comparatiue dicitur, respectu oppositi, sicut si dicatur cignus albior coruo: vel etiam si dicatur comparatiue propter hoc, quòd minus participat de opposito, puta, si dicatur aliquis æthyops esse albior coruo, quia est minus niger. Et similiter dicitur aliquod minus malum, esse eligibilius magis malo, cum tamen malum non sit eligibile, nec æthyops sit albus. Et per hunc modum hic Philosophus dicit, quòd non omne grauius est graue, nec omne leuius est leue: vnde ad assignandam abusiuam comparationem, addidit forte. Sed quia non est consuetudo Aristotel. vt ex abusiuis locutionibus argumentetur, ideo dicendum est, quòd quædam sunt, quæ dicuntur absolutè, sicut album, vel dulce, & in talibus comparatiuus præsupponitur positiuum & infertur. quædam autem sunt quæ quandoque dicuntur absolute, quandoque autem relatiue, sicut graue & leue. Nam, vt in quarto dicetur, ignis dicitur absolute leuis, terra autem absolute grauis, aer autem ad ignem quidem grauis, ad aquam autem & terram leuis. sic & aqua ad terram quidem est leuis, ad ignē autem & ad aerem grauis. Manifestum est autem, quòd id quod est absolute graue, est etiam graue per comparationem ad alia: & per hunc modum omne graue est grauius, & omne leue est leuius, non tamen sequitur, quòd omne leuius est leue, aut omne grauius sit graue: quia non sequitur, quòd si est leue ad alia, quòd sit leue absolute: & eadem ratio est de graui, & quòd hæc rō sit vera patet in exemplo quod ponit. Magnum enim communiter accepta dicitur ad aliquid, vt patet in Prædicamentis, sed appositum rei alicui dicitur absolute magnum, quod pertingit ad quantitatem debitam illi rei. sicut homo dicitur magnus absolute, qui attingit ad perfectam hominis quantitatem: & ita patet, quòd magnum dicitur absolute, & ad aliquid. Et inde est, quòd omne magnum absolute dicitur magnum ad aliquid, quia est esse maius, non autem omne maius est magnum absolute. multa enim sunt quæ absolute considerata sunt parua, quæ tamen alijs sunt maiora. Si igitur omne graue est grauius quodam alio, necesse est quòd omne graue sit maius alio quodam in grauitate, & ita sequitur, quòd sit diuisibile. nam omne maius diuiditur in æquale, & plus: sed punctum est indiuisibile, vt supponitur ex eius definitione. ergo punctum non est graue. Secundam rationem ponit ibi.

Lec. 3.

Lec. 17.

T.c. 84.

Adhuc neque ex non habentibus grauitatem erit grauitas. In quantis enim accidet hoc, & in quātis nō, quomō determinabūt nō volētes fingere? K Et si omnis grauitas maior grauitate, grauitate maior est: accidet & vnumquodque impartibilium grauitatem habere. Si enim quatuor puncta grauitatem habent, quod autem ex pluribus fuerit, eodem grauitente grauius. Quod autem grauius, necesse graue esse: quemadmodum albo albius album. Quare maius vno puncto grauius erit albato æquali: quare & vnum punctum grauitatem habebit.

tet neque lineas ipsas habere. quòd si hæ non habent, neque plana eam habent. quare neque corpus vllum ipsum habet.

At vero punctum pondus habere non posse patet. graue namque omne grauius: etiam & leue leuius aliquo esse potest: grauius autem aut leuius fortasse non necesse est graue vel leue esse. Quemadmodum & magnum quidem est maius, maius autem non omne magnum esse necesse est. Complura enim sunt, quæ absolute quidem sunt parua, quibusdā autem aljs sunt maiora. Si igitur quod cum graue sit grauius est, id pondere maius esse necesse est, & omne graue diuisibile sane erit: punctum autem indiuisibile supponunt esse.

Præterea, si graue quidem est densum, leue autem rarum, & densum hoc a raro differt, quod æquali in mole plura ipsi insunt, si punctum sit graue ac leue, & densum nimirum & rarum erit. At densum quidem est diuisibile, punctum autem diuidi nequit.

Quod si omne graue molle, aut durum esse necesse est, impossibile aliquod ex his inferri facile potest. Est enim id molle, quando in seipsum cedit, durum autem id quod non cedit. At quod cedit, diuisibile esse constat.

quia cedit tangenti contra se ipsum. quod non posset esse, nisi haberet plures partes, quarum vna quodammodo resurgeret in locum alterius. Et eadem ratione oporteret durum esse diuisibile: non enim posset dici cedens, nisi haberet quod cederet. Cum igitur punctum sit indiuisibile, non erit durum, neque molle, & ita nō erit graue. Deinde cum dicit.

T.c. 12.

i ¶ Ostendit quòd nullum graue potest componi ex duob⁹, vel pluribus, quorū nullum est graue. Sed hoc est intelligēdum de compositione, qua aliquid componit ex partib⁹ quātitatiuis. nam ex partibus essentialibus componitur aliquid graue, puta ex materia, & forma, quorū neutrum est graue. Ad hoc autem ostendendum inducit duas rationes, quarū prima est, quæ procedit sm quorundam opinionē, qui dicebant, quòd ex aliquibus non grauibus quandoque multiplicabatur, & componebatur aliquod graue: quando autē erant in minori numero non constituebatur ex eis aliquod graue. Oportet igitur, quòd determinent quot existentibus constituebatur grauitas, alioqn qđ dicitur sine certa ratione, videtur esse fictitium. Secundā rationem ponit ibi.

T.c. 13.

K ¶ Quæ talis est. Omnis grauitas maior alia grauitate excedit minorem grauitatē per aliquam grauitatem, quia per additionem similiū fit aliquod maius: & ex hoc sequitur sm positionē prædictā, quòd quodlibet indiuisibile habeat grauitatem. Ponamus n. quòd sit aliquod corpus ex quatuor punctis constitutū grauitatē habens: sit aliud corpus constitutum ex pluribus punctis, puta ex quinque vel sex, & sic erit grauius, ita scilicet quòd oporteat id in quo excedit, esse graue: & quamuis non omne grauius sit graue, vt supra dictum, est, tamen omne quod est grauius graui, oportet esse graue: sicut omne quod est albius albo, oportet esse album. Et ideo cum illud quod est maius in vno puncto, sit grauius corpore quod est sibi æquale, si auferatur ab eo vnum punctum, sequetur quòd unum punctum sit graue: quod est impossibile, vt ex præmissis patet. Ergo relinquitur impossibile, quòd ex non grauibus fiat aliquod graue.

LECTIO IIII.

a Præmissa prima ratione, quam Arist. posuit ad improbandum positionem Platonis ponentis corpora ex superficiebus generari, hic ponit secundam rationem. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd Plato, quia non distinguebat inter vnum, quod est principium numeri, & vnum, quod conuertitur cum ente, quod significat substantiā rei, ponebat per consequens quòd vnum, quod est principium numeri, esset substantia rei, & per consequens omnes res ponebat esse numeros. Vnde & dimensiones quantitatis contrarie dicebat esse quosdam numeros positionem habentes: & sic secundum ipsum punctus est unitas positionem habens, & sic de aliis. Et quia dualitatem attribuebat materiæ, vnitatem autem formæ, æstimabat quòd formæ omniū corporum essent accipiendæ secundum rationem figurarum, secundum quas corpora terminātur. Vltimi autem termini dimensionum sūt puncta, quæ sunt vnitates positæ, vt dictum est: & ideo diuersas figuras corporeas diuersis corporibus attribuebat, videlicet figuram pyramidalem ignis: figuram autem sex basium terræ: figuram autē octo basium aeris: figuram autem decem basium aquæ: figuram autem duodecim basium etheri. scælo. Manifestum est autem figuras corporeas ex superficiebus constitui, in quantum adinuicē coniunguntur secūdum tactum lineārē. sic enim faciunt angulum corporalem. Et ideo formalem cōpositionem corporum distribuens Plato, dicebat quòd corpora componuntur ex superficiebus secundum lineam cōiunctis. Contra hoc obiicit Arist. dicēs, inconueniens esse superficies componi, sine coniungi ad instituendum corpus solum secundū linearem: cōtactū. Et hoc manifestat p exemplum. Linea.n. duobus modis potest alteri lineæ coniungi. Vno modo secundum longitudinem, quod est secū dum punctualē contactum, inquantum s. longitudini unius lineæ coniungitur in puncto longitudo alterius lineæ, siue faciat angulū cū ea, siue non. Alio modo secundum latitudinem, quod est secundum appositionem totius lineæ ad totam lineam in via latitudinum. Et similiter oportet qp superficies componatur superficiei dupliciter. s. secundū profunditatē, puta, si tota una superficies supponatur alteri superficiei, & secundum lineare contactum, siue constituat angulum corporalem, siue non. Et ad exponendum quod dixerat subdit, quòd linea potest componi lineæ secundum hoc, quòd supponatur alteri, & nō solum secūdū hoc, qp apponatur ei secundum tactum lineare, sed sequetur, quòd si præponantur secundum latitudinem, & supponendo superficiem superficiei, id quod componitur ex superficiebus sic compositis, erit corpus, quod nec est elementum nec ex elementis. Quòd autem non sit elementum patet: quia omnia elementa constituuntur secundum alium modum coniunctionis superficierum. Quòd autem non sit ex elementis patet: quia ista compositio superficierum, quæ est secundū superpositionem, videtur constituere ipsam profunditatem corporis, quæ est eius substantia. Alia uero compositio superficierum constituit corpus secundum figuram, quę est forma aduenies substantiæ corporali: unde compositio superioris erit prior, & id quod est constitutum ex tali modo eam positionis videtur comparari ad id quod est constitutum secundum alium modum compositionis, sicut materia ad formam. Ex superficiebus autem secundum opinionem Platonis, natum est componi corpus: sequitur igitur, quòd id quod præcedit omnia elementa, sicut elementorum materia suscipiens omnes figuras seu formas eorum, sit corpus. Et hoc reputabat Plato inconueniens: non.n. primam materiam dicebat esse corpus, sicut quidam antiqui naturales dixerunt. Deinde cum dicit.

At vero neque ex hisce, quæ ponderis expertia sunt, pondus erit. In quot enim hoc, atque in qualibus accidet, aut quonam modo definient, si haud fingere uolunt?

Et si omne maius pondere pondus, pondere maius est: & vnumquodq; sane partibus uacantium pondus habebit. Nam si puncta quatuor pondus habent: quod uero ex pluribus constat quàm hoc graui grauius est, atq; qđ grauius est, graue esse necesse est: perinde ut album est quod albo albius est, id sane quòd maius est uno puncto grauius erit æquali albato. Quare & unum punctum pondus habebit.

LECTIO IIII.

Præterea, si plana solum ut lineæ componi possunt, absurdum esse uidetur. Nam ut & linea ad lineā utroque modo & per longitudinem, & latitudinem componitur, sic & cum plano componi planum oportet. Linea uero componi cum linea potest, si superponatur, non solum si apponatur. At si per latitudinem etiam componi possunt, erit quippiam corpus quod neq; est elementum, neque ex elementis, si ex hoc pacto planis compositis componatur.

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

b Ponit tertiam rationem, quæ talis est. Cum ex superficiebus constituantur corpora, quorum quædam sunt aliis grauiora, hoc potest contingere dupliciter. Vno modo sic, quòd corpus constituatur grauius ex hoc, quòd ex pluribus superficiebus componatur, sicut dicitur in Timæo, & ex hoc sequetur, quòd superficies sint graues: quia excessus in grauitate non fit nisi secundū aliquid graue, vt supra dictū est. Et ex hoc sequetur vlterius, quòd lineæ, & pūcta habeāt grauitatem: hæc enim portionabiliter se habent, sicut prius dictum est: quia scilicet sicut superficies se habet ad corpus, ita linea ad superficiem, & punctum ad lineam: puncta autē habere grauitatē supra improbatum est, ergo. Alius autē modus est, quòd corpora grauia a leuioribus non differant per hunc modum, idest, per multitudinem superficierū, sed per hoc, quòd terra cōponitur ex grauibus, & ignis ex leuibus: & ita sequitur, quòd superficierum quædam erūt leues, & quædā erunt graues: & similiter linearū & punctorum, quia superficies terræ erit grauior quam superficies ignis, & ita redibit idē inconueniens vt pri⁹. Deide cū dicit.

T.c.14.

T.c.15

T.c.16

c ¶ Ponit quartam rationem dicens, ꝙ accidit secundum positionem Platonis, ꝙ nulla sit magnitudo, vel quòd omnis magnitudo possit auferri, idest, esse desinere: quia similiter se habet punctum ad lineam, & linea ad superficiem, & superficies ad corpus: & ita si corpus cōponatur ex superficiebus, poterit in superficiem resolui. & eadem ratione omnes magnitudines resoluentur in prima, idest in puncta: & sic sequeretur, quòd nullum sit corpus, sed solum puncta. Nec est simile si quis velit argumentari, quòd potest contingere nulla corpora mista esse: quia possunt resolui in elementa, ex quibus componuntur, quia huiusmodi supponuntur cœlestibus corporibus, quæ operantur in eis mistionem: puncta autem non supponuntur aliquibus superioribus principijs, quæ in eis inferant necessitatem compositionis. Deinde cum dicit.

T.c.17

T.c.18

d ¶ Ponit quintam rationem dicens, quòd si tempus hoc modo se habeat, quòd componatur ex instantibus, sicut corpus ex superficiebus, vel lineæ ex punctis, quòd totum est vnius rationis, vt probatur in sexto Physi. sequitur, quòd tempus contingat totaliter tolli per resolutionem in sua indiuisibilia: quia ipsum nunc, est indiuisibile temporis, sicut punctum, est indiuisibile lineæ. Deinde cum dicit.

Lec. 3 Tex. c.4.

b Adhuc si quidem multitudine grauiora corpora superficierum, quēadmodum in Timæo determinatū est, palam quòd habebit & linea, & punctū grauitatem. proportionaliter. n. adinuicem habent, quemadmodum & prius diximus. Si autem non hoc differunt modo, sed terra quidem eē grauē, ignem autem leuem, erit & planorum hoc quidem leue, hoc aūt graue. Et linearū vtiq;, & pūctorū similiter: supficies. n. terræ erit grauior q̄ quæ ignis.

c Totaliter autem accidit nullam quidem esse magnitudinē, aut posse auferri: siquidem similiter se habet punctum ad lineam: linea autem ad planum, hoc autem ad corpus. Omnia .n. adinuicem resoluta, in prima resoluentur. Itaque continget utique puncta solum esse, corpus autem nullum.

d Adhuc autem & si tempus similiter se habeat aufertur vtique quandoq;, aut continget vtiq; ablatū eē. Quod.n.nūc indiuisibile velut pūctū lineę est.

e Idem aurem accidit & ex numeris constituentibus cælum. Quidam enim naturam ex numeris constituunt, quemadmodum Pythagoricorum quidā. Physica quidem enim corpora uidentur grauitatem habentia & leuitatē. Vnitates aūt neq; corp⁹ facere ē possibile cōpositas, neque grauitatem habere.

Quod quidem igitur neque oīum generatio est. neque simpliciter nulli⁹, palā ex dictis.

LECTIO V.

a VOd aūt necessariū existere motū simplicib⁹ corporib⁹ natura aliquē oibus, ex his manifestum.

e ¶ Assimilat prędictam positionem positioni Pythagoricorum, & dicit quòd eadem inconuenientia accidunt illis qui ponunt cœlum constitui ex numeris. Quidam enim Pythagoricorum posuerunt totam naturam ex numeris esse constitutam ratione supra dicta, quos Plato sequutus est. Hoc autē improbat Philosophus hic: quia corpora naturalia habent grauitatem & leuitatem: vnitates autem ad inuicē conjunctæ non possunt facere corpus quod sit continuum, sed aliquid discretum: nec etiā habent grauitatem, quia abstrahunt a situ, & per consequens a loco. Vltimo etiam epilogando concludit, quòd neque omnium est generatio, neque nullius. Quòd enim non sit nullius⁹ sensu apparet: quòd autem nō sit omnium, patet per hoc, quòd impossibile est omnis corporis esse generationem, quod quidem esset. si corpus ex superficiebus generaretur &c.

Præterea, si planorum multitudine corpora sunt grauiora, ut i Timæo est de definitum, patet & lineam, & punctum pondus habere: subeunt. n. inter sese rationis similitudinem, ut prius etiam diximus. Sin uero nō hoc differunt modo, sed ex eo quia terra quidem est graue, ignis autem leue, erit & planorum aliud graue, aliud leue, & linearum similiter, & punctorum. Etenim terræ planum grauius erit, quàm ignis planum.

Omnino autem accidit aut nullam inquam magnitudinem esse, aut tolli posse, si similiter se habet punctum quidem ad lineam, linea uero ad planum, & hoc ad corpus. omnia enim si resoluantur, in ipsa resoluentur nimirum prima. Quare fieri potest ut sola sint puncta, corpus autem nullum.

Insuper si tempus etiam similiter sese habet, tollitur aliquādo, uel tolli potest. Ipsum enim nunc indiuiduum est, perinde atq; lineæ punctum.

Idem & his accidit, qui ex numeris cælum componunt. Quidam enim ex numeris naturam constituūt, ut Pythagoricorum nonnulli. Corpora nanq; naturalia pondus habere leuitatemque uidentur. Vnitates autem neque corpus facere compositæ, neq; pondus habere possunt.

LECTIO V.

ESse autem necessarium corporibus simplicibus naturam motum aliquem uniuersis competere, ex hisce dilucidum fiet.

LECTIO V.

OStquam Philosophus improbauit positionem ponentium omnia corpora generari ex superficiebus, hic incipit inquirere, vtrum corpora naturalia habeant motus naturales: secundo ostendit quomodo motus violenti corporum perficiantur diuersimode a motibus naturalibus, ibi ¶ Quoniam autem naturam &c. ¶ Circa primum duo facit. primo ostendit, quòd corpora naturalia habent motus naturales: secundo ostendit, quòd habent grauitatem & leuitatem, quibus inclinantur ad suos motus naturales, ibi ¶ Quod autem quædam habere &c. ¶ Circa primū duo facit. primo probat quòd corpora naturalia habent motus naturales: secundo improbat quorundam Philosophorum opiniones circa hoc errantium, ibi ¶ Propter quod & Leucippo &c. ¶ Circa primum duo facit. primo proponit quod intendit, & dicit quòd quia supra dictum est, quòd operationes & passiones corporum sunt generationes, & motus eorum, & de generatione corporum inquisitum est, restat dicendum de motibus eorum, & dicit quòd manifestum est ex his, quæ dicentur, quòd necesse est, omnibus corporibus simplicibus inesse aliquem motum naturalem: corpora vero mista sequuntur motum corporis simplicis prædominantis in eis. ergo omnibus corporibus naturalibus ineſt aliquis motus naturalis. Secunda ibi.

b ¶ Probat

b ¶ Probat propositum duabus rationibus. Quarum prima sumitur ex parte motus. Videmus enim ad sensum corpora simplicia moueri. si ergo non habent motum proprium sibi naturalem, necesse est, quòd moueantur per violentiam. Idem autem est moueri per violentiam, & moueri præter naturam. quod enim est secundum naturam non est violentum: quia violētum est in quo nil confert vim patiens, vt dicitur in Tertio Ethicorum. Ex eo autem quòd est aliquis mot⁹ præter naturam, sequitur, quòd sit aliquis motus secundum naturam, respectu cuius dicitur motus violentus præter naturam. Non enim ægritudo esset præter naturam dispositio, nisi esset sanitas dispositio secundum naturam: omnis autem priuatio præsupponit habitum. Et licet sequatur ex hoc quòd est motus præter naturam, quòd sit motus aliquis secūdum naturam: quāmuis tamen sint multi motus præter naturam, motus tamen secundum naturam est vnus vni⁹ scilicet corporis, quia natura vniūs rei est determinata ad vnum, a qua contingit multipliciter deuiare, sicut est sanitas vna, ægritudines vero multę: & hoc ideo, quia vnumquodque secundum suam naturam est simpliciter, id est, vno modo, eo quòd natura vnius rei est vna: sed vnumquodque habet non solū multos motus, sed etiam multas dispositiones præter naturam. Sed contra hoc videtur esse, quod in principio libri dictum est, quòd motui secundum naturam cōtrariatur motus præter naturam: & quòd vnum vni est contrarium. Ad quod dici potest, ꝙ Philosophus ibi loquitur de motibus simplicibus. Vnum enim corpus non potest moueri pluribus motibus simplicibus præter naturam. Vel potest dici, quòd & si vnū vni sit contrarium, tamen contrarium quod est vt priuatio, potest se habere multipliciter: sicut sanitas simpliciter, ægritudo autem multipliciter. Et similiter motus secundum naturam est vno modo, motus autem præter naturam multis modis. Secundam rationem ponit ibi.

Capite. 2. lec. 1. & 2.

T.c.19.

c ¶ Et sumitur ex parte quietis: & præsupponit duo. Quorum primum est, quòd necesse est omne quod quiescit quiescere aut violenter, aut secundum naturam. Secundum est, quòd ibi quiescit aliquid per violentiam quo mouetur per violentiam: & ibi quiescit aliquid secundum naturam quo mouetur secundum naturam. Ex his autem argumentatur sic. Videmus ad sensum aliquod corpus quiescere in medio puta, terram, aut lapidem. ergo secundum præmissa, aut quiescit per violentiam, aut secundum naturam. Et siquidem secundum naturam, sequitur secundum præmissa, quòd etiam motus talis corporis ad hunc locum sit naturalis: si autē quiescit per violentiam oportet quòd sit aliquid inferēs violentiam ei quod prohibeat ipsum moueri. Id ergo quod prohibet ipsum moueri, aut mouet, aut quiescit. si quiescit, sicut columna quiescens prohibet lapidē sup positum moueri, redibit eadē quęstio d̄ hoc prohibente vtrum quiescat naturaliter, vel violēter & si naturaliter, concludit quòd etiam naturaliter mouetur. si autem velociter, iterum indigebit alio prohibente: & sic necesse est vel ꝓ deueniatur ad aliquē primum quiescens secundum naturam: quod etiam ex consequenti naturaliter mouebit: aut quòd in infinitum procedatur i corporibus, quod est impossibile, vt in Primo ostēsum est. Si vero dicatur, quòd quiescens violenter in medio prohibetur moueri ab aliquo: sicut Empedocles dixit scilicet, quòd terra quiescit per violentiam prohibita a gyratione cæli, remota prohibitione, cōsequēs est, quòd corpus prohibitum prius moueri ferē ad aliquē locum determinatum: quia impossibile est, quòd feratur in infinitum, quia impossibile est infinitum pertransire, nihil enim est possibile fieri quod est impossibile factum esse. Si ergo ad aliquem locum determinatum mouetur, quando illuc deuenerit, stabit & quiescet non violenter, sed naturaliter: & ira secundum præmissa, si quiescit naturaliter in hoc loco, sequitur quòd naturaliter ad hunc locum moueatur, & sic erit aliquis motus naturalis. Deinde cum dicit.

d ¶ Improbat quorundam Philosophorum opiniones circa prædicta. & primo opinionem Democriti: secundo opinionem Platonis, ibi. ¶ Idem autem hoc accidere &c. Circa primum duo facit. primo ex præmissis concludit insufficientiam Democriti. ponebat enim corpora indiuisibilia, quæ dicebat esse principia semper moueri in spatio infinito & vacuo. Ostensum est autem, quòd corporum simplicium est aliqs naturalis motus. ergo debebāt determinare qua specie

Lec. 3.

Nam cum moueri uideantur ui, ni mirum ipsa moueri necesse est, si propriū motum nō habent. Idem uero est ui moueri, & præter naturam. At si præter naturā est quispiam motus, & secundum naturam esse necesse est, præter quē ille est: & si multi sunt, bi qui præter naturam sunt, unum cum esse qui est secundū naturā necesse est Vnum quodque. n. secundum quidem naturam simpliciter se habet: præter autem naturam multos habet motus.

Præterea ex quiete hoc idem patet. Etenim aut ui, aut secundum naturam quiescant necesse est. Vi autem ibi manent, quo & ui feruntur: & secundum naturam eadem ibi manent, quo & secundum naturam feruntur. Cum igitur aliquid in medio manere uideantur, si secūdum naturam, patet & lationem qua huc fertur secundum naturam ipsi competere. Sin ui, quid est quod prohibet ferri? Si enim id quod prohibet ferri quiescit, eadem uerba sane uoluemus. Aut enim id quod primum quiescit, secundum naturam quiescit, aut i infinitum abibitur, quod quidem est impossibile. Sin mouebitur, ut Empedocles terram quiescere dicit conuersione, aliquem in locum sane moueretur. Cum impossibile sit in infinitum ferri. Nullum enim impossibile fit, impossibile autem est in infinitum transire. Quare stet alicubi quod fertur, & illic non ui maneat, sed secundum naturam necesse est. Quod si est secundum naturam quies, & motus erit secundum naturam ea latio qua ad hunc itur locum.

Quapropter & Leucippus dicat oportet, atque Democritus, qui prima corpora semper in uacuo infinito nec moueri dicunt: quoniam motu mouentur, & quis est ipsorum secundum naturam motus.

d Propter quod & Leucippo, & Democrito dicentibus semper moueri prima corpora in vacuo & infinito, dicendū quo motu, & quis secundum naturam ipsorum motus.

c Adhuc aūt & ex quiete manifestū. Etenim quiescere necessarium, aut ui, aut secundum naturam: vi autem manet, vbi & fertur vi: & secundum naturam, vbi secundum naturam. Qm igitur videtur aliquid manens in medio, siquidem secundum naturam, palam quia & latio quæ hic secundum naturā ipsorum. Si aute vi aliquid ferri prohibēs siquidem quiescēs, eundem concludemus sermonem. Necesse. n. aut secundum naturam esse primum quiescēs aut i infinitum ire, quod quidē impossibile Si autem quod mouetur prohibet ferri, quemadmodū Empedocles inquit, terram a gyrationequiescere alicubi, vtique fertur: quia in infinitum impossibile. Nullum. n. fit impossibile. Infinitum autē pertransire impossibile: itaq; necesse stare alicubi quod fertur, & ibi non vi manere. sed secundum naturam est: si autem est quies secundum naturam, est & motus secundum naturā: qui in hunc locum latio.

b Quoniam. n. mota videntur vi, nimirum necessarium, si nō proprium habent motum. violentia aūt moueri, & prēter naturam idem. Sed & si prēter naturā est aliquis motus, necesse est esse & secundū naturā, prēter quem hic est: & si multi prēter naturam vnum: secundum naturā quidem. n. simpliciter, prēter naturam autem habet multos vnumquodque.

Universidad de Deusto
Biblioteca

specie motus huiusmodi corpora moueantur: & qui est motus naturalis eorum: cum autem hoc non determinauerint, in sufficienter posuerunt. Secundo ibi.

e ¶ Potuit quandam excusationem: quia ipsi dicebant, quòd vnum istorum corporum indiuisibilium, quæ ponebant elementa, moueatur ab alio per violētiā. Sed hoc excludit dupliciter. Primo quidem quia si ponitur motus violentus: necesse est, quòd ponatur motus secundū naturā propter quē est motus violentus, vt supra dictum est. Secundo quia oportet, quòd saltem primum mouens non moueat per violentiam: sed secundum naturam. Quod.n. mouet per violentiā habet principiū suæ motionis extra: & ita non mouet nisi motum. si ergo non ponatur aliquod primum mouens secundum naturam; sed semper moueat per violentiam prius motum ab aliquo alio: procedetur in infinitum in mouentibus: quod est impossibile vt probatum est in octauo Physicorum. Et ita non excusantur quin oportuerit eos assignare motū naturalem.

LECTIO VI.

2 POstquàm Philosophus improbauit opinionem Democriti: & Leucippi circa motus corporum naturalium: hic improbat opinionem Platonis circa idem. & primo per rationes, secundo per dicta aliorum Philosophorum: qui circa hoc melius sensisse videntur. ibi ¶ Videtur autem hoc ipsū, &c. ¶ Circa primum ponit quatuor rationes, circa quarum primam dicit: quòd idem inconueniens quod accidit Democrito: & Leucippo: necesse est accidere si quis ponat: quòd antequàm mundus esset factus; elementa ex quibus mundus cōstituitur, mouebantur motu inordinato, sicut in Timæo scribitur a Platone narrante: quòd antequàm mundus a Deo fieret materia inordinate fluctuabat. Quòd autem idem accidat ex hac positione ostendit subdens, quòd necesse est dicere, quòd motus inordinatus quo mouebantur elementa, aut esset violentus: aut secundum naturam. Et si quidem esset violentus reditur in primam positionem: unde accidit idem inconueniens. Si autem esset secundum naturam: hoc est contrariū posito. ponitur enim quòd nondum mundus erat. Si uero elementa mouebantur secundum naturā necesse est dicere quòd tunc mundus erat: si quis attente velit considerare, eum omnis motus etiam secundum Platonem: reducatur sicut in cām in primū mouēs. Si ergo eleméta quocúque mō mouebātur necesse est dicere quòd primū mouēs mouebat se ipsum secun

T.c.22. b Adhuc autem tantum quæret vtique aliquis, vtrum possibile, aut impossibile erat mota inordinate, & misceri talibus misturis, quædam ex quibusdam constant secundum naturā constituta corpora. Dico autem, puta, ossa & carnes, quemadmodum Empedocles inquit fieri in amicitia. Dicit enim quòd multorum capita sine ceruice germinauerunt.

dum naturam. Primum autem mouens simpliciter primum, quia hoc est omnino immobile, vt probatur in octauo Physi. & in duodecimo Metaphy. sed primum mouens in genere naturalium mouentium, quod mouet seipsum tanquam compositum ex motore & moto, vt probatum est in octauo Phy. Alia tamē litera habet. Primum mouēs necesse mouere ipsum motum, scilicet primum secundum naturam. Et etiā intelligitur de primo motore simpliciter, mouēte simpliciter: quod est omnino immobile, quod mouet primū mobile. Quocunque autem modo accipiatur primū mouens, necesse est quòd moueat secundum naturam. Non enim est possibile, vt id quod est, præter naturam sit prius eo quod est secundum naturam, vt ex præmissis patet. Si autē primum mouens naturaliter mouet, necesse est, quod corpora mota, quæ sequuntur motionem primi mouentis, non moueatur per violentiam, neque quiescant per violentiam in propriis locis: sed seruent eundem ordinem quem nunc tenent: ita scilicet, vt corpora grauia cedant in medium, & ibi quiescant: corpora autem leuia ferantur a medio, & sursum moueantur: hęc autē dispositio mundi existentis est. sequitur ergo, quòd mundus esset antequàm fieret. Non ergo est consonum ponere, quòd elementa priusquàm mundus fieret mouerentur secundum naturam, vel secundum violentiam: & sic sequitur idem inconueniens, quod Democrito, & Leucippo. Secundam rationem ponit ibi.

Lect.23 T.c.83. Lect.7. Lect.10.

Nam si elementorum aliud ab alio ui mouetur: at secundum naturam etiam aliquem uniuscuiusque motum esse necesse est, præter quem est isce qui uiolentus est: & id quod primum mouet non ui, sed secundum naturam mouere oportet. In infinitum enim abibitur, si non erit quicquam primum G *mouens secundum naturam, sed semper ipsum prius ut subiens motum, mouebit.*

LECTIO VI.

OC idem accidat necesse est. & sicut in Timæo est scriptum, elementa inordinate mouebantur antea, quam mundus ortus esset. Motum enim aut uiolentum, aut secundum naturam esse necesse est. Quod si secundum naturam mouebantur: mundum esse necesse est, si quispiam uelit cum diligentia contemplari. Primum nanque mouēs mouere necesse est, ipsum secundum naturam subiens motum. Et ea, quæ mouentur non ui in suis quiescentia locis eum quem nunc habent, ordinem facere: ea quidem, quæ pondus habent ad medium. ea uero, quæ leuitatem habent a medio suopte pergentia nutu. Hunc autem ordinem mundus habet.

Præterea tantum quispiam interrogauerit: fieri non poterat an non poterat: ut inordinata subeuntia motum talibus etiam mistionibus aliqua misceantur: ex quibus ea corpora constant, quæ secundum naturam constituuntur: ossa, inquam, & caro, & istiusmodi cætera, quemadmodum Empedocles in concordia fieri dicit. Ait enim complura capita sine collo k *sunt orta.*

b ¶ Quæ quidem quantum ad aliquid, in idem rendit quòd prima, scilicet quòd motus esset antequa fieret, sed prima hoc concludebat ex parte corporum simplicium: hęc autem ratio concludit ex parte corporum mistorum vtrorúque dispositio attenditur etiam in consistentia mundi. Dicit ergo si elementa antequàm mundus fieret mouebantur inordinate. potest aliquis quærere vtrum elementa, quæ inordinate mouebantur possent misceri talibus mistionibus: vt ex eis constituerentur corpora, quæ secundum naturam constat, scilicet carnes, & ossa: & alia huiusmodi. Si quis enim dicat hoc non fuisse possibile. sequitur, quòd elementa non omnino inordinate mouebantur, cum scilicet, non possent indifferenter quibuslibet motibus moueri. Nam Empedocles ponens elementa moueri ab amicitia: dixit quòd huiusmodi corpora per motum quo amicitia ea mouebat constituebantur: eo scilicet quòd ex talis motibus elementorum per amicitiam alicui generabatur caro, alicui os, alicui caput, alicui manus. Vnde dicit, quòd ex tali con

iunctione

iunctione elementorum per amicitiam sunt producta multa capita sine ceruice. Si ergo sic dicatur fuisse impossibile hæc produci, elementa non omnino inordinate mouebantur. Si vero possibile erat hæc produci, iam erat completa mundi dispositio non solum quantum ad corpora simplicia, sed etiam quantum ad mista.

T.c.23. Est autem attendendum, quòd germinatio capitum sine ceruice secundum Empedoclē, causatur ex amicitia: non secundum vltimum terminum suæ motionis, in quo ex omnibus facit vnum, sed secundum processum quo paulatim plura in vnum redigit, ex elementis corpora mista cōstituens. Tertiam rationem ponit ibi.

T.c.24. c ¶ Inducitur autem hæc ratio non absolute contra Platonem, sed coassumendo opinionem Democriti & Leucippi, qui ponebant infinita corpora indiuisibilia moueri in spatio infinito, si hāc positionem Platonis susciperent, quòd ante mundum elementa mouerentur motu inordinato sequeretur inconueniens: aut enim omnia illa infinita mouerentur ab vno mouente .i. secundum speciem, puta, a grauitate vel leuitate, aut ab infinitis. Et si quidem ab vno necesse esset ea ferri vna specie motus localis, puta, motu qui est sursum, vel motu qui est deorsum, & ita non moueretur inordinate. Iam enim in hoc attenditur aliqua ordinatio motus, quòd omnia ferūtur in idē. Si vero essent infinita principia motus specie differentia, sequeretur quòd etiam essent infinitæ species motus: quòd est impossibile secundum præmissa, in quibus ostensum est non esse infinitas, & indeterminatas species motus. Idem autem dicendum est de finitis principiis motuum, & finitis motibus: quia si essent finitæ species motus causatæ a finitis principiis, iam attenderetur in eis aliquis ordo. non enim inordinatio motuum prouenit ex hoc, quòd non omnia corpora feruntur in idem, quòd est esse plures species motus: quia etiam nunc, quando mundo iam facto est ordinatus motus corporum, non omnia corpora ferūtur in idem, sed solum ea quæ sunt vnius generis, sicut omnia grauia deorsum. Addit ergo per hanc intentionem, quòd necesse est ponere motus infinitos, si antequàm mundus fieret, corpora mouebantur inordinate. Quartam rationem ponit ibi.

d ¶ Per quam ostenditur, quòd prędicta positio sibi ipsi contradicit. nihil enim aliud est esse aliquid inordinate, quàm ēē præter naturam. In rebus enim sensibilibus apparet, quòd ordo est propria natura eorum, quia scilicet per propriam naturam vnumquodque eorum inclinatur ad aliquid certum: hęc autem inclinatio est ordo, qui attenditur in sensibilibus rebus. Tunc enim vnumquodque dicitur inordinate agere, aut moueri, quando hoc accidit non secundum inclinationem naturæ propriæ. Ex quo adhuc apparet hoc esse inconueniens & impossibile, quòd res mobilis habeat motum inordinatum infinitum .i. infinito tempore durantem: quia sicut dictum est, motus inordinatus est, qui est contra naturam. Apparet autem hoc ad rationem naturæ cuiuscunque rei pertinere, quòd inueniatur in pluribus, quæ sunt vnius generis, & plurimo tempore. Non.n. dicitur esse naturale homini, quod aliquibus paucis conuenit, puta, esse ambidextrū: sed quod in pluribus & frequentius inuenitur. sic igitur accidit ipsis Platonicis ponere simul cōtraria scilicet, & ordinatio motus sit secundum naturam, eo quòd fuit tempore infinito ante mundum: & quòd ordinatio motus, & mundus constiturus motu iam ordinato sit præter naturam: eo quòd pauciori tēpore fuit. quāmuis nihil eorū quæ sunt secundum naturam fit, vt contingit. i. absque certo ordine. Est autem attendendum, quòd rationes Arist. directe contra positionem Platonis procedunt, si ex verbis eius intelligatur, quòd prius tempore erat inordinatio motus elementorum, quàm fieret mundus. Sectatores autem Platonis dicunt eum hoc non intellexisse, sed quòd omnis ordinatio motus sensibilis est a primo principio, ita quòd alia in se considerata præter influentiam primi principii, sunt inordinata. Et secundum hoc Arist. non obiicit hic cōtra sensum Platonis, sed cō

Apud autem omnes qui infinita in infinito ea quæ mouentur faciunt, si unum est id quod mouet uno moueantur motu necesse est: quare non sine ordine mouebuntur. Sin uero ea quæ mouent, sunt infinita, & lationes infinitas esse necesse est: nam si finitæ B *sint, ordo quidam erit. Non enim quia in idem non feruntur, inordinatio accidit: neque enim nunc in idem uniuersa ferūtur, sed ea tantum, quæ eiusdem generis sunt.*

Præterea, inordinate quippiam fieri, nil aliud est quàm fieri præter naturam: ordo enim proprius, sensibilium natura nimirum est. At uero, & hoc absurdum est ac impossibile, in C *finitum, inquam, inordinatum motum habere. Est enim ea natura rerum quam plures, & pluri in tempore habent. Contrarium igitur ipsis accidit. Inordinationes quidem esse secundum naturam: ordinem uero mundiue præter naturam, & tamen nihil eorum quæ sunt secundum naturam, fit forte & fortuna.*

Videtur autem Anaxagoras hoc ipsum etiam bene accepisse. Ex immobilibus enim inchoat mūdum facere. Tentant autem & D *alii congregantes aliqualiter, iterum mouere, & segregare: distantibus autem & motis nō rationabilem facere generationem. Propter quod & Empedocles prætermittit eam, quæ in amicitia. Neque enim vtiq; poterat constituere cælum ex*

T.c.25. e Videtur autem hoc ipsum ēt Anaxagoras sumere bene. Ex immobilibus enim inchoat mūdum facere. Tentant autem & alii congregantes aliqualiter, iterum mouere, & segregare: distantibus autem & motis nō rationabilem facere generationem. Propter quod & Empedocles prætermittit eam, quæ in amicitia. Neque enim vtiq; poterat constituere cælum ex

contra Platonicorum verba, ne ab eis aliquis in errorē inducatur. Deinde cum dicit.

e ¶ Improbat prædictam positionem ex dictis aliorum Philosophorum, qui super hoc sensisse melius videntur ei. Circa qp considerandum est, quòd tam Democritus & Leucippus, quàm etiam Plato duo videbantur posuisse circa corpora exi- E stentia ante mundum. primo quidem quia ponebant ea moueri: secundo quia ponebant ea segregata. Quantum ergo ad primum dicit, quòd hoc ipsum, quod considerātur circa constitutionem mundi, videtur Anaxagoras bene sumere. posuit enim quòd mundus incæperit ex corporibus non prius motis. Quod quidem rationabilius est, quàm dicere mundum fieri ex corporibus prius motis: nam motus actus quidam est in potentia existens, & ita medium est inter primam potentiam, & primum actum: in his autem quæ fiunt, principium sumitur ab his quæ sunt omnino in potentia. Et ideo rationabilius est principium mundi constituere ex his quæ omnino non mouentur, quàm ex rebus motis. Quantum autem ad secundum dicit, quòd etiam alii Philosophi ponentes principium mundi congregantes aliqualiter. i. dicentes quòd antequàm mundus fieret, erant omnia aliqualiter congregata in vnum, tentauerunt assignare modum, quomodo res iterum mouerentur, & adinuicem segregarentur in ipsa

mundi constitutione, sicut posuit Anaximander, & Empedocles. Non est enim rationabile, quòd aliquis faciat generationem mundi ex rebus prius distantibus, & motis. Sicut enim motus est actus quidam, ita etiam discretio, seu distantia rerum est per proprias formas, secundum quas res sunt in actu: secundum enim quòd sunt in potētia res, non discernuntur.

Et qa generatio proprie sit ex eo quod est in potentia, ideo non est rationabile generare mundū ex reb⁹ discretis, & motis. Et inde est, quòd T.c.26. Empedocles in prima generatione mūdi prætermisit amicitiam, ad quam pertinet congregare disgregata. non enim poterat Empedocles tradere constitutionem cœli idest mundi: ita quòd constitueret ipsum ex rebus segregatis faciēdo congregationem prius disgregatorū per amicitiam. sic enim sequeretur, qp mundus esset constitutus ex elementis prius disgregatis, qđ est contra prædicta. Vnde quia in constitutione mundi vtebatur solum lite, ad quam pertinet disgregare coniuncta, consequēs est, quòd mundus etiam fieret ex aliquo vno, & cōgregato ex multis.

f ¶ Vltimo autem epilogando concludit manifestum esse ex prædictis, quòd est quidam naturalis motus vniuscuiusq; corporis, quo non mouetur per violentiam, neque præter naturam.

LECTIO VII.

a Postquam Philosophus ostēdit, quòd corpora naturalia habent motus naturales, & improbauit positiones Philosophorum, qui circa hoc errauerunt, hic ostendit quòd corpora quæ mouentur naturaliter motu recto, habent grauitatem & leuitatem. principia enim motus naturalis in dictis corporibus attenduntur secundum grauitatem & leuitatem. Primo ergo proponit quod intendit, dicens manifestum esse ex his quæ sequuntur, quòd quædam corpora, quæ scilicet mouentur naturaliter motu recto, necesse est habere grauitatem & leuitatem, quibus inclinantur ad propria loca. Dicit autem quædam, ad differentiam eorum quæ circulariter mouentur. Secundo ibi.

b ¶ Inducit probationem ad propositum, dicens hic dicimus communiter, quòd necesse est corpora naturalia moueri. Ex hoc enim dicuntur naturalia, quòd habent in seipsis principium motus, vt ex secundo Physicorum apparet: sed si illud quod mouetur, non habet naturalem inclinationem qua tendit in aliquem locum determinatum, impossibile est quòd moueatur vel ad medium, quod fit per inclinationem grauitatis vel a medio, quod fit per inclinationem leuitatis: ergo necesse est corpora quæ mouentur motu recto, habere grauitatem & leuitatem, Tertio ibi.

c ¶ Probat quod supposuerat, scilicet quòd si prædicta corpora non habeant grauitatem & leuitatem, quòd non mouerentur. Et primo ostendit quòd non mouerentur naturaliter: secundo ostendit quòd nō mouerentur per violentiam, ibi ¶ Adhuc autem si erit aliquod corpus &c. ¶ Dicit ergo primo, quòd si aliquod inferiorum corporum non habet grauitatem, vel leuitatem: sint duo corpa, quorum vnum sit A, non habens grauitatem. aliud autem sit B, habens grauitatem: moueatur autem A, quod est corpus non graue ali quo determinato tēpore, puta, per spatium vnius horę per magnitudinem quę est G D, motu scilicet qui est ad medium: corpus autem quod est B, grauitatem habens, feretur in eodem tempore eadē specie motus per maiorem magnitudinem, quæ sit G E: necesse est enim, quòd corpus habēs grauitatem feratur æquali tempore per maius spatium, quàm corpus non habens grauitatem: sicut & corpus grauius feretur citius deorsū, quàm corpus minus graue. Diuidatur autem corpus B habens grauitatem secundum proportionem, quæ est G D, vt scilicet se habeat totum B, ad partem eius, puta, quæ sit E, sicut se habet totum G E ad G D, nihil enim prohibet talem diuisionem fieri corporis B, cum omne corpus finitum possit diuidi secundum quamcunque proportionem datam: procedatur ergo sic. Sicut se habet G E ad G D, ita se habet B ad partem eius. ergo permutatim, sicut se habet totum B, ad totum G E, ita se habet pars diuisa ad G E. Si ergo totum B fertur tempore determinato per totum G E, necesse est quòd pars ipsius B in eodem tempore feratur per magnitudinem G D. In eodem autem tempore corpus A non habens grauitatem, ferebatur super eandem magnitudinem. ergo sequetur, quòd corpus habens grauitatem, & corpus non habens grauitatem, in æquali tempore ferantur super eandem magnitudinem: & eadem ratio est, si alterum corpus ponatur habere leuitatem. Sic ergo manifestum est, quòd sequitur inconueniens, si aliquod inferiorum corporum ponatur non habere grauitatem, neque leuitatem. Deinde cum dicit.

Ostendit

segregatis quid cōstruens. congregationē autem faciens propter amicitiam. Ex disgregatis enim est constitutus mundus elementis: itaque necessarium fieri ex vno, & congregato.

f *Quod quidē igitur est naturalis quidā motus vniuscuiusq; corporum, quo non vi mouentur, neq; præter naturam, manifestum ex his.*

LECTIO VII.

a *Vòd autem quædā habere necessarium inclinationem grauitatis & leuitatis, ex his palam.*

b *Moueri quidem enim inquimus necessarium esse. Si autem non habebit natura inclinationem, quod mouetur impossibile moueri, aut ad medium, aut a medio.*

c *Sit enim quod quidē in quo A, non graue. Quod autem in quo B, grauitatem habēs: feratur autem non graue per eam quę G D, quod autē B in æquali tempore per eam quę G E. Per maius. n. fertur grauitatē, vt quæ G E, ad eam quę G D. Possibile enim sic se habere ad aliquid earum, quæ in ipso partium: si totum fertur per totam G E partem, necesse est in eodem tempore eam quę G D ferri. Itaque per æquale fertur nō graue, & grauitatem habens: quod quidem impossibile. eadem autem ratio & in leuitate.*

Esse autem necessariū ponderis nonnulla corpora momentum, ac leuitatis habere, ex his dilucidum fieret.

Dicimus enim necessarium esse moueri. Si vero id quod mouetur momentum natura non habet, fieri non potest ut aut e medio, aut ad medium moueatur.

Sit enim A quidem pondere carens, B vero habeat pondus, atq; transeat A quidem C D spacium: B vero æquali in tempore spatium C E. per maius enim spatium id quod pondus habet, feretur. Si igitur corpus quod habet pondus ea ratione qua diuisum est C E spatium diuidatur. Potest. n. ad partium suarum aliquam sic se habere, vt C E se habet ad C D, si totum per totum C E fertur, pars eodē tempore per C D feratur necesse est. Quare id quod ponderi vacat, & id quod est ponderis particeps, per æquale spatium tempore eodem ferentur: quod impossibile est. Eadem & in leuitate ratio fieri potest.

cordiam autem faciens congregationem. Ex segregatis enim elementis mundus est constitutus: quare ex vno fiat, & congregato necesse est.

Naturalem igitur motum vniuscuiusque corporum esse, quo non vi mouentur, neque præter naturam, ex G hisce quæ diximus patuit.

LECTIO VII.

Esse autem necessariū ponderis nonnulla corpora momentum, ac leuitatis habere, ex his dilucidum fieret.

Dicimus enim necessarium esse moueri. Si vero id quod mouetur momentum natura non habet, fieri non potest ut aut e medio, aut ad medium moueatur.

Sit enim A quidem pondere carens, B vero habeat pondus, atq; transeat A quidem C D spacium: B vero æquali in tempore spatium C E. per maius enim spatium id quod pondus habet, feretur. Si igitur corpus quod habet pondus ea ratione qua diuisum est C E spatium diuidatur. Potest. n. ad partium suarum aliquam sic se habere, vt C E se habet ad C D, si totum per totum C E fertur, pars eodē tempore per C D feratur necesse est. Quare id quod ponderi vacat, & id quod est ponderis particeps, per æquale spatium tempore eodem ferentur: quod impossibile est. Eadem & in leuitate ratio fieri potest.

d ¶ Ostendit qp si sit aliquod inferiorum corporum non habens grauitatem, vel leuitatem, qp non possit per violentiam moueri, & dicit. Ex quo ostensum est per rationem prædicti, qp corpus sine grauitate, vel leuitate non potest moueri naturaliter motu recto, necesse est si moueretur, qp moueatur per violentiam. Nam omnis motus huiusmodi corporum aut est naturalis, aut violētus, sed nec per violentiam moueri potest, quia si moueatur per violentiam, necesse est qp sit motus infinitus. h. infinitæ velocitatis, quod est impossibile. Et qp hoc sequat, probat præmisso hoc principio, qp si aliqua virtus. h. violētia sit mouens aliquod corpus gravius, vel leuius, ab eadem virtute, idest, ab eadē violētia, plus, idest, velocius mouebitur in motu, scilicet deorsum: nam corpus magis & grauius magis violenter resistit. Sit igitur A corpus non habens grauitatem, quod violenter moueatur sursum per magnitudinem quæ est G E, aliud autē corpus sit B grauitatem habens, quod ab eadem virtute in æquali tempore moueatur per magnitudinem quæ est G D, minorem vtique q̄ G E: sicut grauius minus mouetur ab eadē virtute, ita graue minus quàm non graue. Diuidatur ergo corpus B, habens grauitatem secundū proportionem, quæ est magnitudinis G E ad G D, sequetur ergo sicut & prius, quòd id quod auferetur per diuisionem a corpore B grauitatem habente, feratur per magnitudinem G E in æquali tempore, in quo ferebatur qp ipsam corpus A, non habens grauitatem, qua totum corpus B, in eodem tempore ferebatur per magnitudinem G D, quæ est minor. Oportet enim esse proportionem velocitatis minoris magnitudinis ad maiorem, sicut se habet corpus maius ad minus, ita scilicet, qp in eodem tempore maius corpus moueatur per minorem magnitudinem, & minus per maiorem, quia minus corpus ab eadem virtute velocius mouetur. Sequetur igitur, qp per æquale spacium feratur corpus non graue, & corpus habens grauitatem in eodem tēpore, quod est impossibile. Quodcunque autem corpus graue proponatur, quantumcunque velociter moueatur, adhuc corpus non graue mouebitur eodem tempore per maius spacium. Sic igitur sequitur qp corpus nō graue moueatur infinita velocitate per violentiam, quod est impossibile: & eadem ratio est de corpore leui. Sic ergo epilogando concludit manifestum esse, qp omne corpus quod determinatū est, scilicet qp mouetur motu recto, necessario habeat grauitatem vel leuitatem. Et dicit non autem, determinatum: vel quia hic determinate de ipsa loquitur, vel quia huiusmodi

T.c.27.

d *Adhuc autē, si erit aliquod corpus motum neq; leuitatem. neq; grauitatem habens, necesse hoc vi moueri. Quod aūt vi mouetur, infinitū facit motū. Quoniam. n. virtus quędā mouens minus, & leuius ab eadē virtute plus mouebitur. Motū sit quod quidem in quo A non graue, per eam quæ G E. Quod aūt in quo B grauitatē habēs, in æquali tempore per eam quę G D. Diuiso aūt grauitate habēte corpore vt quę G E ad eā quę G D, accidet ablatū A grauitatem habente corpore per G E, ferri in æquali tempore, quoniam totum ferebatur per eam quæ G D. Velocitatem habebit quæ minoris ad hoc quidem maioris, aut maius corpus ad minus. Æquale igit nō graue fertur corpus, & grauitatem habens in eodem tempore. Hoc aūt impossibile. Itaq; quoniā omni appositō maiorem mouebitur distensionem non graue, in infinitum vtiq; mouebitur. Manifestū igitur qp necesse corpus omne grauitatem habere, aut leuitatem quod determinatum.*

T.c.28.

e *Quoniam autē natura est in ipso existens motus principiū, virtus autem in alio secundum quod aliud. Motus aūt hic quidem secūdum naturam, hic autem violentus omnis, eum quidem qui secūdum naturam puta lapidi, eum qui deorsum, velociorem faciet quod secundū virtutem. Eum autem qui præter naturam, totaliter ipsa.*

A

B

G

E

G

D

Præterea si quippiam corpus & ponderis expers & leuitatis motum subibit, ni moueatur necesse est. Si uero us moueatur, infinitū efficit motū: nā cum potentia quædam sit ea quæ mouet, id autem quod est minus, ac leuius plus ab eadem potentia moueatur, sit motum A quidem pondere carens per C D E spatium, B uero pondus æquali in tempore per C D. Si igitur diuisum fuerit id quod pondus habet: ea ratione quam C E ad C D, habet, fiet ut id qđ auferetur ab eo quod pondus habet, æquali in tēpore per C E feratur, quoniam totum per C D moueatur. Celerius enim minoris ad celeritatem maioris ita sese habebit, ut manis corpus se habet ad minus. Per æquale ergo spatium qp id quod pondere uacat, & id quod est ponderis particeps tempore eodem feretur, quod quidem fieri nequit. Quare si omni quouis proposito per maius spatium id mouebitur quod pondere careat per infinitum, utique ferri potest. Patet igitur omne definitum corpus pondus, aut leuitatem habere.

Cum autem natura quidem id sit principium motus quod est in ipso: potētia autem id quod est in alio, ut aliud est, atque motus alius sit secundum naturam, alius violentus: Naturalis quidem motum celeriorem faciet eo quod potentia mouet, ut eum quo lapis deorsum fertur. Eum autem qui est præter naturam, omnino potentia ipsa.

c ¶ Quia superius fecit mentionem de motu naturali & violento, hic ostendit qualiter vterque motus insit mobili, scilicet in aere, ibi ¶ Ad ambo aūt &c. ¶ Circa primum duo facit. primo ostendit differentiam motus naturalis, & violenti: secundo ostendit quomodo vterque motus inuenitur in aere, ibi ¶ Adhuc autē &c. ¶ Circa primum duo facit. primo ostendit differentiam motus naturalis, & violenti: secundo ostendit quomodo violenta aduersētur in motu naturali, ibi. ¶ Eā quidem &c. ¶ Differunt autem motus naturalis, & violentus secundū sua principia: & ideo primo dicit principia vtriusque motus, & dicit, quod natura est principium motus existens in eo, quòd mouetur, vt manifestum est in secundo Physicorum. Virtus autem, scilicet potentia mouens per violentiam, est principium motus existens in alio secundum qp est aliud. Qđ quidem dicitur, quia potest per accidens principiū motus violenti esse in eodem, non tamen secundū quòd est idem, sed secundum quòd est aliud. Sicut etiam medicus sanat seipsum non sicut medicum, sed sicut infirmum. Et ex hoc patet, quod quidam motus est secundum naturam, quidam autem motus est violentus. Est enim motus secundum naturam, cuius principium est in ipso quòd mouetur: non solum autem principium actiuum, sed etiam passiuum. Quod quidem est potentia per quam aliquid est naturaliter susceptiuum motionis alterius: & ideo cum corpora inferiora mouentur a corporibus superioribus non est motus violentus, sed naturalis, quia in corporibus inferioribus est naturalis aptitudo, vt sequantur motiones superiorum corporum. Motus autem violentus est quando principium motus est ab extrinseco: sicut cum homo proiicit corpus graue sursum, in quo nulla est naturalis aptitudo ad talem motum. Ostendit autem consequenter quomodo violentia misceatur motui naturali. Cum enim motum qui est alicui corpori naturalis, sicut lapidi est motus naturalis deorsum, potentia violenter mouens facit aliquando velociorem, & sic talis motus quodammodo est commixtus: dum tamen habeat a natura additionem velocitatis. Quocumque enim modo esset ibi aliquid a natura, necesse esset præter naturam. Deinde cum dicit.

Lib. 1. T.c.3.

Lib. 1. T.c.1.

Universidad de Sevilla Biblioteca

f ¶ Ostendit quomodo aer deseruit vtrique motui. Et primo, quomodo deseruit motui violento: secundo, quomodo deseruit motui naturali, ibi { Et eum autem qui secundum naturam &c. } Dicit ergo primo, quòd virtus motoris violenti vtitur aere tanquam quodam instrumento ad ambo, idest, ad motum sursum, & ad motum deorsum: aer autem natus est esse leuis, & grauis. Sicut enim supra dictum est, & infra in quarto plenius dicetur, ignis est simpliciter leuis: terra autem simpliciter grauis: aer autem & aqua medio modo se habent inter vtrunque. Nam aer ad ignem quidē est grauis, ad aquam autem & terram est leuis: aqua autem ad terram quidem est leuis, ad ignem autem & aerem est grauis. Sic igitur aer secundum quod est leuis, perficiet motum violentum qui est sursum: ita tamē prout mouetur, & fuerit principium talis motionis potentia violenti motoris: motum autem qui est deorsum perficit secundum quod est grauis. Virtus enim violenti motoris p modum cuiusdā impressionis tradit motum vtrique, idest, vel aeri sursum moto, & deorsum moto: vel etiam aeri & corpori graui, puta, lapidi. Non est autem intelligendum, quòd virtus violenti motoris imprimat lapidi, qui per violentiam mouetur, aliquam virtutem per quam moueatur: sicut virtus generantis imprimit genito formam, quam consequitur motus naturalis. Nam sic motus violentus esset a principio intrinseco, quod est contra rationem motus violenti. Sequeretur etiam quòd lapis ex hoc ipso quòd mouetur localiter per violentiam alteraretur, quod est contra sensum. Imprimit ergo motor violentus lapidi solum motum, quod quidem fit, dum tangit ipsum: sed quia aer est susceptibilior talis impressionis tum quia est subtilior, tum quia est quodammodo leuis, velocius mouetur per impressionem violenti motoris, quàm lapis, & sic desinente violento motore, aer ab eo motus vlterius propellit lapidem, & etiam aerem coniunctum, qui etiam mouet lapidem vlterius, & hoc fit quousque durat impressio primi motoris violenti, vt in octauo Physico. Et inde est, quòd quàmuis motor violentus non sequatur ipsum mobile, quod per violentiam fertur, puta, lapidem, vt præsentialiter ipsum moueat, tamen mouet per impressionem aeris. si enim non esset tale corpus, quale est aer, non esset motus violentus. Ex quo patet, quòd aer est instrumentum motus violenti necessarium, & non solum propter bene esse. Deinde cum dicit.

Lec. 17. Lec. 3.

Tex. c. 29.

Lect. 22. T. c. 82.

g Et eum autem qui secúdum naturam vniuscuiusq; motum promouet eodem modo.

h Quod quidem igitur omne aut leue, aut graue, & qualiter præter naturam habent se motus, ex his manifestum.

LECTIO VIII.

a VOd autem neque omnium est generatio, neque simpliciter nulli, palam ex dictis. Impossibile

f Ad ambo autem tanquàm organo vtitur aere. nat⁹ est enim hic & leuis esse, & grauis. Eam quidem igitur quę sursum facit lationem secundum quod leuis, cū feratur & sumat principium a virtute: quod deorsum iterum secūdum quod grauis: velut enim imprimens tradit vtique. propter quod & nō assequente eo quod mouit, fertur vi motum. Si enim non tale aliquod corpus existeret, non vtique esset: qui vi motus.

g Et eum autem qui secúdum naturam vniuscuiusq; motum promouet eodem modo.

h Quod quidem igitur omne aut leue, aut graue, & qualiter præter naturam habent se motus, ex his manifestum.

LECTIO VIII.

a VOd autem neque omnium est generatio, neque simpliciter nulli, palam ex dictis. Impossibile

F naturalis debet immediate sequi a suo motore, cum motus naturalis non immediate sequatur a generante, sed forma sit proprius motor in motu naturali. Vnde videtur quòd corpora grauia & leuia quodammodo moueant seipsa, non autem per se: quia mouens seipsum diuiditur in mouens & motum, vt probatur in octauo Physi. quod non inuenitur in corporibus grauibus & leuibus, quæ diuiduntur in formam & materiam, cuius nō est moueri, vt probatur in quinto Physi. Vnde relinquitur, quòd corpus graue, vel leue moueat seipsum per accidens, sicut nauta qui mouet nauem, ad cuius motum ipse mouetur. Et similiter corpus graue & leue p suam formam mouet aerem, ad cuius motum ipsum corpus graue & leue mouetur. Et sic concludit, quòd aer de necessitate deseruit motui naturali. Secundo, quia vt ipse dicit in comment. quarto Physi. oportet esse aliquam resistentiam inter mouens & mobile: nulla autem est resistentia materiæ corporis grauis, vel leuis ad eius formam, quę est principium motus. Et ideo necesse est, quòd sit aliqua resistentia ex parte medij, quod est aer, vel aqua, & sic aer est de necessitate motus naturalis. Vtrunque autem ex eadem radice erroris procedit. Existimauit enim quòd forma corporis grauis & leuis, sit principium actiuum per modum mouentis, & sic oporteat esse aliquam resistentiam ad inclinationem formæ, & quòd motus nō procedat immediate a generante qui dat formam: sed hoc est omnino falsum. Nam forma grauis & leuis non est principium motus, sicut agens motum, sed sicut quo: mouens mouet: sicut color est principium visionis, quo aliquid videtur. Vnde & Aristo. dicit in octauo Physi. post ea quæ dixerat de motu grauium & leuium, Quòd quidem nihil horum mouet seipsum manifestum est, sed motus habeat principium non mouendi, neque faciendi, sed patiendi. Sic igitur motus grauium & leuium procedit a generante immediate, neque etiam oportet alteram resistentiam querere in hoc motu, quam illā, quæ est inter generans, & genitum. Et sic relinquitur, quòd aer non requiratur ad motum naturalem ex necessitate, sicut in motu violento: quia id quod mouetur naturaliter, habet sibi inditam virtutem, quæ est principium motus. Vnde non oportet quòd ab alio impellente moueatur, sicut id quod per violentiam mouetur: quia nullam virtutem inditam habet, ad quā sequatur talis motus. Et hanc eriam differentiam designant verba Aristo. Nam de motu violento loquens dicit, quòd nisi esset aliquod tale corpus, non esset qui vi motus. De motu autem naturali dicit, quòd aer primo mouet eum qui secundū naturam vniuscuiusque motum.

Ad utrunque autem utitur aere ip so ut instrumento. Est enim hic aptus & leuis esse, & grauis: Lationem igitur eam qua sursum fertur, faciet uti leuis, cum pulsus fuerit, principiumque sumpserit a potentia ipsa. Lationem autem eam, qua descenditur, faciet uti grauis: potentia enim quasi uidelicet impressam tradit utrique. Quapropter & non sequente eo quod mouit, id fertur quod præter naturam est motum. Si enim non tale quid corpus esset, uiolentus motus sane non esset.

Lec. 10. Tex. c. 31.

Lec. 3. T. c. 8.

Motui quoque secundum naturam cuiusque modo eodem conducit suo ad mobilis terga concursu.

Omne igitur corpus leue esse, aut graue, & quomodo sese habent in hisce motus præter naturam, ex hisce quæ diximus patet.

Lec. 12. com. 71.

LECTIO VIII.

a POSTQVAM Philosophus inquisiuit de generatione & motu, vtrum insit corporibus naturalibus, vel non, supposito ex præmissis, quòd sit in corporibus generatio & motus, hic incipit inquirere quomodo hoc sit. Et circa hoc duo facit. Primo resumit

resumit quoddam improbādum, quod supra improbauerat, sed imperfecte: secundo prosequitur propositum, ibi { Reliquum autem dicere &c. } Circa primum tria facit. Primo, proponit id quod supra probatum est: secundo perficit probationem, ibi { Impossibile enim &c. } tertio, excludit quandam obiectionem, ibi { Aliud quidem enim &c. } Dicit ergo primo, manifestum esse ex supra dictis, quòd neque generatio ē omnium, sicut ponebāt illi, qui dicebāt corpora componi ex superficiebus, neque enim generatio est nullius. hoc enim supra probauit ostēdendo, quòd corpora non componuntur ex superficiebus. Posset autē aliquis dicere omnium corporum esse generationem multis aliis modis, & ideo Philosoph⁹ inducit hūc probationē vniuersaliorem, & dicit, q̄ ex hoc potest confirmari, quòd non est omnium generatio, quia impossibile est, quòd sit generatio omnis corporis, nisi ponatur aliquod vacuum separatum a corporibus. Quod quidem dicit, quia quidam Philosophi ponebant vacuum corporibus imbibitum, sicut Democritus, & Leucippus: vacuum autem separatum dicitur locus, qui non est repletus aliquo corpore, possibilis repleri, vt habetur in quarto Physicorum. Ideo autem sequitur vacuū esse separatum, si omne corpus generat: quia in loco, in quo est corpus quod modo generatur, si locus ille fuisset prius isto corpore, necessarium erat, quòd ibi esset vacuum, cum nullum corpus esset ibi. Nullum autem corpus esset ibi prius, si omne corpus generatur: vnde ex hoc quòd ponitur omne corpus generari, sequitur vacuum separatum esse. Deinde cum dicit.

Lec. 30.

Lec. 31.

Lec. 10. Lec. 5.

enim omnis corporis esse generationem, si non, & vacuum esse aliquod possibile separatum. In quo enim erit loco, quod nunc generatur, cum fuerit ortum in illo prius vacuum necessarium esse corpore nullo existente.

b Aliud quidem enim ex alio corpus fieri possibile, puta, ex aere ignem. Totaliter autem ex nulla alia præexistente magnitudine impossibile. Maxime. n. vtique ex potentia quodam ente corpore, actu fiet vtique corpus. Sed si potentia ens corpus nullum est aliud corpus prius actu, vacuū erit separatū.

c Reliquum autem dicere quorum est generatio corporum, & propter quid est. Quoniam igitur in omnibus cognitio per prima, prima autem existentiū elementa, considerandum quę corporum sunt elemēta, & propter quid sunt: deinde post hæc quot, & qualia quædam. Hoc autem erit manifestum suppositis, q̄d est elemēti natura.

d Sit itaque elementum corporum ad quod alia corpora diuiduntur, intus existens potentia, aut actu. Hoc enim vtro-

A haberet locum obiectio, quam ponit Simplicius in commento suo, scilicet quòd non esset necesse esse vacuum vel propter rarefactionem, & condensationem, vel propter hoc, quòd hoc corpore generato aliud corrumpitur. Vnde etiam non esset hæc sufficiens probatio, quam ipse æstimat, scilicet quòd communium non est generatio, sed particularium. Non enim est generatio communis, quia tota vniuersitas corporis est sicut vnum corpus, completum in vna specie existens, sicut in Primo habitum est. Nihil autem prohibet indiuiduum, quod est vnum tātum in vna specie, generari & corrumpi, sicut de phœnice dicūt: vñ & per hoc non excluderetur generatio omnis corporis, quam Philosophus remouere intendit. Nec etiam probatio Philosophi est contra sententiam Fidei nostræ, qua ponimus totam vniuersitatem corporū de nouo incepisse: quia non ponimus præexistere locum, quod hic Philosophus supponit, neque ponimus generationem corporum ex eo quod est in potentia, sed per creationem. Deinde cum dicit.

enim uniuersi corporis generationem esse, si non, & uacuum esse quid separatum potest. Quod enim in loco, id quod generatur erit cum fuerit ortum, in hoc prius uacuum esse, si nullum sit corpus necesse est.

B *Aliud enim ex alio corpus fieri potest, uelut ex aere ignis: sed omnino ex nulla alia antecedente magnitudine fieri impossibile est. Maxime enim ex potentia corpore, corpus actu fieri potest. Sed si id quod est potentia corpus non est prius aliud corpus actu, separatum uacuum erit.*

Restat autem dicere quorum est corporum generatio, & quam ob causam est. Cum igitur in omnibus cognitio sit per prima, prima uero eorum quæ sunt, sint elementa: prius quænam, & cur sunt talium corporum elementa, deinde quot & qualia sunt, considerandum esse uidetur. Hoc autem dilucidum fuerit, si supposuerimus, quænam sit ipsius elementi natura.

C

Sit igitur id corporum elementum, in quod cætera corpora diuiduntur, in quibus inest potentia, aut actu.

D *Hoc enim utro modo se habent, adhuc*

Lec. 10. Lec. 5.

quitur propositum, ibi { Sit itaque elementum &c. } Dicit ergo primo, quòd cum non sint omnia corpora generabilia, neque nulla, vt supra dictum est, reliquum est manifestare quorum corporum est generatio, & propter quid est, idest, quæ est causa generationis. Quæ quidem consideratio inchoatur in hoc libro, sed perficitur in libro de Generatione. Sed quia omnis cognitio est per aliqua prima, ex quibus definitiones, & demonstrationes procedunt, & manifestum fit, quòd elementa quarumlibet rerum sint prima inter ea, quæ insunt rebus (licet aliqua extrinseca principia possent esse priora, puta, agens & finis) oportet quòd ad cognoscendum generationem corporum, prius cognoscatur, quæ sunt elementa corporum generabilium & corruptibilium, & qua ratione sunt elementa, & vlterius que sunt elementa, & qualia corpora. Ad hoc autem manifestandum oportet accipere quali suppositionem, & principium, quæ sit natura elementi, quod manifestatur per eius diffinitionem. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit quomodo sit generatio & motus corporum. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo est intentio, & quo ordine id sit agendum: secūdo exe

d ¶ Exequitur propositum ordine prædicto. Primo enim ostendit quæ sit elementi natura, quam significat definitio: secundo quæ, & qualia sint corporum elementa, ibi { Sit itaque quod dictum &c. } tertio, inquirit quomodo sit corporum generatio, ibi { Quoniam autem neque infinita &c. } Circa primum duo facit. Primo ponit partes definitionis elementi: secundo probat hanc elementi definitionem, ibi { Tale autem. } Circa primum ponit tres partes definitionis elementi, quarum prima est, quòd elementum aliorum corporum est, in quod alia corpora diuiduntur, seu resoluuntur. Non enim quælibet causa potest dici elementum, sed solum quæ intrat rei compositionem. Vnde vniuersalia elementa

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt materia, & forma, vt patet in Primo Physicorum, quæ tamen non sunt corpora: hic autem intendit Philosophus de elementis, quę sunt corpora. Secunda particula est, quòd elementum existit in eo, cuius est elementum potentia, aut actu. Adhuc autem sub dubitatione existit, quomodo sunt elementa misti, vtrum scilicet actu, vel in potentia. Si enim generatio, vel corruptio corporũ sit per congregationem & segregationem, sicut Empedocles & Anaxagoras posuerunt, consequens est quòd elementa sint in actu in misto. Si autem generatio & corruptio corporũ est per alterationẽ, necesse est dicere, q elementa sunt potẽtia in misto. Tertia particula est, quod elementum non diuiditur in alia, scilicet diuersa secundũ speciẽ. Oportet. n. omne corpus diuisibile esse, cum quædam corpora diuidantur in diuersa secundum speciem, sicut motu manus in carnem & ossa, ex quibus quadã compositione compaginantur: vel sicut caro resoluitur i aerẽ, ignem, aquam, & terram per quandam alterationem: ignis autem & aer, aqua & terra neutro modo resoluuntur in diuersa secũdum speciem: quod quidem complet rationẽ elementi. Sicut etiam elementa longitudinis dicuntur lineæ, quæ nõ diuiduntur in diuersa secundũ speciem. Deinde cũ dicit.

Tex. c. 33.

Tex. c. 34.

c ¶ Probat prædictam definitionẽ ex communi vsu loquẽtium. nominibus enim vtendum est vt plures, vt dicitur in secundo Topicorum. Et hoc est quod dicit, quòd omnes volunt dicere esse elementum aliquid tale, quale descriptum est etiam in omnibus generibus, puta, in corporalibus locutionibus & demonstrationibus, in quibus principia dicuntur elementa, quæ non resoluuntur in alia principia. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit quæ & quot sint elementa. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, quòd necesse est quædam esse elementa corporum: secundo inquirit vtrum sint finita, vel infinita, ibi { Vtrum autem finita, vel infinita &c. } Tertio inquirit vtrum sit vnum tantum, ibi { Quoniam autem necesse finita &c. } Circa primum duo facit. Primo concludit ex præmissa definitione elementi, quòd necesse est ponere quædam elementa corporum: secundo ostendit quomodo hæc diuersimode ponebãt Anaxagoras, & Empedocles, ibi { Anaxagoras autem &c. } Dicit ergo primo, quòd si prędicta est definitio elementi, necesse est dicere, quòd sint quædam elementa corporum. Inueniuntur enim quædam corpora, quibus prędictæ conditiones conueniunt. In carne enim & ligno, & in quolibet talium corporum, scilicet mistorum, ignis & terra sunt in potentia, quia scilicet per quandam alterationem ex igne & terra, & alijs huiusmodi prędicta corpora componuntur. Et hoc manifestum est ex ipsa segregatione, qua corpora mista in huiusmodi simplicia resoluuntur: sicut patet in resolutione corporis animalis quod in puluerem, & quandam humorositatem, & quosdam vapores resoluitur, & ita etiam de alijs corporibus mistis. Vtitur autem hic large segregationem, quæ proprie fit in eaquæ insunt actu. Quòd autem sint huiusmodi corpora, in quæ alia resoluuntur, ipsa vero non resoluantur in alia, quod etiam pertinet ad definitionem elementi, ostendit subdens, q in igne neque caro, neque lignum inest siue secundum potẽtiam, siue secundum actum. Cuius signũ assumit ad hoc, q si caro & lignum essent in igne, ignis resolueretur in ista: quæ nullo modo apparent. Generatur enim ex igne caro, aut lignũ, nõ per resolutionẽ, sed per adiunctionẽ aliorũ corporũ simplicium simul admistione coalteratorum. Quia vero aliqui posuerũt vnum tantum elementum, sicut Thales Milesius aquam, subiungit quòd similis ratio est, si ponatur vnum tantum elementum, aut plura quòd in elemento vno nõ inerunt alia corpora. Licet enim inueniuntur alia corpora præter illud elementũ, puta caro, aut os, aut aliquod aliud huiusmodi: non tamen est dicendum, quòd aliquod horũ insit potẽtia, vel actu in corpore, quod ponitur elementum. Et cum ita sit, quòd quædã sint elementa corporum, considerandũ est quis modus generationis est, quo vel alia corpora generãtur ex elementis, scilicet per mistionem: vel eleméta ex aliis corporibus per resolutionem. & hoc secundum veritatem determinabit in libro de Generatione. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit diuersitatẽ Anaxagoræ & Empedoclis circa corporalia elementa. Et primo ponit opinionem vtriusque: secundo ostendit quę earum sit prędferenda, ibi { Quoniam autem est omnis &c. } Dicit ergo primo, quòd de elementis corporalibus contrarię locuti sunt Anaxagoras & Empedocles. Empedocles enim posuit quòd ignis & terra, & alia media, quæ sunt simul elementa cum istis, sunt corpora elementaria corporum, ex quibus omnia alia corpora componuntur. Sed Anaxagoras dicit contrariũ, scilicet quòd alia corpora homiomera, vel homogenea. i. similium partium, puta, caro & os, & alia huiusmodi, sunt elementa corporum. Aer vero & ignis, & terra, & aqua dicebat esse commista ex præmissis, scilicet carne & osse, & ex omnibus aliis seminibus corporum naturalium. Ponebat enim Anaxagoras, quòd partes corporum similium infinitæ & indiuisibiles, erant semina omnium, quæ apparent in natura, scilicet ita quòd per extractionem eorum ab aliquo misto, generantur omnia corpora naturalia sensibilia. Quia igitur ex igne & terra, & aliis huiusmodi videntur omnia alia corpora generari, æstimauit quòd tam ignis quàm terra, & alia intermedia essent cõstituta ex omnibus indiuisibilibus partibus similibus simul congregatis: & secundum hoc partes consimiles ponebat esse elementa horum quatuor corporum, ex quibus tamen dicebat omnia fieri propter semina existentia. Et quia de igne mentionẽ non faciebat, ne ex hoc aliquod dubium oriretur, subdit quòd ipse appellabat ignẽ ætherem. Deinde cum dicit.

h ¶ Ostendit quòd opinio Empedoclis est præferenda. sicut enim patet ex his quę in primo habita sunt, omnis corporis naturalis est aliquis proprius motus, & cum sint quidã motus simplices, quidam misti, misti motus sunt mistorum corporum, & simplices simpliciũ. Et ex hoc manifestum est, quòd sunt quædam corpora simplicia, cum sint quidã motus simplices. Et quia motus simplices, qui sunt a medio & ad medium, magis appropriãtur elementis, quæ ponit Empedocles, manifestum est eius opinionem esse prędferẽ dam: quãmuis posset dici hanc esse secundam rationẽ ad principalem conclusionem, quoniam epilogando infert dicens, manifestum esse quòd sint elementa, & pp qd sint &c.

ambigitur. Ipsum autem est in forma diuersa indiuisibile.

Tale quid enim omnes ipsum elementum, & m omnibus dicere voluit.

Quod si id quod est dictum, est elementum, talia quædam corpora esse necesse est. In carne enim ac ligno, & similibus inest ignis potentia ata; terra. Manifeste enim ex illis hæc segregantur. In igne autem caro, aut lignum non inest neq; potentia, neq; actu: si enim esset, segregaretur. Similiter neq; si vnum quid solum sit tale, in illo est: neq; enim si caro, aut os, aut quodnis exterorum erit inesse potentia continuo est dicendum: sed antea quis nam sit generationis modus est contemplandum.

Anaxagoras autem de elementis contrario modo ata; Empedocles dicit. hic enim ignem, & terram cæteraq; eiusdem seriei corpora, elementa corporum esse, ac omnia ex hisce constare dicit. Anaxagoras vero contrarium asserit. ea enim quæ sunt similium partium, ligna, inquam, carnem & os, & quæq; talium elementa esse dicit: aerem autem & ignem, horum ac cæterorum omnium seminvm mistum esse. Vtrumque enim ipsorum ex vniuersis indiuisibilibus similium partium congregatis esse dicit: quapropter & omnia ex his esse censet. Ignem enim & æthere idem appellat.

Cum autem omnis naturalis corporis sit proprius motus. Motus autem partium simplices sint, partim misti: & mistorum sint misti, simplicium simplices, patet corpora simplicia quædam esse: sunt enim & simplices motus. Quare & elementa esse, & cur elementa sunt constat.

COMMENTARIORVM
S. Thomæ super Tertium librum de Cælo & Mundo
Aristotelis finis. Quæ morte præuentus
absoluere non potuit.

SERIES CARTARVM
A B C D E F G H I.

Omnes sunt Quaterniones, præter I qui est Duernus.



ROMAE,
Apud hæredes Antonii Bladi, & Ioannem Osmarinum Liliotum socios.
M D L X X

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

IN LIBROS DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE ARISTOTELIS. EXPOSITIO.

PROOEMIVM.

Tex.cō.38. Tex.cō.71.

SICVT tradit Philosophus in Tertio de Anima, scientiæ secātur quemadmodū & res. Nam & omnes habitus distinguuntur per obiecta, ex quibus speciē habent. Res autem, quas consyderat Naturalis, sunt motus & mobile, Dicit enim Philosophus in Secundo Physic. quòd quæcunq; mota mouent, sunt Philosophicę speculationis: & ideo oportet, quòd secundum differentiam motuū & mobilium distinguantur & ordinentur partes Scientiæ Naturalis. Primus autem motuum est ipse motus localis, q̄ est perfectior & cōmunior omnib⁹ motib⁹ naturalibus, vt probatur in Octauo Physic. Et ideo post consyderationē motuū & mobilium in communi: quæ fuit tradita i Libro Phy. primo oportuit, q̄ tractaretur de corporibus, secundum quòd mouentur motu locali i Libro de Cælo: quæ est secunda pars Scientiæ naturalis. Restat igitur consyderatio de motibus alijs consequētibus: q̄ nō sunt cōes omnibus corporib⁹, sed inueniuntur in Solis inferioribus, inter quos principatum obtinet generatio & corruptio. Alteratio enim ordinatur ad generationem, sicut ad finem: qui est perfectior naturaliter his quæ sunt ad finem. Augmentum etiam consequenter se habet ad generationem, nam augmentum non fit sine quadam particulari generatione: qua scilicet nutrimentum conuertitur in nutritum, sicut etiam Philosophus dicit in Secundo de Anima, quòd cibus nutrit inquantum est potentia caro, augmentat autem, inquantum est potentia quanta caro. Et ideo necessarium est, vt quia hi motus consequenter se habent ad generationem, simul cum eis de generatione & corruptione tractetur. Est autem consyderandum, quòd de vno quoque, quod in pluribus inuenitur, prius est consyderandum in communi quàm ad species descendere, alioquin oporteret idem dicere multotiens: ita scilicet quòd in singulis id quod est commune repeteretur: sicut probat Philosophus in Primo de Partibus animalium: & ideo prius oportuit de generatione & corruptione in communi determinare, quàm ad partes eius descendere. Similiter etiam consyderare oportet, quòd si in aliquo genere aliquod primū inuenitur, quod sit causa aliorum, eiusdem consyderationis est commune genus, & id quod est commune in genere illo: quia illud primum est causa totius generis. Oportet autem eum, qui consyderat genus aliquod, causas totius generis consyderare, & inde est, quòd Philosophus in sua Metaphysica, simul determinat de ente in communi, & de primo ente, quod est a materia separatum. Sunt autē in genere generabilū & corruptibiliū, quædā prima principia & elementa, quę sunt causa generationis, corruptiōis, & alterationis in omnibus aliis corporibus. Et inde est, q̄ Arist. in hoc Libro, qui est tertia pars Scientiæ naturalis, determinat nō solum de generatione & corruptiōe in cōi, & aliis motib⁹ consequentibus, sed etiā de generatione corruptione elementorum. His ergo prælibatis ad demonstrandū intentionē Arist. in hoc Libro, accedendum est ad expositionem eius.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE GENERAT. ET CORRVP. LIBER PRIMVS.

ANTIQVA TRANSLATIO.

Tex.ptimi. Tex.cō.55.

DE Generatione autem & Corruptione: & de natura generatorum & corruptorum, & vniuersaliter de omnibus, & causas diuidendum, & rationes eorum determinandum est, Amplius de augmētatione, & alteratione quid vtrunq; sit & vtrum existimandum sit eandem esse naturam alterationis & generationis: aut semotam, vt determinata sunt ex nominibus.

Tex.cō.12.

b Antiqnorum igitur hi quidē vocatam generationem simpli

FRANCISCI VATABLI TRANSLATIO.

C *De ortu autem ac interitu eorum, quæ natura gignuntur, intereuntque, vniuersim de omnibus tum causas, tum rationes eorum distinguendo, dicamus oportet, præterea, quid accretio, quidque alteratio sit, & eandem alterationis atque generationis esse naturam existimare liceat, an diuersam, perinde ut ipsis quoque nominibus discreta sunt.*

D *Priscorum igitur, quidam generationē simplicem absolutamque altera-*

LECTIO I.

NIn hoc igitur Libro Philosophus primo ponit prooemiū demonstrans suam intentionem, secundo prosequitur propositum, ibi ¶ Antiquorum quidem igitur. ¶ Circa primum tria facit. Primo enim ponit id quod principaliter intendit, & continuatur ad finē Libri de Cælo, vbi dictum est, de praui quidem igitur & leui determinatum sit hoc modo, & subditur. De generatione autem & corruptione, & natura generatorum & corruptorum, & eorū quæ generatur & corrūpuntur, vtr de oībus & causis diuidendū est, vt. s. assignemus alias causas generatiōis, & alias corruptionis, vel etiā vt cōes causas distinguamus applicando singulis speciebus generatorū & corruptorū naturaliter. Et causas & rationes eorum determinandum est, vel generationis & corruptionis, vel etiā eorū quæ naturaliter generantur & corrūpūtur: vtrorūq;. n. definitiones scire oportet. Naturalis. n. non solū consyderat motum, sed etiam mobilia. Dicit autem naturam generatorum & corruptorum: quia consyderare generationem & corruptionem artificialium non pertinet ad Naturalem. Secundo eum dicit. ¶ Amplius. ¶ Promittit se dicturum de aliis motibus consequentibus. s. de alteratione, augmentatione quid sit vtrunq;. Tertiò ibi ¶ Et vtrum. ¶ Promittit se dicturum de comparatione prædictorum adinuicem: vtrum, scilicet sit existimandum vel recipiendum, quòd eadem sit natura & ratio alterationis & generationis: aut semota, distincta, scilicet differant ratione & natura: sicut determinata, id est distincta sunt nomine. Deinde cum dicit.

b ¶ Prosequitur suum propositum, & primo determinat de generatione & corruptione in communi, & etiam de consequentibus: secundo determinat de generatione & corruptione elementorum, & hoc in Secundo Libro, qui incipit, ibi ¶ De mistione quidem igitur. ¶ Prima pars diuiditur in duas. In prima

determinat de generatione & corruptione in communi, & aliis consequentibus motibus. In secunda determinat de quibusdam, quæ ad hęc requiruntur, ibi ¶ Quoniam autem primum oportet de materia. ¶ Circa primum duo facit. Primo inquit, verum

Tex. cō. 43. generationem differat ab alteratione, quod erat tertium propositum, quod attigit tamen prius hoc tangere: quia, cum differentia constituat speciem, non posset sciri propria ratio generationis & corruptionis hoc ignorato: secundo determinat de generatione & consequentibus motibus,

Tex. cō. 4. ibi ¶ Vniuersaliter, itaque de generatione. ¶ Circa primum tria facit. Primo, ponit diuersas sententias antiquorum circa differentiam generationis & alterationis. Secundo rationem diuersitatis assignat, ibi ¶ Quicunq; igitur. ¶ Tertio rationem assignatam manifestat, ibi ¶ Emp. quidē. n. ¶ Dicit ergo primo, ꝙ quidam antiquorū Philosophorū dixerunt, quòd illa, quæ dicuntur simpliciter generatio. i. absoluta, est idē quod alteratio, alii vero dixerunt esse aliud generationē simplicem & alterationem. Deinde cū dicit.

Tex. cō. 6. c ¶ Assignat rōnem diuersitatis p̄dictę. Et circa hoc tria facit. Primo assignat rationē, quare quidam posuerunt generationem simplicem idē esse quod alterationem. Fuerunt. n. quidā, q posuerūt vnū ex se principium materiale omnium rerū, puta aquā, vel aerem, vel ignem: & eriam posuerunt ꝙ materia ē tota substātia rei: ex quo sequitur, quòd substātia rei semper maneat: & iō generatio in re nō differt ab alteratiōe, hoc est ꝙd dicit. Quicūq; dicūt omne vniuersum eō vnū. i. immateriale substātiā: & oīa generant. i. causant ex vno principio materiali, his necesse est dicere ꝙ generatio sit idem quod alteratio: & quòd idem sit aliquid principaliter, idest simpliciter fieri, & alterari. Secundo cum dicit.

d ¶ Assignat rationem, quare quidam posuerunt differentem generationē & alterationē. Fuerūt. n. Quidā Philosophi ponentes plura principia materialia, ex quorū congregatione & segregatione dicebāt oīa fieri & corrūpi: & ēm hoc dicebāt congregationē & segregationē esse generationē & corruptionē. Alteratiōnē aūt dicebāt fieri per qualitercūq; partiū trāsmutationē. Hoc est ergo ꝙd dicit, ꝙ quicūq; posuerūt plures materias rerū quā vnā, sicut Empe Anaxa. & Leucippus cum Democrito, istis videtur aliud generatio, & aliud alteratio. Tertio ibi.

e ¶ Manifestat errorē Anax. de quo dicit, ꝙ propriā vocē ignorauit: sicut ille qui posuit aliqđ inconueniēs suæ positioni, cū enim poneret multa elemēta, sicut alij, tn̄ dixit singulariter ꝙ

F generari & corrūpi sunt idē qđ alterari. Et huius diuersitatis rō est: quia sicut dicitur in Primo Phy. Anax. posuit res fieri per abstractionē a misto; ponebat autem misceri non solum elemēta, sed ēt accidētia: & eundē modū ponebat de ductiōne corporū, qui pertinet ad generationē & corruptionē: & accidentiū, qui pertinet ad alterationē, vt. s. sicut caro fit per abstractionē, ita & albedo: & ēm hoc generatio non differebat ab alteratione. Deinde cum dicit.

f ¶ Manifestat præmissam rōnē: & primo ostendendo qūo quidā ponebāt plura principia, eorū. n. qui ponebāt vnū principiū erat vnus absolutus modus peeēdi, secundo manifestat, quare illi, qui ponebant vnū principiū negabāt differentiā generationis & alterationis, quā assumebant ponentes plura principia, ibi ¶ His quidē igit. ¶ Circa primū ponit differētias ponentiū plura principia, & primo cōparat Emp. ad oēs alios, & dicit ꝙ ideo p̄dictū est ꝙ p̄dicti Philosophi posuerūt plures materias, Empe. ponebat. 4. elementa esse principia materialia, scilicet terrā, aquā, aerem, & ignē: oia autē hæc cū mouētib⁹, scilicet cū amicitia q cōgregat, & cū lite q segregat, dicit esse sex numero: & ita ponebat principia finita, alii nō. s. Anax. Democ. & Leucipp⁹ ponūt principia infinita, secūdo ibi ¶ Hic quidem. ¶ Ponit differētiā Anax. a Democ. & Leucippo: hic quidem. s. Anax. posuit corpora homiomera. i. similiū partiū esse principia materialia: vtpote infinitas partes carnis, & ossis medullarum & aliorum hmōi: quorum quælibet pars est synonyma toti, idest conueniens cum toto in noīe & rōne: hæc. n. dicūtur homiomera, i. similiū partiū, & hæc positio magis manifestata fuit ab Arist. in. 1. Phy. Sed Democr. & Leucip. dixerūt oīa corpa sensibilia cōponi ex quibusdā indiuisibilibus corporib⁹: quæ quidē ponebāt infinita multitudine, & forma, & figura. Nā quædā corporū indiuisibiliū dicebāt esse circularia, quædam aūt quadrata, quædā pyramidalia, & hic de aliis, ponebant tamen esse in differentijs naturę & speciei contra id quod ponebat Anaxa. & tamē cum ista principia sint in differentiis naturæ & speciei, alia corpa sensibilia differunt ab aliis secundum differentiam eorum ex quibus componūtur: non quidem secundum differentiam in specie naturæ, sed secū dū differētias positionis & ordinis, prout. s. diuersimode ordinātur & disponuntur in diuersis secundum prius & posterius, ante & retro, sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum. Tertio ibi. ¶ Contrarie autem. ¶ Ponit differentiam Anaxagoræ ab Empe. & dicit, quòd isti contraria videntur dicere. Empedo-

Tex. cō. 32.

Tex. cō. 33. vsq; ad. 40 50.

enim

enim dixit, quòd ignis, terra, aer, & aqua sunt magis simplicia q̄ caro & os, & talia corpora homiomera. i. similium partiū, & hoc ideo, quia ponebat res fieri per congregationem ex elementis, ideo ista elementa quæ congregabantur ad compositionem appellabat simplicia. Sed Anaxa. ponebat os, & carnem, & similia corpora esse magis simplicia, elementa vero esse composita. & hoc ideo, quia ponebat res fieri per abstractionem a misto: vnde, cum videret ꝙ ex aere, aqua, terra, & igne, omnia alia corpora generarentur, credidit ꝙ in prædictis elemētis, seu corporibus esset maxima miscio: ita ꝙ ex his omnia alia extrahi possent, & hoc est qđ subdit, quòd dicebat ista quatuor corpora esse pansperm ata. i. vniuersalia semina aliarum omnium rerū: quasi p̄dicta quatuor corpora essent commista ex seminibus omnium aliorum corporum.

LECTIO II.

Vpra Aristoteles asignauit rationē, qua re quidā antiqui Philosophi posuerūt generationem ab alteratione differre, quidam autem non, ex eo, ꝙ quidam posuerunt vnū principiū materiale, quidā aūt multas hanc rationē supra manifestauit quantum ad radicē, ostendēs ꝙ quidam Philosophorum posuerunt multa principia: nam ponentibus vnum principiū absolutior est sermo quām qui pluraīūc autem intendit ipsā rationē secundum se manifestare. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat ipsam rōnem: secundo obiicit contra eam, ibi ¶ Necesse est aūt. ¶ Circa primum duo facit. Primo manifestat quantum ad ponentes vnum principium. Secundo, quantum ad ponentes plura principia, ibi ¶ His autē qui genera multa. ¶ Dicit ergo primo, ꝙ omnibus illis Philosophis, ꝙ ex vno materiali principio ponunt omnia esse producta, necesse est dicere ꝙ generatio & corruptio idem sit alteratiōi, illud. n. principium materiale ponebāt esse aliquod ens actu, puta ignē, vel aerem, aut aquam: & ponebāt ꝙ illud esset substātia omniū, quæ ex eo generabantur: & sicut materia semper manet in his, quæ ex materia fiunt, ita ponebant ꝙ illud subiectū semper manet vnum & idem: hoc autem dicimus alterari, quando manēte substantia actu existentis, fit aliqua variatio circa formas: vnde sequitur, ꝙ nulla trāsmutatio esse possit, quæ dicitur generatio & corruptio, sed sola alteratio. Nos autem ponimus omnium generabilium & corruptibilium esse vnum subiectum, quod tamen non est ens actu, sed in potentia, & ideo ex eo quòd accipit formam, per quam fit ens in actu, dicitur simpliciter generatio: & ex hoc, ꝙ postquām est ens actu factum, susceptit aliam quamcunq; formam, dicitur alteratio. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifestat p̄dictā rationem quantum ad ponentes plura principia, & dicit ꝙ illis, qui faciunt multa genera principiorū materialium, de quibus est supra dictum, necesse est dicere, ꝙ

A differat generatio ab alteratione, inquantum. n. illa coeunt in in vnū, contingit ēm eos generatio, inquātū aūt dissoluunt, cōtingit corruptio. Vnde Emp. dicit, ꝙ natura. i. forma corpis cōpositi ex elemētis, nulli⁹ elemētorum est, neq; enim de natura ignis, neq; de natura aquæ, vel aliorū elementorū, sed est solum mistura. i. solum consistit in natura quādā mistionis, & oppositā priuatio cōsistit in segregatione mistorū. Sit quia ex hoc dicitur aliqd generari, ꝙ acquirit p priā naturā, ideo ponebant ꝙ ex congregatione crat generatio, & ex segregatione corruptio: fieri alterationē aūt ponebant per solā trāspositionē, vt infra dicetur, quia igitur iste sermo ē ꝓprius suppositiōi eorū. s. ꝙ ita loquātur, manifestū est, ꝙ ita dicūt de differētia generationis & alterationis, sicut dictum est. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 5.

c ¶ Improbat ea q̄ dicta fuit quantum ad ponentes plura principia. Nam ēm ponētes vnum principiū ex necessitate concluditur propositū, suppositā sua radice. Circa hæc ergo duo facit. Primo, obiicit cōtra Emp. ibi ¶ Emp. quidē igitur. ¶ Circa primū duo facit. Primo proponit qđ intendit. Dicit ergo, ꝙ his, qui ponunt multa principia, necesse est dicere, ꝙ generatio sit aliud præter alterationē, vt dictū ē: sed tn̄ hoc est impossibile subsistere secūdū ea ꝙ ab eis dicūt, quod facile pōt videri ex his quę sequuntur. secūdo ibi ¶ Quē admodū. ¶ Manifestat propositū duabus rationibus. Circa quarū primā proponit quandā similitudinē dicēs, ꝙ sicut videmus, quòd substātia quiescente. i. permanente, accidit in ea trāsmutatio ēm magnitudinē, ꝙ nominatur augmentatio & diminutio, ita necesse est de alteratione secundū qualitatē. Nā sicut quantitas fundatur in substantia, ita & qualitas: sed impossibile est per hunc modū fieri alterationē secundum ea, quæ ponuntur ab his, q̄ sunt facientes plura principia: dicūt enim ꝙ passiones, idest passibiles qualitates, secundū quas dicitur hoc cōtingere. i. alterari, vt patet ex Se primo Phy. sunt differentię propriæ elementorū. s. calidū, & frigidū, albū & nigrum, siccum & humidū, molle & durum, & alia huiusmodi, sicut Emp. dixit, ꝙ Sol, i. ignis (ponebat enim Solē ignex naturę,) videtur esse albus & calidus, imber vero, idest aqua, videtur in omnibus esse niger, frigidus, & nebulosus: sicut patet ex ipsa obscuratione aeris, quæ fit per imbres, & similiter determinabant de reliquis passionibus attribuentes eas elementis. Dicebant autem, quòd non erat possibile ex igne fieri aquam, aut ex aqua terram, vel quocunque modo vnum elementorum conuerti in aliud. Non enim ponebant huiusmodi elementa composita ex materia & forma, vt sic posset ex vno corrupto, aliud generari. sed ponebant esse primas materias, quæ non resoluerentur in aliquod primum subiectum: oportet autem omne, quod in

Tex. cō. 11.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliud conuertitur, resolui in aliquod subiectum primum : im- F possibile est autem propria accidentia inueniri nisi in propriis subiectis : vnde, si calidum est proprium accidens ignis, frigidum aquæ, impossibile est calidum esse nisi in igne, frigidum nisi in aqua, & sic de aliis. Si ergo ex aqua non potest fieri ignis, neq; ex vno elementorum aliud, consequens est, q nec possit aliquid ex alio fieri nigrum, vel ex molli durũ, & eadẽ ratio est de huiusmodi aliis qualitatibus.

Cum ergo alteratio non contingat nisi secundum variationem dictarum qualitatum circa idem subiectum, consequẽs est q nulla erit alteratio, & ita nihil est q ponunt driam inter alterationem & generationem. Secũdam rationẽ ponit, ibi {Amplius autem manifestum. } Ite dicit q necesse est supponere vnam naturam contrariis, quę sunt termini motus: in quolibet, scilicet siue trãsmutetur aliquid secundũ locũ, siue secundum augmentum & diminutionẽ, & similiter necesse est, hoc esse in alteratione, vt si alteratio est, sit vnũ subiectũ, & vna materia omniũ habentiũ hmõi transmutationẽ adinuicem: &, si est vnũ subiectũ eorũ, secundum quæ attenditur alteratio, sequitur etiam q sit alteratio, Quia igitur p dicti Philosophi nõ ponũt vnum subiectũ omnium qualitatũ, sed̃m quas attẽdit alteratio sed plura, non possunt ponere alterationes & generationes. Differt aũt hæc ratio a priori, nam ista assignat vniuersalẽ tãm medii, quod assumebat in prima ratione.

Deinde cum dicit. d ¶ Disputat cõtra Emp. specialiter duabus rationibus. Circa quarũ primam dicit q Emp. vẽ contraria dicere non solũ his, quæ apparent sẽcũdũ sensum, in quibus videm⁹ ex aqua fieri aerem, & ex aere ignem : sed etiam videtur contraria dicere sibi ipsi, ex vna enim parte dicit, q nullũ elemẽtorũ generat̃ ex altero, sed alia oia elementata corpora cõponũtur ex eis, ex alia vero

Tex. cõ. 2.

Tex. cõ. 3.

Solem album videri, & calidũ, Imbrem autem in omnibus frigidum, nigrum, & nebulosum, similiter autem determinauit de reliquis. Quapropter, si non est possibile ex igne fieri aquã, neque ex aqua terrã, neque ex albo nigrum erit aliquid, neq; durum ex molli, eadẽ enim ratio & de aliis, hoc autem erat alteratio. Amplius autem & manifestum: quoniam vnam semp contrariis supponere oportet materiam, siue transmutetur secundum locum, siue secundũ augmentationem & diminutionem, siue secundũ alterationẽ. Amplius autem similiter necesse est esse hoc, & secundum alterationem, si enim alteratio est, & subiectũ vnũ elemẽtũ, & H vna oium materia habẽtiũ adinuicem transmutationẽ: & si subiectum vnum est, alteratio est.

d Empedocles quidem igitur videtur contraria dicere, & ad apparẽtiã, & ad seipsum ipse. Simul aũt nõ dicit alterũ ex altero fieri elemẽtorũ vllũ, sed alia oia ex his. Simul autem, qm in vnũ cõiungit oẽm naturã, præter litẽ, rursum vnũqdq; ex vno fieri. Quapropter ex vno aliquo manifestũ, qm driis quibusdã diuersorũ, & passionibus facũ est, hoc quidẽ aqua, hoc aũt ignis quẽadmodũ dicit Solem hoc qdẽ albũ & calidũ, & leue, Terra autẽ graue & durũ. Ablatis igitur his driis: (sunt. n. auferibiles genitæque) manifestum est quidẽ necesse fieri & aquam ex terra, & terrã ex aqua. Similiter aũt & aliorũ vnusquodq; : & non tunc solũ, sed nũc cũ transmutãtur passionibus. Sunt aũt ex quibus dicit Empedocles, K possibiles aduenire, & separari, rursus & aliter aduersantib⁹ ad inuicẽ lite adhuc, & amicitia. ideoq;, & tunc ex vno generata sunt. Non. n. vtiq; ignis, & terra & aqua existentia, vnum erant transmutata propter motum, oẽ. Incertũ aũt, & vtrum principia ei ponẽdũ multa, aut vnũ. Dico aũt ignẽ & terrã & coordinata horũ. Secũdũ id. n. quod vt materia supponitur ex quo ignis, & terra, & aqua, vnum

,, *Similiter, & de reliquis quaq; definit pronunciatque. Quare, si fieri nequeat, vt ex igni oriatur aqua, aut ex aqua terra, neque profecto ex albo quicquam nigrum fiet, aut e molli durum. eadem, & de cæteris quoque ratio est: hoc autem est alteratio. An ne etiam perspicuum est, oportere semper contrarijs ipsis vnam subijcere materiam, siue loco, siue accretione, decretioneue, siue alteratione mutatio fiat? Præterea similiter, & hoc alterationem esse est necesse. Eterim si alteratio sit, & subiectum est elementum vnum, & omnium quæ in sese vicissim mutantur vna est materia: & si subiectum vnum sit, alteratio esse solet.*

Empedocles igitur, & hisce quæ apparent, & ipse sibi contraria dicere videtur. Nam elementorum nullum ex alio fieri, sed ex eis cætera omnia, & cum vniuersam naturam in vnum coegu præter discordiam, ex illo vno rursus quodque fieri, asserit. Quæ ex uno quodam ut patet, eorum quæ differentiis quibusdam, ac affectibus distincta separataque sunt, aliud aqua, aliud igni faciam est, quemadmodum Solem ait album & calidum. Terram uero grauem atque duram. Detractis igitur hisce differentijs (detrahi enim possunt: nam genitæ sunt) tum ex aqua terram tum ex terra aquam necessario fieri conflat, eodem pacto, & cæterorum quodque nec tunc solum, uerum etiam nunc, si modo mutentur iuxta affectus nam de numero eorum sunt, quæ adesse & ab esse rursus posse dixit: præsertim adhuc inter sese pugnantibus discordia & concordia. Quo circa, & tunc ex uno orta sunt ac genita, non enim uniuersum ipsum ignis, aer, aqua, & terra, cum adhuc unũ essent, erat. Sed & id quoque, nequaquam liquet, utrum scilicet ille ipsum unum principium statuere debeat, an ipsa multa, ignem inquam, & terram & quæ cum hisce eiusdem sunt seriei. Nam quo ipsum unum, ut materia subiicitur, ex quo mutatione, quæ motionis opera fit, terra, & ignis sunt, elementum est: at quo, hoc quidem ex

elementorum in vnum conuenientium per amicitiam. Illa autẽ A scilicet. 4. elementa, inquantum sunt ex illo vno per quandam dissolutionem per operationem litis, videtur magis quòd illa quatuor sint elementa, & principia, & prius natura, & hoc magis attendebat Emp. ponens res fieri per congregationem & segregationem. Arist.

tamen in præcedenti ratione probat, q necesse est elementa fieri non per solã segregationem, sed p quandam transmutationẽ superuenientem differentiis elementorũ: ex quo sequitur contrariũ eius q̃ intẽdebat Emp. scilicet q illud vnũ sit magis principiũ. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 4.

LECTIO III.

Tex. cõ. 5.

POstquam Philosophus prosecutus é opinionẽ antiquorũ circa differentias generationis & alterationis, hic incipit determinare de generatione, & alteratione, & de alijs motibus. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo est intentio. secundo incipit prosequi suam intẽtionem, ibi {Democrit⁹ aũt & Leucip. } Circa primũ duo facit. Primo ponit suã intentionem: secundo assignat suæ intẽtionis rõnem, ibi {Plato. n. igitur. } Dicit ergo primo, q quia Antiqui Philosophi dubitauerunt de dꝛia generatiõis, corruptionis, & alterationis: dicendum est nobis i vẽ de simplici generatione & corruptione, idest secundum quam aliquid dicitur simpliciter generari & corrumpi, vtrum, scilicet generatio simpliciter é, aut nõ. Nã secundũ illos, qui dicũt generationẽ ab alteratiõe differre, generatio simpliciter é nõ aũt ẽm eos, qui eorũ dꝛiam negant. & si est simplr gñatio, dicẽdũ quo est. Et silr é de alijs motib⁹, q ordinant quodãmodo ad generationẽ simplicẽ, vt supra dcũ é, puta de alteratiõe, & augmentatione. Deinde cum dicit.

b ¶ Assignat rationẽ suæ intẽtionis ex eo q̃ aliq Philosophi de his in sufficienter tractauerũt. Et dicit q̃ Plato inquisiuit de generatione & corruptione tantũ quo sint in rebus, nõ tñ de oĩ generatione, sed solũ de generatione elementorũ: non aũt quo-

elementum, secundum id autẽ, quòd hoc ex compositione fit, conuenientibus illis, illa autẽ ex dissolutione, magis elemen- quatuor illa & prima natura.

LECTIO III.

Tex. cõ. 5.

VNiuersaliter itaque de B Generatione & Corruptione simplici dicendum, vtrum est, aut non est, & quomodo est, & de alijs simplicibus motibus, puta de Augmentatione & Alteratione.

b Plato igitur solum de generatione scrutatus est & corruptione, quo existit in rebus: & de generatione non omni, sed de ea quę elemẽtorum, quo aũt carnes fiant, aut ossa aut aliorũ qd aliud taliũ, nihil. Amplius neq; de alteratiõe neq; de augmẽtatione quo existit ī rebus. Vniuersaliter aũt extra ea q̃ superficietenus, de nullo aliqs cõstituit pter Democritũ, hic aũt videt de oĩbus curã habere. Iã aũt in qualiter & quo, differt. De augmẽtatione. n. nullus qcquam determinauit vt dicim⁹, nisi quod & quiuis diceret: qm aduenientes simili augmentantur, quo aũt hoc fiat nõ ampli⁹, D neq; de mistione, neq; de aliorũ consimili, vt ita dicã, vllo, vt puta de facere, & pati, quo hoc quidẽ facit, hoc aũt patitur secundũ naturales operationes.

c Democritus autẽ & Leucippus facientes figuras, alteratio nem & generationem ex his faciunt. Segregatione quidem & congregatione generationem & corruptionem, ordine autẽ & positione alterationem.

d Quoniam autem existimabant verum in apparendo: contraria autẽ sunt & infinita quæ in sensu apparent, figuras infinitas faciunt. Quapropter trãsmutatione cõpositi idẽ contrarium videtur alij & alij, & trãsmutaẽ paruo aduenięte: & vni

modo generẽtur carnes & ossa, aut aliq̃ aliorũ mistorũ corporũ, neq; ét tractauit de alteratiõe & augmentatione quo sint in rebus. Et vł, nullus aliorũ Philosophorũ dixit determinate aliquid pter ea q̃ superficietenus apparent, nisi solus Democritus: qui videtur curã habuisse de oĩbus diligenter inquirere: sed iam

compositione fit, eoemtibus inquam illis, illa vero ex dissolutione, hoc elementi appellatione digniora sunt, naturaque priora.

differt quomodo in quisiuerint: nullus enim nec ipse, nec alius determinauit de augmentatione, vt ita sit dicere: vt ét non quicũq; idiota dicere posset, vt scilicet augmentatio fiat adueniente aliquo simili: sed quomodo per aduentũ similis aliquid augetur hoc non dixerunt: neq; etiam aliquid dixerunt de mistione, vel de aliquo alio consimili, vt ita dicam: puta de facere & pati, scilicet quo hoc agat & hoc patiatur secũdũ opatiões naturales. Deinde cũ dicit. c ¶ Incipit prosequi suum propositũ: & primo determinat de generatione & alteratione, eo q̃ eorum connexa est cõsyderatio, secundo determinat de augmentatione, ibi {De augmentatione aute. } Circa primum duo facit. Primo, ponit opiniones aliorũ de generatione & alteratione, secundo determinat de his secũdum propriam opinionem, ibi {Determinatis aute his. } Circa primum duo facit. Primo recitat opinionem Democriti, qui de oĩbus curam habuit, vt di ctũ est: secundo inquirit de veritate ipsius, ibi {Quoniã autem videt omnibus. Circa ca primũ duo facit. Primo ponit opinionem Democriti. Secũdo ponit rõnẽ ipsius, ibi {Qm aũt existimabãt. } Dicit ergo primo, q̃ Democ. & Leucip. q̃ faciebãt pricipia rerũ corpa i diuisibilia ifinitarũ figurarũ, ex his causabat gñationẽ & corruptionẽ, & alterationẽ. Dicebãt. n. q̃ congregationẽ & segregationẽ dictorũ corporũ figuratorũ causabatur gñatio & corruptio: ex pmutatione autem ordinis & positionis dictorum corporum causabatur alteratio. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 25.

Tex. cõ. 11.

d ¶ Assignat rationem dictæ positionis. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd sicut dicit Philosophus in Quarto Metaphisicorũ, quidam Philosophi posuerũt verũ esse in apparẽdo,

Tex. cõ. 6.

ita scilicet, quòd quicquid videtur alicui, est verum: adeo quòd etiam ponebant contradictoria simul esse vera, si diuersis ita videretur, hoc est ergo quod dicit, quòd quia Democritus & Leucippus existimabant, quòd verum erat in apparendo, & diuersis hominibus contraria apparent & infinita, vt ostendit multiplicitas opinionū, quæ est inter homines, ideo induxerūt infinitas figuras in primis rerum principijs, vt ex his ratio accipi posset infinitarum opinionum. Et inde est, quòd p̄ transmutationē aliquam eius, quod venit in compositionem alicuius totius, contingit quòd idem alio modo videtur alij, & alij se habere, sicut propter diuersū situm, collum colūbæ videtur esse alterius, & alterius coloris. Et huiusmodi trāsmutatio sicuum fit per aliquod modicū quod superuenit, & vt vniuersaliter sit dicere, transmutato vno indiuisibilium corporū, videt aliud & aliud. Et ponit exemplum in sermonibus, quorum prima principia indiuisibilia sunt literæ, ex eisdem autem literis transmutatis secundum ordinē, aut positionem fiunt diuersi sermones, puta comœdia, quę est sermo de rebus vrbanis: & tragœdia, quæ est sermo de bellicis rebus. Igitur sic apparet ratio, quare p̄ variationem ordinis & positionis dicebat Democritus alterationem causari. Deinde cum dicit.

T.cō.6.

Tex.cō.7.

Tertio de Cælo.t.c.6.

e ¶ Inquirit veritatē huius opinionis, & primo ostēdit difficultatem circa hæc existentem: secundo incipit inquirere veritatem, ibi{ Principium autem.} Dicit ergo primo, q̄ quia iā pene abolita opinionibus Priorum Naturalium, qui ponebant idem esse generationem & corruptionem & alterationem, omnibus fere videbatur tunc temporis, quòd aliud esset alteratio, & generatio una, scilicet q̄ generatio esset per hoc quòd aliqua congregantur, & disgreganturalteratio vero p̄ hoc quòd per aliquorum transmutationes diuersę fiunt passiones: necesse est considerare, vt de his sciatur veritas. Habent.n. hæc quæstiones multas, & rationabiles: quia, si generatio nihil est aliud quàm congregatio, multa impossibilia contingunt, vt infra patebit. Ex oppositio autem multæ inueniuntur rationes, qui videntur cogentes, & non de facili solubiles: quibus concluq uersaliter aliud apparet vno trā smutato, ex eisdem enim Tragœdia & Comœdia fit literis.

e Quoniā aūt videtur omnibus pene esse aliud generationem & alterationē. (Generari quidē.n. & corrūpi cōgregata & disgregata: alterari autē trāslatis passionibus.) de his scientibus consyderandū. Quæstiones autē habēt hæc & multas, & rationabiles. Siquidem igitur generatio est congregatio: multa impossibilia contingunt. Sunt autē rursus rationes aliæ cogentes, & nō habiles solui, quòd non contingit aliter se habere. Et si non est generatio congregatio, aut vniuersaliter non est generatio, aut si est, alteratio est. Aut si hoc difficile, dissoluere tentandum est.

f Principium autem horū omnium, vtrum sic & generantur, & alterantur, augmentantur entia, & contraria his patiuntur primis magnitudinibus existētibus indiuisibilibus, aut nulla est indiuisibilis magnitudo, differt enim hoc multū. Et rursus, si magnitudines impartibiles sint, vtrum, vt Democritus, & Leucippus, hæ corporeę sūt: vel, vt in Timæo, planities.

g Hoc quidem igitur ipsum, vt in alijs diximus, inconueniens vsque ad plana dissoluere. Ideo magis rationabile corpora indiuisibilia esse, sed hæc quidem multam habent irrationabilitatem, sed tamen & his alterationem & generationem cōtingit facere, vt dictum est, conuersione, & contactu trāsmutante idolū, & figurarum differentiis: quod fecit Democritus. Ideo & colorem non inquiunt esse, conuersione enim colorari. His autem, qui in plana formas diuidunt non adhuc, nihil enim fit præter solida ex compositis, passionem enim non suscipiunt generari aliquam ex ipsis.

f ¶ Procedit ad soluendū prædictā difficultatē: & primo p̄mittit duas quæstiones, quæ necessariæ sunt ad soluendum prædictam difficultatē, Secundo eas prosequitur, bi{ Hoc quidem igitur.} Dicit ergo primo, q̄ principium ad soluendū omnia p̄dicta, oportet accipere ad hoc quòd inquiratur primo, vtrū entia naturalia sic generentur, & alterentur, & augmētetur, & contrarijs motib⁹ moueātur, q̄ sint aliquæ primæ magnitudines indiuisibiles, vel nulla indiuisibilis: hoc enim multum confert ad propositum. Secūdo autē oportet inquirere, si sunt aliquæ magnitudines indiuisibiles, vtrum illæ magnitudines sint corporeæ, sicut dixerunt Democritus & Leucippus, vel sicut planities, idest superficies, sicut Plato scripsit in Thimæo.

Deinde cum dicit.

g ¶ Prosequitur p̄missas quęstiones, & primo prosequitur secundā, quàm breuius pertransit. Secūdo prosequitur primam, ibi{ Habent autē quæstionē.} Circa primā duo facit. Primo, ondit cōueniēti⁹ posuisse (quātū ad ea quæ cōsiderātur in Sciētia Naturali) Democritū, q̄ Platonē. Secūdo, causam huius assignat, ibi{ Causa autē.} Dicit ergo primo, q̄ sicut i. 3. de cęlo dictū ē, inconueniens est hoc ipm, ex fm se cōsyderatū, q̄ corpa naturalia resoluūtur vsq; ad superficies: & iō magis ē rōnabile, q̄ sint aliq̄ magnitudies idiuisibiles, ex quib⁹ corpa naturalia cōponunt: & q̄ hmōi magnitudines indiuisibiles sint corpora, q̄. q̄ sint superficies, quis & hoc ipm multā rationabilitatem habeat, scilicet quòd sint aliqua corpora indiuisibilia, ex quibus corpora naturalia componuntur, sicut partim ostensum est in Libro de Cælo. Sed tamen ideo est magis rationabile ponere corpora indiuisibilia quàm superficies: quia his, qui ponunt corpora indiuisibilia esse principia corporum naturalium, conuenit assignare causam generationis & alterationis: quæ quidem alteratio, sicut dictum est, transmutat

T.c.6.&19

T.c.38

vnum & aliud per quandam conuersionem corporum indiuisibilium, & per alium modum contactus secundum diuersum situm & ordinem, & etiam secundum differentiam figurarum, sicut ponebat Democritus, assignans causam alterationis. Vnde Democritus ponebat quòd color, & aliq̄ huiusmodi qualitates naturales, nō sint aliquid habens esse fixum in natura, sed quòd videtur aliqd coloratum per quandam conuersionem, idest per aliquam variationem corporū indiuisibilium secundum ordinem & situm. Manifestum est enim quòd quædam nobis apparent, quorum apparentia causatur ex aliquo modo reflexionis secundū ordinē situs, sicut forma quæ apparet in speculo, & sicut colores yridis, & huiusmodi. talia ergo existimābat esse Democritus omnes formas & qualitates rerum naturalium, & secundum hoc, suppositis suis principijs, & diuersitate positionis & ordinis causabat omnem diuersitatem alterationis. Sed Platonici, qui resoluebant corpora in superficies, non poterant assignare causam alicuius transmutationis formalis, quia ex superficiebus, quando cum ponuntur adinuicē, nihil est rationabile fieri nisi solida. Cū enim puncta, lineæ, & superficies puræ sint res mathematicæ, non possunt causare ex seipsis aliquā passionē naturalem, vnde, sicut ex punctis nō fit nisi linea, & ex lineis non fit nisi superficies, ita ex superficiebus non potest causari nisi corpus. Sed nec ipsi Platonici conantur ad hoc, quòd ex mistione superficierum assignent causam alicuius passionis naturalis. Deinde cum dicit.

Tex.cō. 8.

i ¶ Assignat rationē quare circa hoc magis deficit Plato, quàm Democritus; & dicit, quòd causa huius, quòd Plato minus potuit videre confessa, idest, ea quę sunt omnibus manifesta, fuit in experientia: quia scilicet circa intelligibilia intentus, sensibilia non intendebat, circa quæ est experientia. Et ideo illi Philosophi, qui magis studuerunt circa res sensibiles & materiales, magis potuerunt adinuenire talia principia, quibus possent multa sensibilia adaptare. Sed Platonici, qui erant indocti existentium. i. circa entia naturalia & sensibilia, respicientes ad pauca sensibilium, quæ eis correspondebant ex multis sermonibus vel rationibus. i. ex multis, quæ in vniuersali, rationabiliter consyderabant, de facili enunciant, idest absq; diligenti perscrutatione, sententiam proferunt de rebus sensibilibus. Potest tamen cō syderari ex his, quæ præmanibus habentur, quòd differunt in perscrutatione veritatis illi, qui cōsiderabant Physice, i. naturaliter, attendentes rebus sensibilibus, vt Democritus: & illi qui consyderabant logice, i. rationabiliter, attendentes communibus rationibus, sicut Platonici. Ad ostendendum enim, quòd magnitudines aliquæ sunt indiuisibiles, Platonici logice procedentes, dicūt, quòd aliter sequeretur quòd autotrigonum. i. per se triangulus, hoc est idea trianguli, multa erit, idest in multos triangulos diuideretur, quod est inconueniens. Ponebat enim Plato, omnium sensibilium esse quasdam ideas separatas, puta hominis & equi & similium: quas vocabat per se hominem, & per se equum: quia scilicet logice loquendo, homo, secūdum q̄ est species, est præter materialia & indiuiduantia principia, ita q̄ ratione hæc ponebant in figuris, vnde ponebant ideam trianguli

A

B

C

D

Sed cur parum valeant quæ consentanea sunt perspicere, causam habet ipsa experientiæ uacuitas. Quam obrem quotquot diutius circa rerū naturalium speculationem uersati sunt, ij eiusdem principia, quæ inter se cohæreant consentiantq; quam plurimum, supponere magis possunt. At q̄ è multis rationibus quænam veræ sint haud quaquam expendere consueuerunt, paucis inspectis facile pronunciant. Porro ex hisce perpendere etiam quis potest, quam inter eos interfit, qui naturaliter, quique uia rationali quampiā exercent consyderationem. Nā de eo qđ est magnitudines esse īdiuisibiles, nōnulli qđē inquiūt, qđ ipsæ, idealique triangulus, plures erit. At Democrit⁹, rōnib⁹ proprijs, naturæq; accōmodatis psuasus cē profectō uidebitur. Q đ aūt dicimus, in progressu euadet apertum.

LECTIO IIII.

Nam res ipsa dubitationē habet, si quis corpus aliqđ, magnitudinēq; oīno, atq omni ex parte diuisibilē esse statuat, atq; fieri posse, vt penitus diuidatur, quid.n. erit, quod effugiat diuisionē? Nam, si omni ex parte, atq; omnino sit diuisibile, & ita diuidi queat, siue simul erit hoc omni ex parte diuisum (& si non simul diuidatur,) siue id fiat, nihil accidet impossibile.

Igitur & secundum medium, haud secus. Et in summa, si omni ex parte, bet diuidi potest. Secundo ostendit hoc esse impossibile, ibi{ Quid ergo erit.} Circa primū duo facit. Primo ponit rōnē ad hoc impossibile ducēte: secundo manifestat necessitatē dictæ rationis, ibi{ Quapropter & fm mediū.} Circa primū cōsyderandū, q̄ oportet ponere corpus, vel cōponi ex indiuisibilibus, vel esse diuisibile oīno. i. totaliter fm qđcūq; signū. Et ideo Democritus ad ostēdēdū, q̄ corpus sit cōpositū ex indiuisibilibus corporibus, conat ondere impossibile eē, diuisibile esse corpus sensibile, puta qđ lignū, aut lapis sint diuisibilia oīno. i. fm qđcūq; signū datū in corpore. Et ideo dicit, q̄ si quis ponat corp⁹ aliqđ, puta sensibile, & magnitudinē quācūq;, puta superficiē, vel lineā, diuisibilē oīno. i. fcđm qđcūq; signū datū, & si ponatur hoc esse possibile, remanet quęstio, quid ē id, quod effugit diuisionē, i. qđ remanet post diuisionē. Necesse est. n. q̄ diuiso quocūq; diuisibili, remaneāt aliquæ partes diuisibiles, in quas fit diuisio. Ideo aut ē dicit Democ. hoc habere quæstionē, quia si corpus sit oīno, idest secundū totū diuisibile, & hoc sit possibile, cōsequens erit, quòd nihil prohibeat corpus esse simul diuisum quantūcūq; diuidi potest, & si diuisio non fiat simul, sed successiue, sicut, si possibile est aliquem hominem peruenire ad aliquem locum, nihil prohibet eum peruenisse illuc, licet non simul, sed successiue perueniat, & si hoc ponatur, nullum impossibile debet sequi: quia possibili posito non sequitur aliquod impossibile secundū Philosophum Primo Priorum cap. Secundo, & Septimo Physicorum. Deinde cum dicit.

Tex.cō.9.

b ¶ Manifestat necessitatem prædictæ rationis: si enim ponatur aliquod corpus diuisibile per medium, & ponatur

Tex.cō.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse diuisum per medium, nullum sequitur inconueniens. Et hoc est quod dicit. Quapropter, quia posito possibili nullum sequitur impossibile, similiter erit si aliquid ponatur esse diuisibile, & diuisum secundum medium, & vniuersaliter, si corpus est natum esse diuisibile omnino, idest secundum quodcunque signum, si diuidatur, idest ponatur esse diuisum, nullū erit impossibile nascens, idest ex hoc non sequetur impossibile nasci, quia neq; si aliquid est diuisibile in mille milia partium, & ponatur esse diuisum, nullū sequitur impossibile, & si nullo modo diuidatur actu. Et ita videtur quòd aliquod corpus sit diuisibile in pauca partes, siue in multas, siue totales, & tamen non viderur sequi aliqd impossibile, si ponatur aliquid esse diuisum, inquantū est diuisibile. Quia igitur secundum ponentes corpus naturale nō componi ex indiuisibilibus corporibus, & esse diuisibile etiam secundū totum, ponatur esse diuisum, sed hoc est impossibile, ergo & primum, scilicet q̄ sit diuisibile secundum totum, est ergo compositum ex indiuisibilibus. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit esse impossibile, quòd corpus sit totaliter diuisum ex hoc, q̄ non est dare quid remaneat post diuisionem. Primo ergo ostendit, quòd non erit dare quid remaneat ex diuisione, q̄ est principalis pars. Secundo, quòd non erit dare quid remaneat, quod ex incidēti sit elapsum, ibi ¶ Sed etsi qua. } Dicit ergo primo, si corpus ponatur omnino esse diuisum, quæ rendū restat, qd erit reliquum. i. quod remanet post diuisionem, sicut videmus remanere in omni diuisione ea, in quæ diuisum resoluitur. Et Primo ostendit, quòd non remanebit magnitudo, hoc enim est impossibile, sequeretur enim, q̄ adhuc remaneret diuisibile nō diuisum, dicetur autem, vel q̄ magnitudo esset aliquid non diuisibile, vel corpus non omnino erat diuisibile, & ita oportet q̄ id, quod remanet post diuisionem, nullo modo sit diuisibile, cū tamen supponatur ab aduersario, quòd magnitudo sit omnino diuisibilis. Secundo concludit, q̄ illud, quod remanet post diuisionem, neq; sit corpus, neq; magnitudo, & tamen sit facta diuisio secundum totum, sicut dictum est, relinquitur autem, q̄ diuisio erit, aut ex punctis, ita quòd corpus finaliter resoluatur in puncta, & per consequens ea ex quibus componitur erunt sine magnitudine, aut sequitur quòd id quod est residuum post diuisionem sit omnino nihil. Tertio, ostendit hoc secundum esse impossibile, quia, cum vnumquodq; generetur ex his in quæ resoluitur, si ergo resoluitur in nihil, sequetur etiam, quòd generetur ex nihilo, quod autem componitur ex nihilo, nihil est, sequetur ergo, quòd corpus de quo agitur sit nihil, & etiam totum vniuersum eadem ratione, sed quicquid erit in rerum natura erit secundum apparentiam tantum, & non secundum existentiam. Quarto, probatur primū prę missorum, scilicet q̄ non fiat resolutio in puncta, quia similiter sequeretur, quòd sit corpus compositū ex punctis, & ita vltrō sequeretur, quòd non sit quantum ipsum corpus. Aut. n. esset quantum, quia corpus diuideretur, aut quia puncta tangerent se, prout duo extrema duarum linearum sunt simul. non secundo modo, quia ex hoc erat vna magnitudo cōtinua, & sic simul erat omnia puncta & nondum distincta erant adinuicem, & nō faciebant totum maius. Punctum enim nihil est aliud, quàm quædam diuisio partium lineæ, nec primo modo, quia ex hoc, quòd aliquid diuiditur in duo vel in plura, non efficitur totum, nec maius, nec minꝰ quam priꝰ fuerit. Ita enim corpus magnum sicut paruum potest diuidi in duo vel plura, & sic patet quòd puncta nihil sunt aliud quàm diuisiones, & quòd nō faciunt aliquid maius, vnde relinquitur, quòd, si puncta componantur adinuicem, non faciunt aliquid maius. Sic igitur videtur esse impossibile, quòd corpus sit omnino diuisum, quia non potest assignari quid sit residuum diuisionis, tanquam principalis pars corporis diuisi. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit, q̄ nō potest assignari quid residuum diuisionis tanquā aliquid q̄d elabitur. Et primo ostendit, quòd tale aliquid non potest esse corpus. Secundo ostendit, quòd non potest esse quodcunq; incorporeum, ibi ¶ Si autem non est corpus. } Dicit ergo primo, quòd si diuisio totaliter corporis fiat, ita quòd aliqua rasura secundum rem elabatur ex diuisione, præter principales partes in quas lignum diuiditur, & dicatur quòd ex magnitudine corporali totaliter diuisa egrediatur aliquod corpus, quasi residuum. sequeretur idem sensus qui & suprà, quomodo scilicet posset subtineri, quòd illud corpus sit adhuc diuisibile, secundum ponentes corpus esse diuisibile, cum positum sit corpus naturale esse diuisum omnino. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit, quòd huiusmodi residuum non potest esse aliquod incorporeum quodcunque sit, & hoc tribus rationibus. Circa quarum primam dicit, quòd, si id quod egreditur a magnitudine totaliter diuisa non sit corpus, sed aliqua

natura est diuisibile, & si diuidatur, nullum erit impossibile nascens. Quoniam neq; si in mille milia diuisa fuerit magnitudo, nullum impossibile, & si nullus vtiq; diuidat. Quoniam ergo oino tale corpus, diuidatur.

ac omnino diuidi aptum sit, si diuidatur, nullum emerget impossibile, quando ne vllum quidem oriatur impossibile, si in decies millies dena millia diuisum sit, quamuis forte nemo unquam diuidet. Itaq;, cum corpus ipsum omnino tale sit diuidatur.

c Quid ergo erit reliquū? magnitudo? non enim est possibile, erit enim quippiam non diuisum, erat autem omnino diuisibile. Sed si nullum erit corpus, neque magnitudo, diuisio autem erit, aut ex punctis, aut sine diuisione ea erunt, ex quibus compositum est, aut nihil omnino, quapropter & generabit ex nihilo, & si erit cōpositum: & omne vtique nihil, & nō erit existens, sed apparens tantum. Similiter autem & si erit ex punctis, non erit, quantum, quando enim tangebant se, & vna erat magnitudo, & simul erant, non faciebant maius omne, diuisione enim in duo vel plura, neque maius, neq; minus priore. Qua propter, & si omnes componatur, nullā facient magnitudinē.

Quid ergo erit reliquum? magnitudo? Id enim fieri non potest, esset enim quippiā haud diuisum, at erat omnino ex parte omninoque diuisibile. At uero, si nec corpus, nec magnitudo relinquatur, diuiso tamen sit, aut corpus ex punctis constabit, & ea, ex quibus componitur, magnitudine, carebunt, aut nihil omnino erit. Quare siue factum ex nihilo, siue compositum sit, profecto totum ipsum nihil, præterquam apparens, erit. Similiter si ex punctis conflari dicatur, quantum nō erit. Nam cum vna in magnitudine sese tangunt, & magnitudo vna perpetuaque est, atque illa simul sunt, nihilo maius totum ipsum reddunt, quoniam, si totum in duo, aut plura diuidatur, nihilo ipsum minus quàm prius euadit. Quade re puncta etiam, si omnia coagmentata sint, nullam efficiant magnitudinem.

d Sed & si qua diuiso corpore, quasi rasura serrę fiat ex corpore, & sic magnitudine quidem corpus egrediatur, idē sermo, illud autem quomodo diuisibile?

Verū enimuero, si quid tale inter dividendū corpus fiat, quale est rametū illud quod excidit, dū quippiā serra secatur, atq; hoc pacto corpus aliquod è magnitudine abscedat, idē sermo recidit, quo inquam diuisibile illud sit.

d e Si autem non est corpus, species aliqua segregabilis, aut passio quidem quæ recesserit, & est magnitudo puncti, vel tactꝰ, hoc patiētes iconueniēs, ex non magnitudinibus magnitudinē esse. Amplius aūt vbi erunt immobiles, aut mutati puncti? tactus. n. semp̄ è vnꝰ duorū quorū dā: quasi existente altero præter

Quod si id quod abscedere solet, corpus non sit, sed forma quædam, affectusue separabilis, sitque magnitudo ipsa, puncta vel tactus sic affecti, magnitudinem ex non magnitudinibus constare incongruum, atque abhorrens est. Ad hæc puncta ipsa siue a motu nascent, siue eundem subeant, vbinam erunt? nunc enim semper duorum quorumdam tactus est, tanquam

species idest forma segregabilis, idest separabilis a subiecto, aut etiam aliqua passio, sicut ponit Anaxago. passiones & habitus separari & miscerit & se habet huiusmodi passio secedens a magnitudine per modum puncti, vel tactus: illi qui hoc ponunt, patiuntur primo quidem hoc inconueniens, quòd magnitudo componatur ex non magnitudinibus: qd̄ videtur inconueniens. Nam vnūquodq; cōstituitur ex rebus sui generis. Non enim colores componunt ex figuris, nec econuerso. Secundam rationē ponit. ibi ¶ Amplius autē vbi. ¶ Circa quam considerandum est, quòd lineam componi ex punctis potest exponi dupliciter. Primo modo ex punctis motis, sicut quidam dixerūt quòd punctus motꝰ facit lineam, & linea mota constituit superficiem, & superficies mota corpus. Alio modo potest exponi quòd ex punctis etiā non motis constituatur magnitudo sicut ex partibus: vtrolibet autem modo magnitudo cōponatur ex punctis, oportebit assignare vbi sint puncta, idest quem situm habeant in magnitudine: est enim assignare de singulis partibus ex quibus componitur magnitudo; sed hoc non potest assignari, quia puncta non possunt assignari in magnitudine, nisi vt quidam tactus partium continui, vel diuisio partium lineæ iam diuisæ: tactus autem semper est vnus quorundam duorum: quæ scilicet sunt partes magnitudinis habentes determinatum situm in magnitudine quasi illud quod est pars magnitudinis habens determinatū situm inter partes eius sit aliquid præter ipsum tactum & diuisionē: & per consequēs præter punctum: non ergo videtur esse possibile, quòd magnitudo diuidatur in puncta, vel tactus, aut diuisiones: si ergo aliquis ponat quodcunque corpus, aut quantamcunque quantitatem, esse omnino diuisibilem, continget hoc inconueniens, q̄d nunc dictum est. Tertiam ponit. ibi ¶ Amplius si cum diuidero. } Et dicit: & postquam diuido lignum, & quodcunque corpus aliud, & iterum ex eisdem partibus compono illud, fiet æquale & vnum corpus: quia scilicet ex sunt in quæ diuiditur, & ex quibus componitur: vnde videtur similiter se habere si diuido secundum quodcunque signum, quod supra dixit, omnino vt scilicet ex his in quę diuiditur possit componi. Sit ergo lignum omnino diuisum potestate, idest, omnia in quæ potest diuidi: quid igitur erit præter diuisionem? quia oportet omnem diuisionem ad aliquid terminari: si enim dicatur quòd id quod est residuum diuisioni sit aliqua passio: sequeretur quòd corpus diuideretur in passiones: & ex consequenti generabitur ex eis, qd̄ est impossibile: quia neq; substantia neq; quātitas generat ex passionibus; aut etiam quomodo est possibile quòd passiones sint separatæ? Vlterius autem concludit principale propositum dicens, quòd si est impossibile quòd magnitudo componatur ex tactibus aut punctis, sicut prædictę rationes concludunt, necesse est ponere quòd sint quædam corpora indiuisibilia, & quod sint quædam magnitudines indiuisibiles: quia, si corpus sit omnino diuisibile, sequeretur quòd componatur ex tactibus, vel ex punctis, vt ex dictis patet. Vlterius autem post rationem Democriti subiungit Aristo. quòd hoc ponentibus, scilicet esse corpora indiuisibilia non minus accidit impossibile: & hoc perscrutatum est in aliis, scilicet in Tertio libro de Cælo. Tex.cō 37.

tactum, & diuisionē, & punctū. Si uero quæ quis prædictorum ponet quodlibet, aut quantitatem aut corpus omnino esse diuisibile hęc cōtingunt. Amplius si cū diuidero lignū compono, aut qd aliud. æqualiter & vnū. Quapropter sic se habet, manifestū, quoniā & incido lignū secundum quodcunq; signum. Omnino igitur diuisum est potestate, quid ergo erit prēter diuisionem? Si. n. & est aliqua passio: sed quomodo in hęc resoluuntur, & generātur ex his, aut quomodo separabūt hæc? Quapropter si est impossibile ex tactibus, aut ex punctis magnitudinem esse, necesse est corpora indiuisibilia esse. & magnitudines. Sed & hoc ponentibus nō minus cōtingit impossibile: scrutatum est autē de his & in aliis.

LECTIO V.

Tex.cō.9.

Sed & hęc tantandum ē soluere: ideo rursus a principio quæstionem dicere oportet. Omne quidem igitur corpus sensibile diuisibile esse secundum quodcunq; signum, & indiuisibile non est in conueniens: hoc. n. potestate, hoc autē endelechia existit.

b Esse autē potestate simul omnino diuisibile impossibile videtur esse vtique. Si enim possibile, & fieret vtique, non vt sint simul actu ambo indiuisibile & diuisum, sed diuisum secūdum

re quapiam alia præter tactum punctumque, atque diuisionem existente.

Si quis ergo quoduis aut quātumlibet corpus, esse omni ex parte atque omnino diuisibile ponat, hæc accidunt uniuersa. Præterea, si lignū aut quippiam aliud, iam diuisum rursum componas, iterum æquabile pariter atque unum euadit. Igitur ad hunc modum res sese habet, ut patet, etiam si illud quolibet in puncto incidas. Potentia ergo, omni ex parte ac omnino diuidi tur. Quid igitur, præter diuisionem erit? Nam si est affectio quædam, at quonam pacto disoluitur in hæc fitq; ex his, aut qualiter hæc separari queunt? Ita que si fieri nequeat, ut magnitudines ex punctis aut tactibus constent, indiuisibilia sint corpora magnitudinesque necesse est. At at uero & iis quoque qui hæc astruunt, nō minus accidit impossibile, de quibus quāquā aliās fuit a nobis consideratum.

LECTIO V.

Tamen ea ipsa soluere eniti oportet, quam ob rem iterū ab initio dicenda dubitatio est. Igitur omne corpus sensibile, quonis in puncto esse diuisibile, atque indiuisibile, nihil est absurdum, potentia siquidem diuisibile existit, actu indiuisibile.

At, ut simul sit omni ex parte potentia diuisibile, fieri non posse uidetur. Nam si fieri possit, & fiat, haud quaquam adhunc fiet modum, ut simul ambo sit actu, indiuisibile inquam atque diuisum, sed quolibet in puncto

que signum: alterum vero horum est verum secundum endelechiam, idest secundum actum, scilicet quòd corpus sensibile non sit diuisibile secundum quodcunque signum in actu. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit duas rationes Democ. contra veritatem. Circa quarum primam dicit, quòd secundum obiectionem Demo. videtur impossibile, quòd corpus sensibile sit simul diuisibile in potentia omnino, scilicet secundum quodcunque signū, sicut super dictum est. Credebat enim Demo, quòd quicquid esset simul in potentia, posset esse simul in actu: & argumentabatur, sicut est possibile simul in potentia corpus sensibile omnino diuidi, quòd hoc fieret in actu: non quidem ita quòd esset simul in potentia diuisibile, & actu diuisum, sed quòd esset simul diuisum actu, secundum quodcunque signum: sed hoc ostendebat esse impossibile: quia sicut ex supradictis patet, sequeretur q̄ nil in corporeum esset residuum a diuisione, & quòd corpus corumperetur in rem incorpoream, & ex consequenti quòd corpus generaretur ex aliquo incorporeo, aut ex punctis, aut omnino ex nihilo: sed hoc est impossibile: non ergo est possibile, quòd corpus sensibile sit omnino diuisum simul: neq; ergo videtur possibile q̄ sit omnino diuisibile in potentia. Sed quia videmus ad sensum, q̄ corpus sensibile diuiditur in partes adinuicem & separabiles, vel etiam in partes diuisibiles, & maior magnitudo

gnitudo semper diuiditur in minores magnitudines, & totum coniunctum diuiditur in aliqua segregata & separata: manifestum est hoc ita se habere. Non ergo est possibile, neque quòd fiat diuisio in infinitum secundum partem, ita quòd pars post parsem a toto sensibili corpore separetur: neque est possibile q̃ corpus sensibile diuidatur simul secundū quodcunq; signum, neutrum enim horū est positum: quia vtrobique videtur sequi prædictum incōueniens. Sed videtur quòd diuisio corporis possit procedere vsq; ad aliquem terminum: vnde sequitur, quòd necesse sit aliquas magnitudines esse indiuisibiles & aliqua corpora in diuisibilia secundum Demo. Secundam rationem ponit. ibi ¶ Et aliter sic erit. } Et dicit q̃ aliter etiā videtur esse necessarium esse corpora in diuisibilia, posito, scilicet quòd generatio fit per congregationem, & corruptio fit per segregationem: & hoc quidem necessariū erat ponere Demo. quia ponebat formas, & naturas rerū determinari secundū positionem, & ordinem: videmus autem quòd totū, cuius forma consistit in positione & ordine, sicut domus, non generatur nisi congregatione, neque corrumpitur nisi segregatione: & ideo, cum non sit possibile i principijs generationis & corruptionis procedere in infinitum: ponebat q̃ essent aliqua principia prima, ex quibus corpora congregabantur, & in q̃ segregabantur, & huiusmodi dicebat esse corpora indiuisibilia. Deinde cum dicit.

c ¶ Soluit prædictas rationes. Et primo primam, Secundo secundam. ibi } Sed non simplex. } Circa primum ostensum est, quòd tota virtus rationis Democriti in hoc consistit, quòd si corpus sensibile omnino est simul diuisibile in potentia, quòd sit simul omnino in actu: sed hæc consequentia nō tenet in omnibus: quædam enim sunt, de quorum ratione est esse in potentia: vnde in talibus non potest poni esse simul in actu, quod est simul in potentia: quia tolleretur ratio & natura illius rei: quod quidem primo manifestum est in successiuis. In prima enim parte diei, simul possibile est esse horas diei: non tamen potest poni q̃ omnes horæ illius diei sint, simul actu: auferretur enim natura temporis: de cuius ratione est, q̃ sit numerus motus secundum prius & posterius: si enim esset simul quæliber pars eius: iam non esset secundū prius & posterius. Secundo apparet hoc in permanentibus. De substantia enim aeris est materia, quæ é in potentia ad omnes formas: tamen non potest poni quòd ex aere sit generatum quicquid est possibile ex eo generari: quia tolleretur natura materiæ, quæ semper est in potētia ad omnes formas. Sic igitur contra rationem magnitudinis, puta lineæ est, quòd sit simul omnino actu diuisa: vnde non sequitur, si est simul omnino diuisibilis in potentia, q̃ possit poni simul omnino actu diuisa. Quod hoc sit contra rationem lineæ patet: nam diuisio lineæ in actu nihil aliud est quàm punctum in actu esse: si ergo esset simul omnino in actu diuisa, oporteret quòd punctum esset vbique in actu in linea, & ita oporteret quòd pūcta essent contigua, vel consequenter se habentia in linea: hoc autem non potest esse: quia cum puncta sint indiuisibilia, nul

diuisum: nihil igitur erit reliquum, atque corpus ipsum corruptione abibit in incorporeum: & rursum, aut ex punctis, aut prorsus ex nihilo fiet. At id, qui fieri potest? At uero quod inseparabiles & subind e minores atque inter se distantes separataſque magnitudines diuidatur corpus, certum est. Itaque nec per partes dimidentis sectio quæ in mutua sit, infinita occurret: nec insuper continget, ut omni in signo: (non enim est possibile:) sed quadam tenus diuidatur. Indiuiduæ igitur ineſe magnitudines, quæ oculi aciem fugiant, necesse est, & præsertim, si generatio congregatione, & corruptio segregatione, fieri debeat. Quæ igitur ratio, magnitudines esse indiuisibiles necessario colligere uidebatur, hæc est.

Sed quod clanculo peruersa ratiocinatione utatur & quatenus lateat, exponamus oportet. Nam quia punctum puncto non hæret, magnitudines partim sunt & partim non sunt omni ex parte diuisibiles. Sed cum hoc positum assertumque est, punctū ubinis ac omni in parte uideri esse: ita ut in puncta diuidi magnitudinem sit necesse, quippe cum omni in parte punctum sit: quo fit, ut ea uel tactibus uel punctis constet. At omni in parte diuisibilis est, quia ubi ubi unū est, & omnia ut singulum quodque. Vno autem plura non sunt: non enim sunt deinceps. Quare, non omni in parte diuisibilis est: nam, si per me-

dium diuisibilis sit, & per punctum adhærens erit diuisibilis. At id haud quaquam sit, si quidem, nec signum signo, nec punctum puncto hæret. Hoc autem est diuisio, & compositio. Quare tam congregatio quàm segregatio est, sed non ex infectilibus, & minutissimis. complura enim inde emergunt absurda nec hoc pacto ut omni ex parte fiat diuisio (id enim eueniret, si punctum puncto hæreret:) sed segregatio in parua, & minora, & congregatio ex minoribus fit.

At simplex perfectaq; generatio, congregatione, & segregatione desinita non est, quemadmodum nonnullis placet: qui, & eam quæ in continuo fit mutationem, alterationem esse asserunt. Verum id ipsum est, in quo prorsus errant. nō enim generatio simplex atque corruptio, congregatione segregatione fit, sed cum ex hoc in hoc mutatio fit. Alij uero, omnem eiusmodi mutationem, alterationem esse putant. At in hoc, discrimen subit, nam hæc ratione, illa materia, in subiecto existit. Igitur cum in hisce fuerit mutatio, generatio erit uel corruptio: cum in affectibus, & ijs, quæ per accidens alicui competunt, alteratio.

Sed quæ congregantur, ægre, quæ uero segregantur facile corruptioni redduntur obnoxia. Nam, si aqua in minores aquæ particulas, sit discerpta in aerem ocyus mutari solet: si uero collecta fit, segnius. quod in hisce quæ posterius dicentur, apertius fiet. Nunc uero sit hactenus definitum, fieri non posse, ut generatio sit eiusmodi cōgregatio, qualem nonnulli esse aſſerūt.

LECTIO VI.

Ex. cō. 7. & 8.

partium lineæ: vnde concedendum est, quòd in corporibus sensibilibus inuenitur congregatio & disgregatio: non tamen indiuisibilium corporum, aut ex indiuisibilibus: multa enim impossibilia sequerentur, vt in Tertio de Cœlo dictum est. Neque ita quòd diuisio actualis lineæ fiat vbique: hoc enim contingeret si punctus esset cōtiguus puncto: quod est impossibile, vt ex dictis patet: sed segregatio corporum est in aliqua parua & minora, cōgregatio vero est ex aliquibus paruis & minoribus, nō autem ex minimis: quæ oportet esse indiuisibilia. Deinde cum dicit.

d ¶ Soluit secundā rationem Demo. per interemptionem. Et primo interimit generationē simplicem & corruptionem esse congregationem, & segregationē, vt Demo. existimabat, Secundo ostendit consequēter ad quid potest verificari dictum Demo. ibi } Segregata autem. } Dicit ergo primo: quòd non est ita dicendum, sicut quidam dixerūt, quòd simpliciter, & plecta generatio fiat per cōgregationem, corruptio autem per segregationem: & q̃ omnis transmutatio quæ fit in aliquo permanente, scilicet nō cōgregato nec segregato, sit alteratio}. Credebāt enim hoc accidere in rebus naturalibus, sicut accidit in domo, vel naui, & in huiusmodi: quorum forma consistit in compositione vel ordine: nō enim fiunt nisi per congregationem partium, neque corrumpūtur nisi p segregationē: quæcunque autē alia transmutatio accidit præter solutionē cōtinui, alteratio est. Hoc ergo est ex quo procedit tota fallacia. Est enim generatio, & corruptio in rebus naturalibus, quorum forma nō est positio, & ordo, non quidem per congregationem & segregationē, sed quia fit trāsmutatio ex hoc toto, idest nō dissoluto in partes, in hoc totum, quasi non cōgregatum ex aliquibus partibus. Sed antiqui Philosophi putabant omnē talem transmutationem, quæ fit aliquo toto integro manente, esse alterationem: quod quidem non est verum: quandoque. n. potest esse simplex generatio, & quandoq; alteratio: sed in hoc differunt: quia in subiecto aliquo est hoc quidem secundum ea non ubiq;. Si enim secundum mediū diuisibile: & secūdū cōtiguū punctū erit diuisibile: nō aūt possibile. Non. n. est contiguum signum signo, aut pūctū puncto: hoc enim est diuisio, aut cōpositio. Quapropter est congregatio aut disgregatio, sed neq; in atoma, & ex atomis (multa. n. impossibilia contingunt neq; itaq; vt diuisio fiat vbiq;. si enim esset cōtiguū pūctū puncto hoc vtiq; esset.) Sed in parua & minima est cōgregatio, & segregatio ex minimis.

Tex. cō. 10.

d Sed non simplex, & perfecta generatio congregatione. & segregatione determinata est. ut quidā inquiūt: eam vero, quæ in cōtinuo est, trāsmutationē, & alterationem. Sed hoc est in quo errāt oīa. est. n. generatio simplex, & corruptio nō cōgregatione, & seperatione, sed qñ transmutatur hoc in hoc totū. Alij autem existimāt alterationem esse omnem talem transmutationem. in hoc autem differunt. in subiecto hoc quidem est sm̄ rōnem, hoc autem secundum materiam. Quando quidem igitur in his transmutatio fuerit generatio erit, & corruptio: quando aūt in passionibus, & secundū accidens, alteratio.

e Segregata autem, & congregata leuiter corruptibilia sūt. Si enim in paruissimas aquas aqua diuidatur, citius aer generatur: si autem congregetur tardius. magis autem hoc erit manifestū in sequentibus nunc autem tantum determinatū sit quoniam impossibile est generationem esse congregationem, qualem quidam inquiunt.

LECTIO VI.

Tex. cō. 11.

Eterminatus autē his, primo uidendum est, utrum generatur aliquid simpliciter: & corrumpitur, an proprie quidem nihil. semper autem ex aliquo est aliquid. dico autem puta ex labo

Is autem determinatis perfectisque, primo contemplari oportet, utrum simpliciter quippiam, an proprie nihil generetur, corrumpaturue, semper autem ex quodam quidā fit. ut ex ægrosanum, & ex sano ægrum, aut putatur simpliciter vel proprie. Proprie quidem & simpliciter, si ue principaliter nihil generatur vel corrūpitur, sed semper generatur aliquid ex aliquo & in aliquid: quod videtur pertinere ad generationem vel corruptionē secundum quid, & inducit exemplum,

Lect. 23.

exemplum, puta cum ex laborante fit sanum: non enim fit sanum simpliciter, quia & prius erat, sed fit aliquid, idest sanum cum prius non esset sanum, sed laborans, idest infirmum. Et eadem ratio est cum fit aliquid laborans ex sano, vel paruum ex magno, aut econuerso: & sic de omnibus aliis, quæ hoc modo dicuntur: huiusmodi enim generatio inuenitur in omni genere mobilium. Secundo ibi. ¶ Si enim simpliciter. } exequitur propositum. Et primo proponit dubitationē, Secūdo soluit eam ibi ¶ De his quidem. } Tertio obiicit cōtra solutionem ibi ¶ Quod autem ex his determinatis. } Circa primū duo facit. Primo ponit dubitationem, Secundo excludit quādam responsionem. ibi ¶ Simpliciter autem. } Circa primum tria facit. Primo proponit quādam consequentiam dicens, quòd si fit aliqua generatio simpliciter, sequitur q̄ aliquid generabitur ex simpliciter non ente. Secundo cum dicit.

b ¶ Ostendit consequens esse impossibile. Illud enim, ex quo aliquid generatur, potest dici illud, sicut, quia ex ligno generatur archa, potest dici quòd lignū est archa: si ergo ex non ente simpliciter generatur ens, verū erit dicere quòd non ens existit, idē est ens: quod est contradictoria esse simul vera: sic ergo videtur, & antecedens impossibile, scilicet quòd aliqd generetur simpliciter ex non ente. Sequitur autem hoc inconueniens, si dicatur ex non ente simpliciter fieri aliquid sicut ex subiecto nō permanenti, non autem sequitur, si ponatur ex non ente fieri aliqd simpliciter ordine tantū, idest post non ens fit ens: sed Aristo. hoc disputatiue obijcit. Tertio. ibi ¶ Quædam enim generatio. } Ostēdit necessitatem primæ consequentię: sicut enim se habet generatio quædam ad non ens aliquod, sic se habet generatio simpliciter ad non ens simpliciter: sed generatio quædam, idest secundum quam aliquid dicitur secundum quid generari, est ex non ente quodam: puta ex non albo, cum fit aliquid album, aut ex non bono, cum fit aliquid bonum: ergo simpliciter generatio, secundum quam aliquid generari simpliciter dicitur, erit simpliciter ex non ente. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit quandam solutionem, quę posset dici distinguēdo ens simpliciter. Vnde primo ponit ipsam distinctionem dicens, q̄ simpliciter ens potest intelligi dupliciter. Primo modo

Idē 1. Phy. si. c. 78. & 79.

Tex.cō.12.

rante sanum, aut laborans ex sano, aut paruū ex magno, aut magnum ex paruo, & alia omnia fieri hoc modo. Si enim simpliciter erit generatio, simpliciter quidē quid generabitur ex non ente.

b Quapropter verum erit dicere quòd existit quibusdā nō ens. Quędam enim generatio est ex non ente aliquo, puta vt ex non albo album, aut ex non bono bonum: simpliciter autē ex simpliciter non ente.

c Simpliciter autem non ens, aut primum significat secundū vnumquodque prędicamentorum entis, aut vniuersale est, & omnia comprehendens. Siquidem primum substantię generatio erit ex non substantia. Cū enim non existit substantia, manifestum est quoniam neq; hoc neque aliorum vllum prædicamentorum, puta neqne quale, neque quantum, neque vbi: separatę enim essent per se passiones a substantiis. Si autem non ens vniuersaliter, negatio vniuersaliter erit omnium: quapropter ex nullo necesse est generari generatum.

d De his quidem & in aliis dictum est, & determinatum sermonibus amplius. Breuiter autem & nunc dicendum, quoniā modo quidem aliquo ex non ente simpliciter generatur. modo autem alio ex ente semper: potestate enim est ens, actu autem non ens, necesse est qđ dicitur præexistere vtroq; modo.

e Quod autem ex his determinatis habet mirabilem quęstionem, rursus tētandum, quomodo est substantiæ simplex generatio, siue ex potestate ente, siue alio quopiam modo.

vt significat id, quod est primum inter omnia prędicāmenta entis, prout simpliciter ens dicitur substantia. Alio modo secundum q̄ ipsum simpliciter ens dicitur vniuersale, quod omnia p̄dicamenta comprehendit: & hoc modo simpliciter non ens potest dici uel quod nō est substantia, vel quod nullo modo est ens. Secundo ibi. ¶ Si quidem primum. } Ostendit q̄ secundū vtrunque sensum sequitur inconueniens: si enim simpliciter dicatur primum ens, quod est substantia: ergo & simpliciter nō ens dicetur non substantia: si ergo simpliciter hoc generatio requirit q̄ fit simpliciter entis ex simpliciter non ente, sequeretur q̄ fit substātia ex non substantia: sed quando ponitur non esse substantiā, nequę hoc, quod est demonstratiuum in diuisibilis substantię manifestū est q̄ nullum aliorum prædicamentorum remanebit, idest neq; quale, neque quantum, neq; vbi: quia sequetur q̄ passiones .i. accidentia separarentur ab his: quod est impossibile. Si autē dicatur q̄ id, ex quo aliqd generatur simpliciter, dicitur ens cōe: sequeretur quòd per hoc qđ dicitur nō ens, intelligatur vniuersaliter negatio omnium entiū: vnde sequeretur q̄ generaē simpliciter generaretur penitus ex non ente, quod ē contra sentētias omnium Philosophorū naturalium, qui scilicet de generatione naturali locuti sunt. Deinde cum dicit.

d ¶ Soluit p̄dictam dubitationem: & dicit, q̄ de ista materia etiam in aliis libris, scilicet in Lib. Phys. amplius, idest diffusius, & dubitationes positę sunt & determinationes, & iō nunc breuius est dicendum, q̄ simpliciter generatur aliqd ex nō ente quodammodo & ex ente: oportet enim qđ præexistit generatiōi, esse potentia ens, non autē actu ens. Et ita verū est, quod dicitur vtroque modo. i. q̄ generatio simpliciter fit ex ente, & ex nō ente. Deinde cū dicit.

e ¶ Obicit contra prædictam solutionē. Et circa hoc tria facit. Primo ponit obiectionē, Secundo huius occasione introducit aliam quæstionē, & soluit eam. ibi ¶ De his aūt quantū. } Tertio soluit dubitationē prædictā ibi. ¶ Propter quid. } Circa primum tria facit. Primo, dicit de quo est intentio, & dicit, q̄ quia etiā post prædictā determinationē, insurgit adhuc mirabilis dubitatio, rursus oportet tentare quomodo simpliciter generatio fit, siue ex ente in pōa, siue qualiter sit alio modo. Secundo ibi.

f ¶ Mouet

sillum e magno, & magnum e pusillo, & reliqua omnia ad hunc modum, Nam si generatio simpliciter fit, quippiam profectò e non ente simpliciter absoluteque fiet.

Quare uerum erit dicere, quibusdam non ens competere: quippe cum generatio quædam e quodam non ente, ceu e non albo uel non bono fiat: at simplex generatio e non ente simpliciter fit.

Porro simpliciter absoluteque non ens, aut id quod ex omnibus entis prædicamentis primum est, aut quod est uniuersale, & cuncta ambit, continetque, significat. Igitur si primum, e non substantia erit substantiæ generatio. At cui substantia non competit, nec ei cæterorum prædicamentorum ullum, ueluti qualitatem, quantitatem, aut ubi, competere posse palam est: nam alioqui, affectus ipsi a substantia separari possent. Quod si ita res habeat, omnino ipsum non ens, uniuersaliter omnium erit ab negatio, quare id quod generatur, ex nihilo gignatur erit necesse.

Sed de hisce in aliis libris latius addubitatum, simul atque definitum fuit: uerum compendiose in præsentia quoque dicamus oportet, e non ente simpliciter aliquo modo fieri generationem, & alio, ex ente semper: nanque ens potentia, sed actu non ens, præexistat est necesse, quod sane, ut patet, utroque dicitur modo.

Determinatis autem hisce, id rursum exacte disquiramus oportet, quod miram habet ambiguitatem, quonam inquam pacto generatio simplex sit siue ex ente potentia, siue etiam alio quouis modo fiat.

f ¶ Mouet quandam quæstionem, vtrum scilicet generatio simplex sit tantum substantiæ, & huius idest individui in genere substantiæ, non autem sit quanti, neque qualis, neque vbi, & aliorum prædicamentorum, quæ non sunt simpliciter entia & eadem quęstio potuit fieri de corruptione. Et hoc est suppondum pro certo, quod generatio, & corruptio simplex sit solius substantiæ. Tertio ibi.

g ¶ Prosequitur dubitationem: & dicit, quòd si non generatur simpliciter nisi quid, idest existens in genere substantię & id, ex quo generatur aliquid, est potētia ens, sicut dictum est, & non actu: sequitur, quòd id, ex quo generatur substantia, & in quod transmutatur, quando corrumpitur, sit substantia in potentia, non autem actu. Restat ergo quærendum, vtrū sit in actu aliquod aliud prædicamentorum, puta Quantum, vel Quale, aut Vbi, aut quodcunque aliud prædicamentorum, cum tamen sit in potentia ens hoc, idest substātia, quæ est ens simpliciter: ita tamen q̄ non sit simpliciter, .i. in actu, neque hoc, idest neque substantia, neque ens. Quæcunque autem pars dubitationis detur, sequitur inconueniens. Si enim nihil aliorum est in actu, sed sunt in potentia omnia genera prædicamentorum: sequitur primo, quòd nō ens sit separatum, .i. quòd materia, quæ est in potentia, subiecta sit priuationi, q̄ est non ens absq; omni forma. Secundo, sequitur id quod maxime timuerunt Primi philosophi, quòd aliquid generetur ex nullo præexistente. Quod enim non est ens actu, nihil est. Si vero ponatur quòd id, ex quo generatur substantia nō sit hoc aliquid, idest individuum in genere substantiæ, neque sit substantia in actu, sed sit in actu aliquod aliorum prædicamentorum, sequitur inconueniens, quod prius induximus, quòd scilicet passiones & accidentia separentur a substantijs: quod est manifeste impossibile: sic igitur videtur q̄ non possit esse generatio simpliciter hoc modo: quòd substantia generetur ex non ente actu, ente autem in potentia, vt prædicta solutio dicebat.

f Quæret enim quis, an est substantiæ generatio, & huius, sed non quanti, & qualis, & vbi: eodem vtique modo & de corruptione queritur.

g Si enim qđ generabitur, manifestum est q̄ erit substātia aliqua potestate, actu autem non, ex qua generatio erit. & in quā necesse est, transmutari quod corrumpitur. Vtrum quidem igitur existit quid aliorū actu? dico autem, puta aut erit quantum, aut quale. aut vbi, aut vero potestate ens, & hoc ens: simpliciter autem neque ens. neq; hoc ens. Si enim nihil, sed omnia potestate: & separatum, cōtingit q̄ sit nō ens. Et amplius quod maxime timentes erant primi philosophantes. ex nullo generari pręexistente. Si autē hoc quidem esset hoc aliquid, & substantia non existit, aliorū autem prędicamētorum quid erunt, quemadmodum diximꝰ separatæ passiones a substātiis.

LECTIO VII.

DE his autem quantum fieri potest tractandū & quę causa quare generatio semper sit, & quæ simpliciter, & quę secundū partē. Existente aūt causa, vna quidē, vnde principium motus dicimus esse, vna autē materia, talem autē causam dicere oportet: de illa enim dictū est prius in de motu sermonibus, quod hoc quidem immobile est per omne tempus, hoc autem mouetur semper. Horum autē de immobili principio quidē diuidere alterius philosophię est opus. De eo autem, quod iccirco alia mouet, quia continue mouetur. postea assignandum est quę nam sit talis causa singularium dictorum. Nunc autē vt materiæ specie positam causam dicamus, propter quā semper generatio, & corruptio nō deserunt naturam: simul enim

Tex.cō.13.

Tex.cō.14.

Primo Phy. t. c. 34.

Tex.cō.15.

LECTIO VII.

POstquam Arist. contra præmissam solutionem obiecit, hic introducit aliam quæstionem, per cuius solutionem soluitur prædicta obiectio. Et circa hoc duo facit. Primo introducit quæstionē & soluit eā, Secundo ex eius solutione procedit ad solūendum quæstionem principaliter intentam. ibi ¶ Propter qđ autem. } Circa primum tria facit. Primo proponit quæstionem, Secundo q̄ sequitur eam. ibi. ¶ Habet autem quæstionem. } Tertio solui eam. ibi ¶ Quocirca propter huiusmodi. } Circa primum duo facit. Primo introducit ōstionem. Dicit enim quòd de his, scilicet dubitatione prænissa, tractandum est, quoniā conuenit propositos: & vt melius declaretur, inquirendum est quæ est causa quòd generatio sit semper, & illa quæ est simpliciter, & illa quæ est secundum partem .i. secundum quid. Oportet enim ponenti mūdum perpetuū, & motum, ponere ét generationem perpetuam. Quod autem necessitatis habeant rationes Arist. circa perpetuitatem mundi, manifestanimus in Octauo Physico. Secundo exponit introductam quæstionem, & dicit, quòd causa ꝓpetuitatis generationis, vna quidem accipi potest, q̄ dicitur vnde est principium motus, idest causa mouens vel efficiens: alia causa potest accipi, quæ est materia: & talis nūc assignanda est, scilicet materialis: de cā enim mouente dictū est prius in sermonibus de Motu, idest in Octauo Phys. ibi. n. dictum est quòd est quoddā mouens immobile per omne tēpus, scilicet motor cæli: aliud est mouēs quod semper mouetur, scilicet cælum: de vno autem horum, scilicet de mouente primo, determinare pertinet ad aliā partem Philosophiæ, q̄ est prima inter alias: vnde in 12. Meta. determinauit Philosophus de causa perpetuitatis motus & generationis: & de alio mouente, scilicet q̄ causat perpetuam generationem propter hoc quòd ipsum continue mouetur: postea in fine huius libri assignanda est, quòd talis sit causa singularium dictorum, idest perpetuitatis generationis simpliciter, & secundū quid. Sed nunc oportet assignare causam,

Tex.cō.18.

Tex.cō.16.

Tex.cō.17.

Tex. cō. 4. 7. & 8.

Tex.cō.37.

Tex.cō.34.

exusam propter quam generatio & corruptio in sempiternum non deserant naturam rerum: causam dico positam in materiæ specie, ideſt materialem causam. Et no videatur hoc esse præter propositum, subiungit q̃ forte simul manifestabitur quomodo oporteat dicere circa hanc quæstionẽ, & quomodo oporteat dicere de generatione simpliciter, & corruptione. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.16. b ¶ Prosequitur q̃stionem introductã. Et primo obijcit ad excludendum perpetuitatem generationis. Secundo excludit quasdam responsiones. ibi {Non enim vtique.} Dicit ergo primo, quòd viderur habere dubitationẽ sufficiẽter mouentẽ, quæ est causa quare generatio complet & resoluitur sempiterne circa rerum naturam, si id quod corrumpitur simpliciter cedit in non ens. Sicut enim quod generatur simpliciter fit ex non ente simpliciter, ita q̃ corrumpit simpliciter, videtur, q̃ in non ens simpliciter cadat ita q̃ hoc non ens omnino nihil sit: neque enim potest esse quid, ideſt substantia: quia, cum corruptio sit substantiæ simpliciter, oportet q̃ corruptum simpliciter cadat in non substantiã, & per cõsequens in non ens, in quod terminatur corruptio: oportet autem q̃ id neq; sit quale, neq; quantũ, neque vbi, neque aliquod aliorum prædicamentorum, eo q̃ accidentia non possunt esse sine substantia. Si ergo generatio & corruptio sint sempiterna, videtur q̃ semper aliquod entiũ cadat in non ens, & ita semper subtrahitur aliquid habentium naturam. Manifestum est autem, q̃ omne finitum consumitur, si semper ab eo fiat ablatio: si ergo totum vniuersum est finitũ, ex quo generatur vnumquodque entium. Si ergo generatio ab æterno fuit, olim debuit esse consumptum totum ens: ita quòd iam non relinqueretur nisi inane, ideſt vacuũ. Deinde cũ dicit.

c ¶ Excludit duas obiectiones. Quarum prima fuit Antiquorum naturalium, qui vt possent cauſare perpetuitatem generationis, attribuerunt infinitum principiis. Nam omnes, qui posuerunt vnum principium, vel ignem, vel aerem, vel aquam, vel aliquod medium, dixerunt id principium esse infinitum. Democ. autem ponit spatium vacuum infinitum, & corpora etiã indiuisibilia infinita: similiter autem Anaxag. ponit infinitas partes consimiles esse principia. Omnia ergo hæc excludit Philosophus dicens, quòd non potest dici quòd ideo generatio nõ deficit, quia infinitum est id ex quo generantur, siue sit vnum, siue multa principia, hoc enim est impossibile: quia vt probatur in Tertio Physicorum, & in Primo, nihil est actu infinitũ in natura. Secundam obiectionem ponit & excludit. ibi {Posset autem.} Posset enim aliquis dicere, quòd quamuis non sit aliquid infinitum in actu, est tamen in potentia, sicut patet in diuisione continui. Et ita posset aliquis dicere, quòd sicut a continuo, quamuis non sit infinitum actu, in infinitum aliquid per diuisionem subtrahitur, & tamen non totum consumitur: ita in corpore naturali, ex quo omnia generantur, quãuis non sit infinitum, semper abstrahitur aliquid per corruptionem, quod cedit in non ens, nunquam tamen totaliter consumitur. Sed hoc excluditur: quia si a continuo finito: vt dicitur in Tertio Physicorum, semper abstrahitur eadem quantitas, quantumcunque sit magnum, tandem consumetur: puta, si a diametro cæli semper quis abstrahat palmum: sed in infinitum continuum diuidit, si semper fiat abstractio secundum eandem proportionem: puta si cõtinuum diuidatur per medium, & medium per medium, & sic in infinitum, & eadem ratio est de quacunq; alia proportione. Sic autem diuisione facta, manifestum est quod id, quod post medium accipitur, semper erit minus eo, quod prius accipiebatur: nam dimidium dimidij minus est quam dimidium totius: vnde Arist. concludit quòd si hac ratione generatio & corruptio in infinitum duraret, ratione quòd cõmune in infinitum diuiditur, oportebit quod id quod postea generatur, semper sit minus in quantitate, vt sic semper minus existat id quod abstrahitur a corpore: hoc autem non videmus ita accidere, quod semper fit minus quod generatur, nunquã autem totaliter consumatur: hoc ergo, quòd generatio in infinitum duret & corruptio, non potest esse simile diuisioni magnitudinis in infinitum. Deinde cũ dicit.

d ¶ Exclusis falsis solutionibus, concludit veram solutionẽ, scilicet q̃ ideo necesse est esse generationis transmutationẽ, & corruptionis indeficientem vel inquieram, ideſt non cessantem: quia corruptio huius est generatio alterius, & econuerso. Nam generatio per se quidem est ex ente in potentia, ideſt ex materia, quæ est sicut subiectum rerum naturaliũ: accidit enim materiæ, ex qua aliquid generatur, q̃ sit subiecta alteri formæ, secundum quam est ens actu, & priuationi formę inducendæ, secundum quam est non ens actu. Et ideo Arist. dicit in Primo Phys. ex ente quidem actu per accidens, ex ente autem in potentia per se. Et similiter corrumpetur aliquid per se quidem in ens potentia: quod quidem subijcitur alteri formæ, secundum quam est ens actu: & priuationi prioris formæ, secundum quam est non ens actu: & ita non dicitur quòd id quod corrumpitur recedat a tota rerum natura: quia quamuis fiat non ens hoc, quod est corruptum, remanebit tamen ens aliquid aliud, quod est generatum: vnde non potest materia remanere quin sit subiecta alicui formæ: & inde est, quòd vno corrupto generatur aliud, & vno genito, aliud corrumpitur: & sic consideratur quidem circulus in generatione & corruptione: ratione cuius habet aptitudinem ad perpetuitatem. Vltimo autem epilogando concludit, quòd existimandum est prædictam causam esse sufficientẽ de hoc, quòd generatio & corruptio simpliciter fit circa vnumquodque entium in sempiternum: quod quidem oportet dicere supposita perpetuitate mundi & motus: quod tamen Fides catholica non supponit, vt alibi dictum est.

forsitan fiet & hoc manifestum & de nunc quæsito, quomodo oporteat dicere, & quomodo de simplici generatione & corruptione.

b Habet autem dubitationem sufficientem, & quę causa est q̃ cõplicatur generatio, si quod corrũpitur ad non ens secedit, non ens autem nihil est: neque enim illud quod est, neque quale, neque quantum, neque vbi, quod non ens. Si igitur semper quod ens secedit, quare non cõsumptum est olim & inane omne. si finitum erat ex quo fit generatorum vnumquodque?

c Non enim vtique propter infinitum esse ex quo generatur non deficit: hoc enim impossibile est: non enim est actu infinitum, potestate autem est, vt ī diuisiõe. Quapropter, oportet hanc esse solum causam non deficiendi, quoniã generatur qui dem semper minus: nunc autẽ videmus hoc minime.

d Quocirca, propter huiꝰ corruptionem alterius generationem esse, & huiusmodi generationem alterius esse corruptionem, inquietam esse necesse est transmutationem. De generatione quidẽ & corruptione simpliciter, semper circa vnumqd̃ que entiũ, hãc existimandũ est esse sufficientẽ cãm in omnib'.

Inuebit autẽ & id quod q; magnũ abũde dubiũ: quænã causa sit vt generatio generationi ſp cohæreat, & alterã altera subĩde sequatur, si quidẽ q̃d corruptionẽ subit ad id proficiscitur q̃ nequaquã in rõe rerũ existit: q̃d aũt i rõe rerũ minime existit, nihil est. Nã q̃d haud est, neq; substãtia ẽ, neq; qualitas, neq; quãtitas neq; ubi. Igitur, si ſp quippiã eorũ, quæ sunt, in rõe rerũ abeat, cur nõ dudũ uniuersũ ipsum cõsumptũ fuit atq; inane euasit, cũ id ex quo fit genitorũ quodq; finitum sit?

Non enim propterea q̃ id ex quo quid sit infinitum sit, non deficit, id .n. esse nequit: nihil enim actu infinitum est, sed potentia tantum, nempe diuisione ipsa. Quare hanc solam causam esse oportebat cur nunquam deficiat, quia semper quippiam fiat minus: nũc autem hoc fieri minime cernimus.

Ergo propterea quòd interitus huius alterius est ortus, & contra, ortus huius alterius interitus, necessario accidit, ut mutatio irrequieta sit, & sub sistere nequeat. Cur igitur generatio & corruptio similiter semper sit circa unumquodque eorum quæ sunt, hanc apud omnes causam satis esse putandum est.

Tex.cõ.17. Tex.cõ.37. Tex.cõ.35. Tex.cõ.58. Tex.cõ.66.

LECTIO VIII.

Soluta dubitatione quam introduxerat de continuitate generationis, hic accedit adsoluendum quæstionem principaliter intentam. Et circa hoc duo facit. Primo mouet quęstionem, Secundo soluit eam ibi. {Quemadmodũ enim determinauimus.} Dicit ergo primo, quòd iterum est perscrutandum, quare quædam dicuntur simpliciter generari, & quædam corrumpi, quædam autẽ nõ, sicut dictum est in determinatione præcedentis quæstionis, q̃ generatio huiꝰ ẽ corruptio illius, & corruptio huius est generatio alterius. Videtur enim hoc requirere quandam rationem: ni ex quo adinuicem generantur & corrumpuntur, videtur quòd eadẽ ratione sit simpliciter generatio & corruptio vnius & alterius. Dicimus enim in diuersis quæ non ex inuicem generãtur, quoniam aliquid corrũpitur simpliciter, & non solum sic, ideſt secundum quid: & q̃ quædam est simpliciter generatio seu corruptio, & quòd quædam generantur, secundum quid, & nõ simpliciter: sicut dicimus quòd ille qui addiscit, fit quidem sciens, quod est fieri secundum quid, non tamẽ fit simpliciter, quia ſimpliciter erat etiã antequàm esset sciens. De vtroq; ergo cõsiderandum ẽ, scilicet quare in generatis exinuicẽ, quędam dicuntur generari simpliciter, & q̃dam secũdum quid, & quare etiam hæc differentia cõtingat in his quæ non exinuicem generantur. Deinde cum dicit.

LECTIO VIII.

Ropter quid autẽ nũc hęc quidem simpliciter dicuntur generari & corrumpi: hæc autẽ non simpliciter, rursus scrutandum: si idem est generatio quidem huius, corruptio autem huius, & corruptio huius, generatio autem huius: quęrit autẽ hoc aliquam rationem. Dicimus enĩ quoniam corrumpitur nũc simpliciter, & non solum hoc: hęc autem est generatio simpliciter, hæc autẽ est corruptio: hoc autem generatur quidem simpliciter, hoc autem generatur quidem non simpliciter: dicimus enim discentem fieri sciẽtẽ generari aũt simpliciter nõ.

Tex.cõ.18. De hoc fu. 4. Phy. Tex.cõ.49. Tex.cõ.20. Tex.cõ.20.

b Quemadmodũ enim determinauimus multotiens dicentes, quoniam hoc quidem significat hoc aliquid, hoc autẽ non propter hoc contingit q̃d quęritur. Differt enim in quod trãsmutatur trãsmutans: puta forte quę ī ignẽ iam generatio simpliciter, corruptio autẽ alicuius est, puta terræ: terræ autem generatio aliqua generatio: generatio autem nõ simplex, corruptio autẽ simplex, puta ignis quemadmodũ Parmenides dicit duo ipsum ens, & nõ ens eẽ inquiens, ignem & terram. Hęc igitur aut talia alia supponere nihil differt: modum enim quæ rimus, sed non subiectũ. In non ens igitur simpliciter via ẽ corruptio simpliciter, in simpliciter autem ens ẽ generatio simpliciter, sed est corruptio simplex: quia est corruptio entis, scilicet ignis. Sic enim Parmenides dixit duo esse principia rerum, scilicet ens & non ens: appellans ens ignem, & non ens terram: forte propter hoc, quòd ignis inter alia elementa habet plus de forma, terra autem minus. Hoc autem exemplum non procedit secundum sententiam Arist. qui existimante vtrumque ens: & ideo subiungit quòd nihil differt ad propositum talia exempla, vel alia supponere. Quærimus enim inducendo exẽpla, modum, sed nõ subiectum, non curantes, vtrum, scilicet sic se habeat i his terminis vel quibuscunque alijs. Et propter hoc etiam in libris Logicæ, vtitur exemplis secundum opiniones aliorũ Philosophorum, quæ nõ sunt inducenda, quasi sint verba Aristo. Hoc igitur ex præmissis est accipiendum, quòd corruptio simplex est, quæ est via in simpliciter non ens: generatio simpliciter, q̃ est via in simpliciter ens: determinetur ergo quod dictum est de generatione & corruptione simpliciter, vel secũdũ quid, sine in igne & terra, sine in quibuslibet alijs terminis: dummodo ita se habeant, quòd vnũ sit ens, & aliud non ens: sicut dicamus vivum & mortuum, vel aliquid aliud huiusmodi. Concludit igitur, quòd vno modo differt simpliciter generari & corrumpi, & non simpliciter, sicut dictum est. Sed videtur quòd hęc differentia non sit conueniens: via enim, quæ est i simpliciter non ens, quam dicit esse corruptionẽ simpliciter, non potest intelligi in id, quod est omnino nihil: quia omnis naturalis corruptio fit per resolutionem in aliquam materiam. Similiter etiam non potest intelligi non ens simpliciter, quòd fit priuatio pura sine forma: quia materia nunquã in denudatur ab omni forma, ita quòd fit sola sub priuatione: ergo oportet quòd per non ens, in quod tendit corruptio simplex, intelligatur priuatio, quæ est adiuncta alicui formæ: cuilibet autem formæ naturali in generabilibus & corruptibilibus adiungitur priuatio: non ergo dicetur magis vnum generari & corrumpi simpliciter, in his quæ adinuicem generantur & corrumpuntur, quàm aliud. Dicendum est ergo, quòd non ens simpliciter, intelligitur hic materia cum priuatione adiuncta alicui formæ. Sed duplex est forma: vna quidem perfecta, quæ complet speciem alicuius rei naturalis, sicut forma ignis, vel aquę, aut hominis, aut plantę: alia est forma incompleta, quæ neque perficit aliquam speciem naturalem, neque ẽ finis intentionis naturę, sed se habet in via generationis vel corruptionis. Manifestum est enim in generatione compositorum, puta animalis, quòd inter primum principium generationis, quod est in semine, & vltimam formam animalis completam, sunt multæ generationes mediæ, vt Auicen. dicit in sua

Ostano Phy. t. c. 4. & infra.

Sufficientia: quæ necessario terminantur ad aliquas formas: quarum nulla facit ens completum secundum speciem, sed ens incompletum, quod est via ad speciem aliquam. Similiter autem etiam ex parte corruptionis, sunt multæ formæ mediæ, quæ sunt formæ mediæ incompletæ: non enim separata anima corpus animalis statim resolvitur in elementa, sed hoc fit p multas corruptiones mediας, succedentibus sibi in materia multis formis imperfectis: sicut est forma corporis mortui, & postmodum putrefacti, & sic tandem fit vltimum complemẽtum successiue. Quãdo igitur per corruptionem peruenitur in priuationem cui adiungitur talis forma i materia, est corruptio simpliciter.

5. Phy. t. c. 58.

Quando autem ex priuatione, cui adiũgitur forma imperfecta, quæ erat via generationis, peruenitur ad formam completam, est generatio simplex. Deinde cũ dicit.

Tex.cõ.19.

c ¶ Ponit secundum modum: & dicit, quòd alio modo erit quędam generatio & non simpliciter qualiscunq; materia erit, ideſt si habeat aliquam naturam id in quod est corruptio, dummodo habeat aliquẽ defectum. Illud enim, cuius differentiæ magis significãt hoc aliquid, magis est substantia: illud autem, cuius differentiæ magis significant priuationem, magis est non ens. Sicut calidum est quoddam prædicamentum, ideſt quoddam affirmatum sine priuatione, & est species, ideſt forma, frigiditas autem est priuatio: his autem differentiis differunt terra & ignis. Si autem terra est naturaliter frigida, ignis naturaliter est calidus: & ideo ignis est magis substantia, terra autem magis accedit ad non ens. Primo autem oportet considerare quomodo hic dicatur quòd frigiditas sit priuatio, cum frigidum & calidum contrarie opponantur: contrariorum autem vtrorumque est natura aliqua: alioquin non essent in eodem genere: nam priuatio & non ens, non est in genere. Dicendum autem est, quòd sicut ostensum est in Decimo Metaphysic. oppositio priuationis, &

Tex.cõ.15.

habitus est principium oppositionis contrariorum: & ideo sem per alind contrariorum est cum defectu & priuatione quadam respectu alterius. Dicitur ergo frigidum priuatio, non quia sit priuatio pura, sicut cæcum & nudum, sed quia est qualitas deficiens respectu calidi. Vnde in hoc differt iste modus secundus a primo: nam primus modus accipiebatur secundum

K

differentiam entis & non entis simpliciter, hic autem accipitur secundum differentiam entis perfecti & imperfecti. Secundo oportet considerare, quomodo hic dicatur quòd terra, & ignis differant his differentijs, scilicet calido & frigido: oportet enim hoc intelligi de differentijs substantialibus: alioquin non pertinerent ad generationem & corruptionem, sed magis ad alterationem: principia autem differentiarum substantialium, quę sunt constitutiuæ specierum, oportet esse formas substantiales, quæ sunt specificæ: secundum hoc ergo sequitur quòd calor, & frigus sint formæ substãtiales ignis & terræ: quod est omnino impossibile. Primo quidem, quia non est possibile quòd idem sit in vno accidens, & in alio forma substantialis, nisi æquiuoce diceretur: calidum autem & frigidum in aliis corporibus sunt accidentia, de quibus tamen vniuoce dicuntur cum elementis: ex quorum mistione in eis huiusmodi qualitates inueniuntur, non ergo potest esse quòd calidum

F & frigidum in elementis sint formæ substantiales. Secundo, quia nulla forma substantialis est sensu perceptibilis, sed solum intellectu, cuius obiectum est quod quid est, vt dicitur in Tertio de Anima: formæ autem, quæ sunt sensu perceptibiles, sunt qualitates species: quæ ob id dicuntur passibiles, quia sensibus inferũt passiones: vt dicitur in Prædicam. Cum igitur calidum ignis & frigidum terrę vel aquæ sint sensu perceptibilia, non possunt esse formæ substantiales. Dicendum est ergo, quòd sicut habetur ex Octauo Metaphysi. differentiæ substantiales, quia sunt ignotæ, per differentias accidentales manifestantur: & ideo multoties vtimur differentijs accidentalibus loco substantialium: & hoc modo Philosophus hic dicit, calidum & frigidum esse formas substantiales ignis & terræ: calidum enim & frigidum, cum sint proprię passiones horum corporum, sunt proprij effectus formarum substantialium eorundem. Et ideo sicut aliæ causæ intelligibiles innotescunt per effectus sensibiles: ita & per sectione calidi & imperfectione frigidi p pendimus quòd forma substãtialis ignis est perfectior quàm forma substantialis

Tex.cõ.5.

Capite de qualitate.

bus igitur illæ, siue igni & terra, siue quibusdam alijs deſinuæ sunt, horum profecto alterum ens, alterum non ens erit. Vno igitur modo simpliciter quippiam generari ac corrumpi, & non simpliciter, hoc inter se differunt.

Tex.cõ.5.

Altero, materiæ qualitate conditioneue. Cuius enim differentiæ potius hoc aliquid significant, ea magis substantia est, contra, cuius differentiæ priuationem magis significant, ea magis non est. Vt calor, prædicamentum quoddam & species est, frigiditas, priuatio: his autem differentijs, ignis & terra differunt.

At plerisque uidetur, illa potius sensibili & insensibili differre: nam cum ad sensibilem materiam mutatio fit, tum gigni quippiam aiunt, cum ad eam quæ sub sensum non cadit, corrũpi. Quando quidem, ens, & non ens sentiendo & non sentiendo definiunt: quemadmodum quod scibile est, ens esse aſſerunt: quod sciri non solet, non ens: quippe cum sensus ipse scientiæ uim obtineat.

Igitur bi nt res ipsas uiuere quia sentiant aut sentire possint, ita easdem

terræ: omnes enim formæ substantiales differunt secundum magis & minus perfectum: vnde in Octauo Metaphysic. dicitur: quòd species rerum sunt sicut numeri: quorum species variantur secundum additionem & subtractionem. Potest etiam dubitari de hoc quod dicit, quòd cuius definitio magis significat hoc aliquid, magis est substantia: cum tamen dicatur in Prædicamẽtis, quòd substantia non suscipit magis & minus: sed dicendum quòd per hoc non intendit significare intensionem & remissionem substantiæ in Prædicamento substantiæ, sed maiorẽ & minorẽ perfectionẽ in speciebus substantiæ secundũ dicta formarũ differentiã. Tertiũ modũ ponit ibi d ¶ Circa hoc tria facit. Primo ponit tertium modum, secundum quem aliqui assignant differentiam generationis, & corruptionis simplicis, & secundum quid, Secundo, ostendit huiusmodi falsitatem ibi. ‡ Quemadmodum igitur. ‡ Tertio comparat hunc modum secundo ibi ‡ Contingit itaque. ‡ Dicit ergo primo, quòd multis videtur quòd simpliciter generatio, & secundum quid, magis differunt per hoc quod est magis & minus sensibile, quàm secundum perfectionem & imperfectionem suarum differentiarum, sicut in secundo modo dicebatur. Dicunt enim, quòd quando aliquid transmutatur in materiam, quæ bene potest sentiri, tunc generatur aliquid simpliciter: puta, quando aliquid transmutatur in terram vel in aquam: quando autem transmutatur aliquid in id, quod non est manifestum sensui, dicunt illud corrumpi simpliciter, puta in aerem: & horum ratio est, per hoc quòd determinabant aliquid ens & non ens ex hoc, quòd non sentitur vel sentitur: existimantes id quod solum sentitur esse ens: & hoc ideo, quia apud eos non differunt sensus ab intelligentia, sicut quidam posuerunt: vt dicitur in Libro de anima: & ideo vtuntur sensu ac si haberet virtutem intellectiuæ scientiæ, quę est capax aliqualiter omnium entium: vnde scibile, ens est, ignotum autem, non ens. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.10.

e ¶ Ostendit falsitatem huiusmodi sententiæ: nanque tales, sicut existimabãt animalia viuere & esse in hoc quòd actu sentiunt

tiunt vel possunt sentire, ita existimabant res esse, in hoc quòd A sentiuntur vel possunt sentiri: ac si sensus esset perfectio rei sensibilis, sicut est perfectio sentientis, & in hoc quodãmodo prosequebantur & destruebant veritatem rerum. Nam, cum verũ dicatur aliquod ex eo quod est rei esse rerum consisteret solum in sensibus, nulla veritas esset in rebus, sed in solo sentiẽte: hoc autem nõ est verum: quia sic nulla veritas esset i rebus, vnde subtrahẽtes veritatem rerum dicũt non verum. Deinde cum dicit.

f ¶ Comparat hũc modum secundo, & dicit, quòd aliter cõtingit generari simpliciter & corrumpi, secundum opinionẽ quæ pertinet ad hũc tertium modum & rei veritatem, quam tangit secundus modus: quia spiritus, ideſt aer & ventus minus sunt secundũ sensum, ideſt si iudicetur esse rei ex hoc quòd sentitur: & iõ quęcunque corrumpuntur dicuntur secũdum tertium modum corrumpi, & p transmutationẽ quæ non sentiuntur generari aut simpliciter quando transmutantur in aliquod tãgibile, & palpabile, sicut quando mutantur in terram. Sed secundum veritatẽ accidit contrarium, qa aer magis est hoc aliquid & species quàm terra: & ẽ perfectius ens: & ideo secundũ veritatem magis est generatio simpliciter, si ex terra fiat aer quàm e conuerso. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.20.

g ¶ Epilogat quæ dicta sunt, & dicit, quòd dicta est causa quare quædã est generatio simplex, cũ tamen fit corruptio alicuius: & quędam corruptio simplex, cum sit generatio alicuius: hæc enim differũt per materiam, ideſt per id in quod aliquid transmutatur per generationẽ, vel corruptionem: sũt quia est substantia, ideſt ens, vel nõ, sicut dicebatur i primo modo: aut quia hoc magis, hoc vero minus: quia scilicet, vnum est perfectius

re & esse existimant, ita & res. In quo modo quodam prosequetur veritatem. Id autem dicentes, non verum.

f Contingit itaque secundum opinionem & secundum veritatem aliter & generari simpliciter & corrumpi. Spiritus quidem enim & aer secundum quidem sensum minus sunt: ideo & quæcunque corrumpuntur simpliciter in huius transmutatione hęc corrumpi dicuntur, generari aũt, qñ in aliquid tangibile, vt in terrã mutatur, sm veritatem autẽ magis hoc aliqd & species hæc, quàm terra.

g Esse quidem igitur hanc simplicem generationem alicuius corruptionem entem, corruptionem autem simplicem generationem alicuius existentẽ, dicta est causa. Propter materiam ẽnim differunt aut eò p substãtia est, aut non, aut quòd hæc magis, hæc vero non, aut quòd hæc quidem magis sensibilis est materia ex qua, & in quam est, hæc vero minus est.

LECTIO VIII.

Icuntur autem hęc quidem simpliciter generari: hæc autẽ aliquid solum non ex abinuicem generatione, sed secundum quem dicimus nunc modum. Nunc quidem enim tantum determinatum est, quare omni generatione existente corruptione alterius, & omni corruptione existente generatione alterius, nõ simpliciter attribuimus generari & corrumpi in adinuicem transmutabilibus. Quod autẽ postea dicit, nõ hoc quęret, sed quare discẽs quidẽ nõ dꝰ simpliciter generari, sed gnari sciens: quod autem nascitur generari.

b Hæc aũt distincta sunt prędicamentis. nã hoc quidẽ hoc aliquid significat, hoc autẽ quale, hoc aũt quãtũ. Quęcũq; igitur non substantiã significant, non

B

LECTIO VIII.

Ostquam ostendit, quare quædam generantur simpliciter, & quędam secundum quid eorum quæ adinuicem generantur, Hic ostendit causam differentiæ generationis simpliciter & secundum quid in his quæ non adinuicem generãtur. Et primo determinat quæstionem principaliter intentã, Secundo determinat quæstiones consequẽtes. ibi ‡ Sed nunc quærere oportet. ‡ Circa primũ tria facit. Primo mouet quæstionem, Secundo soluit eam. ibi ‡ Hæc autẽ determinata sunt. ‡ Tertio epilogat q̃ dicta sunt ibi. ‡ De generari q̃dem. ‡ Dicit ergo primo, qꝰ quędã dicuntur simpliciter generari, quædam autem solum secundũ quid, non secundum generationem ex inuicẽ, vt supra dictum est, vt scilicet, vnum eorum, quę ex inuicem generantur, generetur simpliciter, aliud autẽ secundum quid (hoc enim est quod supra determinatum est.) quare, cum omnis generatio sit corruptio alterius, & omnis corruptio sit generatio alterius: non solum simili modo attribuitur generari & corrumpi in his quæ adinuicem transmutantur, sed vnum eorum dicitur generari vel corrumpi simpliciter, aliud autem secundũ quid. Quæstio autẽ, quæ postmodum determinanda est, non hic erit, sed in his quæ non ex inuicem transmutantur: quare vnum dicitur generari simpliciter & alterum secundum quid: puta, quare discens qui fit sciens, non dicitur simpliciter generari, sed secundum quid. i. scies, homo autem vel animal quãdo nascitur, dicitur generari simpliciter. & tamen manifestũ est qꝰ natum & sciens non generãtur ex inuicem. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit quæstionem nunc motam, & dicit, quòd illa, quorum quædam dicuntur generari simpliciter, quædam secundum quid, sunt distincta secundum prædicamenta, ita quòd vnum eorum significat hoc aliquid, ideſt substantiam: aliud autem quantitatẽ, aliud qualitatem, & sic de alijs prædicamentis. Illa ergo, quæ non significant substantiã, non generãtur simpliciter, sed secundum quid, sicut quãtitatẽ, aut qualitatem, aut aliquid aliorum.

Icuntur autẽ quædam simpliciter, quædam solum aliquid fieri, non ob mutuã generationem, sed iuxta eum quem nuper diximus modum. Nam hoc tantum nuper definitum determinatũ que fuit, cur nam, cum omnis generatio sit alterius corruptio, & omnis corruptio cuiuspiam, alius generatio, tam oriri quàm interire non similiter tribuamus hisce, quæ in sese uicissim mutari solent. At quod postremo loco fuit dictum, hoc idem minime in quæstionem reuocat, sed quàm ob rem quod discit, non simpliciter fieri, sed fieri sciens, quod uero nascitur fieri dicatur.

Hæc autem, prædicamentis distincta sunt. Nam alia substantiam, alia qualitatem, alia quantitatem significant. Quæcunque igitur substantiam non significant, ea non sim-

D

E

tur generari simpliciter, quædam secundum quid, sunt distincta secundum prædicamenta, ita quòd vnum eorum significat hoc aliquid, ideſt substantiam: aliud autem quantitatẽ, aliud qualitatem, & sic de alijs prædicamentis. Illa ergo, quæ non significant substantiã, non generãtur simpliciter, sed secundum quid, sicut quãtitatẽ, aut qualitatem, aut aliquid aliorum.

Quæ vero significant substantiam dicuntur generari simpliciter: cuius ratio est, quia generatio est via de non esse ad esse, & ideo simpliciter generatur quod acquirit esse, cui non præsupponitur aliud esse: non enim fit quod est. Vnde quod iam est, non potest generari simpliciter, sed secundum quid. Et ideo ista, quorum esse præsupponit aliud esse, non dicuntur generari simpliciter, sed secundū quid: esse autem accidentium præsupponit aliud esse, scilicet esse subiecti: esse autem substantiæ non præsupponit aliud esse: quia subiectū formæ substantialis nō est ens actu, sed potentia: & ideo ex hoc q̄ accipit formam accidentalem, dicitur generari secūdum qd. In omnibus tamen substantijs & accidentibus diuersificat generari simpliciter & secundum quid, secūdum diuersum ordinē entis ad nou ens, vel perfecti ad imperfectum, aut sensibilis ad insensibile: vnde quodammodo in substantia dicitur generatio simpliciter, si generetur ignis, nō autem si generet terra: & in qualitate dicitur generatio simpliciter si generetur sciens, non autem si generetur nesciens. Deinde cum dicit.

Tex.cō.21.

c ¶ Epilogat quę dicta sunt: & dicit, q̄ dictum est vniuersaliter de accidentibus & in substantijs, de hoc quod quædā generantur simpliciter & quædam secūdum quid. Et etiam dictū est, quòd causa communitatis generationis per modum materiæ est secundum q̄ transmutatur in cōtraria: ex hoc enim contingit quòd semper in substantijs, alterius generatio, & alterius corruptio, & ecōuerso: nunquam enim materia est sub prima tione vnius formæ sine alia forma, in quibusdam autem accidentibus hoc contingit nam corpus diaphanum est sub priuatione lucis absque hoc, quòd subsit formæ contrariæ. Deinde cum dicit.

Tex.cō.22.

d ¶ Determinat tres quæstiones consequentes: quarum prima est, quare semper generatur aliquid ex corruptis: quod supponit in hoc quòd dixit, quare generatio vnius est corruptio alterius. Et soluit hanc quæstionem dicens, quia corruptio tēdit in non ens, & generatio est ex non ente; ideo oportet q̄ generatio sit ex corruptis. Et hoc ipse probat etiam ex aliorū opinione: quia sicut homines dicunt corrumpi aliquid, quando peruenit ad insensibile, quod putant ens non esse, secundū tertium modum supra positum: similiter dicunt aliquid generari, quando ex insensibili & non esse peruenit ad hoc quòd sit sensibile: patet ergo quòd secundum hunc modum, id quod est terminus corruptionis, est principium generationis. Siue ergo sit aliquod subiectum, ex quo est generatio, siue non, semper oportet quòd generatio eius sit ex non ente, quod est terminus corruptionis: hoc enim est de ratione generationis, q̄ sit ex nō ente: quòd autem illud non ens adiungatur alteri existenti; accidit generationi. Quare patet, quòd simul generatur aliquid ex non ente & corrumpitur in non ens, qualitercunque dicatur non ens: sic igitur idem est, quod terminatur corruptio, & ex quo est generatio: & propter hoc generatio est ex corruptis. Conuenienter ergo non deficit successio generationis & corruptionis, vt supra dictum est: quia generatio est q̄dam corruptio, scilicet non entis: & ita vnum eorum semper adiungitur alteri, cū tamen in id, ex quo vnum incipit, aliud terminetur. Secundam quæstionem ponit ibi. ¶ Sed hoc nō ens. ¶ Potest enim aliquis quærere, an id non ens, ex quo est generatio, & in quod terminat corruptio simpliciter, quod quidē est quodammodo ens, sit aliquorum cōtrariorum: puta quòd terra & graue sit non ens, sicut posuit Parmenides: ignis autē & leue sit ens: & solut quòd non est ita, sed terra est ens, quia scilicet terra fit per hoc quod materia recipit quandam formam, quæ facit esse in actu: non ens ergo est materia terræ, & ignis. Non tamē materia est non ens per se, sicut Plato posuit, sed non ens per accidens ratione priuationis cui adiungitur. Tertiam quæstionem ponit ibi. ¶ Et alia vtriusque. ¶ Vtrum, scilicet istud non ens, quod est materia, sit aliud, & aliud, quod est commune his, quæ adinuicem generantur. Et dicit, quòd alia esset vtriusque materia, scilicet ignis & terræ, si non generantur adinuicem: sicut accidit his, qui posuerunt & ignem & terram primas materias. Oportet enim ea, quę ex inuicem generantur, communicare in subiecto, quod suscipiat formam vtriusque: & per consequens non fieret transmutatio ex contrariis inuicem, sicut supra dictum est: quia contrarietates existunt primo & per se elementis prædictis, scilicet igni, terræ, & aquæ, & aeri: vnde, si nihil transmutaretur ex igne in aquam, vel aerem, aut e conuerso, nihil etiam transmutaretur ex calido in frigidum vel e conuerso, vt supra dictum est. Subiungit tamen

Tex.cō.17.

dicuntur simpliciter generari, sed secundum quid fieri. Sed tamen in omnibus simpliciter generatio dicitur secūdum quòd in alio ordine sunt: puta in substantia quidem fit ignis, sed nō si terra: in qualitate autē sicut sciens, sed nō quando nescies.

G

e De generari quidē hoc simpliciter, hoc autem secundum quid, & vniuersaliter dictum ē in substantijs ipsis. Atque item q̄ cōtinuæ generationis causa tanquam materia sit semp ipsum subiectum, quoniam transmutatur in contraria: & est alterius generatio in substantiis alterius corruptio, & alterius corruptio alterius generatio.

H

d Sed nunc quærere oportet quare generatur aliquid semp ex corruptis aliis. Quemadmodum enim & corrūpi hoc simpliciter inquiunt, quādo ad insensibile venit & nō ens, similiter generari ex non ente inquiūnt, quando ex insensibili. Siue igitur subiectū aliquod subsit, siue non generatur ex nō ente: quare & similiter generatur ex non ente, & corrumpitur in nō ens: merito igitur non deficit generatio. Generatio enim entis, corruptio est non entis: corruptio autē entis, generatio nō entis. Sed hoc non ens simpliciter quæret aliquis, vtrum aliquod contrariorū est, puta terra & graue non ens, ignis autē & leue ens, aut nō, sed est & terra ens. non ens autem materia terræ & ignis similiter. Et an alia vtriusq; materia sit, an vero neque ex se, neque ex contrariis (His enim existunt contraria, igni, terræ, aquę & aeri) An est quidem partim eadem, partim vero alia. Nā quod subiicitur, idem est, esse autem nō idē. De his igitur intantū dictū est.

I

Quòd igitur quædam simpliciter oriantur, quædam non, etiam omnino in ipsis substantijs, dictum est, & quòd ut generatio continue sit, causa ut materia id quod subiicitur, est: quia in contraria mutatiuum est: atque in substantiis semper unius generatio, alterius est corruptio: & unius corruptio generatio alterius.

Tex.cō.17.

At uero nec dubitasse conuenit, quam ob causam corruptis quibusdam semper generatio fiat. Nam ut corrumpi simpliciter quippiam dicunt, cum illud ad insensibile & id quod haud est, proficiscitur, sic & ortum subire ex eo quod haud est, cum ex insensibili sit. Siue igitur subiecto quopiam existente, siue non, ex eo fit qd haud est. Quare, simili modo & ex eo, quod haud est, generatur, & in id, quod haud est, corrumpitur: merito igitur, generatio non deficit: quippe cum generatio, corruptio sit eius quod haud est, atque corruptio, generatio eius quod haud est. Sed quæret aliquis, utrum hoc ipsum quod simpliciter non est, e contrariis sit alterum, uerbi causa, utrum non ens sit terra, & id quod graue est, ens uero ignis, & quod leue est, an non, sed ens terra, non ens uero terræ materies atque ignis similiter? Et utrum materies utriusque diuersa sit, an nec ex sese mutuo fierent, nec ex contrarijs? (nam hisce, igni, inquam, terræ, aquæ & aeri, contraria insunt.) An, partim est eadem, partim diuersa? quod enim aliquando cum sit subiici solet, est idē: at ratio, non item eadem est. Sed de hisce, hactenus.

K

tamen quòd materia eorum, quæ transmutantur adinuicem, aliqualiter est eadem, & aliqualiter alia: subiecto enim est eadem. Et hoc est quod dicit quòd id, quod subijcitur est idem, qualitercunque sit ens: quia scilicet non est ens actu, sed potentia. Non est autem idem secundum esse vel rationem: aliam.n. rationem & aliud eē accipit prout est sub diuersis formis: & ēt secūdum hoc ipsum quod ordinatur ad diuersas formas: sicut corpus est aliud ratione secūdum quòd ē egrotabile, & aliud secundum quòd sanabile, licet sit idem subiecto. Vltimo autem epilogando concludit, quòd de his intantum dictum est.

Tex.cō.23.

LECTIO X.

Postquam Philosophus ostendit, quare est quædam generatio secūdum quid, & quædam simpliciter, hic inquirit de differētia generationis & alterationis: & primo exponit suam intentionem dicens, quòd dicendum est de generatione & alteratione quomodo differāt adinuicem, & hoc ideo, quia superius dictum fuit, quòd generatio & alteratio sunt diuersæ transmutationes adinuicem: Secundo, ibi ¶ Quoniam igitur est aliud subiectum ¶ Exequitur propositi suum & primo dicit differentiam generationis & alterationis quātum ad id, secūdum quod vtrunque est transmutatio, Secundo quantum ad subiectum vtriusque ibi. ¶ Quandoquidē igitur. ¶ Circa primū duo facit. Primo ostendit in quibus sit generatio ibi. ¶ Quando autem totum ¶ Circa primum duo supponit: quorum primum est, quòd aliud est subiectum, & aliud passio, quæ nata est dici de subiecto, sicut differunt substantia, & accidens. Secundum est, quòd contingit ad vtrunque eorum esse transmutationem: nam quandoq; fit transmutatio in ipsa substantia, quandoque autem in accidentibus: his ergo suppositis subiungit quòd alteratio est quando manet idem subiectū sensibile: scilicet quando nulla transmutatione in eius substantia facta, fit transmutatio in passionibus eius, scilicet qualitatibus ipsis Nec est differentia quantum ad hoc, vtrum fiat transmutatio secundum contraria extrema, vel secundum media, puta vtrum de albo in nigrum, vel de rubeo in in palidum. Et potuit duo exempla: primum, scilicet cum corpus animalis idem manens prius est sanum, & post ea infirmatur. Secundum est, quando ex idem manens, quandoque est rotundum, & quandoque angulare, vel angulos habens. Et est aduertendum q̄ primum horum exemplorum pertinet ad primam speciem qualitatis, secundum autem ad quartam: tamen Philosophus in Quinto Physico, probat quòd in prima specie qualitatis, & quarta non est alteratio, sed solum in tertia: quæ dicitur passio vel passibilis qualitas: & propter hoc forte hīnanter dixit, q̄ alteratio est transmutatio in passionibus. Sed dicendum est q̄

Tex.cō.24.

Tex.cō.10.

Tex.cō 17. & pri. Phy.

Tex.cō.15.

B

C

D

LECTIO X.

De generatione autem atque alteratione, quo inter se discrepent, agendum; nam hæc mutationes inter se diuersas esse dicimus. Cum igitur subiectū quippiam fit, & affectio atq; qualitas quæ de subiecto nata est dici ab eodem diuersa sit, siquæ utriusque horum mutatio: alteratio sane est, quando sensibile subiectum permanens in suis mutatur affectibus: qui aut contrarii aut inter contrarios medii sunt: sicuti corpus idem permanens, uicissim modo ægrum est: atque ex, quamquam idē alias teres atque rotundum est, alias anguli speciem præ se fert.

Actum totum mutatur, nec sensile quicquam ut subiectum, idem permanet, sed perinde euenit ut cum ex toto semine sanguis, aut ex tota aqua aer, aut ex aere toto aqua fit. iam quod est tale, generatio huius est & illius corruptio.

Et maxime, si ex insensibili ad id quod aut tactu, aut sensibus uniuersis sensibile est, mutatio fiat, aut contra: ut cum ex aere gignitur aqua, aut eadem in aerem corrumpitur: etenim aer prope modum insensibilis est.

Cæterum in hisce si qua e contrarie tate affectio eadem remaneat in eo qd ortum est, quæ prius in eo quod interiit erat, ceu si, cum ex aere fit aqua, aeris perspicuitas, aut frigus in aqua remaneat, affectionum alterutrā

primo & per se alteratio est in qualitatibus tertiæ speciei, per accidens autem mediantibus aliquibus qualitatibus: & ex consequenti fit alteratio in aliis speciebus, sicut per aliquam alterationem calidi & frigidi mutatur homo de sanitate in ægritudinem, & econuerso, & per alterationem mollis, & duri perducitur corpus ad aliquam figuram. Deinde cum dicit.

b ¶ Ostendit quando fit generatio: & circa hoc duo facit. Primo assignat quando est generatio, secundo quando magis est generatio ibi. ¶ Maxime autem generabitur. ¶ Dicit ergo primo, quòd quādo est transmutatio non solum secūdum passiones, sed etiam secundum totam rei substantiam: inquantum, scilicet materia accipit aliam formā substantialem, ita scilicet quod non maneat aliquod sensibile, quasi sit idem subiectū numero ens actu, puta quādo ex toto semine generatur tot' sanguis, aut ex toto aere generatur tota aqua, nulla segregatione aut cōgregatione intercedente, vt Democritus posuit, talis transmutatio est vnius generatio, & alterius corruptio. Deinde cū dicit.

Tex.cō.19.

c ¶ Ostendit quando maxime fit generatio: & dicit, quòd secundō tertium modum supradictum, q̄ accipitur secundum opinionem multorū maxime dicitur aliquid generari, quando fit transmutatio ex aliquo, quod non potest bene sentiri, in aliud, quod est bene sensibile vel secundum tactū, qui grossior est & materialior omnibus sensibus, vnde vulgares secundum ipsum maxime vident aliquid esse sensibile inquantum est palpabile, aut etiam secundum alios sensus, sicut cum aqua generatur ex aere, videtur esse secundum hunc modum generatio simpliciter: aut, quando corrumpitur in aerem, videtur esse corruptio simpliciter. Aer enim est modice sensibilis, tum propter sui raritatem; tum quia non excellit in potentia aliqua qualitas actiua, sed passiua, scilicet huiusmodi humidum. In igne autem, qui est maior aere, excellit qualitas actiua quæ est calidum: aqua autem est densior aere, & excellit in ea qualitas actiua, quæ ē frigidum: terra autem est densissima omnium elementorum. Deinde cum dicit.

d ¶ Remouet quandam dubitationem: quia enim dixerat quod subiectum quandoque manet, facta transmutatione circa eius passiones, posset aliquis credere, quòd omne id circa quod fit transmutatio aliquo aduenīente, esse passio illius mutantis. Sed ipse hoc excludit dicens. In his corporibus, quæ adinuicem transmutantur, quandoque manet eadem passio, eadem scilicet in generato & corrupto, sicut quando ex aere fit aqua, ambo autem sunt diaphana, idest transparentia vel frigida: non quòd aer sit naturaliter frigidus, sed per accidens. Non enim oportet q̄ huius permanentis, scilicet diaphani vel frigidi, alterū in quod fit transmutatio, scilicet aeris vel aquæ, sit passio.

Si autem non esset verum quod nūc dicimus, sequeretur quòd quando ex aere fit aqua, esset alteratio: semper enim videmus quòd quando id, quod transmutatur est passio permanentis est alteratio: tunc autem generatio, quando id quod transmutatur non est passio permanentis. Et hoc manifestat per quoddam exemplum: dicitur enim q̄ homo musicus corruptus est, q̄n homo amittit habitum Musicę: & tunc homo immusicus, i. habens priuationem Musicæ, generatus ē eo quòd musica non ē passio hominis musici, cum sit de essentione: similiter immusica est de ratione hominis immusici: vnde homo musicus non manet idem numero, sed homo manet idem numero. Si ergo musica & immusica non esset passio hominis, sed esset de eius ratione, tunc per transmutationē musicæ, & immusicæ fieret vnius generatio, alteri⁹ corruptio: & quia hoc nō est verum, ideo musica est passio hominis: sed hom musici est generatio, & corruptio: & quia homo manet vtpatet, sequitur q̄ musica sit passio permanentis, & ideo alteratio aliqua est secundum passiones p̄manentium. Si ergo aqua & aer essent passiones diaphani, sicut permanentia, sequeretur quòd transmutatio aeris ex aqua esset alteratio. Sed dubitatur, verum eadē passio numero, quæ fit altera pars contrarietatis, possit esse in generato & corrupto vt supra dictum est? si enim non remaneret eadem, non erit facilior transitus eorum inuicem, quæ habent similitudinem, eo quòd oportebit vtrobique omnia remoueri. Similiter videtur sequi, quòd simile corrumpitur a suo simili: nam generans corrumpit id quod prius erat. Si autem ponatur quod maneat eadem numero, sequitur primo quòd remoto priori subiecto, remaneat posterius, scilicet passio: & quòd idem numero accidēs sit in duobus subiectis. Dicendum ergo, quòd non manet idē numero, sed id quod prius erat corrumpitur per accidens corruptione subiecti, recedente forma, quæ prius erat talis accidentis: & aduenit simile accidens consequens formam de nouo aduenientem, vel accidentem. Et quia per hoc accidens nō erat aliqua repugnantia in agendo & patiendo, facilior fuit transmutatio. Nec est inconueniens, quòd simile corrumpat suum simile per accidens corrumpendo subiectum vel materiam: sic enim maior flamma consumit minorem. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit differentiam generationis ad alterationem, & ad alias transmutationes ex parte subiectis & primo dicit, qualiter se habeat ad subiectum, quod est ens in actu: deinde quomodo ad id, quod est ens in potentia ibi. ¶ Est autem hyle. ¶ Dicit ergo primo quòd dictum est, quòd alteratio est secundū passiones alicuius permanentis, & hoc idem accidit in alijs mutationibus, quæ fiunt secundum accidentia, quæ adueniunt subiecto existenti in actu. Quando ergo est transmutatio de contrario in contrarium secundum quantitatem, puta de magno in parum, aut econuerso, est augmentum & diminutio eiusdem subiecti permanentis, eo quòd quantitas aduenit subiecto existenti in actu. Quando autem est transmutatio secundum

teram esse in quam transmutatur: si autem nō, erit alteratio. V.g. musicus homo corruptus est homo autem immusicus generatus ē: homo autem manet id idem. si igitur huius nō passio esset, sed secundum se musica & immusica, huius quidē generatio esset huius autem corruptio. Ideo hominis quidem hæc est passio, hominis aūt musici & hominis immusici generatio quædā & corruptio: nūc autē passio hæc manentis, ideo que alteratio est secundū talia.

e Quando quidē igitur secundum quantū est transmutatio cōtrarietatis augmentū, & diminutio: quādo aūt secundū locum, latio: quādo aūt secundū passiones & quale alteratio est: Quando autē nihil manet, cui⁹ alterum passio & accidens, vniuersaliter hoc quidem Generatio est, huius autē Corruptio.

f Est aūt & materia maxime subiectam quidē proprium generationis & corruptionis susceptibile, modo autē aliquo & in aliis transmutationibus: quoniam omnia subiecta susceptiua sunt cōtrarietatū aliquatū. De generatione quidem igitur siue est, siue non est, quomodo est, & de alteratione determinatum sit hoc modo.

p contrarietatem loci, puta sursum aut deorsum, est latio, ideſt motus localis eiusdem corporis permanentis, eo quòd esse vni, aduenit corpori actu existenti. Quando vero est transmutatio secundum contrarietatem impassionibus, ideſt passibilibus qualitatibus principaliter, & in alijs qualitatibus ex consequenti, tunc est alteratio eiusdem permanentis: quia etiam qualitas aduenit subiecto actu existenti. Quando vero nihil manet actū existens: cuius alterum quod transmutatur sit passio & accidens, sit quodcū que, est vniuersaliter generatio & corruptio: eo quòd forma substantialis, secundum quam est generatio & corruptio, nō aduenit in subiecto actu existenti. Vnde patet falsam esse opinionem, quam tradidit Auicebron in Libro Fontis vitæ, q̄ in materia est ordo formarum, ita quòd primo aduenit materiæ forma, secūdum quam est substantia, & postea alia, secundum quam est corp⁹, & postea alia, secundum quam est anima tum corpus & sic de alijs. Cum aūt idem sit constituere substā tiam & facere hoc aliquid, quod pertinet ad substantiam particularem: sequetur q̄ prima forma, quæ cōstituit substantiam, faciet hoc aliquid, q̄ est subiectū actu existens. Hęc enim sunt differentia manifesta, videlicet: quod transmutatio, quæ ē ex hoc in hoc, ideſt ex substantia, est in potentia, in substantiam entem actu, est generatio: transmutatio autem, quæ est circa magnitudinem est augmentatio, puta, quando aliquid transmutatur de paruo in magnum: transmutatio autem, quę est circa passiones, ideſt, passibiles qualitates, est alteratio. Et quia dixerat, quòd generatio est transmutatio ex substantia in potentia in substantiam in actu, vt idem intelligatur etiam in alijs duabus supradictis mutationibus, subiungit quòd transmutatio vtrorumque prædictorum motuum est secundum actum & passionis, est ex potentia in actum, & etiam motus est actus existentis in potentia, NB dicitur in Tertio Phyſ. Deinde cum dicit.

b ¶ Assignat aliam differentiam ex modo transmutationis. Et primo ponit differentiam, Secundo exponit ibi. ¶ Alio autem modo. ¶ Dicit ergo primo, quòd in prædictis mutationibus etiam modus tranmutationis differt. Non autem refert vt hic litera legatur interrogatiue vel remissiue, in hoc enim differt modus prædictarum transmutationum, quòd id quod alteratur, non ex necessitate tranmutatur secundum locum: similiter etiam neque quod generatur, sed necesse est id quod augmentatur, aut diminuitur, secundum locum transmutari. Huius diffi tratio est, quia locus commensuratur locato, & hoc secundum magnitudinem, non autem secundum qualitatem vel substantiam: & ideo necesse est, quòd quando mutatur magnitudo locati, quòd etiam fiat transmutatio secundum locum, nō autem quando transmutatur aliquid secundum substantiam vel secundum qualitatem: sicut autem commensuratio locati ad locum attenditur secundum magnitudinem, ita qualitas attenditur secundum formam substantialem, & ex consequenti secundum aliquam qualitatem, puta grauitatem vel leuitatem: & ideo licet generatio & alteratio possit esse sine mutatione loci: aliqua tamen generatio & alteratio est causa quòd aliquid moueatur secundum locum, puta cum fit ignis vel terra, fit grauc vel leue. Differētia autem aliarū trāsmutationum per cō pārationem ad motum localem non est omnino per accidēs: ostensum est n. Octauo Phy. quòd motus localis ē primus principalis motus, & causa aliorum motuum. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifestat qđ dixerat, scilicet q̄ id quod augmentatur, vel diminuitur, mutatur secundum locum. Et primo manifestat hoc per differētiam ad motum localem rectum. Secundo per differentiam ad motum localem sphæricum ibi. ¶ Nō quemadmodum quę sphæ. ¶ Dicit ergo primo, quòd alio modo transmutat locum id quod augmentatur vel diminuitur, quàm id quod fertur scilicet motu recto. Illud enim quod fertur, scilicet motu recto, vniuersum, ideſt secundum se totum variat locum: illud autem quod augmētatur mutat locum, sicut illud quod exēditur, puta metalla per malleationē, vel etiam humidum in vase per infusionem siue quodcunque in iusmodi corpus: quo quidem in eodem loco manente, partes eius transmutantur secundum locum per extensionem, vel quocunque alio modo.

Deinde cum dicit.

d ¶ Manifestat differentiam ad motum localem sphæricum & dicit, quòd partes eius, quod augmentatur, mutant quidem locum, sed non eodem modo, sicut partes sphęræ: partes enim sphæræ transmutantur toto manente in eodem loco, scilicet subiecto, quamuis etiam totum mutet locum secundum rationē vt dicitur in Sexto Physicorum: sed partes variant locum eriā subiecto, sicut pars cœli, quæ modo est in oriente, postmodum erit in occidente: sed talis transmutatio partium sphæræ sunt in simili loco, ideſt neque in maiori, neque in minori: sed partes corporis, quæ semper augentur, extenduntur in maiorem locum, eius vero quod diminuitur semper retrahuntur in minorem. Vltimo autem epilogando concludit manifestum esse ex prædictis, quòd transmutatio eius quod generatur & alteratur, & augetur, differunt non solum in circa quid, ideſt ex parte generis, in quo sunt istæ mutationes, sed sicut ex parte modi transmutandi.

LECTIO XI.

Postquàm Philosophus determinauit de generatione & alteratione, hic determinat de augmentatione & diminutione: & primo exponit suam intentionem dicens, quòd post generationem & alterationem, reliquum est dicere de augmentatione: de qua considerare oportet, primo, in quo differat a generatione & alteratione. Secundo, per quem modum augmentatur & diminuitur vnumquodque, quod augmentatur, & diminuitur. Secūdo ibi. ¶ Scrutandum vtiq; primum. ¶ Prosequitur suam intentionem, & primo ostendit differentiam augmentationis a generatione, & alteratione, Secundo, inquirit de modo augmētationis ibi. ¶ Circa quid autem est trāsmutatio. ¶ Circa primum duo facit. Primo, supponit vnam differentiam, Secundo, inquirit de alia. ibi ¶ Aut etiam modus. ¶ Dicit ergo primo, quòd primū eorum, quæ sunt consideranda circa augmētationem, est quòd oportet inquirere, vtrum differentia augmentationis a generatione & alteratione sit solum in circa quid, ideſt in genere circa quod est quælibet istarum transmutationum, differt. Non autem refert vt hic litera legatur interrogatiue vel remissiue, in hoc enim differt modus prædictarum transmutationum, quòd id quod alteratur, non ex necessitate tranmutatur secundum locum: similiter etiam neque quod generatur, sed necesse est id quod augmentatur, aut diminuitur, secundum locum transmutari. Huius diffi tratio est, quia locus commensuratur locato, & hoc secundum magnitudinem, non autem secundum qualitatem vel substantiam: & ideo necesse est, quòd quando mutatur magnitudo locati, quòd etiam fiat transmutatio secundum locum, nō autem quando transmutatur aliquid secundum substantiam vel secundum qualitatem: sicut autem commensuratio locati ad locum attenditur secundum magnitudinem, ita qualitas attenditur secundum formam substantialem, & ex consequenti secundum aliquam qualitatem, puta grauitatem vel leuitatem: & ideo licet generatio & alteratio possit esse sine mutatione loci: aliqua tamen generatio & alteratio est causa quòd aliquid moueatur secundum locum, puta cum fit ignis vel terra, fit grauc vel leue. Differētia autem aliarū trāsmutationum per cō pārationem ad motum localem non est omnino per accidēs: ostensum est n. Octauo Phy. quòd motus localis ē primus principalis motus, & causa aliorum motuum. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifestat qđ dixerat, scilicet q̄ id quod augmentatur, vel diminuitur, mutatur secundum locum. Et primo manifestat hoc per differētiam ad motum localem rectum. Secundo per differentiam ad motum localem sphæricum ibi. ¶ Nō quemadmodum quę sphæ. ¶ Dicit ergo primo, quòd alio modo transmutat locum id quod augmentatur vel diminuitur, quàm id quod fertur scilicet motu recto. Illud enim quod fertur, scilicet motu recto, vniuersum, ideſt secundum se totum variat locum: illud autem quod augmētatur mutat locum, sicut illud quod exēditur, puta metalla per malleationē, vel etiam humidum in vase per infusionem siue quodcunque in iusmodi corpus: quo quidem in eodem loco manente, partes eius transmutantur secundum locum per extensionem, vel quocunque alio modo.

Deinde cum dicit.

d ¶ Manifestat differentiam ad motum localem sphæricum & dicit, quòd partes eius, quod augmentatur, mutant quidem locum, sed non eodem modo, sicut partes sphęræ: partes enim sphæræ transmutantur toto manente in eodem loco, scilicet subiecto, quamuis etiam totum mutet locum secundum rationē vt dicitur in Sexto Physicorum: sed partes variant locum eriā subiecto, sicut pars cœli, quæ modo est in oriente, postmodum erit in occidente: sed talis transmutatio partium sphæræ sunt in simili loco, ideſt neque in maiori, neque in minori: sed partes corporis, quæ semper augentur, extenduntur in maiorem locum, eius vero quod diminuitur semper retrahuntur in minorem. Vltimo autem epilogando concludit manifestum esse ex prædictis, quòd transmutatio eius quod generatur & alteratur, & augetur, differunt non solum in circa quid, ideſt ex parte generis, in quo sunt istæ mutationes, sed sicut ex parte modi transmutandi.

LECTIO XI.

Restat de accretione dicamus quo nam a generatione & alteratione differat, & quo pacto vnumquodq; eorum, quæ suscipiunt incremētum, augeatur, & quod uis eorum, quæ decrescunt, diminuatur. Primo itaq; considerare oportet, utrum mutua earum inter se differentia in eo solum sita sit, circa quod uersari solent: uerbi gratia, utrum eo solum inter se dissideant, q̄ ea mutatio, quæ ex hoc in hoc tendit, puta ex substātia potentia in substantiam actu generatio sit, quæ uero circa magnitudinem uersatur accretio & decretio, quæ aūt circa affectū alteratio: atque earū quæ posteriore loco dictæ sunt, utraq; etiā eo hisce quæ potentia sunt ad ea quæ sunt actu, mutatio sit.

An etiam mutationis modus differat? Nam nec id quod alterationem subit, nec id quod generatur, necessario mutari loco cernitur: quod autem accrescit, aut decrescit cernitur.

At alio quàm quod fertur modo: quod enim fertur, tota mole locum mutat: quod autem accrescit, perinde atque quod distendi producique solet; hoc enim manente, partes, alio.

Non secus ac globi partes, migrant, suumque deserunt locum: nam globi partes toto manente æquali in loco, locum ex loco mutant. at partes eorum, quæ augentur, semper in amplioremlocum uergere solent. Eorum quæ decrescunt, in minorem. Generationem igitur alterationemque & accretionem nō solum obiecto, sed ipso item mutationis modo differre, perspicuū est.

Tex.cō.25.

Tex.cō.26.

Tex.cō.26.

Tex.cō.58

Tex.cō.85.

LECTIO XII.

Postquàm Philosophus ostendit differentiam augmenti a generatione & alteratione, hic incipit inquirere de modo augmenti: & primo quantum ad subiectum, quod augetur, secundo quantum ad id, quo aliquid augetur ibi. {Sed quia igitur. } Circa primum duo facit: Primo mouet quæstionem, Secundo inquirit quæstionis veritatem ibi. {Aut impossibile. } Circa primum duo facit. Primo proponit quæstionem, & quærit circa quid fiat trãsmutatio augmenti & diminutionis. Et respondet, quòd motus augmenti & diminutionis videtur esse circa magnitudinem. Secundo ibi. {Et qualiter. } Ostendit quid restat inquirendum: & dicit quòd accipiẽdũ est de cæteris qualiter fiat augmentũ vel diminutio. Et quantum ad subiectũ augmenti, primo mouet hanc quæstionem, vtrum contingat quòd per augmentum generetur magnitudo & corpus ex eo quòd est in potentia ad magnitudinem, & corporeitatem simpliciter, quòd sit actu incorporeũ, & sine magnitudine, vel nõ, & subdiuidit primum membrum quæstionis: dupliciter enim potest dici quòd aliqua materia actu existens sit sine corporeitate & magnitudine: vnde rationabiliter quæritur, si talis materia sit subiectum augmenti, qualiter ex ea augmentatio fiat, vtrum scilicet ipsa materia sine corporeitate & magnitudine existens sit secundum seipsam separata existens, aut ita quòd sit in aliquo corpore: non tamen pars eius: nam si esset pars eius, esset subiectum corporeitati & magnitudini ipsius. Deinde cũ dicit. b ¶ Determinat quæstionem motam: & primo ratione accepta ex parte materiæ vel subiecti, Secundo ratione accepta ex parte augmenti ibi. { Amplius autem talis. } Circa primũ duo facit. Primo determinat quæstionem prædictam ratione sumpta ex parte materiæ, secundum quòd ab ipso considerantur. Secundo, secundum quòd considerantur a Platonicis ibi. {Sed neque puncta. } Circa primum tria facit. Primo excludit primũ membrum primæ diuisionis, scilicet quòd materia sine magnitudine sit separata existens. Secundo ibi. {Sed si in aliquo existat. } Excludit secundum membrum, scilicet quòd materia separata a magnitudine non sit in aliquo. Tertio concludit propositum ibi. {Melius ergo. } Dicit ergo primo, quòd vtrumque membrum secundæ diuisionis est impossibile, & primo hoc ostendit quantum ad hoc quòd impossibile é materiam sine magnitudine existentem per se separatam existere: quia si sit separata, oportet alterum duorum esse: quorum vnum est, quòd nullum possideat locum, sicut punctus, cuius non est locus, eo quòd omnis locus dimensionem habet aliquam: aut oportet si materia sine quantitate existens occupet locum aliquem, quòd sit aliquis locus vacuus. Nam vacuum dicimus locum non repletum sensibili corpore: vel etiam oportet quòd sit quoddam corpus non sensibile. Nam vacuum nihil aliud dicebant, nisi corpus non sensibile. Oportet enim dicere vacuum corpus, propter dimensionem ipsius: non sensibile autem, propter vacuitatem: horum autem duorum alterũ est impossibile, scilicet quòd sit vacuum, vel corpus non sensibile. Similiter impossibile est quòd materia separata existens nullum possideat locum: materia enim est ex qua generantur corpora sensibilia: hoc autem, ex quo corpora sensibilia generantur, necesse est in aliquo loco esse: semper enim videmus quòd id, qđ generatur, ex eo ex quo generatur, est alicubi, idest in aliquo loco determinato. Ibidem aũt est quod generatur ex aliquo vbi fuit id, ex quo generatur: ergo oportet id, ex quo generatur aliquid secundum materiam, esse alicubi, vel per se vel per accidens: per se quidem, secundũ opinionem antiquorum Philosophorum ponentium materiam corporum naturaliũ esse aliquod corpus actu, puta ignem, aut aerem, aut aquam: per accidens autem, secundum opinionẽ Platonis, & suam quæ ponebat materiã esse ens in potentia. Deinde cum dicit.

Vacuum. 4 Phy. t. c. 50. & infra.

Tex.cõ. 27.

Tex.cõ. 23.

Tex.cõ. 28.

Tex.cõ. 29.

LECTIO XII

Aliud circa quod accretio decretione uersari solet (uersari autẽ uidetur, circa magnitudinem) utro modo accretionem decretionemue subire existimandum est, utrum, inquam, ex potentia quidem magnitudine ac corpore, sed actu nec corpore, nec magnitudine corpus fieri, an non, putandum est? atque cum hoc bifariam dici cõtingat, utro modo fit accretio? utrum ex separata ipsa per se materia, an existente in alio corpore?

An neutro modo fieri nequeat? nam si separata sit, aut nullum occupabit locum, ueluti punctus quidam, aut uacuum, uel corpus non sensibile erit: horum autem alterum non cõtingit, alterum necesse est in aliquo esse: quod enim ex eo oritur, id semper alicubi erit: quare & illud, aut per se, aut per accidens.

At uero si sit in aliquo, & ita quidem seiunctum sit ut nihil illius, aut per se aut per accidens sit, multa profecto uel quæ fieri nequeant, euenient. Dico autem, ni si ex aqua fiat aer, idem non erit, aqua mutationem subeunte, sed quia in aqua, ut in nose materies eius est. Nihil enim uetat, infinitas esse materias: quare & actu fieri. Adde quòd nec ita aer ex aqua oriri uidetur, ut permanente aqua, nec inde egrediatur.

Tex.cõ. 29.

Tex.cõ. 28.

Tex.cõ. 29.

Tex.cõ. 31.

Tex.cõ. 3.

Tex.cõ. 71.

d ¶ Concludit

d ¶ Concludit veritatem dicens, quòd melius est dicere, quòd materia sit insit omnibus, quòd non separetur ab eis, tanquam nihil eorum existens. Sed quòd vna & eadem numero sit materia omnium, & differat solum ratione, sicut supra dictum est, & secundum hoc non erit separata a magnitudine, sed in vnoquoque actu magnitudini subiecta.

Tex.cõ. 29.

LECTIO XIII.

Vpra Philosophus ostendit quòd nõ est possibile subiectũ augmenti esse id qđ nullam habet quantitatem actu, sed in potentia tantum, sicut est materia. Et quia quidam posuerunt materiam corporum esse quid mathematicũ, ideo Philosophus hic ostendit quòd nihil quod caret magnitudine potest esse subiectum augmenti. Caret autem quantitate in genere mathematicorum punctus quidẽ simpliciter, linea vero secundum dimensionem latitudinis & profunditatis, superficies autem secundũ dimensionẽ profunditatis, corpus autẽ habet magnitudinẽ, secũdum omnem dimensionem: vnde est perfecta magnitudo, vt dicitur in Primo de Cælo. Ostendit ergo quòd nihil talium, quod quocunque modo caret magnitudine, potest poni materia, quæ sit subiectum augmenti tripliciter: primo quidẽ propter rationes præmissas: vnde dicit, quòd neque ponendum est puncta, quæ carent omnino magnitudine, esse corporis materiam, quæ scilicet sint subiectum augmenti: neque etiam lineas, quę secundum aliquid carẽt magnitudine: & hoc propter easdem causas, idest propter rationes superius assignatas: quia necesse est puncta, & lineas separatim per se existere, aut in aliquo corpore esse: & sic sequerentur eadem, quæ superius secuta sunt. Deinde cum dicit.

b ¶ Improbat hoc per ipsam positionem Platonicorum: qui ponebant quòd mathematica erant subiecta corporum naturalium, & quia puncta, & lineę sunt termini dimensionum, sicut forma est terminus materiæ, ponebant quòd id, quod per huiusmodi terminatur, esset materia corporum: ipsi autem termini magis se habent in ratione formæ: & hoc est quod dicit, quòd id scilicet dimensio vel magnitudo, cuius hoc, scilicet pũcta & lineæ sunt vltima, erat materia secundum Platonicos. Secundo ibi. { Quam nunquàm. } Ostendit consequenter quòd nihil horum potest esse materia corporum: quia scilicet secundum eos mathematica sunt separata a formis naturalibus & passionibus sensibilibus, sicut secundum intellectum, & ita & secundum esse: sed materia non potest separari a formis naturalibus & passionibus sensibilibus: ergo impossibile é aliquid mathematicorum esse materia corporum naturalium. Primo ergo proponit medium suæ rationis dicens, quòd materiam neque possibile est esse sine passibili qualitate, neque sine forma: sine quibus tamen secundum Platonicos sunt mathematica. Secundo ibi. { Generatur quidem. } Probat quod supposuerat: & primo quòd materia non possit esse sine forma. Secundo quòd nõ possit esse sine passione ibi. { Quoniam autem est. } Dicit ergo, quòd sicut in alio libro determinatum est, puta in Primo Phy. simpliciter generatur alterum ex altero, sit enim vnumquodq; ex subiecto, quod est materia, oportet etiam quòd id, quod generatur, generetur ab aliquo agente actu aut homogeneos, idest saltem quod sit vnius generis, aut homoydeos, ideſt ꝙ sit vnius formæ vel speciei: & exemplificat, ꝙ ignis generatur ab igne, sicut ab agente vnius speciei, & sicut homo generatur ab homine: aut oportet quòd saltem ab aliquo actu existente, siue ab actione alicuius actu existentis aliquid generetur: etiam si generans simile non sit generato in genere seu specie, sicut durũ generatur a non duro, puta cum lac induratur per ignem. Contingit autem ꝙ aliquod factum non assimilatur in forma agenti, vno quidem modo, quia illud factum non primo & per se respondet facienti, sed per accidens, siue per posterius: per accidens quidem, sicut musicus sanat non inquantũ musicus, sed inquantum est Medicus: sanitatis autem similitudo non est in musico inquantum musicus, sed inquãtum est Medicus, qui per formã sanitatis, quã habet in anima, facit sanitatem i corpore, per posterius autem, sicut cum qualitas et secta est effectus consequens aliquam primarum qualitatum: sicut sanitas causatur ex aliqua medicina calida per calorem, quem facit in corpore: quamuis in ipsa medicina non sit forma sanitatis. Secundo per hoc ꝙ agens agit instrumentaliter: instrumentum enim non agit virtute propriæ formæ, sed inquantum mouetur a principali agente, quod per suam formã agit: vnde effectus assimilatur in forma, non quidem instrumẽto, sed principali agenti: sicut domus, quæ fit in materia, domui quæ est in mente ædificantis: non autem secuti aut asciæ: & homo generatus assimilatur in specie patri generanti, non autem femini. Tertio, quando materia parientis non est proportionata ad recipiendum formam agentis propter illius excellentiam, sed recipit aliquid minus: sicut in animalibus, quæ generantur sine semine ex virtute Solis. Et inde é etiam, quòd effectus non assimilatur in specie agẽti remoto, sed propinquo vt homo homini, non autem Soli: quamuis homo generet hominem & Sol, vt dicitur in Secundo Phy. Sicut autem vnumquodque ab agente generatur aliqualiter simili secundum formam, ita corrũpitur aliquid a contrario. Et quia generatur aliquid ex corrupto, vt supra dictum est, necesse est materiam, ex qua aliquid generatur, & in quam aliquid corrumpitur, semper habere aliquam formam, per quam assimiletur vel contrariet generanti vel corrumpenti. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit quòd materia non sit sine passione. Non enim materia est nisi substantiæ corporeę: substantiæ enim incorporeę immateriales sunt: unde sequitur quòd omnis materia sit talis corporis: non enim potest esse aliquod corpus commune, quod non sit determinatum ad aliquam speciem, & ad aliquod individuum: omne autem tale corpus necesse est habere aliquam passionem, uel consequentem formam specificam, qualis est propria passio, vel qualitercunque aliter aduenientem: sicut sunt accidentia individualia: ergo necesse est, quòd eadem materia, quæ est subiectum magnitudinis, sit etiam subiectum passionis: ita quidem quòd materia, quæ est subiectum magnitudinis, sit ratione separata a passione: sicut est alia ratio hominis, & albi, loco autem idest substantia, non separantur: nisi quis dicat quòd passiones sunt separabiles a substantia, quod est impossibile. Et quia Philosophus videbatur digressionem quandam a proposito fecisse, colligit propositum ex omnibus

Tex.cõ. 3.

Tex.cõ. 71.

Tex.cõ. 30.

Tex.cõ. 26.

LECTIO XIII.

Ad neque puncta ponendum, neq; lineas corporis esse materiã propter easdem causas.

Illud aũt, cuius hæc sunt vltima, materia est, quã nunq; sine passione possibile est esse neq; sine forma. Generat quidẽ igit simpliciter alterum ex altero, quemadmodũ & in aliis determinatũ ẽ: & ab aliquo, aut actu existẽte, aut homogeneos, aut homoideos. verbi gratia ignis abigne, aut hõ ab hoíe: aut ab actu: durũ. n. a nõ duro gñat.

Quoniam aũt est materia & substãtiæ corporeę, & corporis talis. (Corpus. n. commune nullum) eadẽ passionis & magnitudinis est, ratione quidẽ separata, loco autẽ nõ separata, nisi & passiones sint separabiles. Manifestũ autẽ est ex quęsitis, qm̃ quoquo modo caret magnitudine, potest poni materia, quæ sit subiectum augmenti tripliciter: primo quidẽ propter rationes præmissas: vnde dicit, quòd neque ponendum est puncta, quæ carent omnino magnitudine, esse corporis materiam, quæ scilicet sint subiectum augmenti: neque etiam lineas, quę secundum aliquid carẽt magnitudine: & hoc propter eãdem causas, ideſt propter rationes superius assignatas: quia necesse est puncta, & lineas separatim per se existere, aut in aliquo corpore esse: & sic sequerentur eadem, quæ superius secuta sunt. Deinde cum dicit.

Melius ergo est facere inseparatam materiam eandem & vnam numero, ratione autem non vnam.

LECTIO XIII.

Ed neque puncta ponendum, neq; lineas corporis esse materiã propter easdem causas.

Illud aũt, cuius hæc sunt vltima, materia est, quã nunq; sine passione possibile est esse neq; sine forma. Generat quidẽ igit simpliciter alterum ex altero, quemadmodũ & in aliis determinatũ ẽ: & ab aliquo, aut actu existẽte, aut homogeneos, aut homoideos. verbi gratia ignis abigne, aut hõ ab hoíe: aut ab actu: durũ. n. a nõ duro gñat.

Quoniam aũt est materia & substãtiæ corporeę, & corporis talis. (Corpus. n. commune nullum) eadẽ passionis & magnitudinis est, ratione quidẽ separata, loco autẽ nõ separata, nisi & passiones sint separabiles. Manifestũ autẽ est ex quęsitis, qm̃ quoquo modo caret magnitudine, potest poni materia, quæ sit subiectum augmenti tripliciter: primo quidẽ propter rationes præmissas: vnde dicit, quòd neque ponendum est puncta, quæ carent omnino magnitudine, esse corporis materiam, quæ scilicet sint subiectum augmenti: neque etiam lineas, quę secundum aliquid carẽt magnitudine: & hoc propter eãdem causas, ideſt propter rationes superius assignatas: quia necesse est puncta, & lineas separatim per se existere, aut in aliquo corpore esse: & sic sequerentur eadem, quæ superius secuta sunt. Deinde cum dicit.

Satis igitur fuerit, inseparabilem omnibus materiam tribuere: utpote quæ una numero eademque sit, uniotne non una.

LECTIO XIII.

Aturo, nec puncta nec lineas, corporis materiam esse iisdem de causis oportet.

Sed cuius ultima sunt hæc, id materies est. quæ nec sine affectu unquã nec sine forma esse potest. Gignitur igitur absolute aliud ex alio: id quod alio quoque loco iam definitum est: atque ab aliquo actu existente, quod eiusdem sit aut generis aut speciei, ut ignis ab igne, aut ab homine homo: aut ab actu; durum enim a non duro fit.

Cum autem & corporeæ substantiæ materies sit corporis iam talis (nullum enim est commune corpus) eadem & a magnitudine & ab affectu, ratione quidẽ, non itẽ loco separabilis est, misi & ipsi quoq; affectus separabiles sint. Patet igitur ex his, q̃ addubitauimus, accretionẽ nõ ẽ mutationẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

præmissis dicens, manifestum esse ex omnibus, quæ inquisita iunt, quòd augmentum non est transmutatio ex aliquo, quod sit in potentia ad magnitudinem, ita quòd actu nullam magnitudinem habeat sequeretur enim quòd commune subiectum, scilicet materia prima, esset separatum per se existens abiq; omnibus formis: quæ & nunc obiectum est esse impossibile: & etiam prius in aliis libris, puta in Primo Phy. Deinde enim dicit.

Tex.cō.69.

d ¶ Ostendit propositum ratione sumpta ex parte augmenti: & dicit, quòd talis trãsmutatio, quę scilicet fieret ex eo quod solum esset in potentia ad magnitudinem, non proprie pertineret ad augmentum, sed magis ad generationem: quia de ratione augmenti est quòd fiat additio ad præexistẽtem magnitudinem. Dicitur enim aliqd augeri ex eo quod fit maius: quod non esset nisi aliquid prius esset magnum. Et per oppositum, de ratione diminutionis est,

Tex.cō.32.

quòd fiat quædã minoratio magnitudinis præexistentis: vnde patet quòd oportet id quod augetur habere aliquam magnitudinem. Et sic oportet quòd augmẽtatio fiat, non quidẽ quòd materia, quæ erat sine magnitudine in actu, perueniat ad hoc quod habeat magnitudinem in actu: hoc enim non esset augmentatio corporis, sed generatio: cuius rationis est ꝙ fiat aliquid in actu, quod prius fuit in potentia.

LECT. XIIII.

Tex.cō.33.

Postquàm Philosophus determinauit de augmento ex parte eius, quod augetur, hic inquirit de eo, quo aliquid augetur. Et primo proponit de quo est intẽtio: & dicit, quòd cum de ratione augmenti sit, quòd fit additamentum magnitudinis: hoc magis videtur esse suscipiendũ ad præsentem considerationem, sicut difficilius, quasi aliquod principium quæstionis facientes, quale sit id, quo aliquid augetur vel diminuitur, vt sic augmenti & diminutionis causas conuenientes inquiramus. Secundo ibi. {Videtur vriq; eius.} Exequitur propositum. Et primo, ponit diuisionem intentam principaliter. Secundo, interponit aliam quæstionẽ. ibi {Quæret autem aliquis.} Tertio soluit quæstionem principalem ibi. {Quoniam autem de his quæsitum est.} Circa primum tria facit. Primo proponit duas suppositiones, Secundo mouet dubitationem. ibi {Necesse autem augmentari.} Tertio, excludit quandam obiectionem. ibi {Sed neque si contingit.} Prima ergo suppositio quam primo proponit, est hæc, scilicet quòd eius quod augetur, quælibet pars videtur esse augmentata. Et similiter de diminutione, quælibet pars eius quod diminuitur, videtur esse facta minor: cuius ratio apparet ex eo, quod dicitur in Quinto Phy. illud enim, cuius aliqua pars mouetur, dicitur moueri secundum partem, & non simpliciter: sicut homo dicit vulnerari, cuius manus vulnerata est. Ad hoc ergo quòd aliquid per se & simpliciter moueatur, requiritur quòd quælibet pars eius moueatur: quod quidem etiam in augmento, & omnibus aliis motibus obseruari oportet. Secunda suppositio est, quòd omne quod augetur, augmentatur aliquo adueniente extrinseco, & similiter diminuitur aliqd aliquo recedente: cuius ratio est, quia oportet aliquid i actu reduci per id quod ẽ actu: vnde secũdum hoc, id quod est i potẽtia ad maiorẽ quãtitatem, reducitur in actum illius quantitatis per aliquid, qđ habet actu quantitatem illam: & hoc est quod adiicitur ei quod augetur. Deinde cum dicit.

Tex.cō.1.

b ¶ Proponit dubitationem, quę sequitur ex duabus præmissis diuisionibus. Si enim eius quod augetur, oportet quamlibet partem augeri: & omne augmẽtum fit per alicuius additionem: consequens est, quòd cuilibet parti eius, quod augetur oporteat aliquid addi. necesse est ergo ꝙ id quod additur, quo dicitur aliquid augeri, aut esse corporeũ, aut incorporeum: separatũ ab omni quãtitate corporali. Sed sicut supra ostensum est, impossibile est ꝙ materia separata sit a magnitudine: vnde patet quòd id, quo aliquid augetur, non potest esse incorporeum. Et iterum, si esset incorporeũ, non esset quãtum in actu: vnde sui appositione non faceret maius secundum quantitatẽ. Si autem dicatur, id, quo addito, aliquid augetur, esse corporeum, sequeretur duo corpora simul esse in eodem loco, scilicet corpus, quod augetur & corpus additum quod auget. Non enim potest dici quòd collocetur seorsum corpus quod augetur, & corpus quod auget: quia oportet additamentum fieri cuilibet parti eius quod augetur, quod ex supradictis suppositionibus sequitur, & hoc etiam est impossibile, scilicet quòd duo corpora sint simul in eodem loco: & sic sequitur inconueniens ad vtranque partem quæstionis. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit quandam obiectionem. Posset enim aliquis dicere, quòd augmentum fit nullo alio appositio: sicut quando ex aqua generatur aer, videtur esse quoddã augmentum: quia fit maior quantitas: sed per hunc modũ non contingit fieri augmẽtum seu diminutio: talis enim transmutatio non est augmentũ, sed est generatio eius, in quod trãsmutatur, scilicet aeris, & corruptio eius quod transmutatur, s. aquæ contrarietate calidi & frigidi. Non autem potest dici augmentatio neq; aeris, neq; aquæ, sed nec

augmentatio nõ est transmutatio ex potentia magnitudine, actu autẽ nullam habentẽ magnitudinem: separatum n. esset ipsum cõe hoc autẽ, quoniã impossibile, dictũ est i aliis prius.

d Amplius autẽ talis transmutatio non augmẽtationis est, p G pria, sed generationis. Augmẽtatio. n. est existentis magnitudinis additamentũ. Diminutio autẽ minoramentũ: ideo oportet habere aliquã magnitudinẽ quod augetur. quapropter non est materia sine magnitudine oportet augmentationẽ esse in actu magnitudinis: generatio enim vtique erit magis corporis, non augmentatio.

LECTIO XIIII. H

Vscipiendum itaq; magis, quasi tangentes q̃stionẽ a prĩcipio, qualis alicuius entis augmentari, & diminui causas quærimus. Videtur itaq; eius, quod augeẽ quæcunq; pars aucta esse. Similiter aũt in diminutione minor esse generata. Amplius autem adueniente aliquo augmẽtari, & recedente diminui.

b Necesse aũt augmentari, aut I incorporeo, aut corporeo. Sigdem igitur incorporeo, erit separatũ quod cõe: impossibile ẽ aũt materiã a magnitudine esse separabilẽ, quẽadmodũ dictũ est prius. Si autẽ corporeo, duo in eodẽ loco corpora erunt, & quod augetur, & quod auget: ẽ autem & hoc impossibile.

c Sed nec sic contingit fieri ac generari dicere augmẽtationẽ & diminutionem, vt quãdo ex K aqua aer: tunc.n. moles fieri maior

Otius itaque sumamus oportet, quasi tractantes ab initio quæstionem, qualis accretio accretione, cuius causas quærimus, existat. Igitur eius, quod accrementum suscipit, pars quæuis augeri videtur. Atque pari modo in decretione, minor euadere. Præterea accedente quopiam accrescere, & abeunte decrescere.

Itaque aut incorporeo, aut corporeo augeri illud, necesse est. Si igitur incorporeo, quod commune est separabile erit. At a magnitudine materiam esse separabilem, quemadmodũ prius est dictum, impossibile est. Sin uero corporeo, duo corpora, id, inquam, quod augetur, & quod auget, in eodem erunt loco: quod etiam fieri nequit.

At uero nec accretionem decretionemue perinde fieri, atque cum ex aqua fit aer: tunc.n. moles fieri maior

e potentia quidem magnitudine, actu uero nullam habente magnitudinem, quandoquidem quod commune est, separabile esset: hoc autem esse non posse, dictum iam est.

Præterea talis mutatio accretionis propria non est, sed generationis: nã Accretio magnitudinis, quæ in quopiam inest, augmentatio est. Decretio uero eiusdem, diminutio. Quamobrem id, quod accrescit, magnitudinem quandam habeat oportet. Proinde nequaquam conuenit, accretionem e materia, quæ magnitudinis sit expers, ad actum magnitudinis esse: potius enim esset generatio corporis, non accretio.

nec vllius est augmentatio, vel erit augmentatio illius, quod est A commune vtriq;: si tamen aliquid sit tale, sicut corpus videtur esse aeri & aquæ commune, vt dicatur quòd aqua non est augmentata, neq; aer quia aqua corrupta est, & aer generatus: sed corpus est quod augetur, si aliquid ibi augmentatum est: sed hoc est impossibile. Oportet enim ad hoc quòd aliquid dicatur augeri, quòd saluẽtur ea, quæ sunt de ratiõe eius, quod augetur & diminuitur: quę quidẽ sunt tria. Quorũ primũ est, & supra positum est, scilicet quòd quę libet pars magnitudinis, quæ augetur, fiat maior. puta si caro augetur, quòd q̃libet pars carnis sit maior. Secundum ẽt supra positum est, scilicet quòd aliquo adueniente, aliquid augetur. Tertium autẽ est, quod scilicet nũc ponitur de nouo, vt scilicet id quod augetur conseruetur & permaneat in suo esse. Quia enim generatio & corruptio sunt transmutationes circa substantiã: cum simpliciter aliquid generatur vel corrumpitur nõ permanet eius substantia, puta circa qualitatem, aut quantitatem: & ideo, cum aliquid alteratur, seu augetur vel diminuitur, manet idem numero secundum substantiã. Sed hic quidem, scilicet in alteratione, non manet eadem passio: sed in augmento & diminutione non manet eadem magnitudo, sed fit maior vel minor. Si ergo prędicta transmutatio, qua ex aqua fit aer, esset augmentatio, sequerentur duo contraria prędictis positionibus. Quorũ vnũ est, quòd aliquid augeret nullo alio adueniente, & diminueretur nihilo recedente. Aliud autẽ est, quòd id, quod augetur non maneret, neq; aqua, neq; corpus, quod uidetur esse commune, manet idem numero. Vnde etiam signanter supra dixit, si aliqd est commune: quia scilicet nihil actu ens idem numero existens secundum substantiam, est commune ei quod corrumpitur & generatur. Oportet autem prædictas positiones saluare in omni eo quod augetur, hoc enim supponitur quasi principium: ꝙ augmentatio sit talis transmutatio, qualis supra dicta est. Sed vi detur nihil prohibere aliquid augeri nullo adueniente, probat enim Philosophus in Quarto Phy. quòd sicut aliquid fit albius non superaddito alio albo, sed per intentionem albedinis præ

Tex.cō.34.

Tex.cō.54. Phy. 55.

aqua aer: tunc enim maior moles generata est, non enim augmẽtatio hæc, sed generatio quidem eius in quod transmutatur erit, corruptio autem cõtrarii, augmentatio autem neutrius. Sed aut nullius, aut, si aliquod commune amborũ existit, eius quod generatur, & eius quod B corrumpitur, verbi gratia si corpus, aqua autem non aucta est, neque aer: sed hoc quidem deperiit, hoc autem generatũ est: corpus autem siquidem id ad auctum est. Sed & hoc impossibile. Oportet autem saluare rationem & existentiam eius quod augetur & diminuitur. Hæc autem tria sunt. quorum. unum est quamcunq; partem maiorem esse eius quod augetur magnitudinis. verbi gratia C si caro, carnis, Et adueniẽte aliquo. Et tertium, vt saluetur & p maneat id quod augetur. Cũ. n. generaẽ aliquid simpliciter & corrumpitur non manet idem, quod autem augetur, aut alteratur, aut minuitur manet idem. Sed tamen hic quidem passio, hic autem magnitudo non manet eadem. Si itaque erit illic prędicta augmẽtatio, cõtinget nullo adueniente, neq; manẽte augeri, & nullo recedente diminui, & non manere quod augeẽ: sed oportet hoc saluare: subiecta enim est augmentatio talis.

d Quæret autem aliquis: & qd est quod augetur, vtrum cui apponitur aliquid, aut quod apponitur. ver.g. si crus quod augetur hoc fit maius, quod autem auget, cibus non. Quare igitur non ambo aucta sunt? Maius. n. quod apponitur & cui, quemadmodum & quando miscens vinum aquæ: similiter enim maius vtrumque.

e Aut quoniam quidem huius substantia manet, huius autem non. ver.g. cibi. quoniam domi

Sed quæret aliquis, quid est quod accrescit, vtrum id cui nonnihil additur? uerbi causa, si quid crus augeat, crus ne maius euadit, quod autem incrementum præstat, ipsum, inquam, alimentum, minime? Sed cur non ambo incrementa suscipiunt? Nam tam quod additur quàm cui additio fit, maius reddi assolet, haud secus atque cũ aquæ vinum miscueris: pari enim ratione utrunque maius est.

An quia huius substantia maneat, illius uero, puta cibi, haud quaquam. Quando & illic quoque quod euncit,

existentis, inquantum scilicet subiectum reducitur in actum per sectionis albedinis: ita videtur posse fieri aliquid maius absq; additione alicuius corporis magnitudinem habentis, per hoc, ꝙ materia, quæ prius erat sub paruis dimensionibus, postea sit facta sub maioribus. Nam idem est subiectum magnitudini & parnitati, sicut & albi & nigri. & hoc manifestè apparet i rarefactione. Rarefactio autem cõtingit non solum transmutata specie, puta cum ex aqua gñaẽ aer, de quo hic loquitur Arist. sed etiam eadẽ specie manẽte, sicut si aer rarefiat vel cõdensetur. Dicendum est autem, quòd talis transmutatio nõ potest proprie dici augmentum, sed alteratio, fit enim secundum transmutationẽ passibilium qualitatum: scilicet rari & densi. variatio autem qualitatis, aut quantitatis se habet ex consequenti. Sicut ex motu, qui est secundum locum variatur motus secundum dextrum vel sinistrum, non tamen dicitur motus secundum sinum, quia variatio situs cõsequẽter se habet ad variationem loci. Deinde cum dicit.

d ¶ Mouet autem aliam quæstionem, & primo proponit eam, secundo soluit eam, ibi {Aut quoniam huiusmodi.} Dicit ergo primo, ꝙ cum augmentũ fiat aliquo superaddito, remanet quæstio, quod est id quod augetur: vtrum s. id, cui apponiẽ, aut qđ nõ apponitur: vel potius augetur vtrunque. Verbi gratia, cruri alicuius animalis apponitur aliqd, scilicet cibus: vtrum ergo crus augetur & fit maius, cibus autẽ qui apponitur vel ad ditur, non augetur, sed auget: quare ergo ambo nõ augmẽtata sunt? & vtrunq; non fit maius: sed id quod apponitur nõ, & id cui apponitur fit: & sicut quando vinũ miscetur aquæ videtur vtriq; augeri: quia vtrunque fit maius eodem modo. Deinde cum dicit.

e ¶ Soluit quæstionem per id, quod supra positum est s. quòd oportet id quod augetur manere secundum substantiam. Ideo ergo vnum dicitur augeri & non aliud, quoniam huius quidem scilicet cui additur, puta cruris, manet substantia: huius autem, scilicet quod additur, puta cibi, non manet: conuertitur. n. in substantiam eius quod nutritur & augetur. Et quia in obiectione fiebat mentio de miscione, ostendit etiam in miscione simile

esse,

esse: nam id, cuius substantia manet, dicitur esse dominans in mistione, sicut dicitur esse vinum, quãdo parum de aqua admiscetur multo vino, & hoc apparet ex propria operatiõe, quæ est eundem signum speciei, tota enim mistura facit operationem vini, scilicet calefaciendo & confortando, non autem facit opus aquæ. Et simile est de alteratione: quia, si permanet caro, & quod quid erit, i. quidditas, seu species eius: aliqua autem passio de numero per se accidentium adueniat, quæ prius non erat, id quod permanet, dicitur alteratum, & similiter oportet id quod augetur permanere. Id autem, quo aliquid alteratur, scilicet alterans; quandoq; in nullo transmutatum est, neque secũdum passionem, neque secũdum substantiam, sicut cõtingit in his, quæ agunt, & nõ patiuntur, sicut corpora cælestia, quandoque vero & ipsum alterans patitur & trãsmutatur, sicut i corporibus inferioribus, quæ agunt & patiũtur adinuicem, vt in sra patebit. Sed in motu augmenti vir tus alterans, & quæ est principium motus se habet ex parte augmenti: quod tamen ita alterat, q etiam alteratur, in his enim, quæ augẽtur, est principium motus augmenti, scilicet ad alterandum & conuertendum cibum, qui additur: quia si hoc nõ esset, cibus ingrediens corpus, sic magis generaretur, & acciperet ad suam naturam id corpus cum ingrederetur. Puta cum spiritus. i. vẽtus, seu aer ingreditur vẽtrem, & facit cum maiorem. Vel spiritus. i. anima ingredit corpus, & conformat ipsum sibi: sed non est ita: quinimmo cibus ingrediẽs corpus patiendo a corpore animalis corrũpitur conuersum in corpus animalis, & principium mutationis non est in hoc qđ additur, sed in eo cui additur.

Tex. cõ. 43.

Tex. cõ. 35.

nans dicitur in mistione, vt vinum, facit enim vini opus, sed non aquæ, vniuersa mistura. Similiter & in alteratione, si manet caro ens, & quod aliquid ẽ, passio autem aliqua quæ ineſt p se, quæ prius non inerat, alteratum est hoc. Quo autem alteratum est, hoc quandoq; quidem nihil passum est, neq; alterata est substãtia, quandoq; autem & illud. Sed alterans, & principium motus in eo quod augmẽtatur & alteratur, in his enim est mouens, quoniam & ingrediens generatur vtique magis, & accipiens illud corpus. v. gra. si ingrediens fiat vtique spiritus, oportet corruptum esse hoc patiens, & mouens non est in hoc.

LECTIO XV.

VOniam autem de his quęsitum est sufficiẽter, oportet quæstionis tentare solutionem inuenire, saluãtes manere id quod augetur, & adueniente aliquo augeri, recedente autem diminui. Adhuc autem, quodcunq; signum sentatum, aut maius, aut minus generatum esse: & non vacuum esse corpus, neque duas magnitudines in eodem loco, neque incorporeo augeri.

b Suscipiẽdum igitur causam, sed si primum quędam constituerimus, quorum vnum est, q anhomiomera augentur, cum homiomera augentur: componitur enim ex his vnũquodq;. Deinde quòd caro, & os, & vnaquęq; talium partium, est duplex, quemadmodum & aliorum in materia speciem habentium. Etenim materia dicitur, & species, caro aut os.

LECTIO XV.

EOstquam Philosophus mouit dubitationem de eo, quo aliquid augetur: & soluit dubitationem interpositam, hic accedit ad soluendum dubitationem principalem. Et primo soluit dubitationem. Secundo, ostendit dubitatione remota, quomodo fiat augmentum, ibi ¶ Magis autem totum. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit qualis debeat esse solutio. Secundo ponit solutionem, ibi ¶ Suscipiendum. Oportet autem, quòd vera solutio includat omnia quæ sunt de ratione rei, & omnia impossibilia excludat, & ideo primo ostendit quomodo intendit saluare omnia quæ sũt de ratione augmenti: & dicit, q quia sufficienter quæsitum est de prædictis, oportet tentare, ideſt ad hoc conatum apponere, vt inueniatur talis solutio quæstionis, quæ saluentur tria, quæ supradicta sunt de ratione augmenti, quorum Primũ est, quòd id, quod augetur permaneat. Secũdum est, quòd augmentum fiat adueniente aliquo, & diminutio aliquo recedẽte. Tertium est, q quodlibet signũ sensatum, ideſt quælibet pars sensibilis eius qđ augetur fiat maior in augmẽto, aut minor in diminutione, Secundo ostẽdit, quomodo intendit tria impossibilia vitare. Primo quidem, vt non ponamus corpus quod augetur esse vacuum. Secundo, vt non ponam⁹ duas magnitudies, vel duo corpora esse simul. Tertio, vt non ponamus augmentũ fieri p additionẽ alicuius incorporei, videtur enim suppositis prædictis suppositionibus alterum horum inconuẽientium ex necessitate sequi. Si enim augetur quælibet pars eius qđ augetur: & nihil augetur nisi adueniente aliquo: oportet q cuilibet parti ei⁹ qđ augetur, aliquid adueniat. si ergo id, qđ aduenit, non est incorporeum: oportet duo corpora esse simul, nisi ponatur corpus quod augetur, esse vacuũ. Deinde cum dicit.

ac superat in ipsa mistione augeri dicitur ceu vinum, nam vniuersa mistura vini, non aquæ, sanctionem exerceret. In alteratione quoque similiter si caro & substantia ipsa maneat, eorum vero affectuum, qui per se competunt quispiam insit, qui prius non inerat, hoc sane alteratum est. Id autem, quo alteratum est, interdum nihil patitur, interdum & illud quoque pati solet. Verum quod alterat, atq; motus principium, in eo est quod alteratur, & eo quod accrescit, quod enim mouet, in hisce est. Quandoquidem, & quod ingeri solet, fieri aliquando maius potest, & corpus quod eo fruitur, vt si quod ingeritur, spiritus fiat, verum cum hoc patitur, corrumpi solet, nec in eo est id quod mouendi ium obtinet.

Sumenda autem erit causa vno quidem prius a nobis definito, dissimilaria, inquam augeri, cum similaria accrescunt, ex his enim quodq; componitur. Deinde carnem, & os, & id genus partium quamq; perinde atque cæterarum, quæ formam habent in materia, duplicem esse, nam materies atque forma, caro dicitur aut os.

b ¶ Soluit dubitationem: & primo præmittit quædam necessaria ad quæstionis solutionem, secundo ponit solutionẽ, ibi ¶ Qualemcunq; igitur partem. ¶ Circa primum proponit duo, circa quorum primum dicit, quòd oportet suscipere causam, per quã & prædicta soluantur, & inconuenientia vitentur: ita tamen, quòd determinemus quædam prius: quorum vnum est quòd anhomeomera, ideſt membra dissimilium partium, puta manus, aut pes & similia, augentur per hoc, quòd partes augentur: quas homiomera vocat, sicut sunt caro, & os & huiusmodi. Et huius rationem assignat, quia vnumquodq; membrum dissimilium partium augetur ex his quæ sunt similium, sicut manus ex carne, & osse, & neruo: ideo oportet quòd per augmentum partium augeatur totum. Secundo ponit, quòd caro, & os, & vnaquæq; talium partium, quę primum dicit augeri, est duplex: sicut contingit in omnibus quæ habent speciem in materia, nam caro, vel os potest dici, vel vt materia carnis, vel vt species carnis. Hoc quidam intellexerũt sic, quòd aliqua caro signata

Tex. cõ. 38.

signata est: quæ est secundum materiam, & alia, quę est secundum speciem. Dicunt enim quòd caro, vel os, vel quicquid est huiusmodi dicitur esse secundum speciem, ex eo quòd est generatum ex primo humido seminali, in quo primo fuit virtus speciei. Caro autem secundum materiam dicitur, ex eo quòd generatur ex humido nutrimentali: qđ quidem aduenit primo humido substantiali, sicut materia quædam eius: prout primum humidum extenditur per alia membra, admisto sibi secundo humido, ad hoc vt compleat quantitas rei viuentis & omnium partiũ eius. Et hæc fuit opinio Alexandri, vt dicit Auer. in expositione huius loci: quẽ plures postmodum secuti sunt. Sed hoc non potest stare cum verbis Arist. q hic dicuntur. Dicit enim quòd caro, & os, & vnaquaque talium, est duplex, scilicet secundum materiam, & speciem: quemadmodũ aliorum in materia speciem habentium. Manifestum est autem quòd speciem in materia habent non solum ista quæ generantur ex semine, & quæ nutriuntur, in quibus prædictus intellectus posset aliqualiter sustineri, sed etiam corpora inanimata, sicut sunt lapides, aurum, & argentum. Vult ergo Arist. quòd in carne & osse dicitur species & materia, sicut in lapide & auro: in quibus non est humidum substantiale & nutrimentale, & ideo dicendum est secundum intentionem Arist. quòd eadem caro dicitur secundum speciem, prout in ea cõsideratur id quod pertinet ad speciem carnis: & secundum materiam, prout in ea consideratur id quod est materiæ: & eadem ratio est de omnibus aliis compositis ex materia & forma. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 36.

Tex. cõ. 37.

c ¶ Ponit solutionem, & primo ponit eam, secundo manifestat per exemplum, ibi ¶ Oportet autem intelligere. ¶ Tertio, concludit epilogando summam solutionis, ibi ¶ Qua propter est quidem. ¶ Dicit ergo primo, quòd hoc quod supra dictum est, quòd quælibet pars augetur eius quod augetur, & quòd vnumquodq; augeatur adueniente aliquo, est verum, si accipiatur pars secundum speciem, nam cuilibet parti secundum speciem consyderatæ additur aliquid tanquam permanenti, & ita quælibet pars secundum speciem consyderata augetur, non autem cuilibet parti secundum materiam consyderatæ fit additio: sed non quælibet pars secundum materiam cõsyderata augetur. Dictum enim est quòd id quod augetur, oportet permanere, nõ autem permanet quælibet pars secundum materiam consyderata, sed solum secundum speciem. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 37.

d ¶ Manifestat solutionem propositam per exempla, & primo ponit manifestationem, secundo ostendit in quibus partibus dicta solutio sit magis manifesta, ibi ¶ In anhomeomeris. ¶ Dicit ergo primo, quòd oportet intelligere, quod dictum est de carne secundum speciem, & secundum materiam, si quis mensuret aquam eadem mensura, ita tamen quòd semper sit alia, & alia aqua, puta, si ex vase pleno aqua, guttatim aqua effluat, & guttatim semper infundatur: erit enim semper idem quantum ad mensuram aquę, non tamen quo ad materiam aquæ. Sic autem cõparatur species ad materiam, sicut mensura ad mensuratum, eo quòd forma est finis materiæ, vt dicitur in Secundo Physicorum. Sic enim oportet intelligere quòd species carnis permaneat eadem tanquam mensura quædam: non tamen semper permaneat eadem materia, in qua talis species suscipitur. Est etiam simile de fluuio, qui semper manet idem quantum ad speciem fluuij, materialis tamen aqua semper est alia & alia. Simile est etiam in igne, cuius species & figura semper manet, sed ligna, in quibus materialiter ignis ardet, consumuntur, & alia apponuntur. Idem etiam apparet in populo ciuitatis, qui semper manet idem secundum id quod est species, quamuis hominum, ex quibus constituitur populus, quidam moriantur, & quidam succedant, & semper permaneat id quod pertinet ad speciem carnis, licet materia, in qua fundatur talis species, paulatim consumatur per actionem caloris, & alia de nouo adueniat per nutrimentum. Sic ergo, quando aliquod corpus augetur, augmentatur quidem materia carnis: quia plus generatur per nutrimentum, quàm perdatur per actionem caloris & ita multiplicata materia, vis augmentariua, quę pertinet ad speciem, excedit proportiõabiliter totam materiam in maiorem quantitatem. Non tamen ita augmentat materia carnis, quòd cuilibet parti materiæ aliqđ addatur, quia neque quælibet pars materiæ manet, sed quædam defluit consumpta, scilicet per calorem, & quędam aduenit restituta, scilicet per nutrimentũ, & ita non oportet incorpoream esse, neque esse corpoream omnino simul neque corpus quod augetur esse vacuum: quia non minus fuit id quod restituitur per alimentum, quàm id quod fuit per caloremi consumptum, virtus enim caloris naturalis, quæ pertinet ad speciem restituit id quod aduenit in locum eius quod periit. Si autem fuerit plus quod ex alimento generatum est, virtus naturalis extendit id in maiorem quantitatem secundum aliquam dimensionem, & ita occupat maiorem locum. Sed quia species semper manet, necesse est dicere, quòd cuilibet parti formæ, vel speciei aliquid aduenit, & quælibet augeatur. Neque propter hoc sequitur duo corpora esse in eodem loco: quia formæ & speciei non debetur locus nisi ratione materiæ, in qua fundatur, quæ est proprie subiectum quantitatis dimensiuę. si autem intelligatur caro secundum speciem, quę est generata ex humido substantiali, caro autem secundum materiam, quæ est generata ex humido nutrimentali vt Alexan. posuit, videtur hoc verbum Arist. scilicet quòd caro secundum materiam defluit & adueniat, non autem caro secundum speciem, magis esse dictum probabiliter, quàm secundum aliquam necessariam rationem, cum non necesse sit vtrumq; humidum in vnam massam adiungi ad perficiendam quantitatem totius corporis, & omnium partium eius, nec potest ex necessitate probari, quòd calor ita consumat vnum, altero permanente semper. Non est autem credibile, quòd Aristoteles in tali re aliqđ sine ratione necessaria dixisset, vt Auer. dicit in expositione huius loci. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 38.

e ¶ Ostendit in quibus partibus prædicta solutio sit magis manifesta, & dicit, quòd id quod dictum est, magis est manifestum in anhomeomeris, ideſt membris dissimilium partium, puta manu, quam videmus proportionabiliter augeri, proportionabiliter autem augetur tota manus, & quilibet digitus, & etiam quilibet articulus, & hoc ideo, quia magis manifesta est distinctio speciei & materiæ in huiusmodi membris quàm in carne, & osse, & aliis membris similibus. Quanto enim sunt propinquiora toti, tanto plenius recipiunt perfectionem formæ: quæ principaliter est actus totius, vnde & operationes animæ magis manifestæ sunt in dissimilibus membris, quàm in partibus similibus. Et ideo licet post mortem, per quam separatur anima a corpore, non solum remaneat animal, sed etiam nulla pars animalis, nisi æquiuoce, vt dicitur Secundo de Anima: tamen videtur, quòd magis post mortem remanere caro aut os, quàm manus aut brachium: in quibus magis apparent operationes animæ. Deinde cum dicit.

Concludit

Lege de Iuuen. & Sen. Lectio. 4.

Soluit obiectionẽ Arist. supra, tex. com. 32.

Cõmẽ. 38.

Tex. cõ. 2.

f ¶ Concludit epilogando summam solutionis, scilicet quòd f quodammodo quælibet pars carnis est aucta, scilicet accipiendo carnem, secundum speciem: & quodammodo non, scilicet accipiendo carnem, secundum materiam.

LECTIO XVI.

SOlutis dubitationibus, quæ erant circa augmentum, hic Philosophus determinat modum augmenti. Et primo determinat qualiter fiat augmentum. Secundo determinat qualiter fiat diminutio. ibi { Hæc autem species sine materia. } Circa primũ duo facit. Primo ostendit qualiter se habet id quod aduenit, ad id qđ augetur, eo adueniente. Secũdo, comparat augmentũ aliis operationibus aiæ vegetabilis, ibi { Quæret autem aliquis. } Dicit ergo primo, ꝙ soluta q̃stiõe de partibus eius qđ augetur, verũ quælibet pars augmẽtatur vel nõ, manifestũ est, ꝙ totũ mains est aliquo adueniẽte, puta cibo, hoc.n. aduenies in pricipio est cõtrariũ ei, cui aduenit secũdũ aliquã cõtrarietatẽ passionũ sed posthea trãsmutaturi ea dẽ specie, puta, si lico adueniat id, quod est a principio hamidũ, qđ cum aduenerit transmutatur, & fit siccum. Et ita quodammodo verũ est dicere, ꝙ simile augetur simili, quodammodo autẽ verũ est dicere, ꝙ aliquid augetur a dissimili, nam id, qđ augetur, i principio quidẽ est dissimile, in fine autem simile, vt dictum est. Deinde cum dicit.

b ¶ Comparat augmẽtũ aliis operationibꝫ aiæ vegetabilis, cuiꝰ operationes sũt tres, vt dicit i 2. de Anima. s. generatio, nutrimentũ, & augmentum. Primo cõparat augmẽtũ generationi. Secũdo nutrimento. ibi { Quanquã aũt qđ vltr. } Circa primũ duo facit. Primo ostẽdit similitudinẽ augmẽti & generationis, Secũdo differentiã, ibi { Non igitur hoc ipsum. } Mouet igitur quæstionẽ circa primũ quale oporteat esse id. i. cuius formæ est id quo augetur, & concludit manifestũ esse ex præmissis, quòd id, quo aliquid augetur, est in potẽtia ad id quod augetur. Puta, si caro est quod augetur, id, quo augetur, oportet esse i potentia carnẽ. Quia, sicut supra dictum est, id, quo aliquid augeꝫ, est in principio dissimile, in fine autẽ simile: & quia nihil est in potentia ad vnum, quin sit in actu aliquid aliud, oportet id, quo augetur caro, qđ est in potentia ad carnẽ, esse actu aliquid aliud q̃ carnẽ, puta panis: quod autẽ est actu aliquid, nõ fit aliud nisi ꝑ priores corruptionẽ & sequẽtis gñationẽ, oportet igit augmẽtum fieri corrupto eo, quod prius erat actu, puta pane, genito eo qđ auget, puta carne. Et hic manifestũ est ꝙ i augmẽto cõcurrit gñratio aliqualiter. Deinde cũ dicit.

c ¶ Ostendit differẽtiã augmẽti & generationis, dicẽs, ꝙ in augmẽto fit quẽdam generatio carnis, cũ aliud fit augmẽtatio a gñratiõe: sequitur ꝙ nõ generetur ẽm seipsum. i. separatim quando aliquid generatur quia sic non esset augmentũ, sed generatio, sed oportet generari carnẽ in carnẽ, quę augetur. Sic igitur propter id quod caro i eo quod augeꝫ est patiẽs, i eo scilicet qđ trãsmutatur in similitudinẽ eius qđ augetur, & ab hoc. s. passo transmutato augmẽtatũ est, vel id, cui additũ, vel totũ mistũ. Et est simile, sicut si aliquis vino præexistenti superinfundat aquam hoc mõ, ꝙ vinũ sua virtute possit aquã cõmistam convertere in sui naturã: tunc enim dicitur ẽo augmentũ vini, non generatio, cũ autem liquor aliquis ẽm se ã vinũ convertitur, puta vua, est vini generatio. Aliud autẽ exẽplũ ponit de igne, ꝙ adurit corpora vitibilia sibi coniuncta: & ita cõtingit in eo quod augetur, qđ ẽ actu caro, cuius virtus augmentatiua id quod adurit existens in potentia ad carnẽ facit actu carnem mixta tamẽ ꝙ sit simul cũ carne præexistẽte. Si enim ex aliquo, qđ est in potentia caro, seorsum fieret caro, esset generatio carnis, non augmentũ, sicut accidit cum ex virtute seminis, sanguis menstruus i carnẽ cõuertitur. Et hoc etiam accidit circa ignẽ, cõtingit. n. quãque, ꝙ ligna igniuntur adiuncta igni pręexistenti, & hoc est augmentatio ignis: quando vero ipsa ligna incenduntur seorsum, nõ adiuncta aliis lignis adustis, tunc est generatio.

f Quapropter est quidem sic quantumcunq; carnis auctum, est autem vt non. Secundũ speciem enim cuicunque aduenit, secũdum materiam autem nõ.

LECTIO XVI.

MAius autem totum generatum est aduenientе aliquo, quod vocatur cibus, & contrariũ transmutato in eandem speciem. v.g. si ficco aduenit humidum, cum enim aduenerit transmutatur humidum & generatur siccum. Est enim ut partim simile a simili augmentetur, est autem partim a dissimili.

b Quæret autem aliquis, quale oportet esse id, ex quo augetur. Manifestum vtiq;, quoniã potentia est illud. v.g. si caro potentia carnem actu autẽ aliud, Corrupto vtique hoc, caro generatum est.

c Non igitur hoc ipsum secundum se. Generatio eñ esset non augmentatio, sed quod augetur hoc. Quod igitur & ab hoc est patiens auctum est, aut mistum, quemadmodum si quis vino superinfundat aquã, hoc autem potest vinũ facere quod mistũ est. Et quẽadmodũ ignis facit, sũ ea q̃ vri pũt, cõtigerit, ita i eo qđ auget, & ẽ actu caro, qđ ineſt augmẽtatiuũ, aduenięte id, qđ ẽ potẽtia caro, facit actu carnẽ. Igit simul existit, si. n. seorsũ, gñatio ẽ. Est. n. ita ignẽ facere ad existẽtẽ adiũgẽtes ligna, sed sic quidem est augmẽtatio: quãdo aũt ipsa ligna per se incenduntur, generatio est.

Quare partim augetur carnis quælibet particula, partim non augetur. Nam secundum formam quidem, cui nis parti quippiam addiungitur, secũdum materiam vero, haudquaquam.

LECTIO XVI.

QVanto tamen maius euadit accedente quopiam, quod nutrimentum, atque contrariũ nominatur, & in eãdem formam transeunte, vt si humidum sicco accedat, & cum iam accẽsserit, mutationem subeat, fiatque siccum. Nam partim simile simili, partim dissimile dissimili accrescit.

LECTIO XVII.

VAnitas autem uniuersalis nulla sit, sicuti nec animal, quod nec homo sit, nec singularium aliquod i sed vt hic vniuersale, sic & illic quantitas. Caro igitur, & os, & neruus, & similares partes, accedente quidem quanto aliquo, sed non carne quanta, augescunt.

Dubitauerit autem quispiam, quale id esse oporteat quo quid augetur. Palam itaq; est hoc, potentia illud quod augetur esse oportere, vt si caro accretionem subeat, id quo illa accrescit potentia carnẽ esse, actu aũt aliud, quod sane hic corrumpitur, caro fieri solet.

Non igitur ipsum per se, solumq; est, nam alioqui, generatio esset, non accretio, sed id quod augetur cum eo est. Qualiter igitur hoc affecto, illud augeri solet? An misto, haud secus atque siquis vino aquam infundat, & idem id quod ammistum est efficere vinum possit. An sicut ignis tactum cremabile adurit, sic & id, cui agendi facultas delegata est in eo existẽs qđ accrescit, quodq; actu caro est, qđ accessit e potẽtia carne, actu carnem facere consuevit? Illo igitur simul existente, id ipsum accidit, quoniam si seorsum ẽ, sic generatio sane foret, nam ignem admodũ facere modũ contingit, videlicet si lectis in eum, quilibet est, lignis; verum ita quidem, accretio est: at, cum ligna ipsa incenduntur, generatio.

LECTIO XVII.

QVamuis autem vniuersale quidem non generatur: quemadmodum

LECTIO XVII.

QVamquam Philosophus comparauit augmentum generationi, hic comparat augmentum alimento, & primo ostẽdit quomodo se habet id quod auget ad id quod nutrit: secundo quomodo se habet augmentum ad nu-

Tex.cõ.41. ad nutrimentum, ibi {Et nutrimentum.} Circa primum tria facit. Primo ostendit, quid sit id quod augetur, idest quòd sit quantum, & dicit, quòd quantum vniuersale non generatur nec fit, sicut animal vniuersale, nec homo vniuersalis, nec singularium, idest nec aliqua specierum: puta nec leo vniuersalis, nec bos vniuersalis.

Sed sicut in illis generatur vniuersale, scilicet i aliquo particulari, puta cum generatur hoc animal, aut hic homo, & illic, scilicet augmẽto generatur quãtum, non quidem in vniuersali, sed in aliquo determinato, sicut cũ fit quãta caro, aut os, aut manus & his similia.

Secundo, ibi { Aduenięte. } Ostendit quid sit id quod auget, fit enim augmentum aduenięte aliquo, vt dictum est: sed, si per augmentum fieret quãtum in vniuersali, oporteret id quod aduenit esse quantũ in potentia, & nullo modo in actu, sed quia non generatur quantum in vniuersali, sed hoc quantum, puta caro: oportet id quod aduenit esse quidem aliquid in actu quantum, non autem carnem quantam, sed solum in potentia. Tertio ibi.

b ¶ Concludit differentiam eius quod auget, & eius quod nutrit, & primo ponit differentiam dicens, quòd id, inquantum id quod aduenit, est in potentia ad vtrunq; puta ad hoc quòd sit quanta caro, vt scilicet nõ solum sit aptũ recipere speciem carnis, sed etiam in maiorem quantitatem produci: per hoc enim auget. Ad hoc enim quòd sic augmentum oportet fieri & quantum, vt scilicet fiat maior quantitas: & carnem, quia oportet id quod aduenit in finem assimilari, vt dictum est. Inquantum vero id quod aduenit est in potentia ad hoc quòd sit caro, secundum hoc nutrit, sic enim differunt secundum rationem cibus & augmentatio, nam cibus nutriens est in potentia inquantum conuertitur in carnem, inquantum autem suscipit maiorem quantitatem est augens. Deinde cum dicit.

c ¶ Infert quoddam corollarium ex eo quod dictum est, videlicet, quòd aliquis nutritur quousque saluatur, idest quamdiu conseruatur in vita: quia semper oportet restitui per nutrimentum id quod continue soluitur, idest id quod diminuitur oportet nutriri. Non autem semper animal augetur, sed quandiu cibus conuertus in carnem potest extendi in maiorem quantitatem. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit differentiam inter ipsum augmentum & nutrimentum: & dicit quòd nutrimentum est idem quod ipsum augmentum, esse autem cum eis aliud: quasi dicat, sunt idem subiecto, sed differunt ratione, inquantum enim id quod aduenit est in potentia ad vtrunque, idest ad hoc quòd sit quanta caro, secundum hoc est augmentum carnis: inquantum vero est in potentia ad hoc solum quòd sit caro, secundum hoc est nutrimentum, aut cibus, vt supra expositum est. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.41. nec aĩal, nec hõ, nec aliqd singulariũ: sed vt hic vniuersale, ita & illic quantum. Caro aũt, aut os, aut manus, & horũ homeomera, aduenięte quidẽ aliquo quanto, sed non carne quanta.

Tex.cõ.41. b Secundum id igitur quòd potentia vtrũq;. v.g. quãta caro sic auget qdẽ, etenim quãtã oportet generari, & carnẽ: secũdum id. n. quod solum substantia caro, nutrit. Etenim sic differunt cibus & augmentatio, ratione.

c Ideo nutritur quis quousq; saluatur, & diminuitur: augmentatur autem non semper.

d Et nutrimentum augmentationi idem est quidem, esse autem aliud, nam quatenus id quod aduenit potentia quanta caro, augmẽtatiuum carnis est: quatenus autẽ quod solum potentia caro, nutrimentum.

Tex.cõ.42. e Hęc autem species sine materia, vt immaterialis potẽtia aliqua, in materia est. Similiter autem & aliud quodcunq; organum. Si autẽ aduenerit aliqua materia, quæ sit potẽtia immaterialis, habens, & quantum potentia, hæ erunt immateriales maiores. Si aũt amplius facere nõ põt: sed vt aqua vino semper ampliꝰ mista ĩ fine aquaticũ facit, & aquã, tũc diminutionẽ faciet quanti: species aũt manet.

f ¶ Ostendit quomodo fiat diminutio. Ad euidentiam autem horum, quæ hic dicuntur, considerandum est quòd virtus speciei aliter se habet in rebus viuentibus, quæ proprie nutriuntur & augentur, & in rebus carentibus vita, quæ neque nutriuntur, neque augentur. Corpora enim viuentia mouent seipsa non solum secundum motum localem, sed etiam secũdum motum alterationis, puta cum animal naturaliter sanatur: & secũdum motum augmentationis aut generationis, præsertim secundum quòd nutrimentum est generatio quędam, vt dictum est: inquantum scilicet & si nõ generetur caro secundum se, aggenerantur tamen carni præexistenti. Omne autem mouens seipsum, vt probatum est in Octauo Physicorum, diuidi tur in duo, quorum vnum est mouens, aliud vero motum, vnde oportet quòd in rei veritate sit aliquid motum, quod conuertitur in naturam speciei, & aliquid mouens scilicet ipsa virtus speciei conuertens. Tex.cõ.41.

Sic igitur virtus non determinat sibi aliquam materiam signatam, cũ vna pars effluat, & alia adueniat, vt dictum est. Non potest tamen virtus speciei esse absque omni materia, sed in hac vel illa determinate, vt probatur in Septimo Metaphisicorum. In rebus tamen inanimatis, nihil tale inuenitur: nisi forte, inquantum est in eis aliqua similitudo augmenti & nutrimenti: puta in igne & vino per efficaciam virtutis actiuæ in eis, speciei carnis vel cuiuscunque huiusmodi, in quamcunque. Tex.cõ.28.

Quo igitur potentia simul vtrunq; existit, videlicet caro quanta, hoc quidem auget, nam carnem quantam fieri oportet. Quo uero solum caro, hoc alit, hoc enim nutritio & accretio, ratione differunt.

Quocirca quandiu saluum manet animal, etiam si decretionem subeat, alitur, sed non semper accrescit.

Atque nutritio idem quod accretio existit, ratio tamen est diuersa, quo enim id, quod adiungitur atque additur potentia caro quanta est, hoc carnem augere potest, quo uero caro potentia solum, hoc nutrire.

Hoc autem forma sine materia est, ut tibia, potentia quædam in materia est. similiter, & quoduis aliud instrumentum. Quod si materies aliqua accedat, quæ potentia sit tibia, & potentiæ quantitatem habeat, hæ tibiæ maiores euadent. Sin uero nihil præterea agere possit, sed res perinde habeat, vt cum uino subinde plus aquæ immisceatur, quæ tandem vinum aqueum reddit. facitque aquam, tum quantitatis decretio fit, forma autem remanet.

Lectio

LECTIO XVIII.

OSTquam Philosophus determinauit de generatione & corruptione in communi, & de aliis sequentibus, scilicet de augmentatione & alteratione, incipit determinare de quibusdam, quæ ad hęc requiruntur. Et primo dat intentionē suam. Secundo, prosequitur intentum, ibi {Fere quidem.} Circa primum duo facit. Primo determinat intentionem suam. Secundo ostendit, necessitatem suę intentionis, ibi {Omnes enim qui elementa.} Dicit ergo primo, quòd cū oporteat dicere de materia, circa quam est transmutatio elementorum: & de ipsis elementis secundum contrarietates, quæ sunt in eis, vtrum scilicet sint aut non, & vtrum vnum eorum sit sempiternum & intransmutabile, sicut supra dicit Empedocles, an generentur: & si generantur qualiter generētur, vtrum scilicet generentur adinuicem, aut mouentur, aut est aliquod principium eorum, ex quo generantur, & in quod resoluuntur, sicut diuersi dixerūt, vt Democritus atomos, Anaxagoras infinita secundū speciē: quia, inquā, ill la determinare debemus, oportet prius determinare de quibusdam antecedentibus ad illa, de quib⁹ dicitur indeterminate nunc. Quod quidem potest dupliciter intelligi. vno modo quòd Philosophi sui temporis indeterminate & insufficienter dixerunt de ipsis, alio modo, quia de generatione indeterminate & confuse dictum est de ipsis. Deinde cū dicit. b ¶ Ostendit necessitatem determinandi dicens, quòd omnes Philosophi tangentes elementa, vel ex elementis generata, vtuntur congregatione & segregatione. Quę enim ex elementis generantur, ex congregatione elementorum generantur: quæ vero corrumpuntur, ex segregatione elementorum corrumpuntur: quę etiam dicebant agere & pati adinuicem. Cum ergo cōgregatio sit quędam mistura, oportet de mistura determinare. Qualiter enim fiat mistio & quid sit, non est adhuc manifestę determinatum. Cum autem nec alteratio, nec congregatio, vel segregatio possint fieri sine actione & passione, oportet prius determinare de actione & passione. Illi enim, qui ponunt plura principia, dicunt esse generationem per actionem, & passionem elementorum adinuicem, similiter & illi, qui ex vno materiali principio dicunt aliqua fieri, necesse habent ponere agere & pati. Ideo recte dixit Diogenes cum dixit, q̄ nisi ex vno materiali principio fierent omnia; impossibile esset aliqua adinuicē transmutari, aliter enim non posset calidum frigefieri, nec frigidum calefieri, nisi subesset vna materia: impossibile est enim q̄ frigiditas fit caliditas vel e cōuer so: sed oportet quòd habeant vnum commune subiectum, & quod possint adinuicē transmutari, quapropter, quę agunt & patiuntur adinuicem, necesse est habere vnam subiectam materiam, quæ sit susceptiua contrariorum. Non tamen omnia agentia & patientia sunt talia, scilicet habentia vnam materiam, sed solum illa, quæ agunt & patiuntur adinuicem. Sunt enim aliqua, quæ agendo non patiantur, sicut substantiæ separatæ, & corpora cælestia: scilicet corpora, licet patiantur, vtpote quæ mouentur, tamen nō patiuntur ab his, quæ mouentur ab eis. Vlterius autem, cum mistio, & facere, & pati non possint fieri sine tactu (nam ea quæ adinuicem non se tangunt, non possunt adinuicem agere & pati,) ideo determinando de ipsis, oportet de tactu tractare. Inter illa autem tria prius determinandum de tactu, qa tact⁹ prior est: sequitur enim ad ista duo, sed non e conuerso. Necesse enim est quòd illa, quæ misceantur adinuicem, se tangant, sed nō conuertitur. Similiter, si aliquid agit

Universidad de Deusto Biblioteca

Tex.cō.43. Tex.cō.44.

Tex.cō.1.

LECTIO XVIII.

VOniam autē oportet primum de materia & de vocatis elementis dicere, siue sint, siue non: & vtrum sempiternum vnumquodq; an vero aliquo modo generetur, & si generatur, vtrum ex inuicē generentur omnia eodem modo, an eorum vnum primum sit. Necesse est itaq; prius de his dicere, de quibus indeterminate dicitur nunc.

b Omnes enim qui & elementa generant, & quę ex elementis segregatione vtuntur, & congregatione: & facere & pati. Est autem congregatio mistura. Quomodo autem misceri dicimus, nondum determinatum est manifestę. Sed nec alterari possibile, nec segregari & congregari, nullo faciente aut patiente. Etenim plura elementa facientes generant ea, mutua illorum inter se actione & passione. & his quidem ex vno necesse est dicere factionem, & hoc recte dicit Diogenes: quoniam si non essent ex vno omnia, nec etiam faceret & paterentur ad inuicem. v.g. calidum infrigidari. & hoc calefieri rursus, nō enim caliditas & frigiditas transmutantur adinuicem, sed ipsum subiectum, vti manifestum est. Quapropter in quibus facere est & pati, necesse est vnam horum subiectam esse naturā. Omnia igitur, talia esse dicere non verum: sed ea demum, in quib⁹ est mutua actio & passio. Sed si de facere & pati, & mistura vidēdum, necesse est & de tactu. Non enim facere hęc & pati possunt proprie, quæ non possibile adinuicē tangere, nec nō tangentia adinuicem qualitercunq; contingit misceri primū. Quapropter, de tribus his est determinādum quid tactus, quid mistura, & quid factio. Principium autem accipiamus hoc. Necesse enim est vt quibuscunq; reb⁹ ineat mistio, sese mutuo tāgere possint, & si aliquid facit, hoc autem patitur principaliter, & his similiter: ideo primo dicendum est de tactu.

LECTIO XVIII.

VTrum aūt de materia & hisce quæ nuncupantur elementa, primo dicere oporteat an sint necne, & utrum vnumquodq; eorum sempiternum sit, an eorum subeat aliquo pacto, & si generentur, vtrū ex sese mutuo generentur eodem modo omnia, an inter ipsa vnum aliquod primum sit, prius vtique de hisce differamus necesse est, de quibus nunc dicatur indefinite.

Omnes enim, tam qui elementa ipsa, quàm qui ea quæ constant ex elementis generant, segregatione & congregatione, atque actione & passione vtuntur. Est autem congregatio, mistio. Sed quonam pacto quippiam misceri dicatur, plane ac dilucide blandi quaquam est definitum. At vero nec alterari quicquam, nec segregari congregatione, nullo patiente aut agente potest: Etenim qui plura faciunt elementa, actione & passione mutua, generationem fieri censent, quangnam ex vno facta omnia dicat necesse est. Atque hoc recte quidem dixit Diogenes, nisi ex vno essent omnia, non posse inuicem agere & pati, ecu calidum frigefieri, & idem rursum calefieri, non enim calor & frigus, in sese mutuo transeunt, sed ipsum, ut patet, subiectum mutationem suscipit. Quare, horum quibus actio competit necesse esse subiectam materiam necesse est. Dicere igitur omnia esse eiusmodi, non est verum: sed ea quibus mutuo a sese pati, & agere insitum est. At vero si de actione passioneue, & de mistione contemplandum sit, & de tactu speculemur est necesse. Nam neque agere & pati ea possunt proprie, quæ se mutuo tangere nequeunt, neq; fieri potest, ut misceantur quæ nō quodam modo sese tangunt prius. Quare de hisce tribus, videlicet quid tactus, quid mistio, & denique quid actio, determinandum videtur. Hinc autem sumatur initium. Nam ex quibus ea quibus mistio competit esse apta, ut sese mutuo tangant, est necesse, atque si quid agat & aliud patiatur proprie, similiter idem modo atque illa afficiuntur. Quo circa, de tactu prius dicendum est.

agit & patitur ab eo, necesse est etiam quod ista se tangant, sed non conuertitur. Cum ergo primum sit a quo non conuertitur consequentia, primum inter tria dicendum de tactu. Deinde cum dicit.

c ¶ Prosequitur intentum: & circa hoc tria facit secundum q̄ de tribus determinat.

Tex.cō.44. Primo determinat de tactu. Secundo de facere & pati, ibi {De facere & pati.} Tertio de mistione, ibi

Tex.cō.46. {Reliquum autē videndum.} Circa primum duo facit. Primo distinguit hoc nomen tactus. Secūdo incipit agere de ipso, ibi {Sed tamen principaliter.} Dicit ergo primo, quòd tactus dicitur multipliciter, sicut tere vnumquodq; aliorū nominum: quædam enim dicuntur æquiuoce, quædam analogice & trāsumptiue, siue metaphorice: nā etiam tactus dicitur proprie & transumptiue. Dicit autem se tē, quia forte non omnia dicuntur multipliciter. Deinde cum dicit.

Tex.cō.81. d ¶ Prosequitur de tactu, & primo de tactu proprie sumpto, secūdo de tactu sumpto transumptiue.

Tex.cō.45. ibi {Est autem vt aliquando.} Circa primum duo facit. Primo inuestigat definitionem tactus. Secūdo inuestigatam concludit, ibi {Sed determinato.} Circa primum ponit conditiones, quæ requirūtur ad tactum. Est autem tactus, vt infra ponet, in habentibus positionē, quorum vltima sunt simul, mouentibus & motis, actiuis & passiuis adinuicem. Primo ergo manifestū supponit, concludēs primam conditionē, dicens, quòd tactus proprie & principaliter dictus est in habentibus positionē: positio autem non est nisi in habentib⁹ locum, & ideo, cum mathematica habeāt positionē, siue sint separata secundum rē, siue secundum ratio nem tantum, habent

Tex.cō. 44. etiam locum. Nam, sicut dicit Commentator super loco isto, licet mathematica abstrahantur ab alijs accidentibus, scilicet a motu & materia, impossibile est tamen ea imaginari sine loco, cum corpus naturale non sit in loco nisi secundum suas dimensiones, & non per alia accidentia. Locus ergo inseparabilis est a mathematicis corporibus: ipsis tamen non contingit locus & tactus, nisi per quandam similitudinem ad naturalia. Nulla enim vere sunt in loco nisi naturalia secundum esse acceptum, in quibus sunt mathematica secundum esse suum: & ideo etiam in ipsis habent locum & tactum. Nec accipiuntur hic secundum abstractionem ab esse: quia talis cōsideratio non est naturalis, sed mathematica, & ideo locus & tactus conueniens secundum quòd talia per posterius. Secundo ibi {Si igitur est vt determinatum.} Ponit secundam conditionem dicens, quòd, si ita est, vt dictū est in Quinto Physicorū, quod tangere est habere vltima simul: illa se tāgunt, quæ habent determinatas magnitudines & positionē, & quorum vltima sunt simul: & inest secunda conditio, scilicet habere vltima simul. Tertio ibi. {Quoniā autē positio.} Inuestigat tertiam conditionē, scilicet quòd tactus est in mouētibus & motis, dicens, quòd positio est in habentibus locum: & quia primæ differentiæ loci sūt sursum & deorsum, vt dicitur in Secundo de Cælo, necesse est vt quæ se tangunt, sint sursum aut deorsum. Ideo, quæ se tangunt, sunt grauia aut leuia, aut ambo: sicut elementa media, quæ sunt grauia & leuia secundum diuersos respectus, vt dicitur in Quarto de celo: aut alterum eorum, sicut extrema: quorū alterum est simpliciter graue, & alterum simpliciter leue: omnia autem talia dum tangunt se, agunt & patiuntur ad inuicē. Quapropter concludit manifestum esse, quòd illa proprie se tangunt, quorum diuersæ sunt magnitudines, & simul habēt vltima, quæ mouent & mouētur adinuicem per virtutem illorum vltimorum. Quarto ibi. {Quoniam autem mouens.} Inuestigat quartam conditionem quæ est, q̄ tactus est in actiuis & passiuis, & dicit, quia non omne mouens mouetur, sed quoddam est mouēs motum, quoddam autem mouens immobiler & hoc dupliciter, aliquid enim sim pliciter nullo modo mouetur, sicut mouens primum, aliquod autem mouens non mouetur a moto, licet moueatur ab aliquo, secundum quorundam extimationem, agens etiam inuenitur in istis duobus modis: quia quidam dicunt quòd actus mouentis est quoddam facere, & econuerso, quòd actus facientis est quoddam mouere: quod tamen falsum est. Differunt enim mouens & faciens, quorum differentiam oportet nos determinare. Si enim nos dicimus quòd faciens opponitur secundum suam speciem patienti, tunc cum contraria nata sint fieri

c Fere quidem igitur, vt & aliorum nominum vnumquodque dicitur multifariam, & hæc quidem æquiuoce, hæc autem altera ab alteris, & prioribus, Sic habet & de tactu.

Fere igitur, ut & cætera quæque alia nomina, pluribus dicuntur modis, & partim æquoce, partim altera ab alteris prioribusque, sic & de tactu quoque res sese habet.

d Sed tamen principaliter dictum existit in habentibus positionem: positio autem quibus & locus. Etenim in mathematicis similiter assignandus est tactus & locus, siue est separatum vnumquodque eorum, siue alio modo. Si igitur est, vt determinatum est prius, tangere vltima habere simul, hæc vtiq; se tangunt adinuicem quæcunque determinatas magnitudines & positionem habentia, simul habent vltima. Quoniam autem positio ijsdem quidē in quibus & locus existit: loci autem differentia sursum & deorsum prima, & talia oppositorū: omnia ad seinuicem tangentia grauitatem vtique habēt aut leuitatē, aut ambo, aut alterū, talia autē passiua & actiua. Quapropter manifestum est, quoniā hęc tangere nata sunt adinuicē, quorum diuisis magnitudinib⁹, simul vltima sunt, existentibus motis & mobilibus adinuicem. Quoniam autē mouens non similiter mouet quod mouetur, sed hoc quidem necesse est motū, & ipsum mouere, hoc autem immobile ens, manifestū q̄m & de faciente dicemus similiter. Etenim mouēs facere aliqd inquiunt, & facientes mouere, sed tū differunt & oportet determinare. Non n. possibile est & mouens omne agere & facere, si faciens opponitur patienti, hoc aūt in oībus in quibus est motus passio, passio autem est, secūdū quā alteratur solū, v.g. calidū & albū, sed mouere amplius q̄ agere est. Iliud igitē manifestū est q̄ motiua partim immobilia tangūt, partim vero non tangunt.

Sed tamen quod proprie dicitur, ad ea accommodari solet quæ situm habēt. Situs autem hisce quibus & locus competit, etenim, perinde ut Mathematici, de tactu & loco reddamus oportet, siue eorum quodque separatum sit, siue alio modo habeat. Si ergo tangere sit, quemadmodum antea est definitum, extrema simul esse, ea profecto se mutuo tangent, quæ cum discretas magnitudines situmque habeant, extrema simul habent. Porro cum situs omnibus quibus & locus competant, atque supra & infra & id genus opposita, prima loci differentia sint: omnia sane, quæ sese mutuo tangunt, pondus, leuitatemue, aut utraque, aut alterum habebunt: quæ autem talia sunt, actiua sunt & passiua. Vnde constat ea suapte natura mutuo sese tangere, quorum, cum inicissim mobilia sint atque motiua, discretis se paratisque magnitudinibus, extrema sunt simul.

Cæterum, cum id quod mouet nequaquam similiter id moueat, quod motum subdit, sed necesse sit ut idem, aliud moueat motum & ipsum, aliud immobile persistens, haud aliter de ipso quoque agente dicendum esse in aperto est. Nam id, quod mouet, agere quippiam, & contra quod agit, mouere dicunt, uerum differentiam subeunt, & proinde ea distinguamus oportet. Non enim fieri potest, ut quoduis mouens agat, si patienti agens opponamus, patiens autem, sit cui motus secundum affectum competit, affectus uero, secundum quem solum alteratio sit, ut albedo & calor, sed mouere, latius esse quàm agere patet.

Illud igitur palam est, ea, inquam, quæ mouent partim mobilia tangere, partim minime.

Tex.cō.22.

Tex.cō.2.

Tex.cō.34

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri circa idem, oportet quòd faciens patiatur, cum tangat ipsum: hæc autem sunt, quibus motus est passio, ideſt quibus mouendo patiuntur secundum alterationem aliquam: alteratio autem sola est secundum passiones, ideſt passibiles qualitates, vt secundum calidum vel frigidum. Cum ergo calidum contrarietur frigido, & album nigro, & sic in aliis, duo possunt concludi. primum scilicet quòd agens & patiens habent contrarias qualitates, secundum est, quòd cum non omne mouens sit tale, non omne mouens est agens.

In plus ergo erit mouere quàm agere. Ex his ergo quæ dicta sunt concludit corollarium quoddam, dicens, quòd mouentia immobilia tangunt ipsa mobilia, est autē vt sic, est autem vt non sic, quia tangunt per vltimum virtutis egredientis ab esse eorum: sed non tangunt per vltimum suæ quantitatis tantum: quia si sunt immobilia simpliciter, vt substantiæ separatæ, non habent vltimū, si vero sint ab his, quæ mouent immobilia, sicut astra, non mouentur a terra, quam mouent: & tunc non habent vltima simul cum vltimis illorum quæ mouentur. Ad euidentiam illorum, quæ hic dicuntur, cōsiderādum est, quòd agens siue faciens potest sumi dupliciter. Vno modo cōmuniter, prout scilicet virtus alicuius procedit quocūque modo in id quod subiicitur sibi, & hoc modo superius est ad mouens. Alio modo potest sumi naturaliter, siue physice, & hoc modo in minº est quàm mouens, & opponitur secundum suam speciem patienti. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 46.

e ¶ Concludit inuestigatam definitionem tactus dicens, quòd determinatur vel definitur ipsum tangere vniuersaliter, quod est in habentibus positionem, mouentibus & motis, a seinuicem actiuis & passiuis. Et ex hoc concludit vlterius quoddam corollarium, quòd frequentius & fortius dicitur esse tactum omne agens naturale quod tangendo tangitur: quia fere omnia, quæ sunt in conspectu nostro circa locum actiuorum & passiuorum, mouent mota, in quibus necessario videtur esse tactus. Deinde cum dicit.

f ¶ Determinat de tactu improprie dicto dicens, quòd sicut in quimus, ideſt dicimus quoddam esse mouens quod solum tangit id quod mouetur, sed id quod tangitur, scilicet ipsum motum, non tangit tangens, ideſt mouens: & in talibus est tactus improprie sumptus: & ista sunt, quę non sunt vnius generis Physici. Sed illa, quæ sunt homogenea, ideſt vnius generis naturalis, mota mouent: & in talibus necesse est quòd tactum tangens: & si est aliquod mouens immobile tangit id quod mouetur, sed non tangitur ab eo. & est simile sicut inquimus, ideſt dicimus aliquando, quòd contristans tetigit nos, & non tetigimus contristantem, vt quando aliquis dicit verbum iniuriosum, vnde contristamur, sed nos non tetigimus contristantem. Vltetius epilogat dicens, ꝙ de tactu in naturalibus dictum est hoc modo.

e Sed determinato tangere vniuersaliter quidem, quod est positionem habentium, & hoc quidem motiuo, hoc mobili, adinuicem autem motiuo & mobili: in quibus existit agere & pati. Est quidem igitur, vt in multum tactū quod tangit tangens: etenim mouent mota omnia fere, quæ in conspectu nostro quibus necesse est, & videtur tactū tangere quod tangit.

e Est autem, vt aliquando inquimus, mouens tangere solū id quod mouetur, quod tangit autem non tangere id quod tangit. Sed quæ mouent mota quia homogenea, necesse videtur esse quod tangitur tangere. Quapropter, si quid mouet immobile ens, illud quidē tangit quod mouetur, illud aūt non, inquimus enim aliquando tristātem tangere nos, sed nos non eū. De tactu quidem igitur in naturalibus determinatū sit hoc modo.

LECTIO XIX.

DE facere & pati dicendum deinceps. Suscepimus enim a prioribus subcontrarios inter se sermones. Multi quidem enim dicunt concorditer, quòd simile quidē a simili omne impassibile est: propterea quòd non magis actium aut passiuum est alterum altero, omnia enim eadem, similiter insunt similibus. Dissimilia autem, & differentia, & facere, & pati adinuicē sunt innata. Etenim qñ minor ignis a maiori corrumpitur: propter contrarietatē, hoc, inquiūt, pati: cōtrarium.n. esse multū pauco.

LECTIO XIX.

Einceps de actione et passione dicendum est, cum de his sententias inter sese subcontrarias a maioribus nostris acceperimus. Plurimi enim vno ore hoc astruunt, a simili, inquam, simile nullum pati, quia neutrum altero potius actiuum sit, aut passiuum: quippe cum eadem omnia, similibus similiter insint. At quæ dissimilia differentiaque sunt, vt mutuo agant patianturq; aptissima esse aſerunt. Nam cum minor ignis a maiori corrumpitur, ob contrarietatem illum id ipsum pati inquiunt: dicunt enim multum pauco esse contrarium.

Verum ea tangere vniuersaliter de finiuntur, quæ situm habent, & quorum alterum motiuum est, alterum mobile, idque vicissim, quibus agere atq; pati competit. Magna igitur ex parte, id quod tangitur, id tangit a quo tangi solet. Etenim omnia fere quæ apud nos sunt cum mouentur, mouent, per quæ esse necesse videtur, vt id quod tangitur, id tangat a quo tangi solet.

Interdum autem dicimus mouens, solum tangere id quod motu cietur: & contra quod tangitur, id non tangere, a quo tangitur. Verum, quia quæ eiusdem sunt generis, cum motū subeunt, mouent: vt quod tangitur tangat necessarium esse videtur. Quare si quid motus expers moueat, id profectò tanget mobile, nihil autem illud. Interdum enim dicimus eum, qui nos molestia afficit, tangere nos, non nos illum. De tactu igitur rerum naturalium, hoc pacto determinatum sit.

Tex.cō.47.

Tex.cō.48.

Tex.cō.49.

Tex.cō.50.

Tex.cō.51.

Tex.cō.52.

Tex.cō.53.

Tex.cō.54.

Tex.cō.55.

Tex.cō.56.

Tex.cō.57.

Tex.cō.58.

Tex.cō.59.

Tex.cō.60.

modo.] Tertio ponit opinionem suam. ibi ¶ Sed quoniam non quodcunque innatum est. ¶ Circa primum ponit vnam opinionem dicens, quòd, postquam determinatum est de tactu, dicendum est de facere & pati: prius tamen videndum est quid de ipso dixere priores Philosophi. Videntur enim eorum opiniones de facere & pati esse contrariæ, nam multi concordauerunt in hoc, quòd ea quæ agunt & patiuntur adinuicem, necesse est penitus esse dissimilia. Cuius rationem assignabant dicentes quòd inter similia, vnum non habet magis rationem agentis quàm aliud, nec econuerso, vnde non habet magis rationem patientis quàm aliud. omnia enim hæc, scilicet agere & pati, similiter eodem modo insunt his quæ sunt similia, sed illa quæ sunt dissimilia, & differunt in formis & qualitatibus, nata sunt agere & pati adinuicem. Si quis autem obijceret contra eos dicens, quòd similia & agunt & patiuntur adinuicem, sicut multus siue magnus ignis corrumpit paruum ignem, quia sunt similes & vnius

vnius naturæ. Respondetur, ꝙ hoc nō est propter similitudinē quam habēt, sed est propter cōtrarietatē in quātitate ipsorū: magnum enim contrariatur paruo. Secundo cum dicit.

b ¶ Ponit alia opinionē quæ primę videtur esse cōtraria: & est opinio Demo. qui in hac opinione fuit singularis & solus. Dixit enim, ꝙ agens & patiēs est oino idē & similis: ea q̄ sunt diuersa & dissimilia, nec agūt, nec patiunt adinuicē. Sed si cōtingat ꝙ aliqua diuersa & dissimilia agāt & patiāt adinuicē, hoc nō est inquātū diuersa, sed inquantū aliquo mō sūt idē & similia. Hæc ergo sūt q̄ accipim⁹ ab antiqs de ipso facere & pati. Deinde cū dicit.

c ¶ Manifestat primas opiniones ostēdendo causam contrarietatis in ipsis, dicens, ꝙ antiqui Philosophi videntur dicere subcōtrarios sermones, qui ideo dicūtur subcontrarij, quia quodammodo sunt veri, & quodāmodo falsi; vnde aliqualiter cōpatiūtur se adinuicē, sicut subcōtrariæ propōnes. Causa aūt diuersitatis & contrarietatis istarū opinionū est: quia, cum oporteat considerare naturā actiuorum & passiuorum ex vtraque parte, scilicet tam ex parte terminorū, quàm ex parte subiēcti: siue tam ex parte materiæ, quàm ex parte formæ, qd idem est, considerauerunt tātum vnam partem, & ideo in parte verum dixerunt, & in parte falsum. Primi enim qui dixerunt actiua, & passiua omnino dissimilia, considerauerunt ea tantum ex parte terminorū siue formarum. Et in hoc bene dixerunt: quia non est conueniens quòd omnino simile in materia & in forma patiatur ab omnino sibi simili in materia & in forma, qñ sicut antiqui dicebāt, nullº corpⁿ est dignⁱ agere i alterū q̄ alterum. Alia etiā rōne inducebant ad hoc ponēdū: ꝙ si fiſe agit ſ simile, vbi maior ē similitudo, magis ibi erō actiōis & passiōis: sed cū nihil sit similius alteri q̄ idem sibipsi, idē a seipso patietur, & seipsum corrumpet. nihil ergo incorruptibile, nihil immobile erit. Qui vero dixerunt actiua & passiua esse similia, consyderauerunt ea solum secundum materiam, & quantum ad hoc bene dixerunt: quia id quod est omnino alterum, & nullatenus idem, non aget in alterum nec patietur ab eo. Impossibile est enim quòd ea, quæ non communicat in materia, agāt & patiantur mutuo. Et ponit exēplum de linea & albedine, quæ cum non communicant in materia impassibilia sunt adinuicem: nisi forte per accidens adinuicem patiantur: sicut quando linea fit alba vel nigra. Et ꝙ talia non sint adinuicem actiua & passiua, patet ex hoc, ꝙ illa quæ nō sunt cōtraria, nec ex contrariis, non faciunt seipsa adinuicem exterius a natura, ideſt non transmutant se adinuicem vel corrumpuntur. Cum enim illud qđ corrumpitur vel generatur induat aliā formam, dicitur fieri exterius a natura, ideſt a forma, quam prius habebat, quæ dicitur natura, vt dicitur in Secūdo Phy Tex.cō.11. sicorum. Deinde cum dicit.

Supra tex. cō.43.

d ¶ Ponit opinionē propriam, & circa hoc duo facit. quia primo ponit eam: secundo redit iterū super opiniones antiquorum, ostendendo quòd in parte bene dixerūt & in parte errauerunt, & causam erroris ipsorum ibi ¶ Secundum rationem autem non eadem dicentes. ¶ Dicit ergo, quòd quia non quæcūque apta nata sunt agere & pati adinuicem: sed solum illa, quæ sunt contraria vel habēt contrarietatem necesse est ꝙ agens & patiēs in genere sint idem & similia, & diuersa specie & cōtraria. Et non sumitur hic genus logice: qa hoc modo alia corpora essent eiusdem generis, sed sumit genus naturaliter, & hoc mō, omnia quæ communicāt in materia, sunt eiusdem generis. Quòd autem actiua & passiua sint talia, dupliciter probat. Primo per

Tex.cō. 52.

Democritus vero, solus præ cæteris peculiariter dixit. Nā agēs & patiens idē ac simile esse asserit. nō.n. fieri posse arbitratur, vt differētia atq; diuersa a seſe vicissim patiātur. Sed & si quæ diuersa sunt, quippiā in seſe mutuo agāt, hoc illis euenire, nō quo diuersa sunt sed quo idē quippiā habent. Quæ igitur dicuntur, talia sunt.

b Democritus autē vltra alios dixit solus singulariter. Inquit enim idem & simile esse faciens, & patiens: quia altera & differētia nō contingit pati abinuicē. Sed si altera existētia faciūt aliquid adinuicē, non secundū ꝙ altera, sed secundum ꝙ idem ali quid sunt, sic hoc accidere eis. Quæ dicuntur igitur hæc sunt.

Qui āt hoc pacto dicūt, subcōtraria dicere videntur. Cōtradictiōis vero causa, est hæc. Nā cum totū quippiam cōtemplari oporteat, de parte quadam loquuntur vtrique. Nā quod simile est, & omni ex parte nullā prorsus habet differentiā, nihil a simili pati, rationi cōsentaneū est. Cur.n. potius alterum altero erit passiuū? Ilē si fieri queat vt quippiā patiatur a simili, illud quoq; a seſe pati poterit. Atqui his ad hunc modū seſe habētibus nihil aut incorruptibile aut mutationis expers fuerit, si qdē simile quatenus simile existit, actium sit. Nā corpus oē seſe interno prorsus prioq; motu mouebit. Et qđ prorsus diuersū & nullatenus idē est, similiter. Nā neq; albedo a linea, neq; linea ab albedine quicquam patietur, nisi forte per accidēs, ceu si lineam esse albam, aut nigram acciderit. Non enim ea quæ neque contraria sunt, neque contrariis constant, se se extrudunt propellunteque a natura.

c Videtur aūt hoc modo dicentes subcōtrarios dicere sermones. Causa aūt contradictionis est cū totū inspexisse debuissent, partem tm̄ aliquam vtrique dixerunt. Smile.n omnino indifferens rōnabile est non pati a simili. nihil enim magis actiuū erit alterū quàm alterum. Sed, si simile a simili pati aliquid possibile, & ipsum a seipso. Quāuis his ita se habentibus, nihil vtiq; erit nec incorruptibile neq; immobile. Sed si simile secundum quòd simile actiuū, ipsum enim seipsum mouebit oē. Et omnifariam alterū, & nullatenus idem similiter. neque.n. patietⁱ albedo a linea, aut linea ab albedine ꝓterq̄ secundū accideus, puta si accidat albā, siue nigrā lineā esse. Non exterius.n. ipsa seipsa a natura faciūt quæcunq; neq; cōtraria, neque ex cōtrariis sunt.

At, cum non quoduis agere ac pati natum sit, sed quæ aut contraria sunt, aut habent contrarietatem, tam agens quàm patiens genere quidem simile ac idem, sed specie dissimile atque contrarium esse est necesse. Nam corpus a corpore, & sapor a sapore, & color a colore, & in summa quod eiusdem est generis ab eo quod eiusdem itidem generis est, pati aptum est. Cuius causa est quòd contraria in eodē genere sunt omnia. Contraria uero inter seſe vicissim agūt patiunturq;. Quare & agēs & patiens partim, eadē sint, partim diuersa, atq; inter seſe dissimilia, necesse est. Cum aūt agēs & patiens genere quidem eadem similiaq; sint, specie autē dissimilia: cōtraria uero sint, eiusmodi, tum contraria, tum quæ inter ea media sunt, inter se mutuo actiua & passiua esse constat. Etenim omnino generatio atque corruptio, in hisce consistunt. Quamobrem & ignē calefacere

Tex.cō.50.

Tex.cō.51.

d Sed qñ non quodcunq; natū est pati & facere, sed quęcunq; aut cōtraria sunt aut cōtrarietatē habēt, necesse est patiēs & faciēs gñre quidē simile eē & idē, specie aūt dissimile, & cotrariū: natū est. n. corpus a corpore, sapor a sapore, color autē a colore pati. vniuersaliter aūt homogeneos ab homogeneo. Huiⁿ autem causa qñ cōtraria in eodē genere omnia: faciunt aūt & patiuntur cōtraria abinuicē. Qua propter necesse est qualiter qui dem esse eadem faciens, & patiens, qualiter aūt altera & dissimilia abinuicem. Qñ autem faciens & patiens quidem eadem & similia sunt, specie autem dissimilia: talia autem contraria, manifestum qñ actiua & passiua sibiinuicem sunt & contraria & media. Etenim vniuersaliter

Tho. de Gene.

C inductio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inductionem, dicens, quòd agens & patiens esse eiusdem gene ris & diuersa specie patet inducendo in singulis: corpus enim natum est pati a corpore, quod est eiusdem generis in substantia, ut qualem communicent in materia: quod dico propter corpora cœlestia, quæ non habent eandem materiam cum inferioribus, sapor autem natus est pati a sapore, & color a colore, quæ sunt eiusdem generis i qualitate, & vniuersaliter res eiusdē generis ab homogeneis, idest a rebus naturalibus eiusdē generis. Secundo ibi. Tex.cō.14. {Huiusmodi aũt cau sa.} Ostendit idem similiter sic, Quæcũ quę agunt & patiuntur adinuicem sunt contraria: contraria aũt sunt i eodē genere, vt probatur i Decimo Meta. ergo actiua & passiua sunt in eodem genere, & iō necesse est ipsa esse qualiter, idest quodā modo esse similia, Tex.cō.52. quia eadem & similia genere, & qualiter, idest quodāmodo altera & dissimilia specie, vt dixerũt antiqui. Hanc aũt rationem conuerti, de conclusione faciẽs alteram præmissarũ hoc modo. Illa, quę sunt similia in genere, & diuersa specie sunt contraria: sed actiua & passiua sũt talia. ergo sunt contraria: & etiam ipsorum media, quæ ad Tex.cō.53. extrema comparata quodammodo contrariantur. Si ergo secundum istam viã poterit esse generatio & corruptio, quę fiunt solum per contraria, sic etiam ignis poterit calefacere, & frigidũ infrigidare, & vniuersaliter faciens poterit sibi assimilare patiens, cum habeat vnum cõmune subiectum susceptiuum contrariorũ: faciẽs enim & patiens sunt contraria: & faciens poterit trãsmutari in patiens, & econuerso. Sic n. fit generatio & corruptio, scilicet de cõtrario in contrariũ. Deinde cum dicit.

c ¶ Redit ad prædictas antiquorum opiniones, ostendendo eaulam contrarietatis ipsorum: quod quidem supra licet sidem fecerit, non sic tamen aperte manifestauit. Dicit ergo quòd antiqui Philosophi sibimmicem contradicere videntur, non eadē dicentes, quia non habuerunt eandem rationem, idest consideationem: vtraque tamen pars tetigit naturam actiuorũ & passiuorum, vel secundum aliam literam, ambo tetigerunt verum. Dicimus enim aliquando pati subiectum, sicut quando dicimus hominem sanari, vel calefieri, vel infrigidari, & ideo Demo, generatio & corruptio in his & ex his. Et ideo rationabile iam ignẽ calefacere, & frigidũ infrigidare. Cõtraria.n.hęc sũt: ideo & actiua & passiua. Et vniuersaliter faciẽs assimilare sibiipsi patiẽs, faciẽs.n. & patiens contraria sunt & generatio in contrariũ. Quapropter necesse est i faciens patiens trasmutari. Sic eñ generatio in cotrariũ erit

e Secundũ rationẽ aũt nõ eadẽ sunt dicentes, ambos tñ est tangere natura. Dicim⁹.n. pati qũque subiectũ. v.g. sanari hoiẽm, & calefieri, & infrigidari. & alia eodem modo, qũq; aũt calefieri frigidũ. sanari aũt ægrotãtẽ: ambo aũt sunt vera. Eodẽ modo & de faciente, quandoq; enim calefacere hominẽ inquimus, quã doq; autem calidum, est quidẽ enim vt materia quod patitur, est autem vt contrarium. Ad id quidem igitur respicientes idem oportere habere existimauerunt faciens & patiens, ad alterum autem, contrarium.

LECTIO XX.

Eodem modo suscipiendum est de facere & pati quo & de moueri & de mouere. Dupliciter.n. dicit & mouẽs, in quo.n. est principium motus, vt hoc mouere: (principium enim prima causarum:) & rursus vltimum ad id qđ mouetur ad generationem. Similiter autem & de faciente: etenim Medicũ sanare dicimus, & vinũ. Primum igitur mouens nihil prohibet in motu quidem immobile esse, in quibusdam autẽ est & necessarium, vltimum autem semper mouere motum. In actione autem primum quidem impassibile, vltimum autem & ipsum patiens.

f solum respiciens ad subiectum, dixit actiua & passiua esse similia, & in hoc bene dixit, dicimus etiam aliquando & contrarium pati, sicut calidum frigefieri, & frigidum calefieri: & ideo etiam alij solum terminos intuentes dixerunt ipsa actiua & passiua esse omnino dissimilia.

LECTIO XX.

Aeterum haud aliam esse variationem de ipso agere ac pati, quàm de ipso mouere ac moueri existimandum est. Etenim ipsum quoque mouens bifariam dicitur, nam & id, in quo motus principium inest, mouere uidetur, (quippe cum principium, prima causarum sit:) & rursum quod ultimum est, ad id quod mouetur & generationem. Simili modo, de ipso agente est dicendum, nam & Medicum, & uinum sanare dicimus. Nihil igitur uetat in motu quominus primum mouens immobile sit, immo in nonnullis etiam necessarium existit, at ultimum semper subeundo motum moueat necesse est. In actione autem, ipsum quidem primum nihil patitur, ultimum uero patitur.

& frigidum frigefacere, & omnino actiuum id quod patitur sibi simile reddere, iam rationi consentaneum existit, nam agens & patiens contraria sunt, & generatio, in contrarium tendit. Quare necesse est, ut patiens in id mutetur, quod agendi uim obtinet, hoc enim pacto in contrarium erit generatio.

Itaque tametsi uerbotenus eadem non dicunt, utrosque tamen naturam ipsam attingere contingit. Dicimus enim interdum, subiectum ipsum pati, ut hominem sanari & calefieri, ac frigefieri & cætera ad hunc modum, interdum uero, frigidum calefieri, & ægrum sanari, atque utraque uera sunt. Eodem modo, & de agente dici solet: nam interdum hominem, interdum calidum calefacere dicimus. Partim enim materies ipsa patitur, partim contrarium. Igitur qui ad illam respexerunt, agens & patiens quapiam idem habere oportere putarunt, qui ad alterum contra.

LECTIO XX.

Ostquam Philosophus determinauit naturam actiuorum & passiuorum ostendendo quæ & qualia sint, hic inquirit de modis eorum, & primo distinguit agentia ab inuicem, secundo assignat causam diuersitatis ipsorum. ibi {Quæcũque autem non habent.} Dicit ergo primo, quòd suscipiendum est, quòd facere & pati dicuntur multipliciter, vt mouere & moueri, vtrunque enim dicitur dupliciter, sicut mouens: quoniam in vtroque est primum & vltimum, id enim est primum mouens, in quo est primum principium motus, quod verissime mouere videtur: principium enim mouendi est prima causa causarum, virtutem habens mouendi a seipso non ab alio, vltimum autem mouens est id quod mouetur per aliud, & post quod non est aliud mouens, sed post ipsum est solum id quod mouetur ad generationem. Similiter autem duplex est faciẽs, quoddam primum, sicut Medicus, qui est prima causa sanitatis: & quoddam vltimum, sicut vinum vel potio, quæ etiã est causa mouens ad sanitatem. Inter hæc autem duo mouentia hæc est differentia, quia primum mouens potest esse immobile, sicut Medicus, qui non mouetur ab aliquo dum sanat, nisi forte per accidens: in quibusdam tamen necesse est primum mouẽs esse omnino immobile, sicut in his, quæ sunt oino separata a materia, & hoc dupl: quia vel est omnino immobile, si nullam habeat materiã penitus: aut est immobile ab eo quod mouetur ab ipso, & hoc, quando nõ habet eiusdem rationis materiam cum eo quod mouetur. Vltimũ autem mouens, post quod non est aliud mouens id quod mouetur tãtum, necesse est semper mouere motum ab eo prius. Et similiter est in actione: quia quoddam est agens primum, quod est impassibile: & quoddam agens, quod patitur. Deinde cum dicit,

b ¶ Assignat

b ¶ Assignat causam diuersitatis ipsorum dicens, quòd causa quare quoddam agens est quod agendo patitur, quoddam autẽ non, est ista: quia quædam non habent eandem materiam, & talia agentia faciunt, vel agunt existentia impassibilia, idest ipsis non patientibus ab his, in quæ agunt. v.g. medicina faciens sanitatem nihil patitur a sanato: quia nõ cõmunicat cũ eo in materia. Quædã autem habent eandẽ materiã, sicut cibus vel potio, & id quod sanatur, & ideo cib⁹ agendo patitur: quia aut calefit, aut infrigidatur. Inter hæc duo agentia. s. medicinã & cibum, medicina est principium, Tex.cō.54. in quo primo est actio: cibus autẽ est agens vltimum, qđ agit per tactũ. Quæcunq; igitur agentia nõ habent eandẽ formã in materia, quæ sit eiusdem rationis cũ passibilibus, hęc cum sint de numero agentium siue actiuorum, sunt impassibilia, quæcunque autem habent formam in materia eiusdem rationis, agendo patiuntur. Subiungit ad horũ declarationẽ quæ dicatur materia vna aliquorum: & dicit, quòd dicitur esse vna materia cuiuslibet, quæ est susceptiua contrario- Tex.cō.55. rũ: quæ licet sit vna subiecto, differt tamen secundũ esse: & propter hoc dixit, vt ita dicam. Et ipsa materia dicitur vt gen⁹, non quidẽ prædicabile, sed dicitur genus, secundum quòd genus dicitur subiectum primum, quod substat duobus contrariis aut pluribus: contrariorum autẽ vnũ est in actiuo, alterum est in passiuo: & ideo vna materia est actiui & passiui. Et quod per naturã potest esse calidum, necessario calefit, qñ appropinquat calidum calefaciens ipsum, hoc ergo quod dictum est, causa est quare quędam agentia sunt passibilia, & quædam impassibilia. Et sicut dictũ est in motione, ita dictũ est in actione, quia sicut in mouentibus primum mouens est immobile, in effectiuis primum efficiens est impassibile. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit ad quã causam reducatur agens, & ad quam patiens, dicens, quòd agens est vnum primum principium motus, & est diuersum a causa formali & finali, & non dicitur finalis, nisi secundum metaphoram. Et qm non sit formalis nec finalis, sic probat: quia, quando faciens est secundum actum faciens, tunc aliquid generatur in patiente. Sed calibus habitibus siue formis, sicut est sanitas, quæ est finis operationis medicinæ, præsentibus, non generatur aliquid nec fit, sed iam est: sed speciei enim & fines sunt habitus quidam quiescentes: nam habito fine quiescit motor. Secundo cum dicit. {Materia autem.} Ostendit ad quam causam reducatur patiens, dicens quòd reducitur ad materiam: quia materia, secundum quòd materia, passiua est: & ideo quæ patiuntur, patiuntur per materiam. Quæ autem sunt actiua & passiua, habent speciem in materia: sicut ignis habet esse calidum in materia, si autẽ effect aliquod calidum separatum a materia, hoc nihil patereturr, sed forsan impossibile est esse aliquid tale separatum: licet quidam hoc dixerunt. Si autem aliqua sint talia, quæ sint a materia separata, in illis verum est quod dicitur, scilicet quòd nihil patiuntur. Sed de hoc in prima Philosophia locus erit determinare. Ex hoc manifeste patet, qm omnis potentia passiua & omnis passio est p materiã, & oĩs actio ẽ per formã. Vltimo epilogat, & est planum in litera.

Quæ enim eandem materiam non habent, ea citra passionem agunt. ceu medendi ars, hæc enim sanitatem efficit, & nihil ab eo patitur quod sanari solet. At cibus dum agit, ipse quoq; quippiam patitur, aut enim calefit aut frigefit, aut aliud quippiam patitur, & simul agit. Est autem medendi ars, veluti principium, cibus uero ultimum ac tangens. Quæcunque igitur actiua, in materia formam non habent, ea pati nequeãt quæcũque habent, quæũt. Nos enim similiter prope dixerim omnes, oppositorum vtriusuis eandem esse materiam, sicuti genus vnum dicimus. Atque quod calidum esse potest, id propius admoto præsenteque calefactiuo incalescat necesse est. Iccirco, sicuti diximus, ex his quæ agendi vim habent, quædam pati non solẽt, quædam pati solent. Atque quo modo in motione res sese habet, sic & in actione, nam ut illic quod primo mouet, motus expers est, ita & hic quod primo agit, pati nequit.

Nam causa vt unde principium motus existit, actiua est. Cuius autem gratia cætera fiunt, actiua non est. Qua propter sanitas ipsa, non est actiua, nisi per translationem. Etenim cum ea, aliquo quidem agente, adest, patiens sit quippiam, sed cum habitus ipsi adsunt, nihil præterea fit, sed iam est, formæ autem atque fines, habitus quidam sunt. At materies, vt materies, passiua est. Igitur ignis, in materia calorem habet. Quod si calor separabile quippiam esset, is nimirum pateretur nihil, sed fortasse fieri nequit, ut is separabilis sit: quod si sint nonnulla eiusmodi, in eis profecto uerum fuerit, quod dicimus.

Quid igitur sit agere ac pati, & quibus competat, & qua de causa, & quemadmodum, hoc pacto sit definitum.

LECTIO XXI.

Ostquam Philosophus determinauit de natura actiuorũ & passiuorũ, & de modis eorũ: & ostendit ad quas causas reducant, hic determinat de modis agẽdi & patiẽdi, quo. i cõtingat agere vel pati: & primo ẽm opinionẽ aliorũ: secũdo ẽm opinionẽ propriam, ibi {Quo aũt modo exi stit.} Circa primum duo facit. Primo ponit opiniões aliorũ: secũdo reprobat eas. ibi { Vt aũt parũ digredientes.} Circa primum duo facit, Tex.cō.77. Tex.cō.64.

LECTIO XXI.

Vo aũt pacto id euenire qãt dicamus rursũ. Quibusdã igitur pati qđ qs uidetur, vltimo principalissimoq; agẽte p quosdã mea i' sese intrudẽte, atq; nos hoc pacto & uidere & audire, cæterisq; aliis sensibus sentire aiunt. Tum ẽt per aerem &

Tho. de Gen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primo ponit opiniones aliorum. Secundo comparat eas ad inuicem, ibi { Leucippus autem æstimatus. } Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones aliorum in generali. Secundo in speciali, ibi { Hi igitur in quibusdam. } Dicit ergo primo, q̃ dicendum est rursus, quo contingat agere & pati. Dicit autem rursus: quia iam dixit quendam modũ actionis & passionis in genere, nunc descendit ad speciales modos sumptos ex parte actiuorum & passiuorum, scilicet qualiter veniat agẽs ad patiẽs, vt imprimat ei suam formã, per quam intendit ipsum patiens transmutare. Circa hoc autem fuerunt diuersæ opiniões, quibusdã enim visum fuit, quòd vnumquodq; quod patitur, patitur per quosdam poros, qui sunt in ipso patiẽte: per quos ipsum agens, quod est proximum patiẽti, ingreditur in patiens per illos poros & vndique contangit ipsum, & vndique patitur patiẽs, & non in vno loco tantum: & per hũc modum dicunt, q̃ videmus & sentimus secundum alios sensus omnes: quia secundum eos visus & auditus effunditur super visibile per medium, ideo dixerunt quòd per poros illorum corporum, quæ sunt media sensuũ, videmus & audimus. Dicunt etiam quòd ideo plus videmus per aërem, & aquã, & per alia corpora diaphana, sicut est vitrum, & crista llum: quia illa corpora habent plures poros alijs: qui pori sunt indiuisibiles propter paruitatem, sed magis ſpille positi & melius ordinati, quia directi: & ideo videt melius per transparens visus, si reperit rectam lineam, per quam videat: & quia magis transparens habet poros ſpissiores & directius ordinatos, ideo quanto fuerit magis transparens, tanto per ipsum melius videmus. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.60.

Tex.cõ.57.

Tex.cõ.58.

Tex.cõ.59.

b ¶ Ponit opiniones eorum in speciali & diuiditur in tres partes secundũ tres opiniones, & primo ponit opinionem Empedoclis & Democriti dicentium, quòd quidam magis ad speciem descendentes, dicunt ipsos poros non solum in actiuis & passiuis, sed etiam illa dicunt adinuicem bene admisceri, quorum pori sunt commensurabiles, vt vnum in aliud ingredi possit: ita quòd plurimum vnius sit in plurimo alterius, & econuerso. Deinde cum dicit.

Quidam igitur, quemadmodum & Empedocles, hoc pacto in nonnullis definierunt, non solum in agentibus patientibusque, sed & ea misceri aiunt, quorum pori atque meatus commensiles inter sese sunt.

Vna autem ratione, ac via maxime de omnibus definiere Leucippus, & Democritus, principium facientes qđ quidem secundum naturam est.

Nonnullis enim ex Veteribus, id quod est, necessario esse vnum, atq; immobile, visum est, vacuum enim ipsum non esse: nihil autem moueri posse, si vacuum separatum in ratione rerum non sit. Nec rursus esse multa, si ipsum non sit, quod ea distinguit. Cæterum putare vniuersum ipsum nõ esse continuum, sed ea quibus constat diuisim sese tangere, idem profecto esse, atque ipsum multa & non vnum esse & vacuum dicere. Nam, si omni ex parte diuisibile sit, nullum vnum esse, quare nec multa, sed vacuum vniuersum. Sin uero partim diuisibile sit, partim non diuisibile, hoc figmento cuidam esse per simile. Nam quatenus, quamque ob causam pars alia vniuersi hoc pacto sese haberet, plenaque esset, alia diuisa? præterea, sic esse necessarium motum non esse.

Ob hasce igitur rationes nonnulli sensum prætereuntes despicientesque, quasi rationem sequi ducem oporteat, vniuersum ipsum, vnum & immobile & infinitum esse asserunt. Nam alioqui (inquiunt) finis ad vacuum finiret. Quidam igitur ad hunc modum, & ob causas hasce, de ipsa ueritate dixerunt. Sed cum in rationibus hæc uideantur euenire, in ipsis uero rebus minime: hoc pacto sentire, insaniæ per similе existit, nemo.n. ex hisce, quos in sania male habet, a mẽte eo usq; discedit, ut ignẽ & glaciẽ, unũ eẽ putet: sed solũ q̃ bona bonestaq; sint, & q̃ q̃ cõsuetudinẽ talia esse apparẽt, ea q̃busdã ob insaniam nihil differre uidentur.

c ¶ Ponit opinionẽ Leucippi & Democriti dicens, breuiter & compendiose dicamus, quòd vno etiam simili sermone dixerunt Leucippus & Democritus, ambo enim posuerunt principium quod est secundum naturam. Per ipsum enim, sicut infra dicitur, reddebant causam generationis & corruptionis, & ad sensum apparentia cõfitentur, & ideo dicitur secundum naturam magis quam positio aliorum, qui de naturis rerum, per sua principia causis assignare non possunt. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.57.

d ¶ Ponit opinionem Parme. & Melissi, qui opinati sunt esse tantum vnum principium, & illud esse immobile & cõtinuum. Quod autem sit immobile sic probabant. Motus non potest esse nisi sit vacuum: sed vacuum non est: ergo motus non est. ergo est tantum vnum & immobile. Quod vero sit tantum vnũ sic probabant. Multa non possunt esse nisi sit aliquid separans & diuidens ea: nihil autem potest esse segregans & diuidens nisi vacuum sit: sed vacuum non est: ergo nõ possunt esse multa segregata: & sic omnia vnũ sũt. Et, qa posset dici eis, quòd multa sunt se tangentia, ita quòd inter ea nõ sit vacuũ segregans, Dicunt, quòd hoc nihil differt: quia continuũ & contangens idem dicebant esse, nam secundum eos continui partes se contangebãt. Dixerũt ẽe q̃ nihil differt, q̃ sint multa, & q̃ nõ sit vnũ, & q̃ dicat̃ esse vacuũ: quia cõtinuũ & cõtiguũ sunt idẽ ẽm istos, nec multa sunt nisi sint diuisa, & q̃ nõ diuidebãtur nisi per vacuũ: sed nõ est vacuum. ergo nec multa, sed omnia continua. Si.n. dicatur quòd ens vbiq; idest in omni puncto, sit diuisibile: tunc poterit dici, quòd nihil sit vnum: sed multitudo componitur ex multis vnis. ergo nec multitudo erit. ergo totum erit vacuum. Si autem dicatur totum ens esse continuum, tum quidem, idest secundum aliquid esse diuisibile, tum autem non, idest secundum aliquid esse indiuisibile, hoc vtique videbitur esse fictitium, cum non sit magis ratio, quare in vno puncto diuidatur q̃m alio: vsque ad quãtum enim erit diuisibile, ita quòd ibi fiet diuisio? & quare aliquid de vniuerso, ita se habet quod diuiditur & separatur p vacuum, aliud autẽ se habet qđ est plenum, & non diuiditur, ita quòd vnum ab alio separatur p vacuum, non videtur horum posse ratio assignari. Amplius autem sequitur ex necessitate, q̃ nihil mouebitur p istas rationes. ergo transcenderũt & dimiserunt sensum, & ea quæ per sensum apparent, opinantes quòd magis debemus sequi rationem quàm sensum. Quod autem totũ ens sit infinitum sic probabant. Si ens finitur, aut finitur ad plenum, aut ad vacuum: sed ad plenum non potest finiri, quia plenum est ens, idem enim finiretur ad seipsum vel eadem ratione illud plenum finiretur ad aliud plenum, & sic esset abire in infinitum. ergo oportet quòd finiatur ad vacuum: sed vacuum non est. ergo ad nihil finitur. ergo oportet quòd ens sit infinitum. Isti ergo propter tales causas sic enunciarerũt de veritate. Adhuc in sermone per ipsorum rationem sophisticam videtur hoc sequi quod dictum est, non tamen in rei veritate contingit. Si autem res ipse inspiciantur, dementiæ videtur esse simile dictum eorum: nullus enim demens intantum egreditur a iudicio veritatis, quòd dicat ignem & glaciem esse vnum: quod illi dicebant ponentes omnia esse vnum. Licet aliquis propter consuetudinem, vel propter apparentiam putet mala in sensibus esse bona, hoc enim quibusdam propter demẽtiam accidit, vnde aliquando inter bona & mala nullam differentiam esse putant. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.61.

Tex.cõ.62.

c ¶ Ponit opinionẽ Leucippi & Democriti dicens, breuiter & compendiose dicamus, quòd vno etiam simili sermone dixerunt Leucippus & Democritus, ambo enim posuerunt principium quod est secundum naturam. Per ipsum enim, sicut infra dicitur, reddebant causam generationis & corruptionis, & ad sensum apparentia cõfitentur, & ideo dicitur secundum naturam magis quam positio aliorum, qui de naturis rerum, per sua principia causis assignare non possunt. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit opinionem Parme. & Melissi, qui opinati sunt esse tantum vnum principium, & illud esse immobile & cõtinuum. Quod autem sit immobile sic probabant. Motus non potest esse nisi sit vacuum: sed vacuum non est: ergo motus non est. ergo est tantum vnum & immobile. Quod vero sit tantum vnũ sic probabant. Multa non possunt esse nisi sit aliquid separans & diuidens ea: nihil autem potest esse segregans & diuidens nisi vacuum sit: sed vacuum non est: ergo nõ possunt esse multa segregata: & sic omnia vnũ sũt. Et, qa posset dici eis, quòd multa sunt se tangentia, ita quòd inter ea nõ sit vacuũ segregans, Dicunt, quòd hoc nihil differt: quia continuũ & contangens idem dicebant esse, nam secundum eos continui partes se contangebãt. Dixerũt ẽe q̃ nihil differt, q̃ sint multa, & q̃ nõ sit vnũ, & q̃ dicat̃ esse vacuũ: quia cõtinuũ & cõtiguũ sunt idẽ ẽm istos, nec multa sunt nisi sint diuisa, & q̃ nõ diuidebãtur nisi per vacuũ: sed nõ est vacuum. ergo nec multa, sed omnia continua. Si.n. dicatur

e Leucippus autẽ existimanit habere sermones, qui ad sensum confessa dicẽtes, nõ destruebat generationẽ, neq; corruptionẽ, neq; motum, neq; multitudinẽ entium. Consensit autẽ his partim quæ apparent, partim vero ijs, qui vnum astruunt: quare neque esse motum sine vacuo. Vacuumq; non esse eus: & entis nihil non ens inquit esse: principaliter enim ens, plenum est ens.

f Sed omne quod tale non vnũ, sed infinita multitudine, & inuisibilia propter paruitatem tumoris, hæc autem in vacuo ferri: vacuum enim esse. Et coagmentata quidẽ generationem facere, dissoluta autem corruptionem: facere autem & pati quatenus se contingunt, secundum enim id non vnum esse & compositа & complicare generare. Ex eo quod vere vnum est, non generari multitudinem. neque ex vere multis vnum: sed esse hoc impossibile.

g Sed vt Empedocles, & aliqui aliorum inquiunt pati per poros: ita omnem alterationẽ & omne pati, hoc modo generari per vacuum facta dissolutione & corruptione, similiter autẽ, & augmentationem subintrantibus alijs. Fere autẽ & Emp, necesse est dicere, vt Leucip inquit. etenim ẽe quædã solida, in diuisibilia autem, si non vbique pori continui sunt, hoc autẽ impossibile: nihil.n. aliud solidum extra poros, sed omne vacuum. Necesse igitur tangentia quidẽ esse indiuisibilia: media autem eorum vacua, quos ille dicit

Leucippus uero rationes habere arbitratus est, quæ sensui consentanea dicentes, nec generationem, nec corruptionem, nec motum, nec entium pluralitatem e medio tollant. Consentanee autem hisce quæ apparent, hæc quidem locutus. Illis vero qui ipsum vnum consiciunt, quia sine uacuo non sit motus: & uacuum esse non ens, & eius quod est nihil non ens esse ait, quod enim proprie est, plenum esse.

Sed quod est eiusmodi, non vnum esse, sed numero infinita, & inuisibilia ob molis paruitatem. Atque hæc, in vacuo ferri. vacuum enim esse. Item cum coaluerint cuiuntque, generationem: cum dissoluuntur, corruptionem efficere. Atque agere & pati, quatenus sese tangunt, nam eatenus, non vnum esse. Et generare, cum componuntur complicanturque. Et ex eo quod verum vnum est, non gigni multitudinem, nec ex hisce, quæ vere multa sunt, unum: sed hoc esse impossibile.

Sed quemadmodum Empedocles & quidam alij aiunt permeatus pati: sic omnem alterationem passionemque hoc fieri modo, cum per vacuum fiat dissolutio & corruptio, similiter autem & accretio, intro subeuntibus solidis. Fere autem perinde dicat Empedocles atque Leucippus ait, necesse est: esse, inquam, solida quædam, cæterum indiuisibilia, nisi meatus omni ex parte continui, quod fane fieri nequit. Nam solidum. nihil aliud præter poros, sed totum uacuum esset. Quæ igitur sese tangunt indiuisibilia esse, & quæ inter hæc media sunt uacua, quos ille poros meatusque appellat, est necesse, ad hunc modum,

generationem, neque corruptionem, neque motum, neque multitudinem rerum: sed confitetur ea quæ sunt omnibus manifesta ad sensum. In hoc tamen dixit eadem cum Parme. & Melisso: constituentibus, idest dicentibus, quòd omne quod est, est tantum vnum, & immobile: quia dicit quòd bene sequitur, q̃ non erit motus nisi sit vacuũ, sed in hoc differt ab eis: quia illi destruxerunt consequens, idest vacuũ esse: & concluserunt oppositum antecedẽtis. s. motum non esse. Sed Leuci. ponit antecedens, & infert consequens. s. motũ: & ex hoc concludit vacuum esse, vacuũ autem dicit esse sicut priuationem: & ideo simpliciter ẽ nõ ens, quia non est aliquid entium, sicut nec priuatio: tamen est ens, quia est entis, sicut priuatio habitus, vt de plenum dicebat principaliter ens. Deinde cum dicit.

f ¶ Comparat dictas opiniones circa differentiã dicens. Quòd licet principaliter ex sit plenum: tamẽ nõ omne quod est plenum est vnum, sicut dixit Parme. & Melissus, sed sũt multa, & infinita, & indiuisibilia, propter paruitatem suæ quantitatis. Hæc enim sunt quę ipsi appellant atomos, siue corpora indiuisibilia, quę mouentur in vacuo, quod vacuum ipse Leucippus dicit esse. Quomodo autem fiat generatio & corruptio, & alia, quæ apparẽt ex illis atomis, subiungit dicẽs. Quod per ipsorum congregationem & conglutinationẽ fit generatio: cum autem diuiduntur, fit corruptio: cum vero vndique se contingunt, faciũt actionem & passionem: cum autem penetrãt se, & vnum subintrat in alterum, fit augmentum: cum permutauerint ordinem & situm, tunc fit alterario. Secundum enim quod dicit & confitetur, necesse est ponere non esse vnum solum, ex quo generantur ista composita & complicata: quia ex eo quod est vere vnum, impossibile est fieri multa, nec ex vere multis fieri vere vnum. Dicitur autem vere vnum, quod omnino est indiuisibile actu & potentia: vere autem multa, quæ omnino distincta sunt, nec actu, nec potentia coniunguntur sicut indiuisibilia. Deinde cum dicit.

Tex cõ.61. T.c. 62. fi.

c ¶ Comparat prædictas opiniones adinuicem. Et primo cõparat opinionem Leu. & Demo. ad opinionem Parme. & Melissi. Secundo comparat eam ad opinionem Empe. ibi { Sed vt Empe. } Tertio ad opinionem Platonis, ibi { Similiter autẽ aliorũ. } Circa primum duo facit. Primo comparat opinionem Leuci. ad opinionem Parme. & Melissi penes conuenientiam. Secũdo penes differentiam, ibi { Sed omne quod tale. } Dicit ergo primo, quòd Leuci. putauit habere sermones meliores aliis in hoc, q̃ cõtetur ea quæ sunt manifesta ad sensum. Vnde neque destruit

Universidad de Deusto
Biblioteca

indiuisibilia corpora. Dicit autem fere: quia Empe. non consti-
tuit expresse esse aliqua corpora indiuisibilia, sed quia hoc se-
quitur ad opinionem eius, ponebat enim poros in ipsis cor-
poribus, ex quibus actio & passio causabatur secundum eum,
aut ergo illi pori sunt in toto corpore: ita quòd non sit aliquid
medium inter eos,

aut est aliquod cor-
pus solidum diuidés
eos. Et sunt in toto
corpore, ita quòd ni
hil sit medium, tunc
totũ corpus erit va-
cuum: quod est im-
possibile: necesse est
ergo esse aliqd cor-
pus solidum extra
poros, idest præter
poros, quod ipsos di
uidat & distinguat:
& talia corpora ne-
cesse est esse diuisibi-
lia: media autẽ istorum sunt vacua hue
foramina, quæ scili
cet Empedoc. dicit
Comẽ. 62. porus. Nulla enim
vt dicit Commenta
tor, est differentia in
ter vtramq; opinio
nem: nisi quod secũ-
dũ Leuci. inter hæc
corpora est vacuum,
& apud illos ista fo-
ramina sunt plena
corporibus subtili-
bus. Conueniunt igi
tur in duobus, scili-
cet in positione va-
cuitatis, & positio-
Tex. cõ.63. ne corporis indiuisi-
bilis: & ideo fere ita
dicit Leucippus de
facere & pati sicut
Empe. & ideo dicit,
quòd modi agendi
& patiendi secundũ
vtrosq; fere sunt idẽ.
Dicit fere propter pa-
rũ diuersam causam. Se
cundo cum dicit.
{ Hæc de his quidem. }
Ponit differentiam
inter vtramque opi
nionem, dicẽs, quòd
illorum differentia
de modis agendi ma
nifesta erit ex eorũ
positionibus sequen
tibus. Nam Leucip.
magis poterat dare ex
sua opinione causam
eorum, quæ manife
ste videntur. Empe.
autem minus: quia
secundum eius fun-
damentum non est
manifestum, quomo
do accidat generatio & corruptio, &
Tex.cõ.6. alteratio in omnib⁹
entibus naturalib⁹,
sed Democritus, &
Leucippus possunt
assignare causam ge-
nerationis & corruptionis, non solum mistorum, sed etiam
quatuor elementorum, ex corporibus indiuisibilibus: quia se-
cundum istos diuersitas istorum corporum tam simplicium,
quam mistorum causatur ex diuersitate corporum atomorum,
quæ differunt positione, ordine, & forma, & figura, sicut dici-
Let. 6. tur in Primo Metaphysicorum. Empedocles vero ex sui positio
ne non potest dare causam generationis & corruptionis nisi so-
lum istorum mistorum vsque ad elementa, ponit enim alia ele-

poros, ita autẽ & Leucippus di-
cit facere & pati. Modi igitur,
secundũ quos hæc quidẽ faciũt,
hæc autem patiuntur, fere hi di
cuntur. Et de his quidẽ, & quo-
modo dicũt manifestũ est: & ad
eorum positiones quibus vtuntur fere confesse hoc continge-
re videtur, alijs aũt minus. v. g. Empe. cũ erat gũratio & cor-
ruptio, & alteratio, nõ est mani
festũ. His. n. erant corpora indi-
uisibilia prima corporũ formis
differentia solum, ex quibus pri
mum componũtur, & in quæ vl
timo dissoluuntur. Empe. alia
quidem manifestum, quoniam
vsque ad elementa habent gene
rationem & corruptionem: ip-
sorũ vero elementorũ cũ gene-
ratur & corrumpitur coaceruata
quantitas, neq; manifestum, ne
que contingit dicere ei non di-
centi & ignis elementum esse.

h Similiter aũt aliorũ oĩum, vt
in Timæo scripsit Plato. Intãtũ
differt. n. vt nõ eodẽ modo cum
Leucippo dicat. Cũ hic quidẽ
solida, hic aũt planities dicit in
diuisibilia Et hic quidem infini
tis terminari figuris indiuisibi-
lium solidorum vnumquodq;,
hic autem terminis: quoniã in-
diuisibilia vtriq: dicunt termi-
nata figuris. Ex his itaque gene
rationes & segregatiões, & cor
ruptiones. Leucippo quidem. n.
duo modi erant, vtique per va-
cuum & per tactum. hic enim in
diuisibile vnumquodq;. Platoni autem secundum tactũ solũ:
vacuum. n. nõ esse inquit. De indiuisibilibus autẽ planiciebus
diximus in prioribus sermonibus. De indiuisibilibus autem
solidis amplius est dicere, ideo
hoc accidens relinquitur nunc.

LECTIO XXII.

VT aũt parũ digredientes dicam⁹: necessarium & impossibile vnũqd-

ri ex quatuor elementis: sed in elementis non potest dare causam generationis & corruptionis, non enim ponit alia elementa priora istis quatuor elementis, vnde non potest dicere propter quid, vel quomodo generentur ex alijs, aut corrumpantur in alia. Deinde cum dicit.

Leucippus de actione & passione dicit. Modi igitur, quibus alia agunt, alis patiuntur, bi fere dicuntur, & de bisce quidem, & quo pacto dicant, perspicuum est. Et ad positiones, quibus ipsi vtuntur, fere consentanee accidere videtur, cæteris autem minus. v.g. Empedocli qualiter generatio, corruptio, & alteratio fiant, nequaquam liquet. Nam his prima corpora indiuisibilia sunt, figura tantum inter se discrepantia: ex quibus primis cuncta componuntur, & in quæ vltima dissolui solent. Empedocli vero, cætera quidem ut patet vsque ad elementa ipsa, generationem habent atque corruptionem. At horum ipsorum aceruata congestaque magnitudo quo pacto oriatur ac intereat, neq; perspicuum est, neque fieri potest vt ipse dicat, nisi & ipsius ignis elementum esse dixerit.

h ¶ Comparat opinionẽ Leucippi ad opinionẽ Platonis, & primo penes conuenientiam, dicens, quòd sicut Leuci. potest dare causam generationis omnium ex sua positione, ita & Plato secundum quòd scripsit in Timæo. Secundo cum dicit. { Iuranũ differt enim. } Ponit differentiam dicens: q̃ quamis Leuci. & Plato conueniãt in hoc quod vterque posuit indiuisibilia principia, tamen in tribus differunt. Primo, q̃ Leuci. dixit illa indiuisibilia esse corpora solida, Plato autẽ ea dixit esse superficies. Secũdo, quia figuræ indiuisibilium corporũ, quibus figuratur & terminatur vnumquodq; compositorum, sunt infinitæ apud Leuci. sed secundum Platonem sunt finitę. Posuit. n. Plato figuras triangulares esse primas omnium figurarũ, quæ finitæ sunt. Tertio differunt: quia cum vterq; istorum dicat generationem & corruptionem fieri per congregationem & segregationem atomorum, secundum Leuci. erũt duo modi, quibus fit actio & passio, scilicet per tactum agentis & patientis, & per vacuum, quod est porus, secundum Platonem vero erit tãtum vnus modus, scilicet per contactum, & non per vacuũ. Vacuum enim secundum eum non est de indiuisibilib⁹ superficiebus, vt dictum est in Tertio de Cœlo & Mundo. Quod autem contingit dicere de indiuisibilibus corporibus, relinquatur nunc.

Tex.cõ.61.

LECTIO XXII.

VT autem paululum digrediẽ tes dicamus: quodq; eorũ, q̃ indiuisibilia sunt, impatibile

LECTIO XXII.

QOstquam Philosophus posuit opinionem aliorum de principiis rerũ naturalium, & de modis quibus agũt & patiuntur adinuicem, nunc in parte ista reprobat eas. & primo reprobat opiniones eorum, quantum ad positionem atomorum, quæ dicebant esse principia. secundo quantum ad modos agendi, quos ponebant, ibi { Quicunque quidem igitur per pororum. } Circa primum duo facit. Primo ostendit indiuisibilia corpora non esse principia. Secundo, quòd non mouentur a vacuo, ibi { Amplius quidem quid est quod mouet. } Circa primum ponit duas rationes, secunda ibi { Amplius autem vtrum. } Circa primum duo facit. Primo ponit ra-

Tex.cõ.70.

Tex.cõ.65.

Tex.cõ.66.

Tex.cõ.67.

Tex.cõ.68.

Tex.cõ.69.

Tex.cõ.18.

Tex.cõ.71.

Tex.cõ.73.
Tex.cõ.81.

quidem igitur per pororum. } Circa primum duo facit. Primo A ostendit indiuisibilia corpora non esse principia. Secundo, quòd non mouentur a vacuo, ibi { Amplius quidem quid est quod mouet. } Circa primum ponit duas rationes, secunda ibi { Amplius autem vtrum. } Circa primum duo facit. Primo ponit rationem. Secundo remouet quandã instantiam, quam aduersarij possent dare ibi { Amplius autem incõueniẽs. } Quòd ergo idiuisibilia corpora non possunt esse principia, probat ducendo ad impossibile, quòd contradictoria erunt simul vera, & hoc tali ratione. Si indiuisibilia corpora sunt principia, nec agent, nec patientur adinuicẽ: Item, si sunt principia agent & patientur adinuicem, ergo agent & non agent, patientur & non patientur: quod est impossibile. Circa rationem istam sic procedit. primo probat quòd non agent, nec patientur, duplici ratione, quarum prima talis est. Actio & passio fit per vacuum, vt ipsi dicunt sed in talibus atomis non est vacuum, ergo nec agunt, nec patiuntur. Secunda talis est. Omne quod est causa actionis vel passionis, est durum, vel molle, vel aliqua qualitatum dispositum, sed nullum corpus indiuisibile est tale: ergo nec est actiuum, nec passiuum. Secundo cum dicit. b ¶ Ostendit oppositum, scilicet quòd corpora indiuisibilia agant & patiãtur & hoc triplici ratione, quarum prima talis est. Secundum prædictos Philosophos, indiuisibilia corpora, quæ sunt circularis figuræ, sũt calida: ergo oportet aliquod alterius figuræ esse frigidum: quia inconueniens est ponere vnum contrariorum in natura sine reliquo, si autem qualitates sunt in atomis, necesse est ponere aliquas qualitates B consequentes esse in eis: quæ sunt grauitas, duricies, leuitas, mollities, & alię huiusmodi qualitates, cum conecdant in atomis vnum esse grauius alio, sicut apparet in radio Solis, quòd vna atomus magis descendit quàm alia. Si autem vnus est grauior alio, vnus etiam est & leuior alio, & vnus calidior alio, cum autem sint talia, impossibile est ea non pari adinuicem & agere eum sibi appropinquant. Patitur enim leuiter calidum ab excedenti calido: non inquantum sunt similia in calido, sed inquantum excedens est magis calidum, & illud quod exceditur est magis frigido permixtum. Secundam rationem ponit. ibi { Sed tamen si durum. } Quæ talis est: si Democritus dicit in ipsis atomis esse durum, necesse est quòd dicat etiam esse in eis molle, per supradictam rationem: quia, si vnum contrariorum fuerit in natura, & reliquum, vt dicitur secundo de Cœlo; molle autem naturali impotentia resistendi tactui passiuum est, licet inquantum est insulsum humido sit subactiuum. Dicitur autem molle subactiuum, quia agit per humidum, quod non est simpliciter actiuum, sicut calidum, vel frigidum: & per hoc dictum sequitur iterum atomos esse actiuas & passiuas. Si ergo secundum quòd deducit Commentator, quocunque componant ea, contingit eis impossibile: quoniam, si ponunt ea non esse receptiua passionum, sequitur quòd non sit aliqua causa actionis & passionis: & si ponunt ea receptibilia, contingit vt non sint receptibilia. sic ergo ex illorum positione cõtingit vt sint illorum receptibilia.

que dicere indiuisibilium. (non enim possibile pati nisi per vacuum) & nullius actiuum passionis, neque enim durum, nec frigidũ esse potest indiuisibile.

b Quamuis hoc inconueniens sit, solum dare circulari figuræ calidum, necesse est enim & contrarium frigidum alicui alij cõuenire figurę. Inconueniens autem si hæ quidem insint: dico autem caliditas, & frigiditas, grauitas aurem, & leuitas, duri ties, & mollities non insint. Sed tamen grauius secundum excedẽtiam, inquit esse Demo. vnũquodq; indiuisibilium, quapro pter & calidius: talia autem entia non pati adinuicem impossi bile. v. g. a multum excedente calido leuiter calidum. Sed ta men si durum est, & molle. Molle autem in patiendo aliqd dicitur, subactiuum. n. & molle. Sed tamen inconueniens, & si nihil insit, nisi solum figura: & si insint, vnum autẽ solum. v. g. hoc quidem frigidum, hoc autẽ calidũ, neq;. n. vna aliqua esset natura eorum, similiter aũt impossibile si multa vni. Indiuisibile. n. cũ sit in eodem, habebit passiones. Quapropter & si patiatur (siquidẽ infrigidatur) sic & aliquid aliud faciet, aut etiã patietur, eodem autem modo & de passionibus alijs.

c Hoc enim & solida, & planitiem dicentibus indiuisibilia, contingit eodem modo, neque enim rariora neque dẽsiora est possibile generari vacuo non existente in indiuisibilibus.

esse necesse est. (non enim fieri potest, vt quicquam patiatur, nisi per vacuum) nullamque passionem efficere, (nam vacuum, neque durum, neque frigidum esse potest.)

Atqui hoc absurdum est, solum, inquam, rotundæ figuræ calorem tribuere, necesse enim est, & contrarium, frigus scilicet, alicui alii competere figuræ. Absurdum etiam est, si hæc quidem, caliditas, inquam, & frigiditas insint, pondus autem, ac leuitas, & duritiæ, mollitiesque non insint. Atqui Democritus, indiuisibilium quodque per excessionem grauia esse asserit: quare, ut patet, & calidiùs, at fieri non potest, vt quæ talia sunt, mutuo a sese non patiantur, ceu a calore admodum exuperante, id quod tenue calidum est. At uero si durum, & molle. Molle autem dicitur, quia pati quippiam soleat, quod enim cedit, molle est. At uero & absurdum quoque fuerit, si nihil nisi figura solum insit, item, si quid insit, sed unum solum, ut si hoc durum sit, illud calidum, neque enim eorum natura, una aliqua esse potest. Pari modo impossibile fuerit, & si plura uni insint, nam, cum sit indiuisibile, in eodem affectus habebit. Quare, si patitur quatenus frigefit, eatenus nimirum & aliud quippiam aget, aut etiam patietur. Ad hunc autem modum de cæteris quoque passionibus est dicendum.

C

D

Siquidem hoc ipsum eodem modo accidit, tam ijs qui solida, quàm qui plana esse indiuisibilia dicunt, nam si uacuum in bisce, quæ indiuisibila sunt, non insit, neque rariora, neque densiora fieri possunt.

ergo contraria sunt in eodem indiuisibili: sequitur etiam quòd sint in eodem secundum idem, quod est impossibile: sequitur etiam, quòd si atomus infrigidatur, quòd secundum hoc calefiat, quod falsum est, & eodem modo est de alijs qualitatibus actiuis & passiuis, quæ sunt durum, & molle. Deinde cum dicit.

c ¶ Reprobat opinionem Platonis dicens, quòd etiam Democritus, & huiusmodi illud inconueniens sequitur: & ad opinionem Platonis dicentis superficies indiuisibiles esse principia. Dicit enim Plato, quòd in illis superficiebus non est vacuum: quia secundum eos impossibile est fieri rarum, nisi per interpositionem vacui in partibus corporis. Sequitur quòd nõ existente vacuo, non generatur aliquid rarius vel densius, cum autem rarum & densum sint primæ contrariæ qualitates ex parte materiæ, istis non existentibus aliæ consequentes non erunt: quia ablato priori auferetur & posterius. Sic ergo in corpore nullæ sunt qualitates actiuæ & passiuæ. ergo nec agit, nec patitur aliquod indiuisibilium non existente vacuo ipso. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

d ¶ Remouet quandam instantiam siue falsam responsionem, quæ posset dari ad rationes suas, posset enim aliquis dicere, quod atomi parui sunt indiuisibiles, magni autem diuisibiles, vnde remouet dicens, quod hoc est inconueniens. Verum enim est, quod rationabilius & facilius magna diuiduntur quam

Tex.cō.70. paruæ: quia magna facilius dissoluuntur, & hoc ideo, quia magna componuntur ex multis. Non tamen paruitas vel magnitudo est causa diuisibilitatis vel indiuisibilitatis. Ipsa vero atoma de natura sua, & vniuersaliter sunt indiuisibilia, & non propter magnitudinem vel paruitatem. Deinde cum dicit.

Tex.cō.71. e ¶ Omit secundam rationem principalem ad probandum atomos, quos illi ponebant, no esse principia, quæ talis est. Aut illa corpora sūt vnius naturæ, sicut si essent oīa ignea, vel omnia terrea, vel differunt adinuicem in naturis, vt si essent alia terrea, alia ignea. Si autem sunt omnia vnius naturę & vnius speciei secūdum quantitatem, quid erit cune diuidens & discontinuans

Tex.cō.72. ipsos atomos? quasi diceret, nihil: cum enim sint vnius naturæ non est in eis aliquid inuenire, p

Tex.cō.73. quod adinuicem discontinuentur, sicut in aqua, cuius partes, quando adinuicem se tangunt, ita tam continuantur, & non differt posterior pars aquę a priore: cum autem ipsa

Tex.cō.74. corpora atoma, nec sic adinuicem continuentur, non erunt

Tex.cō.75. vnius naturæ. Nec diuersarum naturarum: quia, si illa corpora sunt alia & alia, vt dictum est, quales sunt illæ diuersæ species vel naturę? cum enim illę naturæ faciant atomos diuersos & discontinuos, oportet quod sint omnes secundum naturas diuersas. ergo illæ naturæ magis sunc ponēdæ causæ & principia rerum, quæ fiunt ex atomis, quam figuræ atomorum, quos Demo. dixit esse principia. Et

Tex.cō.76. præterea, quæ differunt in natura & forma agunt & patiuntur adinuicem, cum approximantur, illa vero, quæ sunt diuersa in figura, non sic agunt & patiuntur adinuicem. ergo magis illæ diuersæ naturę debent poni principia actionis & passionis, quam diuersæ figurę. Deinde cum dicit.

d Amplius autem inconueniēs est parua quidem indiuisibilia esse, magna autem non. Nunc enim magis rationabiliter maiora contringuntur quam parua: hæc quidem omnia dissoluuntur facilius paruis. v.g. magna quidem procedunt ex multis, indiuisibilia autem vniuersaliter, quare magis quām magnis ineF xistunt paruis.

e Amplius autem vtrum omnium vna natura illorū solidorum, aut differt alterum ab alteris, quemadmodum, si hæc mole essent ignea, hęc autē terrea. Si enim vna natura est omniū, quid diuidens? aut quare cum se tangunt nō fiunt vnum? quemadmodum aqua, quando aquam tangit: nihil enim difH fert posterior aqua a priori. Si autem alia, qualia hæc? & manifestum est quòd hæ ponēda sunt principia & causas contingentium magis, quam figuras.

Amplius autem differentia in natura vtique facient & patientur approximantia adinuicem.

f Amplius, quid est quod mouet? si enim aliud, passiuū est: si autem ipsum seipsum, vnumquodque aut diuisibile erit, secundum aliud quidem mouēs, secundum aliud autem motū, aut secundum idem contracta I inerunt. Et non solum materia erit vna numero, sed & potētia.

g Quicūq; quidē igitur per porū motionē inquiunt passiones contingere, siquidem & plenis poris, superfluunt pori. Si n. patitur aliqd ita omne, & si nō poros habens, sed ipsum continuum ens, patietur eodem modo. Amplius autem quomodo K contingit de inspicere & videre vt dicunt, neq; n. secm tactū cōringit transire per transparentia, neq; per poros, si plenus est vnusquisque. Quid enim differt a non poros habere? omne enim sic erit plenum.

f ¶ Ostendit quòd corpora indiuisibilia non mouentur in vacuo, sicut dicebat Demo. tali ratione, Si ista indiuisibilia mouentur in vacuo, quærendum est quid mouet ea: aut enim mouentur a se, aut ab alio: si ab alio, tunc ipsum indiuisibile est

Ad hæc illud quoque præter rationem existit: parua inquam, esse indiuisibilia, magna vero minime. Nunc enim haud sine ratione, quæ manusc la sunt facilius quàm quæ parua, frangi solent, hæc enim, magna scilicet, facile dissoluuntur, quippe quæ in multa impingant. Sed quæ prorsus indiuisibilia existunt, cur paruis potius quam magnis competunt?

Insuper vtrum illorum omnium solidorum vna sit natura, an inter se differāt perinde atque si mole alia ignea, alia terrea essent? Nam si vna sit omnium natura, quidnam idest, quod ea distinxu separauitq;? Aut cur cum se se tangunt, non in vnum coalescunt, haud secus quam aqua, cum aquam tangit? nihil enim, posterius a priori differt. Sin uero diuersa, qualiamam hæc sunt? Atque perspicuum est, ea potius quam figuras ipsas poni oportere principia, causasque eorū, quæ eueniunt. Præterea si natura differant, & agent, & patientur, cum mutuo se se tangent.

Præterea, quid nam est id quod mouet? Nam si aliud sit, affectioni erunt obnoxia: Sin vero quodque seipsum moueat, aut erit diuisibile, ita vt altera parte moueat, altera moueatur, aut in eodem inerunt contraria: & materies non modo numero vna, sed & potentia erit.

Qui igitur ob meatuum motionem passiones accidere inquiunt, si opplexis quoque meatibus id euenire dicant, meatus superuacanei sunt. Nam si passio ad hunc fiat modum, vniuersum ipsum etiam si foramina non habeat sed continuum sit, eodem pati modo potest. Insuper, qui fieri potest vt transpiciatur vti aiunt? nam neque secundum tactus per perspicua transitio fieri potest, neque permeatus si singuli pleni sint. Quid enim meatus habeant an non, refert? totum enim similiter erit plenum.

nit duas rationes, quarum prima talis est. Quicunque dicunt contingere passiones ex hoc, quòd actiuum mouetur in poris passiui, sicut illi dicūt, ꝙ res patitur cum impleti sunt pori: necesse est eos cōcedere, ꝙ pori sunt superflui: si. n. aliquod corpus patietur, quia actiuum tāgit ipsum in poris, tūc illud patitur per actum

a cum actiui, & non per poros, etiam si non haberet poros, sed sit totum continuum patietur eodem modo propter tactū actiui: superflui ergo sunt pori. Secundam rationem ponit ibi. Amplius autem quomodo contingit. ¶ Dicens, quòd isti non possunt dicere, quomodo videre & inspicere fiat, quando ille

h Sed & si vacua quidē hęc sint necesse autem corpora in seipsis habere, idem contingit rursum. Si autem talia sint secundum magnitudinē suam, vt nō suscipiant corpus aliquod, ridiculum, paruum quidem existimare vacuum, magnum autem non esse vacuum. Qualecunq; B autem vacuum aliquod existimare dicere nisi regionem corporis. Quapropter manifestū, quoniā omni corpori, scilicet secundum tumore æquale erit vacuum, vniuersaliter autē poros facere superfluum. si enim nihil facit secundū tactum neque per poros transiens faciet. Si autem in tangendo & poris non existentibus, hęc quidem patiētur, hæc autem facient ad seinuicē hoc modo innatorū. Quòd ergo ita dicere poros, vt quidā existimāt, aut mēdacium, aut inane est, manifestū ex his.

i Diuisibilibus autem omnino corporibus existētibus, poros facere ridiculum est: secundū id enim quòd diuisibilia sunt, possunt separari.

LECTIO XXIII.

Tex.cō.77. VO autē modo existat generare in rebus, & facere & pati dicam, accipiētes principium dictum multotiens.

b Si enim est hoc potestare, hoc autem actu tale ac suapte natura aptum natum est non tum quidem pati, tum autem nō pati, sed omnino secundum quòd est tale: magis autem & minus secundum ꝙ tale magis & minus. Et has res vtique aliquis dicet magis inesse, vt in metallicis: extendunt enim se passiue venæ continuę.

A i ¶ Ostendit quòd pori non sunt necessarij ad corporis diui siouem dicens, quod cum omne corpus sit diuisibile, tam physicum quam mathematicum, ridiculum est, ponere poros causa diuisionis: quia corpora possunt separari secundum id qđ diuisibilia sunt: in talibus autem non est vacuum in poris: pori ergo non sunt causa dimisionis: quia aliter mathematica nō essent diuisibilia.

At uero si & hæc quidem uacua sint, sed corpora in se necessario habeant, idem rursum accidet. Quod si magnitudine tantilla sint ut nullum corpus admittere queant, putare quod parum est uacuum esse, quod magnum non uacuum, nec quantulumcunque quidem, aut dicere sese putare uacuum esse quippiam aliud præter corporis locum, ridiculum est. Quare, ut patet, uacuum omni corpori, mole æquabile erit. in summa, meatus facere, supernacaneum. nam si per tactum agat nihil, neque per meatus sese insinuando aget. Sin uero quippiam ex eo agat quia tangit: etiam si meatus nulli sint, eorum quæ inter se agere ac pati nata sunt alia agent, alia patientur. Perinde igitur meatus astruere ut quidam existimant: aut falsum esse, aut certe uanum, ex his ce consstat.

LECTIO XXIII.

VOnam autem modo ea quæ sunt generent agantque ac patiantur, sumpto initio sæpe iam dicto, declaremus oportet.

Si enim aliud potentia, aliud actu tale est, atque natum est non partim pati, partim non pati, sed uniuersum quatenus est tale, magis autem & minus quatenus magis & minus tale est: sic profecto melius quispiam meatus ineße dicet, sicuti in metallicis uenæ quædam rei affectui obnoxiæ porrigi solent.

Porro cum corpora omni ex parte diuisibilia sint, meatus facere ridiculum existit. nā quo diuisibilia sunt, hoc separari queunt.

Tex.cō.79. b ¶ Prosequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit duas cōditiones, quæ requiruntur ad actionem & passionem, Secundo probat primam conditionem ibi. {Existimare autem.} Circa primum ponit primo primam cōditionem, quæ est, quòd patiens, quod est in potentia, non patiś, secundum quasdam partes, sed secundum omnes. Primo ergo præmittit quoddam principium manifestum, & est, quòd ens tum, quoddam ē in potentia, & illud est passiuum, quoddam est in actu, & illud est actuum: & cum ita sit, non est alia causa passionis, nisi quia receptiuum alicuius formæ, recipit illam ab aliquo agente: impossibile est ergo, quòd illud tale corpus, quod est in potentia, sit receptiuum alicuius formæ: tum quidem, idest secundum aliquas partes, tum autem non, idest secundum quasdam non, sed oportet quòd sit omnino passibile, idest in omni parte in quantum est in potentia. Potest tamen secundum aliquas partes magis recipere passionem ab agentis virtute inclusam, & secundum quasdam minus: quia forte passiuum magis est disposītum in vna parte ꝙ in alia ad recipiendum formam, quam agens intendat inducere. Si autem aliquis dicat ꝙ magis passiua sunt magis porosa, sicut,

Universidad de Deusto
Biblioteca

scit videmus in venis metallorum, quòd quæ sunt rariores, magis sunt dispositæ ad recipiendum formam metalli: & sic videtur, quòd pori sunt causa passionis. Dico quòd hoc non est verum, quia foramina non sunt causa passionis, sed potius dispositionis materiæ, quæ a tali actiuo passibilis est, & non ab alio.

Tex.cō.78. Secundo cum dicit.

c ¶ Ponit secundā conditionem & est, quòd agens & patiēs debeāt esse diuisa & non continua: quia id, quod est continuum non est passibile. Veritas autem huius propositionis ex hoc est, quia nihil patitur a seipso: quia non est magis ratio, quare vna pars eius agat & alia patiatur

Tex.cō.79. quàm alia, cum partes continui sint simillis naturæ. Ista autem agentia & patiētia, licet sint diuisa, oportet quòd sine in debita propinquitate. Omnia enim agētia naturalia habent determinatam virtutem, quæ si vltra suæ virtutis proportionē elongentur a patientibus, nullum effectum caulare poterunt, sed cum fuerint propinqua in se vel in aliis, tunc agens aget, & patiens patietur. Dico autem appropinquare sibiipsis, quando primum agens, & vltimum patiens sunt immediata: appropinquare vero in aliis est, quando inter primū agens & vltimum pa-

Tex.cō.80. tiens ē aliquid quod agit & patitur. Agit autem in virtute primi, verbi gratia, ignis non solum calefacit nos, quando tangit, sed etiam quādo est longe: calefacit enim aerem, qui natus est calefieri ab igne, nec autem calefactus, calefacit corpus nostrum. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat tertiam conditionem dicēs, quòd existimare sicut quidam existimant, quòd res quæ patiuntur, tum, ideō secundum aliquā partem patiuntur: & tum non, ideō secundum aliquam non patiuntur, hic determinandū est, & dicendum, quòd hoc falsum est. Si enim concederetur quòd corpus & magnitudo non vbique esset diuisibilis, sed diuiditur in indiuisibilia corpora, sicut dixit Democ. vel in indiuisibiles superficies: sicut dixit Plato, tunc verum esset quòd corpus non vbique, ideō in omni parte suæ esset passibile. Sic etiam esset verum, quòd nihil esset continuum, licet continuetur ad indiuisibile, non tamen componitur ex indiuisibilibus. Si autem est mendacium hoc quod dicunt, immo, quia mendacium est: quia omne corpus est diuisibile, nihil differt dicere, quòd diuidatur, vel quòd sit diuisibile, vel quòd tangatur, vel quòd sit tangibile. Licet enim in poros diuidatur secundum Democ. tamen etiam est diuisibile in partibus, quæ poris interponuntur: quia istæ non sunt indiuisibiles: quæ tamen partes ponebantur indiuisibiles ab eis: & similiter est tangibile in illis: & ita secundum totum est tangibile, & diuisibile, & passibile. Si enim potest segregare secundum tactus, ideō secūdum superficies in quibus est tactus: vt dicunt quidam Platonici, & si nondum est diuisum, est tamen diuisibile. Posito ergo ī esse possibili, nō accidit impossibile. Similiter etiam, si diuisibile sit in partes, posita diuisione in acto, non sequitur impossibile. Secundum ergo totum, & quamlibet sui partē, est diuisibile & passibile. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit quòd prædicta opinio non est sufficiens ad actionem & passionem: & circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd non est sufficiens ad alterationē, imo destruit ipsam: secūdo quòd nec sufficiens ad augmentum ibi. ‡ Amplius autem. ‡ Dicit ergo primo, quòd vniuersaliter patiō hoc modo fiat in rebus, quo quidam dicunt, quòd generatio fit scissis siue separatis corporibus per poros, est inconueniens. Destruit enim hic modus alterationem: in qua tamen saluatur passio & actio. Videmus enim quòd idē corpus continuū nanens, quandoque quidem est humidum & liquidum, & quandoque coagulatum, sicut glacies & aqua fluida: & tamen talis alteratio fit sine diuisione ipsius corporis continui, & sine aliqua alia compositione, & sine cōuersione suarum partium, & absque tactu directo in ordine componentium partium, sicut dicit Democri. Cum enim aliquod humidū coagulatur, non transducitur extra naturam suam, ita quòd mutetur substantiam: nec transponuntur partes mutando ordinem vel situm: neque transmittitur per liquefactionem: neque etiā nunc, quando scilicet humidum coagulatur, oportet quòd in aqua corpora indiuisibilia tumoribus, ideō secundum quantitatem, subintrent ad causandam coagulationem, sed ipsum humidum quod coagulatur, & econuerso, semper similiter se habet quantum ad hoc, quòd neque componuntur partes, neque adduntur vel diuiduntur, neque mutant ordinem vel situm. Patet ergo, quòd prædicta opinio destruit alterationem. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit

c Continuum igitur vnúquodque & vnum existens impassibile est. Similiter autem & non appropinquantia nec sibiipsis, neque aliis, quę facere nata sūt & pati. Dico autem v.g. non solum tāgens calefacit ignis, sed & si longe sit, (aerem quidem calefacit) natus facere & pati.

d Tum quidem existimare autem pati, tum autem non determinātes quòd in principio hoc dicendum. Siquidem enim nō vbique diuisibilis sit magnitudo, sed est corpus indiuisibile, aut latitudo, non vtique esse vbique passibile, sed neque continuū vllum. Si autem hoc mēdacium, & omne corpus diuisibile, nihil differt dicere diuisum esse quidem tāgere: aut vtique diuisibile esse. Si enim segregari potest secundum tactus, vt aiunt quidam: & si non dum est diuisum erit diuisum. possibile enim diuisum esse. fit enim nullum impossibile.

e Vniuersaliter autem generari, hoc modo scissis corporibus est incōueniens: destruit enim hic sermo alterationem. Videmus enim idem corpus continuum cum sit, quandoque quidem humidum, quādoque autē coagulatum, non autem diuisione & compositione hoc patiens. neq; conuersione, & contactu, sicut ait Democri. neque enim transductum neque transpositum secundum materiam, neque trāsmissum coagulatum ex humido, generatum est. Neque autem nunc insunt dura & coagulata indiuisibilia tumoribus, sed similiter omne nūc humidum, quandoque autem durum, & coagulatum est.

Continuum igitur quodque, & unum existens, effectionis expers est. Similiter, & ea quæ tametsi agere & pati nata sunt, tamen neque sese tangunt, neque alia. Intelligiuolo, ut ignis non modo cum tangit, sed etiam si procul sit, calefacit. Nam ignis aerem, aer corpus excalefacit cui, ut agat, patiaturque, est insitum,

At fieri non posse ut quicquam parte altera patiatur, altera non patiatur: qui idipsum initio definire dicant oportet. Si enim magnitudo non omnino omnique ex parte sit diuisibilis, sed corpus aut latitudo indiuisibilis sit, non erit profectò quicquam omni ex parte patibile, sed ne continuum quidem. Quod si hoc falsum est, & omne corpus est diuisibile: diuisum ne sit, sed tangat, an diuisibile, nihil refert. Nam si per tactus segregari possit, perinde ut quidam affirmant: etiam si nondum sit diuisum, poterit tamen esse diuisum. nullum enim emergit impossibile.

Omnino autem generationem ad hunc fieri modum, nempe discissis corporibus, cancellos ægreditur rationis. Etenim sermo iste alterationem è medio tollit. At idem corpus, quanquam continuum, alias liquidum, alias concretum videmus, non diuisione aut compositione hoc passum, neque conuersione aut contactum, sicuti Democritus asserit. Nam neque transpositione, neque naturæ demutatione, ex liquido concretum euadere solet. Neque nunc dura concretaque indiuisibilia male sunt: sed ex aqua quodvis, nūc liquidum, interdum uero durum, ac concretum existit.

f ¶ Ostendit & quòd destruit augmentum. In augmentatio ne enim oportet quòd augeatur quælibet pars eius, quod augetur, vt supra dictum est. Sed si augmentum fiat per additionē atomorum, vt ipsi dicunt, non erit augmentatio, sed quædam appositio corporis ad corpus, non ex hoc quòd quælibet pars illius compositi augmentatur. Item,

Tex.cō.81. augumentatione oportet ꝙ augmentans siue aduenies augumentato transmutetur in naturam eius, & ꝙ ipsum totum quod augetur, transmutetur ab eo, quod sibi aduenit de minori quantitate ī maiorem quantitatem. Sed per additionem corporum atomorum ipsum totū nō erit transmutās, ideō non transmutabitur alio misto: ideō est aliquo corpore indiuisibili sibi addito, non transmutate ipsum de minori quantitate in maiorem. Et ipsum totum non erit secundum se totū mutans: ideō nō totū mutabit corpora indiuisibilia, quæ sibi aduenient, & remanent incorrupta. Vñ signanter dixit alio misto: quia talia corpora non miscentur adinuicem, sicut grana frumenti in modio. Vltimo epilogat: & patet in litera.

LECT. XXIIII.

Postquàm Philosophus determinauit de tactu & de facere & pati, quę sunt necessaria ad generationem, hic determinat de mistione, quæ fuit tertium eorum, de quibus supra promiserat se dicturum.

Tex.cō.83. Est enim etiam mistio necessaria ad generationem eorum, quæ ex elementis generantur: quando. n. fit generatio simplicis elementi, tūc nulla fit mistio. Circa hoc ergo duo facit.

Primo manifestat intentionem suam, secundo prosequitur intentum ibi. ‡ Impossibile est enim alterum. ‡ Dicit ergo primo, quòd post prædicta, restat nos videre de mistione secundū eundem modum methodi. Et ideo, quia mistio erat tertium eorū quæ posuit tractanda. Quid autem intendat per hoc quod dixit secundum eundem modum methodi, declaratum subdit: quòd perficiendum est quid est mistio, & quid miscibile, & quibus existentium, ideō, quæ contingit misceri: & videndum quo modo fiat: & si sit mistio, vel vtrum sit mendacium mistionem fieri: quia hoc modo supra quæ fuit de alijs. Deinde cum dicit.

b ¶ Prosequitur intentum: & circa hoc duo facit. Primo pertractat vltimam quæstionem, scilicet, an mistio sit: Secundo pe

Tex.cō.85 ultimam quæstionem, scilicet, quomodo mistio fiat. ibi ‡ Continuum autem his. ‡ Alias autem quæstiones non prosequitur, quia ex cognitione istarum reliquæ innotescūt. Circa primum

f Amplius autem neq; augmētationem possibile est esse, & diminutionem. non enim quodcunque erit factum maius, siquidem erit appositio, & non omne mutatum, aut misto aliquo, aut secundū se transmutāte. Quid igitur est generare & facere, & generari & pati adinuicē: & quō cōtingit, & quō inquiūt quidā, non cōtingit aūr, determinatum sit hoc modo.

LECTIO XXIIII.

Reliquum autem videndum de mistione secū dum eundem modum methodi. Hoc. n. erat tertium propositorū a principio Scrutandum aūt est, quid mistio, & quid miscibile, & quib⁹ existit entium, & quomodo. Amplius autem, vtrum ne est mistio, an hoc mendacium.

b Impossibile est enim alterū altero misceri, quemadmodū dicunt quidam. Existētibus. n. adhuc mistis, & non alteratis, nō magis nūc mista esse, quàm prius, inquiunt, sed consimiliter se habere. Altero autē corrupto non mista esse. sed hoc q dem esse, hoc autē non esse mistionem autem similiter habentium esse. Eodē modo, & si ambobus conuenientibus, corruptum est vtrumque mistorum: non enim esse mista nullatenus existentia.

c Hic quidem videtur sermo quærere quid differt actu mistio a generatione & corruptione: & quid miscibile a generabili & corruptibili. Manifestū enim ꝙ oportet differre, si est mistio. Quapropter his existē-

Præterea, fieri non potest ut accretio decretione sit, non enim quodvis fiet maius: si accretio adiectio sit, & non totum mutetur uel admisto aliquo uel ipso per se mutato. Quod igitur generare ac agere, & generari, ac pati inter sese muto sit, & quonam pacto id fieri queat, hoc quonam quidam fieri dicant, non tamen fieri possit, hoc modo fit definitum.

LECTIO XXIIII.

Restat ut de mistione contemplemur iuxta eundem æternæ modum: nam ex his quæ initio proposuimus, hoc erat tertium. Considerandum autem est, quid mistio, quid miscibile, quibus entibus, & quo pacto competat, & insuper, utrum sit mistio, an id falsum sit?

Nam fieri non potest, ut quid alterum alteri misceatur, sicuti quidam aiunt. Etenim cum ea quæ mista sunt, adhuc sint, nec alterationem subierint, non magis nunc quàm prius esse mista, sed similiter sese habere dicunt. Porro si alterum sit corruptum, non esse mista, sed alterum esse, alterum non est: mistionem autem eorum esse, quæ similiter sese habent. Eodem autem modo, & si postea quàm in unum ambo uenerint, utrunque eorum quæ miscentur, corruptum sit: non enim ea esse mista, quæ omnino in ratione rerum non sunt.

Hæc igitur ratio postulare uidetur, ut quo mistio a generatione & corruptione, & quo miscibile a generabili & corruptibili differat, definiamus. Perspicuum enim est, mistionem, si quidem sit, ab illis differre oportere. Quo sit ut bisce cognitis, quæ adduc-

Tex.cō.83.

Tex.cō.84.

Tex.cō.15.

Tex.cō.15.

generatione, quæ sunt mutationes ad formam: & quando ista differentia erit manifesta, tunc soluetur quæstio. Ponit ergo differentiam mistionis & generationis, cum dicit. ‡ At vero neque materia ‡ dicens, quòd materia non dicitur misceri generabili, sed potius effici actu per formam: nihil enim aliud ad generationem requiritur secundum Aristo. in quinto Metaphysi. nisi agens reducens materiam præexistentem in potentia ad actū. Vnde in octauo Metaphy. dicit, quòd non est alia causa, quæ partes definitionis sunt verę vnum, nisi agens, quod reduxit ad actum, quod prius erat in potentia: materia enim, in qua generatur ignis, non dicitur misceri igni, nec etiam formę ipsius: similiter non dicimus ignem misceri lignis cum ardet ea: nec etiam dicimus, quòd materia ignis misceatur particulis ignis, neque ipsi igni, sicut dicimus quòd vnum miscibile miscetur particulis alterius miscibilis, & ipsi miscibili. Sed dicimus materiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

teriam ignis, sicut ligna vel aliud corrumpi, ignem autem gene
F rari. Ex quo manifeste potest concludi, ꝙ mistio non est gene-
ratio neque corruptio. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit differentiam mistionis ad alios motus: & primo ad augmentum dicens, quòd secundum eundem modum non dici mus cibũ misceri cor pori cibato: quia ci bus transit in domi nans corpus, qđ ma net secundum formã sed neutrum miscibi lium ita manet, sicut corpus cibatum, scilicet idimsum & spe cie nullo modo alte ratum: & sic patet, quòd mistio differt ab augmẽto. Differt etiam ab alteratione sicut primo patet in artibus, non enim dicimus figuram misce ri ceræ, nec figuram misceri quantitati, si ue tumori quia vtrũ que manet idimsum a specie, nullo modo alteratum. Idem ostẽ dit in alterationibus naturalibus: non .n. dicimus quòd albedo misceatur corpori, quando corpus fit ẽlbum: & vniuersali ter nulla passio, & nullus habitus misce tur alijs rebus, sed sunt in eis sicut in su biecto. Et ratio hui⁹ est, quia ambo scilicet, tam accidens ꝙ subiectum, videntur esse saluata & non al tera: similiter nullũ accidẽs misceatur alij

Tex.cõ.84.

tibus manifestis, quæsita soluẽ tur vtique. At vero neque materiam igni misceri dicimus, neque misceri cum exardet? Neque ipsam suis particulis, ne que igni: sed ignem quidem ge nerari, hanc autem corrumpi.

d Secundum autem modũ eun dem neque corpori cibum, ne- G
que figuram ceræ mistam neq; figuram tumori, neque corpus & album, neq; totaliter passio nes & habitus posse esse mista rebus: saluata enim videntur. Sed tamen neque album & di sciplinam cõtingit misceri, ne que aliud non separabilium ali quod. Sed de hoc dicunt quidã non bene, qui omnia quandoq; simul esse dicunt, & mista esse. Non enim omne omni miscibi H
le, sed oportet existere separa bile vtrumq; mistorum: passio num autem nulla separabilis.

e Quoniam autẽ sunt hęc quidem potentia, hęc autem actu entium contingit mista esse ali qualiter, & non esse. actu quidẽ ente aliquo generato ex ipsis,

Tex.cõ.32. 33.

accidẽs misceatur alij accidenti. Et vniuersaliter nullum quod non contingit separari, & per se existere, potest misceri; quia omnia miscibilia pri mo sunt separata: & post mistionem separari possunt. Et propter hoc, non bene dixerunt aliquando omnia fuisse simul, sicut dicitur in primo Physic. Non enim omne cuilibet miscetur: sed oportet miscibilia esse talia, quorum vtrumque possit separari, I
passio autem nulla est separabilis: & ideo nec miscibilis.
Deinde cum dicit.

c ¶ Soluit prædictam quæstionem dicens, quòd entium quæ dam sunt entia in potentia, & quædam in actu: vnde mista, postquam mista sunt, contingit aliqualiter esse, & aliqualiter non esse in misto. Sunt enim ibi in potentia, saluata tamen vir tute eorum, sed non sunt ibi actu: ipsum enim generatum est aliud ab ipsis miscibilibus siue mistis, & est in potentia ipsa mi scibilia, quæ ante mistionem sunt separata: ita contingit post mistionem separari, licet in misto non sint abinuicem diuisa: & hoc est quod sermo habitus, siue ratio negantium mistionem quæsiuit, scilicet quomodo elementa manerent in misto: vide mus enim quòd ea quę miscentur, conueniunt ex prius sepa ratis: & postquam conueniunt rursus separabuntur: quia leuia aliquando ascendent & grauia descendent. Cum enim elemẽ- K
ta, quæ sunt in misto, sint ibi prẽter naturam, quia sunt extra propriam regionem, vt dicitur secundo de Cælo: quòd autem est prẽter naturam non potest esse sempiternum: necesse est ip sa separari: nõ ergo manent elementa in misto actu sine aliqua alteratione, sicut corpus album: nec ambo nec alterum corrumpuntur omnino, sicut in generatione & corruptione: saluatur enim virtus eorum. Ad euidentiam autem huius quæstionis duo sunt considerandа, super quæ ista quæstio est fundata. Primum est, qualiter elementa veniant ad mistionem, Secundum est, quomodo elementa sunt in misto. Circa primum sciendũ est, quòd secundum dicta Philosophorum: primum mouens elementa ad mistionem est immiscibile: & hoc est ipsum cælum sine astra lata in ipso: quod est diuersum a natura quatuor ele-
T.c.12.17. mentorum, vt probatum est in Primo de Cęlo & Mundo. Nã
T.c. primi. sicut ostendit Philosophus in Primo Metheororum, iste mun dus quatuor elementorum est de necessitate continuus, idest

contiguus superioribus motibus, vt omnis ipsius virtus guber netur inde: quia illud oportet putare primã causam, quod om nibus est principium motus; tale autem est ipsum cælum: & ió ibidem subdit, ꝙ causa eorum, quæ accidunt circa ignem, ter ram, & alia elementa, est virtus eorum, quæ semper mouent.

bitata fuerunt solui queant. An uero neque materiam igni mistam esse, neque misceri dum comburitur aut ipsam suis partibus aut igni, sed ignem igni, & materiam corrumpi dicimus.

Eodem aũt modo, neque corpori alimentum, neque figuram, quæ ceræ molẽ affornat, ceræ misceri dicimus. nec corpori albedinem, nec omnino affectus habitusq; rebus ipsis misceri possibile est: quippe cum ipsi salui ser nantur. At uero nec albedinem & scientiam, nec aliud quicquam inse parabile, misceri contingit. Quinimmo nec id probe dicunt, qui omnia aliquã do & simul esse & misceri inquiunt, non enim omnibus omnia misceri quæ um: sed eorum, quæ miscentur, utrum que separabile quid esse oportet, affectuum autem, nullus separabilis existit.

Cum autem eorum, quæ sunt, alia actu sint, alia potẽtia, quæ mista sunt esse quodammodo & non esse contingit, actu quidem aliud existente eo quod ex eis factum est, potentia uero

elementa leuia non descendant ex se, nec grauia ascendant ex se: tamen ex motoribus vniuersalibus ordinantibus motum, aliquando descendunt leuia, & ascendunt grauia. Huiusmodi autem conueniens exemplum est in qualitatibus actiuis & pas siuis corporis animati: non enim in animali semper mouetur calidum secundum naturam ignis, nec agit actum ignis omnino: sed potius mouetur in id, ad quod dirigitur ab anima, & agit ad terminum & finem intentum ab ea: sicut Philosophus dicit contra Empedo. in Secundo de Anima. Cum autem mo Tex.cõ.37.
tus cæli, & opus naturæ sit opus intelligentiæ, vt dicit Philoso phus, non semper sequuntur elementa proprium impetum sui motus: sed aliquando mouebuntur in id, ad quod per voluntа tem intelligentiæ dirigentur, siue per virtutem stellarum, si de propinquo, siue instrumentali motore loquamur. Hoc autem manifestum est per exemplum de vapore terrestri eleuato a ter Cap. 4
ra: sicut dicitur in Primo Meteororum, qui per virtutem Solis ascendit ad calidam regionem aeris. Et de vapore humido & aquoso similiter ascendente: vnde, cum in aere sint quędam partes ignitæ & aereæ & aqueæ & terreæ mouentur a seinuicẽ ascendendo & descendendo. Quòd autem ignis sit in aere, pa ter per Philosophum in Primo Metheororum. Dicit enim ꝙ ambitus ignis per aerem frequenter spargitur motu, idest per virtutem cælestis motus, & fertur violentia deorsum: & ideo sunt aliquæ partes ignis & in rore & in vaporibus pluuialibus descendentes: quas vapores accipiunt in regione aeris calefacta: & ideo aquæ pluuiales sunt vaporosæ & calidæ. Et hæc etiã est causa ꝙ niue descendente non est tanta intensio frigoris: sic ut in alijs hyemalibus temporibus: sic ergo, cum pluuia & ro re & aliis huiusmodi descendunt partes ignitæ ad locũ mistio nis. Ex his patet ꝙ ad mistionem non monet violenta, sed na Aui.3.cæli
tura: & ideo mistio non est violentia sed naturalis. Circa se c. 67.
cundum autem diuersi diuersimode opinantur. Sunt enim qui dam dicentes, quòd qualitatibus actiuis & passiuis ad medium redactis aliqualiter per alterationem, formæ generales elemen torum manent in misto: quia, si non manerent, corruptio quæ dam esset in misto. Rursus etiam, quia aliter simplicia corpora, elementorum rationem amitterent. Elementum enim est ex

Tex.cõ.4. quo componitur aliquid, & est in eo vt dicitur Quinto Meta- A
phy. Sed ista opinio est impossibilis. Impossibile enim materiã secundum idem, diuersas formas elementorum suscipere. Si igitus in corpore misto formæ substantiales elementorum saluarentur, oportebit diuersis partibus materię eas inesse: materia autẽ diuersas par tes accipere est im possibile, nisi præin tellecta quantitate i materia: sublata enim quantite, materia in diuisibilis permanet sicut patet in Primo Tex.cõ.27.
Physico. Ex materia autem sub quantita te existente, & forma substantiali aduenie te, corpus Physicum constituitur. Diuer sæ igitur partes mate riæ formis elemento rum subsistentes plu rium corporũ ratio nem suscipiunt: mul ta autem corpora im Tex.cõ.85.
possibile est esse si mul. Non igitur in qualibet parte corpo ris misti erunt quatuor elementa: & si militer non erit vera mistio, sed ad sensum sicut accidit in con gregatione corporũ intensibiliũ propter paruitatẽ. Præterea Quælibet forma sub stantialis propriã di spositionẽ acquirit i materia, sine qua esse non potest: vnde altera est via ad alte rationem, altera ad corruptionẽ: impossibile autem est eandem esse dispositionem, quam requirit forma ignis, & quam re quirit forma aeris, vel aquæ, sed sunt contrariæ: contraria aũt esse non possunt in eodem subiecto. Impossibile est igitur, ꝙ in eadem parte misti sint formę substantiales ignis, & aquæ. Si igi tur mistio fiat remanentibus formis simplicium corporum, se- D
quitur ꝙ non sit mistio, sed solum ad sensum: quasi iuxta se po sitis partibus insensibilibus propter paruitatem. Quidam veri- Aui. 3. Cæ
simque rationes vitare volentes in maius inconueniens incide- li. com. 67.
runt. Vt enim mistionem ab elementorum corruptione distin guerent, dixerunt formas substantiales elementorum aliqualiter remanere in misto. Sed rursus, ne cogerentur mistionem ad sensum, & non secundum veritatem ponere, posuerunt ꝙ formæ elementorum non manent in misto secundum suum complementum, sed in quoddam medium reducunt. Dicunt enim ꝙ formæ elementorum suscipiunt magis & minus, & habent contrarietatem adinuicem. Et quia hæc manifeste repugnant communi opinioni & dictis Aristotelis dicentis in prædicamen Cap.de sub
tis, ꝙ substantiæ nihil est contrarium: & ꝙ non recipit magis, stantia.
& minus; vlterius procedunt, dicentes, ꝙ formæ elementorum sunt imperfectissimæ, vtpote materiæ primæ propinquiores: vn de sunt mediæ inter formas substantiales, & accidentales. Et sic B
inquantum accedunt ad naturam formarum accidentalium, ma gis & minus suscipere possunt. Hæc autem positio multipliciter improbabilis est: primo, quia esse aliquid medium inter sub stantiam & accidens est omnino impossibile: esset enim aliquid medium inter affirmationem & negationem: proprium enim accidentis est in subiecto esse, substantiæ vero in subiecto non esse: formæ autem substantiales sunt quidẽ in materia, sed nõ in subiecto: nam subiectum est hoc aliquid, forma autem substan tialis est, quæ facit hoc aliquid, non autem præsupponit ipsum. Item, ridiculum est dicere medium esse inter ea, quæ non sunt Tex.cõ.22.
vnius generis, vt probatur in Decimo Metaphy. medium enim & extrema ex eodem genere esse oportet: nihil ergo medium esse potest inter substantiam & accidens. Vnde impossibile est formas elementorum suscipere magis & minus. Omnis enim forma recipiens magis & minus est diuisibilis per accidens, in- C
quantum, scilicet subiectum potest eam participare vel magis, vel minus. Secundum autem id, quod est diuisibile vel peracti dens vel per se, contingit esse motum continuum, vt patet in Sexto Physi. si igitur formæ substantiales elementorum suscipiunt magis & minus, tam generatio quàm corruptio erit mo tus continuus: quod est impossibile. Nam motus continuus nõ est nisi in tribus ge neribus, scilicet in quantitate, qualita te, & vbi. Oportet igitur aliũm modum inuenire, quo & ve ritas mistionis salue tur: & tamen ele menta non totaliter corrumpantur, sed ali qualiter in misto re maneant. Consi derandum est igitur ꝙ qualitates actiuę, & passiuæ elemẽtorum contrariæ sunt adinuicem, & magis & minus recipiunt: ex contrariis autem qua litatibus, quæ suscipiunt magis & minꝰ constitui potest media qualitas, quæ sapit vtriusque extremi naturam: sicut pa lidum inter album & nigrum. Sic igitur re missis excellentiis elementarium qualitatum, constituitur ex eis quædam qualitas media, quæ est propria qualitas cor poris misti, differens tamen in diuersis se cũdum diuersam mi stionis proportionẽ: & hęc quidem qualitas ẽ propria dispo sitio ad formam cor poris misti, sicut qualitas simplex ad formam corporis simplicis. Sicut igitur extrema inueniuntur in medio, quod partici pat naturam vtriusque, sic qualitates simplicium corporum in ueniuntur in qualitate corporis misti. Qualitas autem simpli cis corporis est quid aliud a forma substantiali ipsius: agit ta men virtute formæ substantialis: alioquin calor calefaceret tã tum, non autem forma substantialis educeretur in actum, cum nihil agat supra suam speciem. Sunt igitur virtutes formarum substantialium simplicium corporum in corporibus mistis, nõ actu, sed virtute. Et hoc est quod dicit Philosophus: non manẽt igitur elementa, scilicet in misto, actu, vt corpus albũ nec cor rumpuntur, nec alterum, nec ambo: saluatur .n. virtus eorum,

quippiam utriusque eorum, quæ erant antequam miscerentur, & non esse perdita. id quod ratio prius addubitabat. Nam quæ miscentur, & prius ex separatis coisse, & posse rursum separari uidemus. Igitur neque permanent actu, uti corpus & albedo, neque corrumpuntur, aut ambo aut alterum. nam eorum uirtus atque potentia, salua manet. iccirco hæc omnia mitantur.

potentia autem adhuc vtroq; quę erant antequam misceren tur, & non partita. Hic autem sermo quæsiuit prius. Viden tur enim quę miscentur prius ex separatis conuenientia, & posibilia separari rursus. Ne que manẽt igitur actu, vt cor pus & album, neq; corrumpũt B
neque alterũ. neque ambo salua tur. n. virtus eorum. ideo hęc quidem de relinquantur.

LECTIO XXV.

Continuam autem his quæstionem dicendũ, vtrũ ne mistio ad sen sum sit, vt quando ita in parua diuiduntur quæ miscentur, & ponuntur adinuicem hoc mo do, vt non manifestum sit sen sui vnumquodq;, tunc mista sunt. Aut nó sunt: sed est vt quę cunque secus quamcumque sit particulam mistorum. dicitur enim sic illo modo. v.g. ordeũ mistum frumento quãdo quod cunque secus quodcunque po netur.

LECTIO XXV.

Vbitationem autem hisce continuam, edisseramus oportet, utrũ mistio quippiam ad sensum sit uerbi, gratia, cum ea quæ miscentur ita in parua diuisa fuerint, et hoc pacto iuxta se se posita, ut nullum sensu dignoscatur, tunc ne mista sunt an non. Sed fit ut eorum quæ mista sunt, particula quæ libet iuxta quamlibet sit. Illo igitur modo mista esse dicuntur, ut ordeacea grana frumentaceis, cum quodlibet iuxta quodlibet positum est.

Postquàm Philosophus determinauit mistionem esse, hic determinat quomodo fiat mistio. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones aliorum de modo mistionis: secundo ponit opinionem propriam ibi. ‡Sunt itaque vt diximus.‡ Circa primum duo facit. Primo po Tex.cõ.87.
nit opiniones aliorum: secundo reprobat eas ibi. ‡Si autem est omne corpus.‡ Circa primum sciendum est, ꝙ de modo mi stionis duplex fuit opinio. Vna fuit ꝙ tunc solum mistio fiat, quando miscibilia diuiduntur in tam minima secundum quan titatem, ꝙ sensus ea percipere non potest: & quando illa mini ma fuerint secus inuicem posita non alterata, tunc dicunt fieri mistionem: & hanc opinionem primo ponit Philosophus. Se cundam opinionem ponit ibi. ‡Aut non sunt.‡ Quæ fuit talis. Quod cum miscibilia sunt diuisa, non ita vt sistat diuisio in minima secundum sensum, sed sistat in minima secundum ma teriam, scilicet ꝙ non sit accipere minus, quod seruet materia, & operationem miscibilis. Conueniunt enim ambę istæ opiniones, ꝙ dicunt mistionem esse secundum minima: sed differunt, quia prima ponit minima quo ad sensum, secunda minima secundum materiam. Dicit ergo Philosophus, ꝙ dicendum est & determinandum continuam quæstionem, scilicet si ita sit, vt dicit prima opinio, vel sicut dicit secunda, quæ dicit, scilicet ꝙ

diuisa

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuiso corpore in minima simpliciter, quælibet pars eius est se- F
cuis quamcunque partem alterius. Dicitur enim sic a quibusdã, verbi gratia sicut si diceremus ordeum mistum cum frumento: licet enim illa discernantur, tum sunt minima sui generis. Et ad similitudinem istorum dicunt fieri mistionem elementorum

quando in minima simpliciter diuiso elemento, quælibet pars vnius est iuxta partẽ alterius. Deinde cũ dicit.

Tex.cõ.86. b ¶ Destruit prædictas opiniones: & primo per rationem communẽ ambabus: secundo per rationẽ propriam ibi. {Et idẽ huic.} Dicit ergo primo, si omne corpus est diuisibile, si corp⁹ corpori est miscibile de rõne misturę est, ꝙ quælibet pars vni⁹ miscibilis sit homiomera. & oportet ꝙ quælibet pars sit iuxta quamlibet partẽ alterius miscibilis. Quoniam autẽ mistio non est compositio diuisorum in minima latentia sensũ, sicut dicebãt prima opinio, nec etiam sicut dicebat secunda, manifestum est quòd non erit mistio secũdum parua saluata i speciem & virtutem: quia tũc esset potius quædam compositio & nõ mistio: nec haberet quælibet pars eandem rationem cũ toto. Nos autem dicimus, quòd si est aliquod mistum, oportet ipsum esse homiomerum, idest eiusdem rationis in parte & in toto: & sicut quælibet pars aquę ẽ aqua, ita quælibet pars misti est mistũ. Si autem mistio esset compositio secundũ parua vt dicebat vtra que opinio, licet differenter, nihil horũ contingere, sed solũ mistio ad sensum, & non secundum veritatem. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit proprias rationes. Et primo contra primam opinionem, dicens ꝙ si hoc modo fiat mistio ficut prima opinio dicebat, illud quod esset vnum mistum, puta ei qui videt acute, esset alteri non mistũ, puta Linceo videnti acute. Secundo arguit contra secundã opinionem ibi. {Neque diuisione.} Dicens ꝙ mistio non est ex diuisione minimorum: quia in minima simpliciter impossibile est diuidere corp⁹, ita ꝙ in eis fiet diuisio: si autem minima essent Physica, tunc esset congregatio & non mistio. Aut igitur mistio non est, cum hi duo modi esse non possint; aut rursus dicendum est, quomodo contingit mistionem fieri. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de modo mistionis secundum propriam opinionem & primo præmittit quandam diuisionem necessariam ad propositum ostendendum dicens, quòd sicut supradictum est entium, quædam sunt actiua, quędam passiua ab his, scilicet actiuis. sed istorum, quædam communicant in materia, & talia in agendo & patiendo adinuicem conuertuntur: quædam vero sunt, quorum non eadem materia est, & talia licet vnum agat, & reliquum patiatur, non tamen in hoc conuertuntur adinuicem. Secundo ibi {Horum quidẽ igitur non est mistio.} Prosequitur intentũ. Et circa hoc tria facit. Primo, ostẽdit quæ non sunt miscibilia, siue ex quibus non potest fieri mistio: secundo ostendit quando, & ex quibus fiat mistio ibi. {Quãdo autem potentiis adæquãtur.} Tertio redit iterum super primũ, vt melius manifestet quæ nullo modo sunt, miscibilia ibi. {Qñ autem alterum.} Dicit ergo primo, quòd eorum quæ nõ, communicant in materia, non potest esse mistio; & ideo licet medicina faciat sanitatem, non tamen patitur a sanitate, & ideo misceri ibi nõ potest. Neque sanitas vel aliquod accidens miscetur corporibus, & talia im miscibilia sunt ex sui natura. Quædã autem, licet sint miscibilia ex sui natura, tamen per accidens misceri nõ possunt. Et quæ sint ista declarat ibi. {Actiuorũ & passiuorũ.} Dicens, quòd si multa de genere actiuorum & passiuorum componantur, & magna paruis, non faciunt mistionem, sed faciunt augumentum prædominantis: per cuius virtutẽ, alterũ, s. paucũ, vel paruũ trãsmutatur in alterũ prædominans. Et ió gutta vini in mille millibus amphoris aquæ, non miscetur cũ ipsa aqua: quia forma siue species eius transmutatur, & corrumpitur in totã aquam. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit ex quibus & quando fiat mistio: & circa hoc tria facit. Primo ostendit quando, & ex quibus fiat mistio, secundo ostendit

At si omne corpus sit diuisibile, si corpus corpori mistum similare sit, partem quamlibet secus quamlibet esse oportebit. Atque cum fieri nequeat ut in partes minimas diuisio fiat & compositio non idem sit quod mistio, sed aliud, non oportere dicere quæ miscentur esse mista secundum partes exiguas, quæ suam adhuc retineant naturam: perspicuum est cõpositio enim esse, non temperatura, aut mistio, nec pars eandem cum toto haberet rationem. Dicimus autem, si quid misceri debeat, quod mistum est similium esse partium & quemad modum aquæ pars aqua est, ita & temperati temperatum. Quod si mistio sit compositio secundum partes exiguas, nihil horum accidet, sed solum esse mista ad sensum.

Atque idem huic quidem si acute non uideat esse mistũ, Lynceo uero non esse mistum uidebitur. Neq; diuisione, adeo ut quæuis particula iuxta quam uis posita sit, mistio fit: nam fieri non põt ut corpora sic dividatur. Aut igitur nõ ẽ mistio: aut hoc rursũ ẽ dicẽdũ quo pacto, inquã, fieri posit. Tex.cõ.89.

Sunt itaque (uti diximus) eorum quæ sunt, quædam actiua, quædam quæ ab hisce pati solent. Quædam igitur conuertuntur: suntque inter se mutuo actiua & passiua, quorum uidelicet eadem est materies. Quædã uero agunt & non patiuntur, nimirum quibus materies eadem non est. Horum igitur non est mistio. Quare nec medendi scientia sanitatem, nec sanitas eandem, mista corporibus efficiunt. Eorum uero actiuorum, & passiuorum, quæ facile diuisibilia sunt, multa quidem paucis & magna paruis composita mistionem non faciunt, sed accretionem eiusce quod cuincit. Nam alterum, in id quod cuincit uerti solet. ut gutta uini, decies millenis aquæ mensuris non miscetur. etenim forma uini per it, atque unum in totam aquam uertitur. Tex.cõ.89. fi.

Cum uero potentias habent quodammodo æqualeis, tum utrumque e sua quidem mutatur natura in id quod

ostendit quæ faciliter miscentur ibi. {Et parua autem.} Tertio quæ difficulter ibi. {Multum autem.} Dicit ergo primo, quando potentiæ miscibilium adæquantur, tunc unumquodque mi scibilium æqualiter dominatur: & vnumquodque ad alterum tanquam ad dominans transmutatur, & vnumquodque ex sui-

ex suiipsius natura non generatur enim alterorum, sed medium commune. Manifestum igitur, qm̃ hæc sunt miscibilia: quæcumque factiua cõtrarietatem habent: hęc sunt enim abinuicem passiua.

f Et parua autẽ paruis posita B secus miscẽtur magis: facili⁹. n. inuicem & citius transeunt.

g Multum autẽ & a multo tardius hoc operatur. Ideo & bene determinabilia diuisibilia & passiuorum miscibilia. Diuiduntur enim hæc in parua facilius: hoc enim ẽ bene determinabile esse. v.g. humidi miscibilia maxime corporũ. Bene determinabile enim maxime humidum diuisibilium, si non viscosum sit: hęc etenim vtiq; amplorem & maiorem solum tumorem faciunt.

h Quando autem alterum solum passiuum erit aut vehemẽter, hoc autẽ valde parum, aut nihilo mai⁹ est id, quod ex ambobus mistum est, aut parum. quod contingit circa stãnum, & æs. Quædam enim balbutiũtur adinuicem & epafoterizãt. Videntur enim aliquantulum D ac remisse mista esse, & alterũ quidem suceptiuum, alterum autem species: quod in his contingit. stannum enim vt passio aliqua sine materia æris, pene euanescit mistum omne, colorans solum. Idem autem hoc contingit in aliis.

i Manifestum igitur ex his quę dicta sunt, quòd est mistio, & quid est mistio, & quare est, & E quæ sunt miscibilia entiũ quoniam sunt quædam quasi passiua abinuicem, & bene determinabilia, & bene diuisibilia. Hęc enim, neque corrupta esse necessariũ est quando mista neq; adhuc simpliciter eadẽ esse quę prius. neq; compositionem esse

i

quòd ibi sit æqualitas proportionis, quam requirit forma regenerandæ, propter quam est mistio. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit quæ faciliter & bene miscentur: dicens, quòd quando parua miscentur paruis, tunc facilius fit mistio: quia talia facilius & citius transeunt per seinuicem alterando. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit quę tarde & de difficili commiscentur dicens, quòd quando multum miscetur multo, tunc tardius & difficilius commiscentur: & hoc ideo, quia difficilius adinuicem alterantur, & tardius transeunt per seinuicem. Requiritur etiã ad facilem mistionem, quòd miscibilia sint bene terminabilia adinuicem passiua: & hoc ideo: quia bene terminabilia cum sint subtilia, & humida, facilius diuiduntur in parua, quæ facilius commiscentur quam magna: hoc. n. est bene terminabile, quod est bene diuisibile in parua: verbi gratia, humida ꝙ sunt inter cætera corpora bene miscibilia & hoc ideo: quia humidum iter alia corpora est magis diuisibile in parua, nisi illud humidum sit viscosum: quia sicut dicitur in Quarto Meteororum, partes humidi viscõ coniacẽt sicut glutinum, propter mistum eis subtiliter siccum: quod apprehendit vndiq; humidum: & non sinit elabi oleum. Qñ vero aquæ admiscetur: quia lubrica simul iuncta, vel lubri cum humido compositum, auget tumorẽ siue quantitatem, sed non miscetur ei, sic, quòd quælibet pars eius alteret & altere tur ab eo ad mediam naturam misti. Deinde cum dicit. Tex.cõ.28.

h ¶ Ostendit iterũ primum, vt melius declaret quæ sunt, ꝙ nullo modo miscẽri possunt dicẽs, quòd qñ solum alterum ẽ passiuum, ita quòd no agat in alterum, talia nullo modo miscentur: & hoc est, quãdo miscibilia nõ communicant in materia. Quando vero cõicant in materia, sed vnum vehementer agit, & alterum vehementer patitur, & non tantum agit quantum primum, neque talium potest esse mistio: vel si est aliqua, parum relinquetur de eo quod vehementer patitur: sicut patet in stanno & ære: si enim in ære liquefacto miscetur modicum de stanno, tunc stannum per vehementiam actionis æris euaporat, & nihil forte remanet, nisi calor quidam & est simile balbutientibus, qui vna littera prolata, aliam distincte non proferunt. idem etiam contingit in multis aliis. Deinde cum dicit.

i ¶ Recapitulat quæ dicta sunt de mistione: per quod etiam quarta quæstio declaratur, quæ fuit primo proposita in principio huius capituli, dicens, manifestũ esse ex his quæ dicta sunt, & quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quòd est mistio, & quid est, & quare est: quia propter passionem & actionem contrariorum. Et dictum est etiam quæ sunt miscibilia: qñ illa passiua adinuicẽ, & bene terminabilia: & talia, sunt bene diuisibilia. Dictum est etiã q̃ adhoc q̃ sit mistio, necessarium est q̃ miscibilia non sint simpliciter corrupta, nec sint simpliciter eadẽ, vt prius: sunt enim corrupta quantũ ad formas, & remanent quantum ad virtutẽ, vt supra ostensum ẽ. Adhuc ẽt ostensum est, q̃ mistio non est cõportio minimorũ suu natura, sicut dicebat vna opinio: nec minimorũ secũdum

Tex.cõ.84. in dige.

mistionẽ eorũ, neq; ad sensum. Sed ẽ miscibile quidẽ quodcũque bñe determinabile ens passiuũ fuerit & actiuũ, & tali miscibile est: ad homiomerum. n. miscibile: mistio autem est miscibilium alteratorum vnio.

F sensum, vt dicebat alia: talia enim minima non sunt miscibilia. Sed illud est miscibile, quod cũ sit bene determinabile, est actium & passiuum: & illud quod admiscetur cũ tali miscibili, est miscibile ad homiomerũ, ideſt facit cum alio mistum, quod est eiusdem rationis in toto & in partibus. Patet etiã q̃ mistio est miscibilium alteratorum vnio. Quæ quidem alteratio solum est intelligẽda in viribus huc qualitatibus corũ. Sed, si etiã alteratio sumatur improprie, mistio est miscibilium alteratorũ, ideſt corruptorum secundum formas vnio.

facile definiri queat passiuum est & actiuum, & aut quòd est eiusmodi, mistile: nam mistile, ad cognomine dici solet. Mistio uero, est mistilium alteratorum unio.

Primi libri de Generatione Finis.

ARISTOTELIS

DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE

LIBER SECVNDVS.

Cum Sancti Thomæ Aquinatis præclarissimis commentariis.

LECTIO PRIMA.

G

POstquàm Philosophus in Primo libro determinauit de generatione & corruptione in communi, & de motibus consequentibus, scilicet de alteratione & augmento, nunc in secundo libro determinat de generatione & corruptione in speciali, scilicet de generatione & corruptione elementorum. Et circa hoc duo facit. Primo recapitulat ea q̃ dicta sunt in primo libro, & cõtinuat dicta dicendis dando intentionem, Secundo prosequitur intentũ ibi. ¶ Horum autem subiectam. ¶ Dicit ergo primo, quòd dictum est iam in primo libro de mistione & de tactu, & de facere & pati, quomodo existunt his quæ transmutantur secundum naturam: amplius etiam dictum est de generatione & corruptione quomodo existat, & propter quam causam: similiter etiam dictum est de alteratione quid est, & in quo differt a generatione & corruptione. Relinquitur autem in hoc Secundo libro considerare de corporibus, quæ elementa vocantur, antequam consideremus in libris de Generatione & corruptione corporum specialiũ: sicut lapidũ, & metallorum, & plantarum, & animalium: & hoc ideo, quia omnes substantiæ quæ generantur & corrumpuntur, non sunt sine istis sensibilibus corporibus, scilicet quatuor elementis. Dicuntur autem elementa antonomastice sensibilia: quia corũ

Tex.cõ.1.

Tex.cõ.2.

LECTIO I.

DE mistione quidem igitur & tactu, & facere & pari dictum est quòd existant his quæ trãsmutantur, secũdum naturã. Amplius aũt de generatione & corruptione simpliciter, & quomodo est, & propter quam causam. Similiter aũt & de alteratione dictũ est, quid est alterari, & quã habeat differentiã eorum vnumquodq;. Reliquũ autem considerare circa vocata elementa corporum. Generatio quidem & corruptio omnibus natura subsistentibus substãtiis est nõ sine sensibilibus corporibus.

H

I

b Horum autem subiectã materiam. hi quidem esse inquiũt vnam, vtputa aerem ponentes, aut ignem, aut aliquod horum medium, quod & corpus est, & separabile. Hi aũt plures, numero, q̃ vnã: quidam .n. ignem

K

Quorum subiectam materiam quidam unam esse aiunt, eam aerem, aut ignem, aut quippiam inter hæc medium, quod & corpus sit & separabile ponentes. Quidam, numero plures una: alii enim ignem & terrã alii & hæc, & tertium aerem, alii

differentiæ siue principia, quæ sunt quatuor qualitates. scilicet calidum, frigidum, humidum & siccum, sunt causæ omnium aliarum qualitatum tangibilium. Deinde cum dicit

b ¶ Prosequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo inquirit de substantia & numero eorum, secundo de mutua ipsorum generatione, & corruptiõe. ibi ¶ Quoniam autem determinatum est. ¶ Circa primum duo facit. Primo determinat de materiali principio, & formali elemento rum, secundo de numero eorũ. ibi ¶ Quoniam autẽ quatuor elementa ¶ Circa primum duo facit. Primo determinant de principio materiali, secundo de formalibus. ibi ¶ Sed non minus. ¶ Circa primum duo facit. Primo determinat ã materia elementorum, secundum opinionẽ aliorum: secundo secundum opinionem propriam. ibi ¶ Nos autem dicimus. ¶ Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones aliorum: secũdo reprobat eas. ibi ¶ Quoniam quidem igitur principia ¶ Dicit ergo primo q̃ quidam fuerunt, qui posuerunt tantum vnã materiam elementorum. Sed isti diuersificati sunt: quidam enim dixerunt quòd illa materia erat aer, quidam vero quòd ignis: quidam vero posuerunt quoddã corpus medium, igne quidem densius, aere autem subtilius. Conueniunt oẽs isti in hoc, q̃ dixerunt ipsam materiã elementorũ esse

Tex.cõ.14.

Tex.cõ.16.

Tex.cõ.6. in.

Tex.cõ.6.

esse corpus separabile actu, & per se existens. Alij vero fuerũt, qui dixerunt materiam elementorum esse pluraliter per numerum, & isti etiam diuersificati sunt: quia quidam dixerunt ipsam esse ignem, & terram, quidam vero addunt tertium, scilicet aerem, quidam addunt quartum, scilicet aquam, sicut Empedocles. Dicunt autem, tã ponentes duo, quàm ponentes plura duobus, quòd per congregationẽ & segregationem ipsorũ, fit generatio & corruptio in rebus. Deinde cum dicit.

c ¶ Reprobat prædictas opiniones: & hoc primo, secundo, quan incidenter reprobat opinionẽ Platonis. ibi. ¶ Vt autem in Timæo scriptum est. ¶ Aduertendum autem est circa primum, quòd non reprobat opinionẽ ponentium plura elementa, sed ad præsens concedit eam tã quam propinquã aliqualiter veritati: vnde dicit, quòd sit cõcessum illis, qui ponunt plura elementa esse principia, p quorum transmutationẽ fit generatio & corruptio, siue illa transmutatio sit congregatio & disgregatio, siue quæcunq; alia trãsmutatio, isti quodã modo bene dicunt. Reprobat autem primam opinionem: vnde dicit, facientes vnam materiã, & hãc corpoream, & separabilem ab omni cõtrarietate, & ab omni forma elementali, sicut quòd est mediũ inter ignem & aerẽ, peccant: quia impossibile est quòd corp̃ sensibile sit sine contrarietate. Oportet enim, quòd illud corpus infinitum, quod ipsi dicunt esse principium, sit aut graue aut leue: & quidem erit leue, mouebitur ad locum ignis: si autem graue, mouebit ad locum terræ: cuius autem motus c & locus illius est & forma, quam motus & locus sequuntur: ergo est terra vel ignis, & sic per consequens est calidum, aut frigidum: & sic non erit separabile a contrarietate, & a forma elementali, vt ipsi ponebãt. Deinde cũ dicit.

d ¶ Reprobat opinionẽ Platonis de principio elementorũ, dicens. Quòd illud, quod dixit Plato in Timæo, nullã habet determinationẽ: quia nihil dixit determinate & manifeste. Non .n. dixit manifeste & determinate, si illud principiũ, quod vocauit pandexes, ideſt receptaculũ omnium, separatur ab elemẽtis: ita

Tex.cõ. 4.

Tex.cõ. 5.

Tex.cõ.6.

& terram, hi autem & hæc, & aerem tertium, hi autem & hoc & aquam quartum, vt Empedocles: ex quibus congregatis & segregatis, & alteratis, aiũt contingere generationem, & corruptionem rebus.

B

c Quoniam igitur prima principia, & elementa bene se habet dicere, q̃ sit confessum ex quib⁹ trãsmutatis aut secundũ congregationẽ, aut segregationẽ, vel secundũ aliã transmutationẽ contingit generationem eẽ & corruptione. Sed faciẽtes qdẽ vnã materiã extra prædicta, hãc aũt corporeã, & separabilẽ, peccãt. Impossibile.n. sine cõtrarietate esse corp⁹ hoc sensibile: aut .n. leue, aut graue, aut calidum, aut frigidum, necesse infinitum hoc, quod quidam dicunt esse principium.

d Vt autem in Timæo scriptũ est, nullam habet determinationem. Non enim dixit manifeste pandexes si separatur ab elementis. Neq; vtitur vllo, cũ dixit, esse subiectum aliquod vocatis elementis prius, vt aurũ operib⁹ aureis certe. quamquam & hoc non bene dicitur hoc modo dictum. Sed quorũ quidẽ est alteratio, ita est. Quorũ aũt est generatio & corruptio, impossibile illud enũciari, ex quo generatũ est. Sed tũ inquit lõge verius est esse aurum dicere vnũquodq; esse. Sed elementis entibus solidis vsq; ad planiciem facit dissolutionem. Impossibile autem matrem & materiam primã planam esse.

e Nos autem dicimus esse aliquam materiam vnam corporum sensibilium, sed hanc nõ separabilem, sed semper cũ contrarietate, ex qua generantur, vocatã elemẽta: determinatũ est aũt de his certius: & in aliis. Sed tamen qñ & hoc modo sũt ex materia prima corpora,

& aquam inter hæc quartam, vti Empedocles: ex quibus coneretionem secretionemue, aut alterationem sub eumbus, ortum atque occasum rebus ipsis contingere dicunt.

Quod igitur prima ipsa, principia elementaq; probe dicatur, sit in cõfesso, quibus si aut congregatione segregationeue, aut alia mutatione transmutentur, generationem fieri contingat atq; corruptionem. Sed qui unam ultra ea quæ sunt dicta, materiam faciunt, eamque corpoream atque separabilem, errant. Nam fieri non potest, ut corpus hoc, cum sensibile sit, sine contrarietate existat. Etenim infinitum hoc, quod nonnulli principium esse dicunt, aut leue, aut graue, aut calidũ, aut frigidũ sit necesse est.

C

Quod autem in Timæo est scriptũ, nihil habet certi definitique. Nam nec ille plane dixit, aridd quod omnia susceptit ab ipsis separetur elemẽtis, nec ullo uti solet, cum tamen prius dixerit illud uocatis elementis, ut aurum aureis operibus, esse subiectũ quamquam id non rectè dicitur, si hoc dicatur modo. Sed quorum est alteratio, ea ita sese habent: quorum uero generatio atque corruptio ea, ex nomine eorum ex quibus fiunt, appellari impossibile est. At qui lõge uerissimum esse inquit, dicere quodque aurum esse. Verum cum solida ipsa elementa sint, ad plana usque resolutionem facit. Ad primam materiam esse plana ipsa, de numero eorum est, quæ fieri nequeunt.

D

Nos autem sensibilium corporum quandam esse materiam dicimus, sed eã separari non posse, sed semper esse cum contrarietate, ex qua elementa uocata fiunt, de quibus alibi exactius est definitum, atque pertractatum. Verum enim uero, cum ad hunc modum ex materia corpora prima consistent; de hisce quoque determinemus

E

mam: & ex ista materia generantur sensibilia corpora, quæ vocantur elementa. Excludendo autem se a maiori declaratione, dicit, quòd determinatum est in aliis certius, scilicet, in Tertio Cæli & Mundi. Sed quia ibi non est plene determinatus modus, secundum quem ex materia generantur cor-

Tex.cõ.53.

pora prima, determinandum est hic quomodo generentur. F Ad horum enim manifestationem dicit sumēdum esse pro principio hoc quod dictum est, scilicet quòd est materia vna subiecta contrarijs, inseparabilis ab eis: quia semper est cum altero contrariorum: & hoc probat per hoc, quòd caliditas non potest esse materia frigiditatis, nec econuerso: sed oportet aliquid esse tertium, vt dicitur in duodecimo Metap. & in primo Phys. quòd est subiectum amborum contrariorum, & de vno transmutatur in aliud, & ideo Primum principium est id, quod est potentia corpus sensibile, & illud est materia iam dicta: Secundum vero principium sunt contrarietates qualitatum distinguentes & determinantes potentiam materię: verbi gratia caliditas, & frigiditas & huiusmodi. Tertium iam erit elementum cōstitutum ex his, puta ignis, vt aqua, vel huiusmodi, & alia elementa, quę transmutantur adinuicem, dum eorum communis materia mutatur de vna forma in aliam, vt de igne in formam aeris, & similr de aliis. Vnde non est verum quod Empe. dixit, & quidam alii, scilicet, quòd elementa non transmutantur: si. n. immutabilia sunt, vt quòd solū fuit ignis semper sic ignis, tunc nunquam esset generatio, nec alteratio: quod est manifeste falsum: quia secundum contrarietatem transmutantur: sicut videmus ad sensiam, q̄ eadem materia, quæ nunc est sub frigiditate aquæ, aliquando est sub caliditate aeris: & quod erat sub caliditate aeris, aliquando est sub caliditate ignis. Cum ergo huiusmodi qualitates consequātur formas substantiales elementorum, sicut effectus causam sequitur, dicendum quòd si fiat transmutatio ipsarum qualitatum, q̄ etiam fit transmutatio in formis substantialibus.

Tex.cō.10. & 12. Tex.cō.71. Tex.cō.7.

LECTIO II.

POstquàm Philosophus determinauit de principio materiali elementorum, hic determinat de principio formali. Et primo dat intentionem suam, secūdo prosequitur intentum. ibi ¶ Quoniam igitur quæ rimus. } Dicit ergo primo, quòd non minus debemus dicere de principio formali elementorum quàm de materiali. Et intelligo per formale principium ipsas sensibiles qualitates, potentiā materiæ, vel materiam distinguentes: secundum quas illa corpora, qualia sunt. Inquirit enim hic Philosophus principiū corporū sensibilium, inquantum sensibilia sunt, vt ipse dicit in littera. Si autē dicatur quòd velit inquirere principia formalia substantialia, tunc dicendum est, quòd quia formæ substantiales sunt nobis ignotæ, quia insensibiles: ideo per illas qualitates, quæ sunt immediata principia transmutationis substantialis, dat intelligere ipsa formalia principia substantialia: & ideo dicit, quòd etiam oportet dicere quales, & quot sunt istę qualitates. Ideo autem de illis determinare oportet, quia alii Philosophi non reddūt causam, quare sunt, sed tolum ex suppositione vtuntur eis. Deinde cum dicit.

b ¶ Prosequitur intentum: & circa hoc duo facit. Primo ostendit q̄ non omnes cōtrarietates sūt formę elementorum perfectiuę, sed solum tangibiles: secundo quòd non omnes tāgibiles, sed solū primæ: & ostendit quæ sunt primæ. ibi. ¶ Ipsorum autem tangibilium. } Dicit ergo primo, q̄ quia nos quærimus principia corporis sensibilis, & non omnis sensibilis, sed solum tangibilis, tangibile autem solum est sensus tactus: manifestum é quòd non omnes cōtrarietates faciūt speciem, siue corporis sensibilis, sed solum illæ quæ sunt sensibiles secūdum tactum: & ideo nec albedo, nec nigredo, nec dulcedo, & amaritudo, nec aliqua alia sensibilis qualitas, quæ non é tangibilis, facit elementa. Et huius causa est: quia non sunt primæ, nec actiuæ, nec passiuę adinuicē, cuiusmodi oportet esse principia primorum corporum, scilicet elementorum, & ideo non transmutāt ea, quæ tangunt, & propterea non valēt ad generationem & corruptionę elementorū. Deide cū dicit.

c ¶ Remouet quoddam dubium. Cum enim quæreret hic Philosophus formas per

G ipsæ, ceu calor & frigus. Postremo, ignis & aqua & quæ sunt eiusmodi: hæc enim in sese trāsmutari solent, nec res perinde habet, vt Empedocles & cæteri aßerunt. non enim esset alteratio. At contrarietates ipsæ transmutari in se non solent.

determinandum, & de his porro, Principium quidem & primum esse materiam, inseparabilem, atque subiectam contrariis antea supponamus. neque enim calidum materia est frigido, neque hoc calido, sed subiectum amborum. Quapropter primū quidem potentia corp̄ id, quod sensibile, principiū ē, secundum autem contrarietates. dico autem. v.g. caliditas, & frigiditas, tertio aūt neque ignis & aqua & talia. Hæc qdē transmutatur adinuicē, & non vt Empe. & alii dicūt, neque. n. esset alteratio. contrarietates autem non transmutantur.

LECTIO II.

H *Verum nihilo minus: & ut corporis sunt, qualia, & quot principia sint, dicamus oportet. Nam cæteri suppositis vtuntur, nec cur talia sint aut tot numero dicunt.*

Cum igitur corporis sensibilis, hoc est tangibilis, principia disquiramus, sensibile autem sit quod tactu sensum facit: constat non omnes corporis contrarietates, species & principia facere, sed eas solum, quæ sub tactum

I *cadunt, nam contrarietate, eaque tangibili differunt. Quocirca nec albor, nec nigror, nec dulcedo, nec amaritudo, nec item cæterarum quicquā contrarietatum, elementum facit.*

Atqui, visus tactu prior est: quare & quod ei obijcitur, prius erit. Verū non est corporis tangibilis affectio, quatenus tangibile existit, sed per aliud, quamquam natura prius est.

K sectiuas corporū elementorum, & cum visus sit prior tactu (& ideo obiectū visus sit prius obiecto tactus) potius videtur q̄ formæ perfectiuæ elementorū sint quærendæ penes differētias visus q̄ tactus. Sed hoc remouet dicens, q̄ quāmuis visus sit vno modo prior tactu, quia forma etiā dignitate prior est omnibus sensibus, & ideo obiectū visus prius é obiecto tactus: tamē qualitas, quæ est obiectū visus, non est corpus tangibile secundum q̄ tangibile: etiā si visum contingat esse secundū naturā primū: prior enim forma est, & dignitate, & sine omnibus sensibus. Et si est, vt dictum é & obiectū visus prius est obiectis aliorū sensuū, non tamē omne visibile, sed solū lumen siue lux: quia per ipsam mouet cælū materiā generabilū & corruptibilium ad omnem formā: tactus aūt subiecto prior est: quia subiicitur omnib⁹ sensibus, vt patet Secundo de Anima, & sine contrarietates sunt causę omnium contrarietatum: & hoc patet, quia nō sentimus secundū tactum, nisi id quod excellit secundū qualitates cōplexionatas medio tactus, quod est caro: & illæ sunt calidum, frigidum,

Tex.cō.17.

frigidum, humidum, & siccum, quarum nulla est in cælo: & A ideo cælum secundum naturam non est sensibile tactu, sed solū elementa, in quibus sunt quatuor qualitates, ex quibus fit cōplexio & tactus. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit quòd non omnes qualitates tangibiles sunt formæ perfectiuæ elementorum, sed solum primæ, actiuæ & passiuę sunt adinuicem. Et circa hoc tria facit. Primo diuidit qualitates tangibiles, Secundo, ostendit quòd solum hæ quatuor, scilicet calidum, frigidum, humidum, & siccum sunt actiuæ & passiuæ ibi. ¶ Horum autem. } Tertio ostendit quòd ipsę sunt primæ: quia ad ea omnes aliæ reducuntur ibi. ¶ Subtile autem & grossum. } Dicit ergo primo, q̄ diuidendæ sunt tangibiles qualitates, siue contrarietates, vt videamus quæ earum sint primę. Sunt autem contrarietates secundum tactum hæc, calidum, frigidum, humidum, & siccum, graue, leue, durum & molle, lubricum aridum, asperum lene, grossum & subtile. Rarum autem & densum, vt in Quarto Physic. dicitur, non sunt qualitates Physicæ, sed positio partium materiæ secundum propinquum, in denso: & secundum remotum, in raro. Deinde cum dicit:

Tex.cō.20. B Tex.cō.84.

Contrarietates secundum tactum septem.

Calidum } Frigidum }	Asperum } Lene }
Graue } Leue }	Grossum } Subtile }
Durum } Molle }	Humidum } Siccum }
Lubricum } Aridum }	

e ¶ Ostendit q̄ hæ solum quatuor qualitates sunt actiuæ & passiuæ adinuicem, & per consequens q̄ sunt formæ elementorum. Sed quia graue & leue sunt propriæ qualitates elementorum, de quibus possot videri q̄ essent ipsorum formalia principia, ideo primo dicitur, quòd non sunt actiua nec passiua & hoc declarat per modum significandi modum ipsorum: quia non significant actionem vel passionem, cum non sint nomīa verbalia; cum autem elementa misceantur & trāsmutentur adinuicē, oportet q̄ sint actiua vel passiua: talia autem esse non possunt, nisi per formalia sua principia. Ex his igitur manifeste sequitur, quòd nec graue nec leue sunt formalia principia elementorum. Deinde cum dicit.

Tex.cō.8.

Tex.cō.9.

f ¶ Ostendit quòd hæ quatuor qualitates, scilicet calidum & frigidum, humidum & siccum, sunt actiuæ & passiuę. Et primo ostendit hoc de calido & frigido, dicens, quòd calidū & frigidum sunt actiua, humidum & siccum sunt passiua. Sic dicuntur, ideſt sic consignificant eorum nomina: & hoc præcipue secundum græcos,

Tex.cō.10.

d Primum autem diuidendæ sunt ipsorum tangibilium differentię & contrarietates. Sunt autem contrarietates secundū tactum hę, calidum & frigidū, humidū & siccū, graue & leue, durū & molle, lubricū & aridū, asperū, & lene, grossū & subtile.

e Horum aūt graue quidem & leue neq; actiua, neq; passiua: non. n. in faciendo aliqd aliud, neq; in patiendo ab alio, dicūtur. Oportet aūt actiua inuicē & passiua esse elementa, miscē tur. n. & trāsmutantur inuicē.

f Calidum enim & frigidū, humidum & siccum, hæc quidem q̄ actiua sunt, hæc aūt quia passiua, dicuntur. Calidum. n. est, quia cōgregat homogenea. Segregare. n. quod inquiūt facere ignem, est homogenea cōgregare: cōtingit. n. eximere aliena. Frigidum aūt quod cōiūgit & cōgregat similiter & homogenea & ęterogenea: hūidū. n. indeterminatū, pprio termino, bene terminabile ē alieno. Siccum autem bene terminabile proprio termino, difficulter aūt terminabile alieno.

g Subtile autem & grossum, lubricum & aridum, & durum, & molle, & alię differentiæ ex

Porro ipsorum tāgibilium qualesnam sint primæ differentiæ, & contrarietates, distinguamus oportet. Sunt autem tangibiles contrarietates, hæ, calidum, frigidum, siccum, humidum, graue, leue, durum, molle, uiscosum, aridum, scabrum, glabrum, crassum, tenue.

Ex quibus graue et leue, neque actiua sunt, neque passiua. non enim quod alterum quippiam agat patiaturue ab altero, dicuntur. At elementa ipsa inter se mutuo actiua sint, & passiua, oportet: nam miscentur, & in sese uicissim mutantur.

Calidū aūt frigidumq; & humidū ac siccū, illa quidē q̄ actiua sint, hæc uero q̄ passiua, dicuntur. Calidum. n. est, quod ea cōgregat quæ eiusdē sunt generis. Nam segregare (id quod ignem facere aiunt) est cognata, & quæ eiusdem sunt generis congregare. accidit enim, ut aliena eximat. Frigidum uero, quod ex æquo cogit ac congregat tamque eiusdem generis, quàm quæ diuersi. Humidum autem quod cum facile terminos suscipiat, proprio non definitur: Siccum uero, quòd proprio termino belle definitur, alieno ægre.

Tenue autem et crassum, uiscosum & aridum, durū & molle, & cæteræ differentiæ, ex bisce sunt, nam cum

quia sequitur vndique tangens ipsum, eo quòd fluit vsque ad ipsum tangens. Subtile autem repletiuum, eo quòd ipsū subtilitate, quodlibet minimum subintrat. Vnde manifestum est quòd subtile est effectus humidi, per oppositum autem grossum erit effectus sicci. Grossum autem est, cuius partes feculentæ nō disiunguntur, & excedit capacitatem eius quod natum ē repleri. Sed videtur quòd hæc ratio Philosophi non valeat, cum hæc ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Dicit enim humidum est repletiuum, subtile repletiuum, ergo subtile est humidum. Sed est dicendum, quòd cum in quolibet genere fit deuenire ad vnum primū, quod est causa sequentiū, vt dicit secūdo Meta. oportet quòd in genere repletiuorū sit vnum primum, quod per se sit repletiuum, & a quo alia replentia participāt: tale autem est primū humiduni, quod supra definitum est. vn de licet ratio Philosophi non teneat ratione ordinationis terminorum in figura, valet tamen ex habitudine causę & effectus. Deinde cum dicit.

Tex.cō.15. Tex.cō.14. Tex.cō.12. Tex.cō.4.

h ¶ Re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

h ¶ Reducit aliam contrarietatem ad prædictas quatuor qualitates, scilicet lubricum & aridum, dicens, quòd lubricum reducitur ad humidum: quia lubricum est humidum aliquid passum. Cum enim humidum patitur commistionem subtilis terræi, & est vnctuosum, tunc fit lubricum: quia substantiale terreum sibi commistū nō sinit separari partes eius sicut apparet in oleo & aliis vnctuosis. Aridum autem est, quod est perfecte siccum, non retinens nec subtile terreum, nec etiam humidum vnctuosum: & ideo quæ coagulātur, calido primo humiditatem propriam extrahēte, postea vero frigido faciēte partes constare sibi, coagulantur. Deinde cum dicit.

Tex.cō.11.

i ¶ Reducit tertiam contrarietatem, scilicet molle & durum dicens, quòd molle est effectus humidi. Molle enim est quod cedit tangenti. Differt tamen ab humido: quia humidū transmutat tangens, quia humectat, sed molle inquantum tale non transmutat tāgens. Et ideo molle non est humidum, sed est effectus humidi. Durum autem reducitur ad siccum, sicut effectus ad suam causam. Durum est enim quod tangenti non cedit, quia est coagulatum: coagulatum autem est effectus sicci, vt prius dictum est. Deinde cum dicit.

Tex.cō.12.

Tex.cō.14.

k ¶ Distinguit humidum & siccum, dicens, quòd siccum & humidum dicuntur multis modis. Est. n. quoddam humidum quod habet humiditatem in profundo: & hoc potest esse duplicitер. Quia si habet propriam humiditatem, quemadmodum vua, proprie dicitur humidum: si autem habet extraneā, sicut spōgia, dicitur humidum infusum. Est est quoddam humidum, vel vdum secundum aliam literam, quod habet humiditatem in superficie, quod Commētator nominat irroratum, & omnibus istis modis elementum humidum opponitur sicco. Sed sciē dum etiam, q̄ multipliciter dicitur siccum: vno enim modo dicitur siccū, cor-

Tex.cō.15.

his sunt. Quoniam enim repletium est humidum, quia non est terminatum quidem, bene autem terminabile est ens, & sequitur tangentem. Subtile autē repletiūm (subtilium. n. partiū & paruarū partiū repletiuū) totum. n. totū tāgit. subtile aūt maxime tale: manifestū autem quoniam subtile quidem erit humidi, grossum autem sicci.

h Et rursus lubricum quidem humidi. Lubricum enim aliquid humidum passum est, velut oleum Aridum quidem sicci. Aridum enim est perfecte siccum: quapropter & concretum est propter defectionem, propriæ humiditatis.

i Amplius, molle quidem humidi: molle enim est quod cedit in seipsum, & non transmutans quidem, quod facit humidum. Ideo enim non est humidum molle, sed molle humidi, durum autem sicci. Durum enim est quod coagulatum est, coagulatum autem siccum.

K Dicuntur aūt siccū & humidum multifariam. opponitur autē sicco & humidū, & vdum, & rursus humido, & siccū, & coagulatū. oīa autē hæc sūt sicci & humidi. quæ prima dicta sunt. Qm̄. n. & vdo opponitur siccū, & udū quidē est qđ habet alienā humiditatē in superficie. Infusum autem quidem qđ in profundo: siccum autem est quod priuatur hac, manifestū est qm̄ vdū erit humidi: oppositum autem siccum, primi sicci. Rursum autē humidum & coagulatum similiter. Humidū enim est, quod habet propriā humiditatem in profūdo. Coagulatum autem quod priuatur hac. Qua propter & horū erit, hoc quidem sicci, hoc autem humidi. Manifestū igitur quoniam omnes aliæ differentiæ reducūtur ad primas quatuor.

l Hę aūt nō ampli' in pauciores. Neque. n. calidum est id, quod siccum, aut quod humidū est. neq; humidū quod calidū, aut quod frigidū. neq; frigidū quod siccū, neq; sub inuicē,

pus grossum & aridum in superficiē, & hoc proprie opponitur humido in superficie: alio autem modo dicitur siccum coagulatum, quod non habet humiditatem in profundo, & huic sicco proprie opponitur humidum infusum. Omnia autem hęc scilicet, humidum istis modis dictum, & siccum aridum, & siccum coagulatum, sunt effectus primi humidi & primi sicci. De aspero autem & leni non facit Philosophꝰ mentionē: quia manifestum est quòd ad illas quatuor reducūtur. Asperum enim est quod habet sicciatem in superficie, quæ inæqualiter partes eius constare facit: lene autem in superficie habet humorem, qui æqualiter facit fluere partem ad partem. Et ideo vnū horum est effectus sicci, scilicet, asperum & aliud est effectus humidi, scilicet, lene. Concludit igitur ex prædictis manifestū esse quòd omnes aliæ differentiæ tangibilium qualitatum ad illas quatuor reducūtur. Deinde cum dicit.

l ¶ Ostendit quòd illæ non reducuntur ad alias, nec in pauciores, nec ad seinuicem, quia calidum non est siccum: ita quòd caliditas sit frigiditas quædam, vel effectus eius. Nec frigiditas est caliditas, vel siccitas, vel humiditas quædam. Nec humiditas est caliditas, vel frigiditas. Nec frigiditas est siccitas, nec calidum est frigidum vel econuerso, sicut sub causa. Nec etiam frigiditas & caliditas sunt sub humido & sicco, vel econuerso. Necesse é igitur has quatuor qualitates esse primas. Sed videtur hoc non esse verum: quia in Primo Mete. dicitur, quòd stellæ per motum suum, & per reflexionem radiorum causant calorem in istis inferioribus, & maxime Solis & ita videtur quòd non omne calidum sit effectus primi calidi: cum ipsæ stellæ non sint calidę, nec per tales qualitates effectiæ calidæ. Saturnus etiā dicitur causare frigiditatem in aere: & ita non omne frigidum erit effectus primi frigidi. Ad quod dicendum est, q̄ Philosophus hic

quod repletiuum existū ad humidum ex eo pertineat, quia non sit definitum, sed prompte terminari possit, & sequatur id quod ipsum tangit, tenue autem sit repletiuum (nam parua rum est partium, & quod est eiusmodi, replitiuum est. totum enim totum tangit, tenue autem maxime est tale) tenue sub humido, & crassum sub ficco fore constant.

Rursum, uiscosum ab humido comprehendetur. nam uiscosum, humidū cum quadam affectione existit, uelut oleum. Aridum autem a sicco. Aridum enim est, quod perfecte siccum est, adeo ut ob humiditatis defectum, etiam concreuerit.

Insuper molle, humidum comitari solet, & durum siccum. Molle enim est, quod in se se refugit, cedit que & non resistit: id quod humidum facere assolet. Quamobrem & humidum molle non est, sed molle sub humido, & durum sub sicco collocatur. Durum siquidem est, quod concretum seu congelatum est, quod autem est concretum, siccum est.

Porro siccum & humidum multis dicuntur modis, nam & humidum & madens sicco aduersantur, & rursus siccum & concretum, humido. hæc autem omnia ad humidum & siccum, quæ prima dicta sunt, attinent. Nam cum madenti siccum aduersetur, & madens sit quod superficietenus extrariam admissit humiditatem, & humectum quod introrsus, siccum autem id quod hac uacat: madens sub humido, & ei oppositum siccum. sub primo sicco fore constat. Rursum humidum & concretum eodem modo. humidū. n. est, quod in penitore parte propriā habet humiditatem, concretum uero, quod hac priuatum est. Et proinde ex hisce, alterum humidi, alterum sicci erit. Constat igitur, cæteras omnes differentias ad quatuor primas.

Et has non amplius in pauciores reduci. neque enim calidum, ideſt quod humidum, aut quod siccū est, neque humidū, quod calidum, aut quod frigidum est, neque frigidum & siccū subalterna sūt, neq; sub calido & humi

Cap. prio.

hic loquitur de qualitatibus actiuis & passiuis adinuicem, inter quas sunt prædictæ quatuor qualitates, vt ostensum est. Qualitatem aute stellarum, puta lux vel aliqua alia virtus earū, licet causaret in illis inferioribus aliquam qualitatem, non tamen ab eis patiuntur cum eorum substantia non communicet in materia: vt dicitur in duodecimo Meta. & ideo cessat obiectio.

Tex.cō.10.

LECTIO III.

Ostquàm Philosophꝰ determinauit de principiis elementorū, s. de materiali & formali, hic determinat de numero eorū: & circa hoc duo facit. Primo determinat de numero eorum: secundo, cum i quolibet elemēto sit duæ qualitates, ostendit in quolibet, quæ qualitas dominet in eo. ibi. ¶ Sed tñ simpliciter quatuor entia. ¶ Circa primū duo facit. Primo probat numerū elementorū: secundo confirmat dictum suū, per opiniones aliorū. ibi. ¶ Oēs. n. quidē qui simplicia corpora. ¶ Ad euidentia primæ partis sciendum est, q̄ elementum cōiter sumptum potest dici oē quod venit in cōpositionem alicuius. Est. n. elementum ex quo cōponitur aliq̄d primo, & est in eo, vt dr in Quinto Meta. Secundum hoc ergo sumendo cōiter elementum, ipsæ primæ quatuor qualitates possunt dici elementa, cū ex ipsis, vt dr in litera, componantur sex coniugationes. Vel aliter. Quia alio mō dicunt elementa primæ propositiones demōstrationis, ex quarū virtute procedunt cæteræ demōstrationes, in quas, omnes p positiones aliæ reducuntur. Ad horū ergo similitudinē ipsæ primæ tagibiles qualitates possūt dici elementa: q̄ oēs aliæ, vt ostensum est, sunt effectus earum, & in eas cæteræ reducuntur. Dicit ergo primo Philosophꝰ. Cū sint quatuor elementa, i. quatuor tāgibiles qualitates, & nō quatuor simplicia corpora, vt quidam exponunt, nondum n. probatum é numerus earū: quatuor aūt qualitatū sint duæ coniunctiones. s. calidū & frigidū, siccū & humidū, quæ sunt duæ impossibiles cōiugationes, quia impossibile est contraria esse in eodē manifestū est quòd solum reliquę quatuor cōiugationes erunt possibiles, scilicet calidum & siccum, calidum & humidum, frigidum & humidum, frigidum & siccum. Et hoc quod dictum est secundum hanc rationem, assecutum est, ideō conuenit ens est, his quę apparent in sensibus corporibus, scilicet in igne, aere, aqua, & terra. Ignis enim est calidus & siccus, & ita constituitur per primam coniugationem: Aer calidus & humidus, per secundā: Aqua frigida & humida, per tertiam: Terra frigida & ficca, per quartam. Et sic primæ differentiæ qualitatum rationabiliter distribuuntur primis corporibus, scilicet quatuor elementis, & oportet quòd multitudo primorum corporum sit secundū prædictam rationem: quia scilicet, primæ qualitates non possunt aliū quadrupliciter combinari. Deinde cum dicit.

Tex.cō.16. Tex.cō.23.

Tex.cō.4.

Combinationes possibiles quatuor.

.1.Ignis.	Calidum. Siccum.	Calidum. Humidum.	Aer. 2.
.3.Aqua.	Frigidum. Humidum.	Frigidum. Siccum.	Terra. 4.

Combinationes impossibiles duæ.

.1. Calidum & Frigidum.
.2. Humidum & Siccum.

neq; sub calido & humido sūt. quapp necesse quatuor eē has.

B

LECTIO III.

Voniam autē quatuor sunt elementa, eorum autem quatuor, sex cōiugationes sunt, contraria autē non innata sunt coniungi. (Calidum. n. & frigidum esse idē, & rursus humidum & siccum, impossibile:) manifestum est, quoniam quatuor erunt elemētorum cōiugationes: calidum & siccū, calidum humidum, & rursus frigidum & humidum, & frigidum & siccum. Et assecutum est hoc secundū rationem simplicibus apparentibus corpibus: igni, & aeri, & terræ, & aquæ. Ignis enim calidus & siccus, Aer autem calidus, & humidꝰ (vel ut euaporatio n. aer) Aqua aūt frigida & hūida, Terra aūt frigida & ficca vt rōnabiliter distribuātur dr̄iæ primis corporibꝰ, & multitudo eorum sit secundum rationem.

C

D

b Omnes enim quidem, qui simplicia corpora elementa faciunt, hi quidem vnum hi aūt duo, hi aūt tria, hi autem quatuor faciunt. Quicunq; quidē igitur vnū dicūt solum, deinde densitate, & raritate alia generāt, his cōtingit duo facere principia & rarū & dēsū aut calidū & frigidū: hæc. n. actiua, vnum

Omnes enim, & qui simplicia corpora elemēta faciūt, aly unū, alii duo, aly tria, aly quatuor eē uolūt. Quāpropter igitur tantum unum esse dicunt, deinde densitate & raritate cætera generāri, hisce duo principia facere, rarum, inquam, & densum, aut calidum & frigidum accidit, hæc enim opificis munus obeūt: unū aūt subuci solet, sicuti materies. Qui uero cōtinuo duo ut

Vm autem elemēta sint quatuor, & eorum quæ sunt quatuor sex sint copulæ, contraria autem simul copulari non possint (calidum enim & frigidum, & rursum siccum & humidum idem esse, est impossibile) constat quod elementorū copulæ quatuor erunt, nempe calidum & siccum, calidum & humidum, rursum frigidum & siccum, frigidum & humidum. at; hæc, corpora ea, quæ simplicia uidentur esse, ignem, inquam, aerem, aquam, & terram secundum rationem comitari ac sequi solent. Nam ignis calidus siccusque est. Aer uero, frigidus & humidus (nam aer, ut lus uapor est.) Aqua frigida humidaque. Terra frigida at ue sicca. Vnde fit, ut differentiæ illæ non imuria primis corporibus distribuantur, & iuxta rationem eorum numerum conflet.

E

b ¶ Confirmat qđ dixit per opinionem antiquorum. Duo autem dixit Philosophus. Primum é, quòd elementa non sunt plura quàm quatuor. Secundum é, quòd ipsa agūt & patiuntur per differentias contrariarum tagibilium qualitatū, in quibus duobus cōcordat quodammodo cum antiquis: vt dicit, quòd omnes antiqui, qui dicunt elementa simplicia corpora, conueniebant hoc, quòd non excedunt quaternarium numerū: differunt tamen, qa quidam dicunt primum elementum esse tantum vnum, qui dam dicunt elementa esse duo, quidam tria, quida quatuor. ergo in hoc concordat cum antiquis, q̄ quaternarium numerum non transcendunt: concordat etiā cum eis in secundo, quia dicunt ipsa elementa, siue vnum, siue plura pati per contrarias qualitates. Quicunque. n. vnum solum dicunt elementum, dixerūt alia generari ex ipso densitate & raritate, quæ sunt contrariæ qualitates: illi ergo dixerunt duo principia præter elementum ipsum, quod dicebant esse quandam mediam naturā corpoream subtilioremaere, & densiorem igne: ex quo per densitatem & raritatem ex eo alia generari, vel per calidum & frigidum, per frigidum quidem condensans, per calidum autem rarefaciens: hæ enim qualitates, cum sint contrariæ, agunt & patiuntur adinuicem: vnum autem, scilicet prædictum elementum, supponitur eis sicut materia. Qui autem duo faciunt, vt Parmenides, qui ponit ignem & terram esse elementa, ponebant etiā inter ea duo media, scilicet aerem & aquam, quæ dicebant fieri ex illis duobus per rarum & densum: quia quando rarefit terra generatur aqua, quando autem condensatur ignis, generatur aer: vnde iste etiam ponebat ea pati per contrarias qualitates, & in hoc conuenit cum Philosopho. Similiter et autem & qui dicunt tria esse elementa, ponunt duo extrema contraria, & vnum medium, sicut Plato in suis dialogis nibus, vbi dividit elementa. Ponit enim vnum ex parte formæ: & magnum & paruum, quæ sunt contraria, ex parte materiæ. Dicit etiam quoddam medium esse mistum ex magno & paruo. Fere autem dicunt idem qui ponunt duo

principia, & ponentes terram: vtrique enim ponunt duo extrema: & differunt, quia ponentes duo elementa, sicut Parme. ponunt duo media, ponentes autem terram, ponunt vnum medium. Deinde cum dicit.

Tex.cō.18. Vide Prio Physi. tex. com. 14.

Tex.cō.19.

Tex.cō.20.

Tex.cō.21.

Tex.cō.22. Lege. 1. Librum Met. Lec. 40. & lib. 4. t. 173. Ité t. 28. huius 2. libri.

Tex.cō.23.

¶ Ponit specialiter opinionem Empedoclis, & eam declarat

autem supponitur, veluti materia. Qui autem mox duo faciunt, vt Parmenides, ignem & terram, inter media misturam faciunt horum, puta aerem & aquam. Similiter autem & qui tria dicunt, quemadmodum Plato in diuisionibus. medium enim misturam facit, & fere eadem dicunt & qui duo & qui tria dicunt, præterquam, quòd hi quidē incidunt in duo media, hi aūt vnū solum faciūt.

c Quidam autem & mox quatuor dicūt, vt Empedocles. congregat aūt & hæc in duo: igni enim omnia alia contraponit. Non est aūt ignis & aer & vnūquodq; prædictorū simplex, sed mistum. Simplicium autē, talia quidem sunt nō tamē eadē. v.g. quod est igni simile, igneū, non ignis, & quod aeri, aereum, similiter autem & in aliis. Ignis autem est superabundantia caliditatis, quemadmodum & glacies frigiditatis. Coagulatio quidem, & arsio superabundātiæ quædam sunt, illa quidem frigiditatis, hæc autem caliditatis. Si igit glacies est coagulatio frigidi & humidi, ignis erit arsio calidi & sicci: ideo nihil ex glacie generat neque exigue.

d Entibus autem quatuor simplicibus corporibus, vtrumque duorum locorum est vtriusque ignis & aer, eius qui ad terminum fert: aqua aūt & terra eius qui ad medium. Et extrema qdē & sincera ignis & terra, media autem mista magis nimirū aqua & aer. Et vtraque vtriusque cōtraria, igni quidem enim est contraria aqua, aeri autem terra hæc enim ex contrariis passionibus constituta sunt.

e Sed tamē, cū simpliciter quatuor sint, vnius vnumquodque est. Terra. n. sicci magis quàm frigidi, Aqua autem frigidi magis quàm humidi, Aer autem humidi magis q̄ calidi. Ignis autem calidi magis quàm sicci.

sint quatuor simplicia corpora, vt probatū est, videtur q; oportet ponere quatuor loci differentias, quæ ipsis corporibus aptantur. Hanc ergo remouet dicens, q; cum sint quatuor simplicia corpora, vnumquodq; ipsorū est alterius duorum priorum locorum, i. loci furium & loci deorsum: hæc. n. sunt primæ differentiæ loci, vt dicitur in Secūdo de Cælo: & ideo dicit hic priorū duorū. Ignis enim & aer sunt illi⁹ loci, qui est ad terminum sursum. Terra aūt & aqua sunt illi⁹ loci, qui est deorsum nō pariter: sed extrema sunt magis sincera: sicut ignis, qui est simpliciter leuis, ió simpliciter fertur sursum: terra vero simpliciter deorsum, qa simpliciter grauis. Sed media elementa vtroq; participant: aqua. n. leuis est i terra, & grauis est in aere, & in igne: cum ergo aqua plus habeat de grauitate, q̄ de leuitate, magis cōmunicat cum terra: & ió vtriq; datur locus: similiter aūt de aere & igne. Addit aūt ad hoc, q; constituta sunt ex contrariis quatuor passionibus & primis, ex quibus gravitas & leuitas causatur, & cæteræ tangibiles qualitates. Deinde cum dicit.

Tex.cō.8.

Parmenides ignem & terram, faciunt quæ inter hæc media sunt æru aerem & aquā, horum misturas esse astruunt, Eodem modo & qui esse tria inquunt, quemadmodum Plato in diuisionibus. medium siquidem misturam congeriemque facit. Atque eadem fere dicunt, qui duo. & qui tria faciunt: verum illi medium in duo secant, hi uero unum faciunt medium.

Porro nonnulli statim quatuor esse aiunt, ut Empedocles, Cogit autem & hic illa, in duo, nam igni cætera omnia contraponit. Ignis autem & aer unumquodque eorum quæ dicta sunt, haudquaquam simplex est, sed mistum. Quæ uero sunt simplicia, talia quidem sunt, non tamen eadem ut q̄ igni simile est, igneum non ignis: & quod aeri, aereum, non aer existit. Simili modo, & de cæteris quoque dicendum est. Ignis etiam, caloris est excessus, perinde ut glacies, frigoris. Nam congelatio & fervor, excessiones quædam sunt, illa quidem frigoris, hæc uero caloris. Igitur si glacies, humidi & frigidi congelatio sit; & ignis calidi & sicci feruor erit. quamobrem, nec ex glacie igni quicquam, nec ex igni potest.

Cum autem simplicia corpora sint quatuor, e duobus utrumque, utriusque locorum est. Ignis enim & aer, eius qui ad superficiem terminumque uergit, terra uero & aqua, eius qui ad medium. Atque ignis & terra extrema quidem sunt et synceriora, aqua uero & aer, media & mista magis. Et utraq; etiam utriusque cōtraria sunt, nam igni aqua, aeri uero terra aduersatur. hæc enim contraria affectibus constant.

Verum enimuero, cum simpliciter quatuor sint quandoque unius est. Terra siquidem sicci potius est quàm frigidi. Aqua uero, frigidi magis quàm humidi: Aer, humidi magis quàm calidi. Ignis, calidi magis quàm sicci.

Tex.cō.24.

Tex.cō.25.

Tex.cō.46.

Tex.cō.35.

Tex.cō.31.

Tex.cō.52.

mouetur siccitas, quæ non est aliud quàm humiditatis priuatio: alia causa est caliditas humiditatem consumens: manifestum autem est, quòd motus cansat calorem in eo, quod potest calefieri: necesse ergo est in materia illa, maxime profundes, quæ

quæ semper est iuxta velocissimum motum: hæc autem est materia ignis: vnde ignis est calidissimum omnium calidorum, vt dicitur Secundo Meta. potentior autem est ignis caliditas ad consumendum humidū, quàm terræ frigiditas: & iccirco ignis ficcior est quàm terra. Vlterius autem, cum virtus mouentis sit minor in remoto, q̄ in propinquo, min⁹ calefacit motus cæli materiam aeris, immo. q. minime. Remanebit ergo humida magis quàm calida. Non tamen magis quàm aqua, quia in aqua est frigiditas facies ad se fluere humidum: caliditas autem aeris non facit ad se fluere humidū: & ideo aqua est magis humida q̄ aer: sē fu enim sensibilia iudicamus: manifestū est autem omnibus habētibus sensum tactus, quòd aqua humidior ē quàm aer. Est tamen & minus frigida quàm terra: quod sic patet. Frigiditas enim causatur ex distantia ab orbe, sicut caliditas ex propinquitate: cum ergo inter cætera elementa terra magis distet a cælo, necessario sequitur quòd terra frigidissima sit inter omnia elemēta.

A

B

LECTIO IIII.

Postquàm Philosophus inquisiuit numerum elementorū per formalia principia ipsorum, hic determinat de generatione & corruptione ādinuicem, & vniuersaliter tam de generatione simpliciū, quàm mistorum: & circa hoc duo facit. Primo ostēdit de generatione elementorum adinuicē & cōpositorum ex elemētis: secundo de causis generatiōis & corruptionis ibi. ¶ Quia vero sunt quędā generabilia. ¶ Circa primum duo facit. Primo determinat de generatione elementorum adinuicem: secundo de generatione compositorum ex elementis ibi. ¶ Ex elementis aūt ex quibus. ¶ Circa primum duo facit. Primo determinat de transmutatione mutua elementorum secundum opinionem propriam: secundo reprobat opiniones aliorum ibi. ¶ Quoniam autem quæ transmutantur. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit quo modo elementa ex inuicem generantur: secundo quòd habent vnam materiam susceptiuam existentem in potentia, non actu ibi. ¶ Sed tamen adhuc. ¶ Circa primum duo facit. Primo ponit quod intendit, secundo prosequitur intentum ibi. ¶ Quoniam quidem igitur omnia. ¶ Dicit ergo primo, quòd quia determinatum est hic, & in 3ertio libro de Cælo & Mundo, quòd corpora simplicia, scilicet elementa adinuicem generantur: & cū hoc etiam ad sensum videmus, ipsa sunt adinuicē generata: qa

LECTIO III.

Voniam autem determinatū est priⁿ quòd simplicibus corporibus ex inuicem generatio: simul autem, & secundum sensum videntur generata (Non enim esset alteratio. Secundū tactus enim passiones alteratio est.) dicēdum quis modus adinuicem transmutationis. Vtrum omne ex omni generari possibile sit, aut hoc quidem possibile, hoc aūt impossibile.

b Quoniā quidem igitur omnia innata sunt adinuicē transmutari, manifestum est. generatio quidem enim icontraria, & ex contrariis: elemēta autē omnia habent contrarietatem ad inuicem, quia differentiæ contrariæ sunt. sed his quidē enim ambę cōtrariæ. v.g igni & aquę hoc enim calidum & siccum, hęc autem frigida & humida: his autem altera solum, verbi gratia, aeri, & aquæ, hic enim calidus & humidus, hęc autem frigida & humida. Quapropter vniuersaliter quidem manifestum, omne ex omni generari natum est.

C

D

c ¶ Iam autem secundum vnum quodq; non est difficile videre quō omnia ex omnib⁹ fiāt. Differt aūt in citius & tardius, & facilius & difficilius. Quęcūq; enim habēt symbolū adinuicē, velox horum est transmutatio: quæcunque aūt non habēt. tarda. quia facilius est vnū quàm multa trāsmutare. v.g. ex igne quidem enim erit aer, altero transmutato. hoc enim erat calidum, & siccum, hoc autem calidū & humidum: quapropter,

E

LECTIO IIII.

Vm autem prius sit definitum simplicia corpora mutuam subire generationem & ea inuicem per gigni ad sensum u dean tur (nam alioqui non esset alteratio: quippe cum ea, in rerum tangibilium affectibus sita sit) quisnam mutuæ generationis sit modus, & utrum quod uis ex quouis gigni possit, an aliqua, & aliqua non, dicendum uidetur.

Quòd igitur uniuersa in seinuicem transmutari nata sint, palam est. nam generatio in contrarium, & e contrario fit. Omnia autem elementa inter se contrarietatem ex eo habent, quia differentiæ ipsæ contrariæ sunt. Nam aliis, ceu igni & aquæ, ambæ sunt contrariæ, Ille enim calidus siccusque est, hæc uero humida & frigida. Aliis uero, ut aeri & aquæ, altera solum: nam ille quidem humidus calidusque est, hæc uero frigida & humida. Quare, in uniuersum quidem patet, quoduis e quouis gigni natum esse.

Iam uero quo pacto ex omnibus, omnia fiant, singulatim percipere haud quaquam est difficile. Differēt tamen. nam celerius & tardius, item facilius difficiliusque alia aliis transmutationem subeunt. Quæ enim symbolum inter se habent, horum celeris est migratio: quæ uero non habent, tarda: quod facilius fit unum quàm multa mutari. uerbi causa, ex igne fiet aer, altero mutationem subeunte. nam ille quidem calidus, siccusque est, hic uero calidus & humidus: quare, si siccitas uincatur ab humiditate,

Tex.cō.27.

c ¶ Determinat de generatione ipsorum magis in speciali. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo vnum elementum generetur ex vno: secundo quomodo vnum generetur ex duobus ibi. ¶ Si autem vniuscuiusque. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit quæ sunt quæ faciliter & cito adinuicem transmutantur: secundo quæ sunt quę tardius & difficulter ibi ¶ Ex igne aqua. ¶ Dicit ergo primo, quod licet omnia elementa in hoc conueniant quòd quodlibet ex quolibet generatur: differunt in hoc, quòd quædam ipsorum facilius & citius, & quædam tardius & difficilius ab inuicem transmutantur. Quæcūque enim habent symbolum, idest conuenientia in aliqua qua litate, citius & facilius transmutantur adinuicem: illa vero, quæ in nulla qualitate conueniunt, tardius & difficilius: & ratio huius est, quia cum ea, quæ habent symbolum, transmutantur, nō

est necesse transmutari nisi tantum alteram qualitatem: quando vero ea quæ transmutãtur adinuicem in nulla qualitate conueniunt, vtramque qualitate m necesse est transmutari: facilius autem est vnum transmutari q̃ plura. Vlterius autem exemplificat dicens, q̃ ex igne potest fieri aer solum altero transmutato. Siccor enim ignis est calidus & siccus, aer autẽ calidus & humidus: si ergo siccum ignis per dominium humidi corrumpat, remanet calidum & humidum, & sic erit aer. Item etiam ex aere potest fieri aqua, si per dominium frigidi caliditas aeris corrumpatur. Eodem modo ex aqua terra, & ex terra ignis: habẽt enim ambo conuenientiam ambobus. Aqua enim est frigida & humida, terra vero frigida & sicca: & ideo dominato humido, i. si humidum aquæ corrumpatur per dominium sicci: generabit terra ex aqua: passiue.n. legitur ly dominato. Itẽ vero, quia ignis est calidus & siccus, terra vero frigida & sicca: si corrũpatur frigiditas terræ, generabitur ignis ex terra. Et ideo concludit, manifestum esse, q̃ cum quodlibet generetur ex quolibet, vt ostensũ est, q̃ generatio simplicium corporũ erit circularis: & prædictus modus transmutationis est facilis: quia habent symbolũ in altera qualitate. Dubitatur aũt de hoc quod hic dicit Philosoph⁹.

Dicit enim quòd cũ elementa quæ habẽt symbolũ transmutatur, remanet vna qualitas: sicut quãdo ex aere fit aqua, remanet humiditas: & sic videtur quòd corrupto subiecto remaneat accidens, quod est impossibile. Ad quod dicendum, q̃ illud accidens siue illa qualitas non remanet eadem numero, sed eadem specie.

Sed adhuc videt dubium remanere: qa non videtur q̃ propter hoc talis transmutatio debeat esse facilior, cum oporteat corrũpi ambas qualitates, sicut in transmutatione non habẽtium symbolũ. Ad huius ergo euidẽtiam considerãdum est, quòd qualitates elementorum causantur ab ipsis formis substantialibus ipsorum. Illa ergo elementa, quę maioré conuenientiam habẽt in qualitatibus, necessario habẽt maiorem conuenientiã in formis substantialibus, & per consequens in dispositionibus materiæ facilius adinuicem transmutantur. Et licet oporteat ambas qualitates corrumpi, tamen, quia qualitas symbola minus resistit, immo nullo modo contraria vero resistit, ideo facilior est transitus. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit quæ sunt illa, quę tarde, & difficulter adinuicem generentur: & dicit, quòd sunt illa, quæ non habent symbolum: sicut ignis & aqua, terra & aer: & inducit rationem quæ patet in litera. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.26.

Tex.cõ.27.

Ex duobus elementis summe contrariis tertium generari potest.

Ex aere } Ignis Et terra } Corrupto { Humido / Frigido

Ex aqua } Aer Et igne } Corrupto { Frigido / Sicco

Ex aere } Aqua Et terra } Corrupto { Calido / Sicco

Ex aqua } Terra Et igne } Corrupto { Humido / Calido

si dominabitur siccũ ab humido, aer erit. Rursus aũt ex aere aqua erit, si dominabit calidũ a frigido: hoc quidem.n. fuerat calidũ, & humidũ, hoc aũt frigidũ & humidũ: quapropter trãs mutato calido, aqua erit. Eodẽ modo & ex aqua terra, & ex terra ignis: habent.n. ambo ad ambo symbola: aqua quidẽ humida & frigida, terra aũt frigida & sicca, quapropter dominato humido terra erit. Et rursus ignis, quoniã calidus & siccus, terra aũt frigida & sicca, si corrumpatur frigidũ, ignis erit ex terra. Quapropter manifestũ q̃ in circuitu erit generatio in simplicibus corporibus: & facilis hic modus trãsmutationis, quia symbola insunt his, quę ordinata inter se sunt.

d Ex igne aũt aquam, & ex aere terram, & rursus ex aqua & terra aerẽ & ignem contingit quidẽ generari, difficilius aũt, quoniã pluriũ est trãsmutatio. Necesse.n. si erit ex aqua ignis, corrũpi frigidũ & humidũ. Et rursus si ex terra aer, corrumpi & frigidũ, & siccũ. Similiter autẽ si ex igne & aere, aqua & terra, necesse.n. ambo trãsmutari: hęc qdẽ igit gñatio tardior ẽ.

e Si autẽ vniuscuiusque alterũ corrumpetur facilis quidẽ, nõ adinuicem aũt erit transmutatio. Sed ex igne quidem & ex aqua erit terra & aer: & ex aere & terra, ignis & aqua. Quando .n. aquę frigiditas corrũpetur, ignis aũt siccitas, aer erit: relinquitur.n. hui⁹ quidẽ calidũ, humidus autem humidum. Quando autem ignis quidem calidum, *orietur aer. Rursum ex aere aqua fiet si calorem frigus euincat: siquidem aer humidus caliduſque est, aqua uero frigida & humida: quare mutato calore, fiet aqua. Eodem modo, ex aqua quoque fiet terra, & ex terra ignis: nam utraque ad utraque, symbola habent, aqua enim, humida frigidaque est, terra uero, frigida & sicca: quare si humiditas uincatur, emerget terra. Et rursum cum ignis calidus sit & siccus, terra uero frigida & sicca, si frigiditas intereat, ignis e terra fiet. Quare patet, circularem generationem simplicibus competere corporibus. Atque hic mutationis modus promptissimus est, propterea quod quæ deinceps sunt, symbolum habent.*

Tex.cõ.28.

Tex.cõ.29.

Tex.cõ.16.

c ¶ Ostendit quomodo vnum elemẽtũ generetur ex duobus dicens, quòd si altera qualitas vniuscuiusque elemẽtorum habentium symbolũ corrumpatur, non ẽ adinuicem transmutatio, sed tamen poterit aliquod tertiũ generari. Sicut ex igne & aqua, quæ in nulla qualitate conueniunt, poterit generari terra, & aer. Ex aere & terra ignis & aqua: quãdo enim aquæ frigiditas corrũpit & siccitas ignis, tũc fiet aer, qui est calidus & humidus: qũ vero calidum ignis, & humiditas aquæ corrumpitur, remanet siccitas ignis, & frigiditas aquę, & sic generatur terra frigida & sicca: similiter ex aere & terra potest generari ignis & aqua. Quando caliditas aeris & terræ siccitas corrũpitur, remanet humiditas aeris & terrę frigiditas: & sic generatur aqua frigida & humida. Quando vero humiditas aeris & terræ frigiditas corrũpitur, remanet caliditas aeris, & siccitas terræ, & sic generatur ignis calidus & siccus. Hæc autem generatio ignis concessa est ab omnibus: quia ad sensum appareret, quòd in ignis, in quibus est humiditas aeris, generat flamma, quæ maxime ignis est inter ea, quę naturæ igneæ sunt apud nos. Flamma autẽ nihil aliud est nisi fumus accensus: fumus autem est ex terra & aere: & humiditas aerea expirans & secũ trahens partes terrestres: propter quod denigrantur ea quæ tangit. In hac tamen generatione notandum est, quòd semper necesse est vincere alteram actiuarum qualitatum, & alteram passiuarum: quia aliter nõ esset coniunctio possibilis. Deinde cum dicit

f ¶ Ostendit ex quibus duobus elementis non potest generari tertium dicens, quòd in his elementis, quæ sunt per conuenientiam, idest quæ sunt immediate in loco, & habent symbolũ, talis generatio esse non potest, scilicet quòd ex duobus alterata qualitate in vtroque corrupta tertiũ generetur. Quia illa, q̃ relinquitur, est aut eadem, aut cõtraria, & si quidẽ fuerit eadem in vtroque, puta caliditas in igne & aere, non generabitur aliquod tertiũ elementum, quia ex vna qualitate nõ potest constitui elemẽtum. Si autem fuerit contraria, puta siccitas ignis & humiditas aeris: cum ista cõiugatio sit impossibilis, vt supra dictum est, nec tunc poterit generari tertium elementum. Similiter autẽ est in alijs habẽtibus symbolum, scilicet in terra & aqua: quia in omnibus talibus, quæ habent talem coniunctionem in loco, & est inter ea conuenientia qualitatis, vna qualitas est eadem, & altera contraria. Ex dictis igitur manifestum est, quòd elementa quæ ex vno in vnum, ex veloci generatione transeunt, ex duobus in vnum tertiũ illa transeunt duab⁹ qualitatibus corruptis. Vltimo epilogat vt patet ĩ litera.

Tex.cõ.30.

Dubitat de hoc qđ hic dicit Philosophus, quòd corrupta trigiditate terræ & humiditate aeris, fiet ignis, hoc enim non videtur possibile esse: quia nec terræ siccitas, nec caliditas aeris videntur ad generationẽ ignis posse sufficere, ignis enim multo calidor est quàm aer, & sicdior quàm terra. Ad hoc autẽ dicunt quidam, quòd non intendit Philosophus, quòd ex illis duobus generetur purus ignis, sed aliquid quod maxime participet naturam eius: sicut exemplificat de flamma. Sed hoc stare non potest, quia Philosophus loquitur de generatione elementorum, & non mistorum ex elementis, & præterea etiam caliditas flammæ multo intensior est quam caliditas aeris. Et ideo dicendum quòd generatur purus ignis. Et licet illa caliditas non sufficiat, iuuatur tamen & intenditur per virtutem corporis cœlestis, & luce Solis, & per virtutem aliarum stellarum.

Tex.cõ.31.

aquæ aũt humidum, terra erit: quia relinquitur huius quidem siccum, huius autem frigidum. Similiter aũt & ex aere & terra, ignis & aqua, qñ.n. aeris corrũpet calidũ, terræ aũt siccũ, aqua erit. Relinquitur.n huius humidũ, huius aũt frigidũ. Qñ autẽ aeris humidũ, terræ autẽ frigidum, ignis, quia relinquitur huius quidẽ calidũ, huius aũt siccũ, quæ quidẽ erãt ipsius ignis. Cõfessa aũt ad sensum ignis generatio, maxime.n ignis flamma: hæc autem est fumus ardẽs, fumus autem ex aere & terra.

f In his autem, quę per conuenientiam, non contingit, corrupto in vtroq; altero, elementorũ fieri transmutationẽ in vnũ corporũ: quia relinquuntur in ambobus aut eadẽ, aut contraria: ex neutro aũt contingit generari corpus. v.g. si ignis quidẽ corrumpetur, siccũ, aeris autẽ humidũ calidũ in ambobus relinquetur, si aũt ex vtroq; calidũ, relinquẽtur cõtraria, siccũ & humidum, similiter aũt & in alijs, in omnibus. n. his, quæ per consequentiã existunt, hoc quidem idem, hoc autem contrarium. Quapropter simul manifestum, qm̃ quæ ex vno in vnum transeunt, vno corrupto generantur: quæ autem ex duobus in vnum, pluribus corruptis fiunt. Quòd ergo oĩa ex omni generẽtur, & quomodo elementa ex inuicem generãtur, dictum est.

LECTIO V.

Sed tamen adhuc, & sic de his aspiciemus, si.n. est naturalium corporũ materia, vt videtur quibusdam, aqua, & aer, & quæ talia, necesse est hæc. aut vnũ esse, aut duo, aut plura. Vnum itaq; omnia esse nõ est posibile. v.g. aerem omnia, aut aquã, aut igné,

LECTIO V.

Postquam Philosophus de generatione elementorũ determinauit, hic ostendit quòd subiectum istius trãsmutationis non est aliquod corpus actu existens, & per cõsequens, quòd illud subiectum est materia communis existens in potẽtia. Circa hoc ergo duo facit. Primo ostẽdit, quòd subiectum huius transmutationis non potest esse aliqd elementum. Secundo, quòd nec aliqd medium inter elemẽta, ibi { Tamen neq; aliud aliquid } Dicit ergo primo, quòd licet supra dictũ sit, quod sit subiectum huius transmutationis, & quòd elementa adinuicem transmutentur: adhuc tamen inspiciemus, si aliquod naturalium corporum, puta elementorum, vel aliquod corpus mediũ inter ea, est materia talis trãsmutationis. Quibusdã enim uidetur quòd sit aqua, quibusdam quòd sit aer, vel aliquid tale. Sed quòd aliquod tale corpus non possit esse materia elemẽtorum, probat tali ratione: quia aut illud est tantum vnũ, aut duo, aut plura. Si autem sit vnum tantum, tunc omnia erunt vnũ, scilicet vel aer, vel aqua, vel ignis: sed hoc nõ est possibile: quia trãsmutatio est inter cõtraria. Si enim dicatur, quòd aer, qui est omnia permanens secũdum rationem & formam, subiectum saluatur in tota transmutatione: talis autem trãsmutatio est alteratio & non generatio: ergo non fit generatio elementorum adinuicem: qđ est contra supra probata. Similiter autẽ cum prædictis videtur quòd aqua non sit omnino similis aeri: aut aliquod elementum per omnia simile alteri elemento. ergo oportet q̃ sit aliqua proprietas vniuscuiusque. & aliqua differentia & contrarietas inter ipsa distinguens: & illius contrarietatis vnum elementum habebit partẽ vnam, & aliud elementum partem aliam habebit. v.g. si ignis & aer sint contraria secundum calidum & frigidum, ignis habebit caliditatem, & aer frigiditatem. Quando ergo fit transmutatio aeris in ignem: sciendum manet aer in tota transmutatione, tunc & manet aeris frigiditas: & tamen ex igne, in quo trãsmutatur, inerit ei caliditas. ergo tunc est calidum & frigidum. Et cum sit simplex corpus, est vbique & secundum idem frigiditas

Tex.cõ.32.

Quę igitur sit huius frigiditas & illius siccitas remanẽt. Eodem modo ex aere terraque, ignis & aqua, nam cum aeris calor, & terræ siccitas interitum subierint, fiet aqua, quandoquidem illius humiditas, huius frigiditas relinquitur.

Cum uero aeris quidem humiditas terræ uero frigiditas, ignis, quia illius caliditas remanet, huius siccitas: quæ nimirum igni competunt. Ignem autem gigni, etiam sensus ipse approbat, maxime enim flamma ignis est: hæc autem est fumus ardens, fumus uero ex aere atque terra fit.

Porro in hisce, quæ sunt deinceps, si in utroque qualitas altera corrupta sit, haud quaquam elementorum migratio in ullum corpus fieri potest, eo quòd in utrisq; aut eadem, aut contraria relinquantur: ex quibus, nullum profecto corpus oriri potest, vt si siccitas ignis, & aeris humiditas sit corrupta, calor in utrisque remanet, si uero ab utroque calor abierit, contraria, siccum, inquam, & humidum, relinquuntur: similiter autem, & in cæteris, nam in omnibus quæ sunt eiusmodi qualitatum altera eadem, altera cõtraria inest. Vnde simul perspicuum euadit, quæ ex uno in unum mutantur, uno corrupto, quæ ex duobus in unum, corruptis pluribus, gigni.

Quod igitur ex omnibus omnia gignãtur, & quonam pacto in se se uicissim commigrent, dictum est.

Ttamen adhuc, & hic quoq; de his contemplemur. Si enim aqua & aer, & id genus naturalium corporum materies sint, sicuti nonnullis quoque placet, aut unum, aut duo, aut plura esse, hæc necesse est. Itaque ut unũ scilicet aer, uel aqua, uel ignis, uel terra, omnia sint, fieri nequit, si transmutatio in cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditas & caliditas. ergo contraria erunt in eodem, quod est impossibile. Deinde cum dicit.

¶ Remouet quandam responsionem, quæ posset dari ad præ dicta. Posset enim aliquis dicere, quòd aer, quando fit ignis, non dicitur fieri ignis, quia assumit speciem ignis, sed aer est calidus, & similiter, qñ ex igne fit aer, remanet aer calidus. Sed hoc remouet, dicens quòd, si hoc esset verum, sequeretur idē quod prius, scilicet quòd generatio elementi ex elemento esset alteratio: quia aer frigidus & calid' non differunt nisi p accidens, & hoc facit alterationē. Præterea, cum ex igne fit aer, vel econuerso, si vtraque forma inest materiæ ignis & aeris, sicut dicit ista opinio, erūt idē calidum & frigidū: & quia trāsmutatio omnis est inter contraria. ergo aeri inerit calor ignis, & aer de se est quidem frigidus. ergo calidum & frigidum sunt in eodem simplici: qd est impossibile. ergo impossibile est q aer sit ignis calidus, vel ignis sit aer frigidus. Quod autem hic dicitur, q aer de se est frigidus, dicitur gratia exempli, & nō secundum rei veritatem, cum autem ista sint impossibilia, oportet q ambo elementa, scilicet ignis & aer habeant aliquod, quod sit eis commune, quod essentialiter est in ambobus. Et hæc est cōmunis materia, quæ est in potentia ad vtrunq;. & eadem ratio est de alijs elemētis. Nullum ergo elemētum est materia ad alia elementa, sed materia eorum est vna, quæ est potētia vnumquodq;. Deinde cum dicit.

Tex.cō.32.

Tex.cō.33.

Tex.cō.34.

aut terrā, si transmutatio est in cōtraria, & hoc trasmutatur in contrariū. Si.n. erit aer, siquidē permanet alteratio erit & non generatio, si aūt neque ita videtur, vt & aqua simul sit & aer, aut aliud quodcunq;. Erit igitur aliqua cōtrarietas & differētia, cui' habebit aliqd alterā particulā, iguis. v.g. caliditatē.

b Sed tamen neque ignis erit aer calidus: alteratio enim tale & nō videtur. Similiter aūt rursus, si erit aer ex igne calido, in contrarium transmutato erit. inerit igitur aeri hoc, & erit aer frigidum aliquid. quapropter impossibile ignem aerē calidū esse. simul enim idem calidū & frigidum erit, aliud aliquid igitur, præter ambo, idem erit, & aliqua alia materia cōmunis. Eadem autem ratio est de omnibus, quoniam non est vnum horum, ex quo omnia.

c Tamen neque aliud aliquid præter hæc velut medium aliquid aeris & aquæ, & aeris vel iguis. aere quidē atq; igne grossius, aliis autem subtilius. erit enim illud aer & ignis cum contrarietate: sed priuatio est contrariorū alterum. Quapropter nō contingit illud solū esse vnquam, vt quidam inquiunt, infinitum cōprehendens. similiter igitur quodcunq; horū aut quidē nihil. Si igitur nullū sensibile pri' his ē, hæc vtiq; erūt omnia.

d Necesse igitur est aut semper manētia & immutabilia inuicē aut transmutabilia: & aut omnia, aut hæc quidē sic, hæc autē non, ut in Timæo Plato scripsit. Qm quidē igitur transmutari inuicē necesse est, dictū est pri', & quoniam non similiter cito aliud ex alio, dictum est prius, quoniam habētia quidem symbolum citius generātur ex inuicem, non habētia autem tardi'. Si quidem igitur contrarietas

F tium ea: cum priuatio cum altero semper sit contrariorum: (aliter enim materia elementorum esset a forma separata, qđ est impossibile.) sequitur quòd id medium corpus non sit sine contrarietate, sicut quidam dicunt: quòd ipsum est quoddam infinitum non habens qualitatem aliquam, & omnia comprehendens. Similis autem ratio est, quodcunque horum medium esse materia elementorum ponatur. ergo aūt nihil tale est medium, aut illud est aliud quatuor elementorum: quod est contra positionem. Si ergo nō potest esse aliquod corpus sensibile pri' istis quatuor elemētis, necesse est vt ipsa quatuor elementa sint principia corporum sensibilium. Commentator autē aliter deducit istam rationē. Dicit enim, q si ponatur aliqđ corpus medium esse materiam elementorum, sequitur idem inconueniens, quod contingebat ponentibus vnum elementorum aereum esse subiectum. Sequitur enim contraria esse in eodem: quia cum omnis transmutatio sit in contraria, & ex contrarijs, vt supra dixit Philosophus, cū ex tali corpore generatur aer, vel aliud elementū, in eodem erunt qualitates ipsius corporis mediæ, cum ipsū in trāsmutatione secundum substantiā permaneat, & qualitates aeris generati, quas de necessitate illis oportet esse contrarias. Sequitur etiā secūdum eum illud esse ens & non ens: quia cum vnum est priuatio alterius, & priuatio est nō ens: secundum vnum cō trariorū est ens, & secūdum aliud est nō ens. Vltimo autē cum dicit.

d ¶ Recapitulando concludit principale propositū dicens, quòd ista corpora aut semper manentia sunt in formis suis & immutabilia inuicem, aut transmutantur adinuicem, & si transmutā tur, aut omnia trans-

G *trario sit, atq; id transmutetur. Nam si aer sit, si remanet, alterato erit & non generatio. Insuper nec ita videtur, vt simul aer & ignis aut quod vis aliud sit. Esset enī aduersātia quæ dam differentiaque, cuius partem alteram, ceu calorem, ignis haberet.*

H *At uero, nec ignis aer calidus erit nam quod est eiusmodi, alteratio est, & non generatio. Adhæc, si ex igni aer oriatur, calore in contrarium mutato fiet. hoc ergo inerit aeri, erit que aer frigidum quid. Quare fieri non potest, vt ignis, aer calidus sit. simul enim, idem calidum esset atque frigidū. Erit ergo aliud quid præter utrūque idem, & alia quædam communis materies. Eadem autem & de omnibus ratio est, non esse inquam inter hæc unum, ex quo uniuersa sint.*

I *Sed neque aliud quippiam præter hæc, ueluti medium quoddam aeris & aquæ, aut aeris & ignis, aere quidem & igni crassius, sed cæteris subtilius. Nam illud, aer & ignis cum contrarietate esset. sed e contrariis alterum, priuatio est. Quare fieri non potest, vt illud unquam per se sit quē admodum quidam aiunt infinitum, & id quod comprehendit atque continet. similiter ergo horum quoduis, aut certe nullum. Si igitur nullum sensibile hisce prius sit, hæc profectlo erunt prima.*

K *Aut igitur ea semper manere: & in sese uicissim transmutari non posse aut posse. & aut omnia, aut aliqua, & aliqua nō, quemadmodum in Thimeo Plato prodidit, est necesse. Quòd igitur necesse sit ea inuicem in se mutari, demonstratum est prius. Quòd uero non æque celeriter aliud ex alio nascatur, quòd, quæ communem nacta sunt qualitatem celerius ex se se mutuo oriantur, quæ uero non sunt nacta tardius, dictum iam est. Ergo si una sit aduersantia, per quam mu-*

fmutantur, aut quædam sic & quædam non, sicut Plato scripsit in Timæo, quòd terra, propter latitudinem suorum triangulorum, non transmutatur. Sed manifestum est, quòd omnia elementa adinuicem transmutantur, non tamen omnia æque cito: quia ea quę habent symbolum, citius generantur adinuicem, quę autem non habent tardius. Si enim in elementis est contrarietas vna tantum, necesse est esse duo elementa: quia vnum solum

solum non potest esse simul sub duobus contrarijs, & materia A tunc est medium duorum. Sed quia nos videmus, quòd elementa sunt plura quàm duo, necesse est ad minus sint duæ contrarietates. Duabus autem existentibus contrarietatibus, impossibile est quòd elementa sint tantum tria, sed oportet de necessitate quòd sint quatuor: tot. n. cōtingu fieri vniuersales coniugationes tangibilium qualitatum, penes quas sumitur numerus elementorū, sunt enim in vniuerso sex cōiugationes, sed duæ sunt impossibiles, vt supra patuit: quia contraria essent in eodem.

Tex.cō.16.

LECTIO VI.

Postquam Philosophus secūdum propriam opinionem determinauit de mutua transmutatione elementorum: in parte ista ponit opiniones aliorum, & destruit eas. Fuerunt enim circa hoc duæ opiniones: quidā. n. dixerunt q non omnia elementa adinuicem transmutātur, sed quædā. v.g. sicut aer mutatur in aquā & ignem, ignis vero non mutatur in aerē & in aquam. Aliqui vero non, vt Empe. & eius sequaces, dixerunt elemēta esse immutabilia. Primo ergo ponit rationem cōtra primam: secundo contra secundam, ibi { Admirabitur autē. } Quia vero prima opinio supponit quoddam elementum mediū, esse principiū in trāsmutatiōe aliorum, quod est contra id, quod supra probatū est, ideo Philosoph' breuiter adducendo id, quod supradictum est, ostendit quòd neque extremum elementum potest esse principium, neque medium elementum potest esse principium. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q̄ non extremum. Secundo q̄ neq; medium. ibi { Quoniam autem neq; medium. } Dicit ergo, q̄ quia elementa ad inuicem transmutantur, impossibile est aliquod ipsorum esse principium, neque medium, neque extremum. Quòd extremum elementum non potest esse principium, manifestum est ex supra dictis: si enim dicatur quòd extrema, sicut ignis aut terra, sunt principia, cum ipsa & in transmutatione permaneant, omnia erunt ignis, quod est manifeste falsum, & eadem ratio est de terra. Deinde cum dicit.

b ¶ Ostendit, quòd neq; medium elementum potest esse principium, sicut illi dicebant, qui ponebant non omnia elementa adinuicem generari. Et circa hoc duo facit. Primo, præsupponit quoddam medium ad propositum ostendendum. Secundo probat propositum, ibi { Terra sit T. } Proponit ergo primo, quòd non solum aer mutaretur in aquam, sed & in ignem: nec aqua solum in aerem, sed & in terram: sed, vt illi dicebant, extrema non amplius mutabantur in medium, sed oportet in istis transmutationibus esse statū, & non ire in infinitū: si. n. iretur in infinitum, tunc in vno & eodem essent infinitæ contrarietates, & hoc est infra magis manifestum. Deinde cum dicit.

Tex.cō.36.

Tex.cō.37.

vna est, secundum quam transmutantur, necesse est duo esse. Materia. n. quæ est mediū, insensibilis est & inseparabilis. Quoniam aūt plura videntur esse, duæ vtiq; erūt q̄ minimæ. Duabus igitur existentibus, nō possibile est esse tria: sed quatuor, quemadmodū vr: tot. n. erūt cōiugationes. Sex. n. existentibus, duas impossibile est generari, qm̄ cōtrariæ sunt inuicem. De hisquidē igitur dictū est prius.

B

LECTIO VI.

Vòd autem cum transmutentur adinuicem impossibile sit principium aliquod esse horum, aut in extremo. aut medio, ex his C manifestum erit. In extremis quidem igitur non erit, quoniam ignis non erunt aut terra omnia, & eadē ratio ē si dicam' ex igne aut terra esse omnia.

b Quoniam autem neque medium, vt videtur quibusdam, aer quidem & in ignē transmutatur, & in aquam, aqua autem & in aerem & in terram: vltima autem non amplius inuicem. Oportet enim hoc stare, & nō in infinitum ire in rectitudine D ad vtraque: infinitæ enim contrarietates in vno erunt.

c Terra sit T, aqua L, aer A, ignis I. Si vtique A transmutatur in I L, & contrarietas erit eorum quæ A, I. Sit autem hæc

I. Ignis.
A. Aer.
L. Aqua.
T. Terra.

Nigredo.
Albedo.
A. Siccitas.
Y. Humiditas.

tationem subeant, duo sint necesse est: nam insensibilis inseparabilisque materies medium est. Porro, cum plura esse uideantur, duæ ad minimum contrarietates erunt. Sed cum duæ sint, esse tria non possunt, sed quatuor, ut patet, tot enim sunt coniugationes. Nā cum sint sex, duæ ex eis fieri non possunt, propterea, quòd inter sese contrariæ sunt. Sed de hisce diximus prius.

LECTIO VI.

Vm autē mutuo in sese transmutentur, fieri non posse ut principium quoddam sit eorū uel in extremo uel in medio, ex hisce palam fiet. In extremis igitur non erit principium, quia ignis aut terra essent omnia. idemque sermo est, atque si ex igni aut terra constare omnia dicamus.

Præterea neque medium, principium erit, sicuti quidam aerem quidem & in ignē, & in aquam: aquam uero & in aerem & in terram, ultima autem nō amplius in sese uicissim transmutari putant. Nam stet hoc, nec in infinitum recta utraq; ex parte abeat, oportet, in uno enim contrarietates essent infinitæ.

Sit T terra, L lympha seu aqua, A aer, I Ignis. Itaque si A in I & L mutetur, una erit contrarietas, nempe ipsorum A I. sint hæc, albor & ni-

c ¶ Probat propositū, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem suam: secūdo probat quoddā quod suppositum erat, scilicet quòd in elementis est status in ascēdēdo, ibi { Quoniam autem nō infinitum. } Dicit ergo primo, quòd si aer mutetur in aquā & in ignem, necessario aer & ignis, & aqua poterunt adinuicem transmutari. Sit ergo terra T, & aqua L, aer A, ignis I: si ergo quòd est signum aeris mutatur in duo elementa, scilicet in L, & in I, hoc est in aquam & in ignem, oportet quòd aer habeat aliquam contrarietē cum I igne: quia non transmutantur adinuicem nisi contraria, sit autem hæc contrarietas, gratia exempli, albedo & nigredo, ita quòd ignis sit corpus nigrum siccum, & aer sit corpus album sic cum. Rursus etiam, quia A aer transit in L aquam, oportet esse aliam contrarietatem inter aerem & aquam, & sit hæc cō trarietas siccitas, & humiditas, siccitas significetur per literam A, & conueniat aeri, humiditas significetur per literā Y, & cōueniat aquę. ergo aer mutatur in aquam, aqua remaneat alba: quia albū aeri & aquæ est con

tingens: erit autem aqua humida & alba. Si autem album non fit contingens vtrique, cum aer mutatur in aquam, erit aqua nigra & humida, cum aer supponatur albus & siccus: oportet. n. quòd omnis mutatio sit inter contraria. In tali ergo mutatione oportet aquam esse albam vel nigrā, si aer qui est prior aqua, ponatur esse corpus album: quia si communicant in mera albedine, tunc aqua est alba, si autem non, tunc est nigra. Similiter etiam cum aer mutatur in ignem, ipsi I, hoc est igni, conuenit siccitas: conueniunt enim aer & ignis in siccitate. cum ergo ignis sit siccus, & niger, & aqua humida & alba, manifestum est quòd possunt adinuicem transmutari, cum sint contrarietates. ignis enim est niger & siccus, aqua humida & alba. sic ergo manifestum est, quòd omnia elementa adinuicem transmutantur, quia & in T, quod significat terram, sunt reliquæ duæ qualitates, scilicet humidum, & nigrum, duo elementa erunt cum ipsa terra, quæ est nigra & humida, communicat cum nigro cum igne, & in humido cum aqua: hæc enim simul sumpta, scilicet humidum & nigrum nunquam contingunt esse cum qualitatibus aeris, & in quo sunt album & siccum. & terra cum aere non habet symbolum. Aduertendum est, quòd istæ qualitates non sunt propriæ elementorum, sed vtitur eis Arist. gratia exemplificandi, sicut enim curauit Philosophus de exemplis. Inde dicit Commentator in Secundo de Anima, de exemplo autem non

ditur. nisi manifestatio, non verificatio. Ex omnibus istis verbis intendit hic Philosophus talem rationem. Quæcunque sunt contraria adinuicem, transmutantur: sed omnia elementa siue habeant symbolum siue non, sunt contraria in ambabus vel in altera qualitate: ergo omnia elementa adinuicem transmutantur. Et hoc est contra opinionem dicentium, quadam, sed non omnia adinuicem transmutari, vt dictū est, quam Philosophus hic destruere intendit. Deinde cum dicit.

1 ¶ Ostendit quòd transmutatio elementorum non procedit in infinitum. si enim hoc ponatur sequūtur quatuor inconuenientia, quorum primum est quod in vno elemento erunt infinitæ qualitates. Si enim ignis, quod est quartum elemētū, mutetur in aliud quod sit S, & non reuoluatur, ita, scilicet quòd non mutetur in ignem: cum omnis mutatio fiat inter contraria, oportet quòd inter P & S sit alia contrarietas, diuersa a contrietatib⁹ quatuor elementorum: quia ipsum quintum elemētum, quod est S, non ponitur esse idē alicui quatuor elementorum: sed cum omnis cōtrarietas sit secundum qualitates, oportet quòd aliqua qualitas sit in igne secundum quam cōtrariatur ipsi S, & sit qualitas illa R. Et similiter oportet q⁹ in ipso S quinto elemēto sit aliqua qualitas illi contraria, & sic illa qualitas F, illa autem qualitas R, non solum erit in ipso igne, sed etiam in omnib⁹ quatuor elementis: quia omnia possunt mutari in ipsum S, omnis enim mutatio est inter cōtraria. Et qūlibet inferiorum elementorum habebit tres qualitates primas. Vtrum autem ita sit elementū, non adhuc est demonstratum. Sed tamen manifestum est, quòd si rursus illud quinqū mutetur in aliud, est etiam alia contrarietas inter quintum & sextū, diuersa a cōtrarietate omnium inferiorum, & sic oportet quòd vna alia qualitas sit omnibus inferioribus, albedo & nigredo. Rursus quia in I A, erit alia, nō. n. idē I & L. Sin aūt siccitas & humiditas, A quidem siccitas, Y aūt humiditas. Quapp siquidē manet albū existet aqua humida & alba, sin aūt, nigra erit aqua, ī cōtraria cū trāsmutatio. Necesse ē igit, aut albā, aut nigrā esse aquā: sit itaq; alba primū. Similiter igit & ipsi I, ipsum A inexistet siccitas. Erit igit ignis trāsmutatio, i aquam, cōtraria. n. existit. Ignis em pri⁹ niger erat, deinde āt siccū I. Aqua āt humida, deide āt alba. Palā qdē vtiq; qm oib⁹ ad inuicē erit trāsmutatio & ī his, & qm & T, terrę inerūt reliqua, & duo symbola, nigrū & hūidū, hęc. n. nodū cōiuncta fuerunt.

Tex.cō.36. f Qm aūt nō ī infinitū possibile est ire, qđ ostēsum: ad hoc prⁱ venim⁹, manifestū est ex his. Si enim rursus ignis I, ī aliud transmutatur, & nō resoluit. v. g. in P S, contrarietas igit qdā I, & P S, alia existet pter pdictas. Nulli enim idē supponit T L A I, qđ P S. Sit igit ipsi I ipsū B, ipsi vero P S ipsū M: B oibus vtiq; existet T L A I. trāsmutātur. n. inuicē. Sed hoc quidē nodū demonstratū est. Sed illud manifestū, qm, si rursus P S in aliud, alia erit contrarietas, & P S. inerit, & igni I, & nō q̄ existet Y P. Similiter aūt semp cū adiectio cōtrarietas aliqua existet eiⁿ q̄ ante. Quapp si infinita, & cōtrarietates infinitę vni inerūt, si aūt hoc, nō erit definire, neq; gnare, oportebit. n. si erit aliud ex alio tot trāsire qualitates, & amplⁱ plures. Quapp in quædā quidē nunquā trāsmutatio erit. v. g. si infinita media, necesse infinita elemēta. Amplius aūt neq; ex aere in ignē trāsmutatio si infinitę cōtrarietates generatę. Fiōt aūt & oīa vnū: necesse. n. existere oēs ī inferioribus quidē S, q̄ superiorum: his autem quæ inferiorū. quapropter omnia vnum erūt.

LECTIO VII.

Tex.cō.37. Dmiratur autē aliquis aliquos dicentes plura vno esse corporum ele-

gror. Rursum si I in L, & A mutetur, erit altera, non enim L, & I idem sunt, sint autem siccitas & humiditas, S quidem siccitas, Y vero humiditas. Igitur, si albor maneat, humida & alba erit aqua. sin minus, nigra, quandoquidem in contraria mutatio est. Aquam igitur, aut albam esse, aut nigram necesse est. Sit primum, Pari ergo ratione, S inerit I. Transmutabitur igitur & ipse ignis in aquam, contraria enim sunt, nam ignis primo niger erat, & deinde siccus, aqua uero humida & postea alba. Liquet itaque omnia in sese uicissim transmutari, atque etiam in bisce, ipsi terræ reliqua duo symbola, nigrorem, inquam, & humiditatem, competere: hæc enim necdum copulata fuere.

Sed quod fieri nequeat in infinitum abitio (quod quidem cum essemus de monstraturi, in hac ante incidimus) ex hisce emerget. Si enim rursum I, id est ignis in aliud, ceu in M transmutetur, nec regressio fiat, aduersantia quædam ab hisce quas diximus alia, I, & M inerit, nam M, nulli ipsorum T L A I esse idem supponitur. Sit itaque K ipsi I & O ipsi M. K itaque, omnibus T L A I inerit: nam ea, in se mutuo transmutari solent. Sed hoc quidem nondum sit ostensum, illud tamen in aperto est, quòd si M in aliud rursum transmutetur, alia in M, & in I contrarietas inerit, atque ita semper primis cum sequentibus, aliqua inerit aduersantia. Quare si infinita sint, infinitæ quoque erunt in uno contrarietates. Quod sic hoc sit, nec finiri quicquam, nec oriri poterit. Nam si aliud ex alio fiet, tot & adhuc plures transire contrarietates oportebit. Quare in nonnulla transmutatio fiet nunquam, uidelicet si intermedia infinita sint, quod profecto necessario accidet, si infinita sint elementa. Præterea, neque ex aere in ignem transmutatio fiet, si infinitæ sint cōtrarietates. Fient enim omnia unum, nam omnes superiorum contrarietates: hisce ineße quæ infra I sunt collocata, & contra, necesse est. Quare omnia unum erunt.

LECTIO VII.

Mirabitur porro aliquis eos, qui elementa corporum uno plura esse dicunt, ita

eadem ratione. Et sic illa quatuor elementa priora habebunt quatuor qualitates primas. Et sic addito vno elementorum, adderetur vna qualitas & vna contrarietas. Quapropter si est sic in corporibus simplicibus elementorum procedere in infinitū, in vno & eodem erunt infinitæ contrarietates, & infinitæ qualitates, & hoc primum est impossibile. Secundum inconueniens ponit cum dicit. ¶ Si aūt hoc. ¶ Dicens, quòd si hoc est, scilicet quòd sint infinita elementa & infinitæ qualitates, nō erit definire nec generare. quia, si aliquod debeat mutari in aliud, oportet q⁹ infinitas qualitates pertranseat: sed cum in infinitis infinita, sint media, & infinita non sit pertrāsire, vt dicit in octauo Physicorum, sequitur, quòd talia nunquam adinuicē mutabuntur. Tertium inconueniens ponit cū dicit. ¶ Amplius autem. ¶ Dicens, quòd etiam proximum elementum non poterit mutari in sui proximum, sicut ignis numquā transibit in aerem, nec e conuerso. quia in quolibet illorum sunt infinitæ qualitates: quas impossibile est pertransire. Quartum inconueniens ponit cum dicit. ¶ Fiunt autem & omnia. ¶ Dicens quòd omnia infinita erunt vnum: quia omnes qualitates elemētorum, quę sunt supra. P, quę est ignis cōueniunt etiam inferioribus & econuerso. quorum autem primæ qualitates sunt eædem, & ipsa sunt eadem. ergo omnia infinita erunt vnumquodq; de inferioribus, ita q⁹ vnūquodq; erit.

LECTIO VII.

Postquam Philosophus destruxit vnam falsam opinionem de transmutatione elemētorum, hic destruit aliam, quæ fuit opinio Empedoc. qui dixit elemēta numquam adinuicem transmutari. Et circa hoc duo facit. Primo ponit eam, secundo reprobat. ibi ¶ Quomodo contingit eis dicere comparabilia. ¶ Dicit

Dicit ergo primo, quòd Empedocles posuit elementa esse plura corpora, non tamen adinuicem transmutantur: ita quòd ex aqua fiat aer, & ex aere ignis, vt in primo manifestum est: quapropter admirabitur aliquis ipsum sic dicentem. Deinde cum dicit.

Tex.cō.2. b ¶ Reprobat opinionem prædictam: & primo per Empe. secundo deducendo ad quandam aliam inconuenientiam, quæ sequitur ad ipsam. ibi ¶ Sed neq; augumentatio. ¶ Circa primum sciendū est, quòd Empe. licet poneret elementa esse intransmutabilia, posuit tamē ipsa esse adinuicem cōparabilia. Ex hoc ergo sumit rationem Arist. contra eum, & est rō talis Quæcunq; sunt transmutabilia, sunt compa rabilia: sed elementa sunt comparabilia secundum Empedoclem, ergo sunt transmutabilia. Potest ēt aliter formari, & sic. Si elementa sunt intransmutabilia non sunt comparabilia: sed cōsequens est falsum, secundum Empedoclem, qui dicit ea esse cōparabilia: dicebat enim ea esse æqualia. ergo & antecedens est falsum, scilicet ipsa esse intransmutabilia. Circa rationem istam sic procedit. Primo ponit eam per modum quæstionis, dicens, quòd si elementa sunt intransmutabilia, quomodo cōtingit quòd sint cōparabilia. q. diceret, nullo modo. Sed tamen Empe. dicit sic, scilicet quòd sunt cō parabilia, dicit enim ea esse æqualia. Secundo ibi. ¶ Si ergo secundum quantum. ¶ Probat primam propositionem, scilicet quòd si sunt comparabilia, sunt transmutabilia. Et quia comparatio est duplex, scilicet secundum quantitatem, & secundum virtutem. Primo probat eam, si sunt comparabilia secundum quantitatem. Secundo, si sunt comparabilia secundum virtutem, ibi ¶ Si autem non sint. ¶ Dicit ergo primo, quòd si elemēta comparantur secundum quantitatem, vt si ex vno pugillo aquę fiant decem pugilli aeris, necessario oportet, quòd vnum aliquid sit in eis, in quo conueniunt, & in quo mensurantur. In omnibus enim comparabilibus est vnum aliquid quo mensurantur, & hoc est illud, in quo comparantur, cum autem ex tanta aqua, puta ex vno pugillo aquæ, fiant decem pugilli aeris, oportet vnam esse materiam, quæ sit minoris & maioris quantitatis sub forma aquæ & aeris. sed quæcunque communicant in materia transmutantur adinuicem, ergo elementa sunt transmutabilia. Deinde cum dicit.

c ¶ Probat eam, dato quòd elementa comparārentur adinuicē secundum contrarietatem & virtutem dicens, quod si non sic comparantur adinuicem elementa, scilicet secundum quantitatem, vt quantum fiat ex quanto, sed comparentur secundum quantitatem potentiæ vel virtutis. v. g. si ponatur aer esse frigidus, & quæratur, vtrum tantum potest infrigidare vnus pugillus aquæ, quantum possunt infrigidare decem pugilli aeris, tūc fiat comparatio secundum quantum virtutis, vt quantum possunt, & non secundum quantitatem dimensionis. Hæc autem

menta vt non transmutent inuicem sicut Empedocles inquit.

b Quomodo contingit eis dicere comparabilia esse elementa. Sed tamen dicit sic. Hæc enim æqualia esse omnia. Si ergo secundum quantum, necesse est idem aliquid esse existens in omnibus comparabilibus, quo measurantur. ver. g. si ex aquæ pugillo erunt pugilli aeris decē idem aliquid, igitur erant ambo, si mensurantur eodem.

c Si autem non sint secundum quantitatem comparabilia, vt quantum ex quanto, sed quantum possunt. verbi gratia si pugillus aquę æqualiter potest infrigidare & decem aeris, & sic non secundū id qđ quantum cō parabilia, sed secūdum id quod possunt aliquid. Erit ergo & nō quanti mensura comparare, & potentias, sed secundum proportiones. verbi gratia vt hoc calidum, hoc autem album. Hoc aūt, vt hoc significat ī qua li quidem simile, in quanto autem æquale. Incōueniens ergo videbitur si corpora immutabi lia existentia, non proportione comparabilia, sed mensura po tentiarum, & eius quòd est esse equales calidum aut simile, ignis tantum, & aeris multiplex. Idem. n. plus, quia homogeneos, talē habebit rationem.

ut in se non transmutentur, sicuti Empedocles inquit.

Quo pacto ipsi elementa esse comparabilia dicere queant. Atqui, ille ad hunc modum ait. Nam æqualia sunt hæc omnia. Si igitur secundum quantitatem, idem quid omnibus inesse coparabilibus, quo mensurentur, est necesse. ut si ex aquæ sestario uno, aeris decem fiant, ergo idem quid utra que sunt, si mensurantur eodem.

Sin uero non hoc pacto secundum quantitatem, ut e quanto quantum, sed quantum possint, uelut si aquæ sestarius æque frigefacere atque aeris decem possit, atque ita secundum quantitatem, non quatenus quantitas est, sed quatenus possunt aliquid com parabilia sunt, fieri sane ut etiam non quantitatis mensura secundum potentias atque uires, sed proportione com parentur. uerbi causa, ut hoc calidum hoc album. Sed ut hoc, in qualitate quidem similitudinem significat, in quantitate uero æqualitatem. Videtur itaque esse absurdum, si corpora illa quæ transmutari nequeunt proportione comparabilia non sint, sed potentiarum mensura, & eo quod tantum ignis, æquale uel simile calidum sit atque aeris multo plus. Idem nan que cum maius est, ex eo quia unius est generis, hanc habebit rationem.

comparatio potest fieri dupliciter, scilicet secundum similitudinem, & secundum proportionem. Dico autem comparationem fieri secundum similitudinem, quando fit in vna qualitate, quę est in diuersis subiectis: quia similitudo est rerum diuersarum eadem qualitas. Secundum proportionem autem dicitur fieri, quādo fit in oppositis, siue diuersis qualitatibus, in vna habitudine se habētibus ad duo subiecta vel plura. Si ergo fiat comparatio secundum qualitatem, tunc contingit comparare non quantitatis quidem mensuram, sed potius mensuram, quæ est secundum potentias similium qualitatum, & secundum proportionem diuersarum qualitatū, v. g. sicut hoc est calidum, ita hoc est album, cū autem hoc dicimus, hoc vt hoc, significamus in qualitate quidē simile, & in quantitate æquale. Si igitur fiat comparatio elementorum, non secundum proportionē, sed secundum mensuram portiarum, quæ est comparatio in qualitate, sicut in calido aut simili, inconueniēs est si hæc ponantur immutabilia elementa. v. g. si dicatur quantū est calidus ignis, tantū est calidus aer: quia idem plus calidum, cū sit homogeneos, idest vnius generis, est minus calido, secundū quòd ea quæ habent eandem materiam dicuntur esse vnius generis, & habent se sicut materia ad subiectum, & habebit rationem talem, sicut comparabile in quanto, quæ est ratio vniuoca. ergo & materia est vna: quorum autem materia est vna, sunt adinuicem transmutabilia. Falsum est ergo quod dicit Emped. q elementa non transmutantur adinuicem. Si quis ergo diligenter aduertat, tota virtus istorum verborum est in hoc: quòd ea quæ comparantur siue primo modo, siue secundo, habent eandem materiam, & talia necessario sunt mutabilia: vt dictum est. Sed videtur quòd istud quod dicit Philosophus sit falsum. Constat enim quòd quantitas terrę & aliorum elementorum, est cōparabilis quantitati stellarum: & tamen non eadem materia vtrorumque, vt dicitur in duodecimo Metaphysicorum. Præterea dubitatur de alio: non enim omnia comparabilia ad inuicem secundum potentiam vel virtutem communicant in materia. Ignis enim & Sol, sunt comparabiles in calefactione secundum magis & minus, & tamen non communicant in materia, vt dictum est. Ad primum ergo dicendum est secundum quosdam, quòd non loquitur hic Philosophus de quantitate secundum extensionem, sed de quantitate secundum substantiā: & hæc significat cum dixit, decem pugillos aeris, esse æquales vni pugillo aquæ, sunt enim æquales in materia, quia tantum ibi est de materia quantum hic: vnde cum communicent in materia, necessario adinuicem transmutantur: talis autem comparatio non est inter elementa, & cœlestia corpora. Vel dicendū quòd hæc comparatio est secundum rarum & densum. Nam per hoc variata materia, elementa ad seinuicem transmutantur, & vocatur hęc comparatio secundum quantitatem: quia rarum & densum

Universidad de Deusto
Biblioteca

lensum non addunt super partes materiæ qualitatem, quæ est F
Tex.cō.38. alterius sit qualitas, sed potius situm in partibus materiæ, ad
differentiam per maiorem & minorem quantitatem. Ad se-
cundum vero dicendum, quòd intelligit Philosophus de his, quę
comparantur secundum qualitatem, vel virtutem vtriusque accę
ptam in vtroque: talis autem non est vir
tus calefactiua Solis & ignis: & ideo cessat obiectio. Deinde cum dicit.

d ¶ Reprobat prædictam opinionem, deducendo ad alia
Tex.cō.39. inconuenientia, & sunt duo. Primum est, quòd hæc opi-
nio tollit augmentū, hoc sic ostenditur quia si elementa non trā
smutantur, tūc opor
tet quòd vnum ad-
datur alteri, sicut la
pis lapidi: hoc autē
Tex.cō.40. est quædam accu-
mulatio, & non est augmentum, neque secundum eos, neq; secundum nos: quia oportet quòd id, per quod augmentū fit, transmutetur in augmentatum, neque etiam secundum tertiū, qui dixit, quòd il-
Tex.cō.41. lud, quod augetur, augetur solum a suo simili, scilicet, ignis augetur igne, & vnūquodque quod augetur, augetur per ali
quod sui generis, sicut æther augetur æthere, talis autem congregatio est eorumdem manentiū in forma, res autem non sic videntur augeri, vt supra in primo dictum est. Se-
Tex.cō.39. cundum inconueniens ponit, ibi ¶ Multum autem differtinus. ¶ Et est, quòd hæc opinio tollit generationē, dicens, quòd multū est difficilius tradere aliquid de generatione secundā naturam, si elementa non transmutantur adinuicem. Cū enim ea quæ generā
Tex.cō.42. tur secundum naturam, generentur eodem modo semper, aut frequenter, ea autem quæ præter, multum & semper fiunt & raro, fiunt ab euentu & fortuna. Ite non potest reddi causa, quare
Tex.cō.43. semper ex homine generetur homo, & quare semper ex frumento generetur frumentum & non oliua, semper enim generatum est in forma generantis, nisi peccatum naturæ propter defectum fiat. Si autem sit, vt dicit Empedocles, scilicet quòd elementa non sint transmutabilia, æqualiter potest generari ex homine asinus, & homo: quia vtrumque eorum non est nisi cō gregatio elementorum: & homo generans non habens formā, non inducit formam in generato, nec conuenit cum eo in forma, aut si os & caro ita componantur, scilicet per quandam accumulationem elementorum conuenientium, sicut ille dicit, tunc nihil generatur, sed in his quæ generantur, est solum ratio vel relatio aliqua, non quidem relatio mistorum, sed compositorum. Quæ igitur est causa istorum, quòd ex homine generetur homo, semper aut frequenter, & similiter ex frumento frumentum, & non oliua? Istorum n. causa non potest esse ignis aut terra: quia ista sunt cōtraria in qualibet compositione, similiter nec lis, nec amicitia, quæ Empedocles ponit esse duo principia mobilia, possunt esse causa horum: amicitia n. non est causa nisi cōgregationis, lis autē solum est causa segregationis: sed necessarium horū est forma rei, quæ facit hominem esse hominem, & carnem esse carnem, forma autem est substantia vniuscuiusque: & ideo non solum in re est mistio, idest compositio congregatorum, & separatio eorum, sicut dicit Empedocles, sed etiam est forma. In tali ergo congregatione & segregatione narratur ab Empedocle fortuna, & non ratio, quæ est sumpta a forma. Dicit enim quòd mistio fit vt contingit, idest a casu, & fortuna, cum tamen natura, quæ est forma, sit causa entiū: quare ita se habet, quòd ab homine semper vel frequenter generatur homo. Sed de hac forma vel natura nihil dicit Empedocles, cum tamē ipsa natura, quæ dicitur forma, sit bonū & optimū vniuscuiusque rei. bonū quidē in se, & optimum in ordine vniuersi. Laudat autē Empedocles solum mistionem, quæ in rei veritate non est mistio, sed solum quędam cōpositio. Quia quòd elementa segregentur a cōpositio, in quo sunt salnara, hoc non facit lis, sed amicitia, quæ vult ea congregare ad homogenea. Et hęc elementa, dicit Empedocles esse priora Deo, idest cælo: quia etiam cælum dicebat ex elementis componi. Deinde cum dicit.

e ¶ Hic destruit opinionem Empe. de principiis mouentibus per tres rationes, quarum primam ponit, dicens, quòd Empedocles locutus fuit insufficienter de motu. Non enim sufficit simpliciter dicere quòd amicitia & lis sunt principia mouētia, nisi forte esse ipsius amicitię, idest de natura sua habet vt causet, idest motum talem: sed quia hæc non est certa, oportebat quòd hoc determinaret, aut certitudinaliter per causam propriam, aut
A molliter, sicut per causam non conuertibilem, siue remotam: aut aliter qualiter, sicut per probabiles rationes, vel per inductiones, vel exemplum, sed Empedocles nihil horum facit, & ideo simpliciter, & insufficienter dixit. Secundam rationem ponit, ibi ¶ Amplius autem quoniam. ¶ Et est talis, corpora naturalia mouentur violenter & præter naturam, & mouentur secundum naturam. v.g. ignis mouetur sursum non violentia sed natura, deorsum aut violenter, quod autem est violenter, est contrarium ei quod est secundum naturam: videmus enim corpora moueri p violentiam: ergo mouētur secundum naturam, contraria. n. habent fieri circa idem. Quæramus enim ab Empedocle, vtrum motus amicitiæ sit naturalis vel violentus: terram enim moueri superā, sicut & ignē inferius, est contra naturam, hoc autem quod est contra naturā assimilatur cuidam segregationi.
Contra tamen sic. Elementa congregētur: quia nisi ignis descendat & terra ascendat, non congregabuntur elementa, cum ergo congregare sit effectus amicitiæ secundum Empedoclē, motus amicitiæ est violentus & segregationi similis, & lis magis est causa motus naturalis quām amicitia: quod est impossibile secundum eum, & ideo impossibile est ponere amicitiā & litem esse principia mouentia. Si autem hæc non sunt principia mouētia, cum non sint alia principia secundum Empedoclē, nullus est motus naturaliū corporum, nec aliqua quies, habitus enim & priuatio habent fieri circa idē: hoc autem est manifestē falsum. Tertiā rationem ponit, ibi ¶ Amplius autem. ¶ Per quam ostendit Philosophus, quòd Empedocles sibiipsi contradicit, & peccat etiā, dicens naturalia fieri a casu & a fortuna, contradicit autem sibiipsi in hoc, quòd cum poneret tantum duo principia mouentia, scilicet litem & amicitiam, posuit tamen quidem motum esse a casu & a fortuna: vnde dicendo esse tantum duo principia mouentia, dicit ea esse causam omnis motus, dicendo autem aliquem motum esse a casu & a fortuna, dicit illa principia non esse causam omnis motus, dicit enim, quòd quando aliquod cōpositum corrumpitur, tunc segregantur elementa, quæ erant in eo per litem, & mouentur ignis sursum vt a lite, sed quandoque a fortuna: quia sic casus constituit tunc cursum ignis siue ætheris, ætheram enim dicebat Empedocles esse ex igne claro, nō autem semper sursum mouetur æther, sed multotiens aliter: quā dixit aliquando a fortuna, sicut dictum est, ignem ferri sursum, aliquando autem ingrediebatur ad radices, idest ad cauernas terræ, sicut apparet in montibus ardentibus. In hoc ergo peccat Empedocles, quòd naturam casui & fortunæ subiacere dicebat. Simul autē cum dictis impossibili
Tex.cō.44. le dicit, quòd mundus similiter se habet nunc in tempore litis, sicut prius se habuit in amicitia: quia sicut ignis quandoque a fortuna ascendit, & quandoque descendit, ita fecit in confuso, per casum enim tunc ascendit, & per casum descendit, cū autem casus & fortuna sint causæ per accidens, reducuntur ad per se: quid est ergo quod primo per
B le mouet, & per se est causa motus? Oportet enim causam per se esse prius quam causam per accidēs. Amicitia enim & lis non est causa motus simpliciter, sed solum cuiusdam motus, scilicet congregationis & segregationis: si tamen est ita sicut dicit Empe. quòd amicitia vel lis est prius mouens.
Deinde cum dicit.

f ¶ Reprobat opinionē Empe. in hoc quòd dicebat animā componi ex elementis per duas rationes, quarum primam ponit dicens, Quòd in conueniens est dicere, quòd anima fit ex elementis omnibus, vel ex aliquibus, vel ex aliquo eorum: quia si anima esset elementum aliquod, puta ignis, vt quidā dixerunt, vel esset ex elementis, vt dixerūt alii, tunc alterationes animæ quomodo erunt, idest quomodo posset alterari anima propriis alterationi-
Tex.cō.45. bus? quasi dicat, nullo modo. Verbi gratia: si anima est elemētū, vel ex elemētis, quo ala habebit habitū musicæ, & rursus, quo mutabit de musica in priuationē musicæ, ita q hic sine musica: nec etiā poterit immutari de memoria in obliuionē, vel eō uerso, sed potius si ala est ignis, quæcūq; sunt passiones, ēm quòd ignis, inerunt animę: quòd est impossibile. Secundā rationē ponit ibi. ¶ Si autem miscibile. ¶ Quæ talis est. Si non sunt miscibilia nisi corpora, vt in Primo dictum est: & animarum nulla est Tex.cō. 85
corporalis: constat q anima non est elementum, nec milla ex elementis. Sed de his determinare est opus alterius contemplationis: quia pertinet ad Librum de Anima.

LECTIO

Sed neque augmentatio vti
que erit secundum Empedoclē
nisi secundū adiectionem. Igne
autem augetur ignis, auget
enim terra proprium genus,
æther autem æthera. Hæc autē
adiunguntur. videntur autem
nō sic augeri quę augētur. Mul-
tum autem difficili est eidem G
tradere de generatione secun-
dum naturam. Quæ enim gene
rantur secundum naturam, aut
semper, aut vt multum. Ea au
tem, quę preter semper & mul
tum, ab euētu & fortuna. Quæ
igitur causa, vt ab homine ho-
mo, aut semper, aut vt multum,
& ex frumento frumentum, sed
non oliua nascatur? Aut si ita
componatur os: non enim vt
contingit cōuenientibus nihil
generatur, quemadmodum il-
le inquit, sed ratione aliqua.
Quæ igitur horum causa? non
enim ignis aut terra. Sed tamē
neque amicitia neque lis: con-
gregationis enim solū illa, hæc
autem segregationis causa est.
Hęc autē est substantia vniuscu
iusq; sed nō solum, & mistio &
separatio mistorum, quemad-
modū ille inquit. fortuna enim
in his nominatur, sed non ra-
tio. est enim miscēri vt contin-
git. Natura igitur entium cau
sa est, ita se habere, & vniuscu-
iusque natura hęc, de qua nihil
dicit. Nihil igitur de natura di
cit. sed tamen & bonum est hoc
& optimū, hic aut mistionē solū
laudat, etenim & elementa segre
gat nō lis, sed amicitia q natu
ra Deo priora. Dii autē, & hęc

e

Amplius autem de motu di-
cit simpliciter, nō enim sufficit
dicere, quoniam amicitia, & lis
mouent, nisi hoc erat amicitiæ
esse, quòd motu tali, liti autē q
tali. Oportebat igit, aut deter-
minare, aut supponere, aut de-
monstrare, aut certe, aut molli-
ter, aut aliter qualiter. Ampli

At uero, neque accretio fuerit se-
cundum Empedoclem, præterquam
quæ additione sit, nam igni ignem aug-
eri eenset, inquit enim, auget terra
quidem propriam genus, ætheraque
æther, hæc autem adiiciuntur appo-
nunturque. At ea quæ incrementa
suscipiunt, non ad hunc modum auge
ri videntur. Longe autem diffici-
lius fuerit eidem de generatione, quæ
natura fit, rationem assignasse. Nam
omnia, quæ natura gignuntur, aut
semper sic, aut plerunque fiunt. Quæ
vero non semper, aut plerunque fiũt,
a casu & fortuna fieri aßolem. Quæ-
nam igitur causa est, vt ex homine ho-
mo aut semper aut plerunque, & ex tri
tico triticum, sed non oliua oriatur?
An si ita componatur os, non enim
vtcunque, quemadmodum inquit ille,
H *sed ratione quadam cocuntibus, sit ali*
quid. Quænam igitur horum causa
est? uon enim ignis vel terra causa exi
stit. At uero, neque concordia, aut
discordia, etenim hæc segregationis,
illa vero congregationis solum causa
est. Hoc autem est, cuiusque essentia,
sed non mistio, mistorumque prius di
nullio solum, quemadmodum inquit
ille. In his e nanque, fortuna nomi-
nari solet, non ratio: fieri enim potest,
ut aliquid, vt contingit ac temere mi-
I *sceantur. Itaque sic se se habere, eorũ*
quæ natura constant, causa existit, atq;
cuiusque natura hæc est, de qua nihil
mentio fit. Nihil ergo de natura dicit.
At vero hoc ipsum bonum existit.
Porro, ille solam mistionē collaudat.
Atqui discordia haud quaquam secer
nit elementa ipsa, quæ natura Deo
priora sunt, sed concordia. dii autem,
& hæc quoque sunt.

Præterea: de motu simpliciter di-
cit, non enim satis est dicere concor-
diam & discordiam mouere, nisi hæc
K *concordiæ ratio sit, motu, inquam ta*
li ciere, & discordiæ tali. Igitur aut
definisse aut supposuisse, aut exacte
vel molliter vel allo quolibet modo de
mostrasse oportebat. Insuper cũ ui &
pier naturā moueri corpora videatur

per naturam quoque mouētur, ut ignis
ad superum quidem locum non ui, sed
ad inferum ui fertur. Vi autem, & na
tura contraria sunt. Contingit autem
ui moueri, ergo & natura quoque mo-
tu cieri contingit. concordia igitur illo
motu mouet, aut non mouet. nam ter-
ram deorsum ferri, concordiæ contra
rium est, & segregationi simile exi-
stit, potiusque discordia naturalis mo-
tus causa est, quàm concordia, unde
fit, ut omnino concordia potius præter
naturam existat. Simpliciter autem,
nisi concordia aut lis moueat, ipsorum
corporum nullus motus statuse est.
At hoc absurdum est. Ad hæc, vide-
mus corpora motu cieri. Nam discor
dia segregauit, æther autem in su-
blime subuectus non a discordia fuit.
C *Sed interdum, illum uelut a fortuna*
sublatum aßerit sic dicens. Nam ple
rumque aliter, sed tum sic forte cucur
rit, Interdum ignem sursum ferri aptis
simum esse: inquit enim. Ast æther,
longis sub humum radicibus ibat. Et
insuper ipsum quoque mundum simi-
liter nunc tempore discordiæ, ut prius
tempore concordiæ habere dicit. Quid
igitur mouens primum, motionisque
causa existit? non enim discordia & cō
cordia. uerum hæc alicuius motus cau
sæ sunt. Quod si sint, illa princi-
D *pium erit.*

Porro absurdum est animā ex ele-
mentis constare, aut elementorum
unum aliquod esse. Quomodo enim
animæ alterationes, ceu musicum esse,
& rursum non musicum, aut memo-
ria aut obliuio, erunt? Perspicuum
enim est, quòd si anima ignis sit ea-
dem illi, quæ igni ut ignis est, affectio
nes cōpetent. Si uero ex elementorũ ni
sitra constet, corporeæ: at harũ nulla
E *corporea existit. Verum de hisce*
considerare, alterius contemplationis
est officium.

LECTIO VIII.

Postquam Philosophus determinauit de generatione elementorum, hic determinat de generatione compositorum ex elementis. Et circa hoc duo facit. 1. Primo, determinat de generatione compositorum ex elemẽtis. Secundo, ostendit, quòd ad generationem misti omnia elementa concurrant i omni mista corpora, ibi { Omnia. n. mista. } Circa primũ duo facit. Primo arguit ad ostendendũ, quòd non possit esse verus modus generationis mistorum. Secũdo determinat veritatem, ibi { Quapropter quando. } Circa primum considerandum est, quòd sicut supra patuit, duplex est opinio de elementis, quarũ est vera, scilicet q̃ elementa, ex quibus sunt corpora constituta, habent aliquid commune, quod est vna materia, humiliter necesse est dicere, quòd si elementa transmutantur adinuicem, necesse est q̃ habeant vnam communem materiam, quæ dicitur vna ab vnitate potẽtiæ quæ est in ea, & est potentia ad formam, cum semper habeat potẽtiam ad omnes formas elementorũ, & necesse est ipsam compleri per successionẽ motus in omnes formas: & sic necesse est quòd de vna forma ad aliam transmutetur, & hanc opinionẽ primo ponit. Secunda opinio fuit Empedoclis qui dixit elementa esse intransmutabilia, & hãc iniunit. ibi { Quicũque enim } Et diuiditur in quatuor partes. In prima ostendit, quod secundum opinionẽ Empedoclis non potest dari verus modus generationis mistorum. Dicit enim quòd quidam sunt, qui dicunt elementa non adinuicem generari, illi etiam nõ dicunt quòd vnumquodq; elementum fiat ex qualibet parte corporis multi, sed dicunt, quòd elementa fiunt ex corpore, sicut lapides & lateres ex pariete, sed hoc est inconueniens, non enim possunt dicere quomodo ex elementis sic compositis non vere mistis, sint carnes & ossa, & vnumquodque aliorum corporum mistorum, si enim componantur & congregentur elementa in vnum remanẽtibus formis & operibus suis, sic ignis in vna parte compositi erit aduncus, & aqua fluens, terra incontinua, aer expirans, similiter ignis non ligatus euolabit sursum, terra autem descendet deorsum, & sic nunquam constabit vt faciat ossa & carnes, & huiusmodi. Secundo ibi.

Tex.cõ.46.

Tex.cõ.49.

Tex.cõ.48.

Tex.cõ.47.

LECTIO VIII.

EX elementis autem, ex quibus corpora constituta sunt, quibuscunq; quidem videtur esse aliquid cõmune, aut transmutari inuicem necesse si alterum horum cõtingit, & alterum contingere. Qui cumque enim non faciunt ex inuicem generationem, neque ex vnoquoque, nisi sicut ex pariete lateres inconueniens, quomodo enim ex illis erunt carnes & ossa, & aliorum vnumquodque. Habet autem quod dicitur quæstionem, & ex alterutris generantibus, quomodo generatur ex eis aliud aliquid præter hoc. Dico autẽ. v.g. ex igne est aqua, & ex hac generari ignẽ. est. n. aliqđ cõmune subiectũ, atq; & caro ex eis generatur & medulla, verũ hęc qũo generãtur? Illis qđẽ. n. qui dicunt, vt Empe. quis erit modus? necesse. n. est cõpositionem esse, sicut ex lapidibus & lateribus paries. Mistura vtique hæc saluatis, vtique erit elementis, secũdũ parua aũt adinuicem cõpositis, ita vtiq; caro & aliorũ vnumquodq;. Contingit itaq; non ex quacunq; parte carnis generari ignem & aquã, (quemadmodum ex cera generatur vtiq; ex hac quidem parte sphæra, pyramis autem ex alia qua alia) sed contingebat ex alterutro alterutrum generari.

Hæc quidem igitur hoc generãtur modo ex carne, ex qualibet ambo. Eis autem qui illo modo dicunt, non contingit, sed vt ex pariete lapis & lateres, vtrumque ex alio loco & parte.

Tex.cõ.48.

Similiter autẽ & facientibus vnam eorum materiam habet aliquam quæstionem, quomodo erit aliquid ex ambobus, verbi gratia, ex calido & frigido, aut ex igne & aqua. Si enim est caro ex ambobus, & neutrum eorum, neque rursus cõpositio saluatorum, quid relinquitur, nisi materiam esse quod ex illis: alterius enim corruptio, aut alterum facit, aut materiã.

LECTIO VIII.

EIpsis autem elementis, ex quibus corpora constant us quidem qui commune quid esse, aut ea inter se transmutari putãt si ex hisce alterum, & alterum quoque contingat, est necesse. Qui uero generationem mutuam non faciunt, nec e singulis singula, sed uelut e muro lateres gigni uolunt, absurdum quid dicunt. Nam qui carnes & ossa, & cæterorũ qđ̃ us ex illis erũt. Quod autem dicitur dubitationem habet, etiam apud eos, qui generationem mutuam astruunt, quonam pacto ex ipsis diuersum quid ab eis oriatur. Verbi causa, ex igni aqua fit, & ex aqua ignis, nam subiectum commune quid existit: sed & caro atque medulla ex eis fiunt: at hæc quomodo? Etenim illis qui perinde, ut Empedocles dicunt quisnam erit modus? nam compositionem esse, quomodo e lateribus atque lapidibus fit murus, necesse est & hæc mistura ac congeries, ex conseruatis quidem, sed secundum exiguas portiones iuxta sese compositis erit elemẽtis: ad hunc itaque modum, caro & cæterorum quodque fiet. Accidit autem, vt non ex qualibet carnis parte, ignis & aqua gignantur, (sicuti ex cæra, ex hac parte pila, ex aliqua alia meta fieri potest) sed ex vtraque vtrumque fieri quæat. Hæc itaque hoc gignuntur modo ex carne, ex quauis parte vtrumque. At hisce, qui illo modo dicunt, ex quauis vtrumque gigni non potest, sed perinde fit vt e muro lapis & later, ex alio loco ac parte vtrumque. Pari modo & hisce, qui ipsorum materiam vnam faciunt, dubitatio quædam obrepit, qualiter ex ambobus, calido, inquam, & frigido, aut igni & terra, quippiam erit. Nam si caro ex ambobus sit, & neutrum illorum, nec rursus seruatorum compositio, quid restat id esse præterquam materiam, quod ex illis constat? nam corruptio alterius, aut alterum facit, aut materiam.

Ex lib. pri. me. t.c. 86.

Sequitur aliud inconueniens: quia secundum istos non ex quacunque parte carnis generabitur quodlibet elementum, sed ex vna parte vnum, & ex alia parte aliud: sicut si ex vna parte cera fiat sphæra, ex alia parte fiat figura pyramidalis, hoc autem patet

In pri. lib. tex. c. 28. &c. patet esse falsum per ea quę dicta sunt supra, capitulo de mistione. Sed sicut in vnaquaque parte cerę potest quælibet figura formari, ita ex qualibet parte misti per resolutionem potest quodlibet elementum generari. Hæc ergo ambo elementa, scilicet ignis, & terra, & etiam alia, generantur ex qualibet carne. i. ex qualibet parte carnis. Sed illi, qui dicunt sicut Empedocles, scilicet, elemẽta esse intransmutabilia, non possunt hoc dicere: sed sicut ex diuersis partibus & locis ipsius parietis tolluntur diuersi lapides, ita ex diuersis partibus & locis ipsius misti, diuersa elemẽta oportet eos dicere generari, ita q̃ ignis ab vno loco & parte, & aer ex alia. Quarto ibi. {Similiter autem & facientibus. } Opponit contra ipsam opinionem, dicẽs, quòd etiam ponẽtibus elementa habere vnam materiam & esse trãsmutabilia, sequuntur inconuenientia, si dicatur aliquid generari ex elementis: habet enim quæstionem & dubium, quomodo generabit̃ aliquid ex ambobus: sicut ex calido & frigido, aut igne & aqua, si enim caro est ex ambobus, & neutrum eorum est ipsa caro, nec etiam saluantur ipsa elementa, quia aliter non esset mistio, & nihil relinquitur nisi materia: quod est impossibile. Si autem remaneat alterum, & alterum corrumpatur, tunc est corruptio vnius & generatio alterius: qa corrupto vno, aut generatur alterum, aut remanet pura materia. Quomodo ergo fiat ex eis generatio, dubium est. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat veritatem: & circa hoc duo facit. Primo, ostendit modum generationis in vniuersali. Secundo, magis in speciali contrahendo ipsum ad mistionem elementorum in constitutione compositi, ibi { Quoniam autem patiuntur. Primo ergo, relicta prima opinione tanquam falsa, & impossibili, & supposita prima, ponit verum modum generationis corporum mistorum. Ad cuius euidentiam præmittit duo. Quorum primum est, quòd differentiæ elementorum sunt contrariæ, scilicet, calidum, & frigidum, & huiusmodi: & suscipiunt magis & minus. Secundum est, quòd quando alterum elementum fuerit simpliciter actu, & alterum simpliciter in potentia fuerit, tunc non potest esse mistio, quando vero vnum non est omnino actu, nec per excessum prædominatur alteri elemento, tunc generabitur quoddam medium, quod nec est simpliciter calidum, nec simpliciter frigidum, sed quodammodo naturam participans vtriusque. Et hoc ideo, quia quando elementa miscentur, intentiones siue formæ corrumpuntur, & remanent in virtute: & tunc illud medium

A

b Quapropter & qñ est & magis & minus calidũ & frigidũ, qñquidẽ fuerit simpliciter alterũ actu, potẽtia alterũ erit: Qñ aũt nõ omnino, sed vt qdẽ eius calidũ frigidũ, vt aũt frigidũ calidũ, qa quę miscẽtur corrũpũt intẽtiones adinuicẽ, tũc neque materia erit, neq; illorũ cõtrariorũ alterutrũ actu simpliciter sed mediũ. Sed m id vero qđ est potẽtia magis calidũ, q̃ frigidũ, vel cõtrarie alterutrũ: secundũ hanc rõnẽ, & rõne dupliciter calidum potentia q̃ frigidum, vel tripliciter, vel secũdũ alium talem modũ. Erũt vtiq; mista alia ex contrariis, aut ex elementis. Et alia elemẽta ex illis, potentia aliquo modo existentibus, non ita vero vt materia, sed secundum prædictum modum. Et erit ita quidem, mistio, illo vero modo materia secundum quod generatur.

B

c Quoniam autem patiuntur contraria secundum in Primis determinationem. Est. n. actu calidum, potentia frigidum, & actu frigidum, potentia calidũ. quapropter, si non coæquantur, transmutantur inuicem. similiter autem & in alijs contrarijs. Et primo ita elementa transmutantur, ex his autem carnes & ossa & quæ talia, calido quidem generato frigido, frigido autem calido, quando ad medium veniunt. hic enim neutrum, medium autem multa & non indiuisibile. Similiter autem & siccum & humidum, & alia talia, secundum medietatẽ faciunt carnẽ, & os, & alia.

C

Præterea, & ipsa contraria pati solent, quemadmodum ante præfinitum est, etenim actu calidum, potentia frigidum est, & actu frigidum, potentia calidum. Quare, nisi ad æqualitatem redacta sint, in se mutuo transmutantur simili modo, & in cæteris contrariis. Atque primo quidem elementa ipsa ita trãsmutãtur, deinde ex hisce carnes, & ossa, & eiusmodi fiũt, cũ illa calido quidẽ in frigidũ, & frigido in calidum transeunte, ad mediocritatem uenerint, hic enim neutrum est, mediocritas autem multiplex est, & nequaquam indiuisibilis. Similiter humidum & siccum & talia, carnem ossaque & cætera ad genus mediocritate efficiunt.

D

E

iusmodi talia. Calido autem secundum aliquid infrigidato, & frigido secundum aliquid calefacto, quia in misto materia vniuscuiusque contrarij partem capit alterius, quando veniunt ad medium, medium enim est contrarij: medium autem illud non est vnius proportionis tantum, scilicet quòd semper fit per æqualem contrariorum participationem: neque est indiuisibile, ideft, non est vno modo tantum, sed diuersis modis secundum diuersitatem proportionis contrariorum, & sic est medium inter calidum & frigidum, secundum multiplicem proportionem ipsorum, ita etiam intelligendum inter humidum & siccum, quę secundum mediorum diuersitatem, quædam aliqua proportione conuenientia faciunt carnem, & in alia proportione faciunt os, & in alia faciunt alia, quorum complexiones variantur, sicut est homo, cuius complexio maxime vicina est temperamento: & leo, qui est calidæ complexionis: & asinus, qui est frigidæ complexionis. Deinde cum dicit.

Libro prio t.c. 50. & 51

c ¶ Contrahit modum qui dictus est vniuersaliter ad propositum, dicens q̃, quia omnia contraria patiuntur adinuicem, sicut dictum est prius in capitulo de actione: quia qđ est actu calidum, est potentia frigidum, & econuerso: si ipsa elementa non adæquãtur potẽtijs suis, sed vnum omnino alteri prædominatur, tunc transmutantur adinuicem, & non fit mistio, sed corruptio debilioris, & generatio siue augmẽtum prædominantis. Et quod dictum est de calido & frigido, intelligẽdum est similiter in alijs contrarijs, scilicet, sicco & humido. Sed elementa prius seinuicem transmutantur in generatione, adæquatis vero potentijs eorum secundũ quandam proportionẽ, generatur quoddam medium, sicut carnes, & ossa, & huiusmodi talia. Calido autem secundum aliquid infrigidato, & frigido secundum aliquid calefacto, quia in misto materia vniuscuiusque contrarij partem capit alterius, quando veniunt ad medium, medium enim est contrarij: medium autem illud non est vnius proportionis tantum, scilicet quòd semper fit per æqualem contrariorum participationem: neque est indiuisibile, ideft, non est vno modo tantum, sed diuersis modis secundum diuersitatem proportionis contrariorum, & sic est medium inter calidum & frigidum, secundum multiplicem proportionem ipsorum, ita etiam intelligendum inter humidum & siccum, quę secundum mediorum diuersitatem, quædam aliqua proportione conuenientia faciunt carnem, & in alia proportione faciunt os, & in alia faciunt alia, quorum complexiones variantur, sicut est homo, cuius complexio maxime vicina est temperamento: & leo, qui est calidæ complexionis: & asinus, qui est frigidæ complexionis. Deinde cum dicit.

Universidad de Sevilla Biblioteca

d ¶ Ostendit, quòd in quolibet misto sunt omnia elementa, Et primo per causam. Secundo per effectum. ibi { Testificari autem videtur. } Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd in quolibet misto est terra & aqua. Secundo, quòd ignis & aer. ibi { Aer autem. } Dicit ergo primo, quòd omnia corpora mista, quæcunque sunt circa medium, quod est terra, necessario sunt cõposita ex omnibus simplicib⁹ corporibus, quæ sunt quatuor elementa: & quòd in omni corpore misto sit terra, sicut ostendit locus & locatum, secundũ Commentatorẽ. Na aut sunt eiusdem naturę, aut prædominatur natura loci in locatorib⁹ omnia mista naturaliter quiescunt in terra, sicut i loco. ergo oportet quòd in quolibet misto sit terra, & nõ solum quòd sit, sed vt prædominetur in ipso. Quòd autẽ aqua sit i quolibet misto, probat ex hoc: quia terra pura nõ habet cõtinuationem, nec in ipsa aliqua figura posset consistere: partes autem cuiuslibet misti oportet esse terminatas, sola autem aqua, vt supradictũ est, est bene terminabilis, & prima terra propter naturale siccum, quod est in ea, nullatenus commoratur sine humido, quod est in causa continente, vnde humidum, quod est in ea, continet ipsã, si autem ex ipsa humidum totaliter auferatur, statim decidet, & conuerteretur in puluerem. Terra ergo & aqua, propter dictas causas sũt in corporibus mistis. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.50.

Tex.cõ.50.

d Omnia enim mista corpora, quæcumque circa locum medium sunt, ex omnibus composita sunt simplicibus. Terra quidem ineſt omnib⁹, quia vnũ quodq; est maxime & multum in proprio loco. Aqua autem, quia oportet terminari quodcunque compositum: sola autem est simplicium bene terminabile aqua. Amplius autem & terra sine humido non potest commorari, sed hoc est quod continet: si enim auferatur omnino ex ipsa humidum, decidet vtique, terra quidem igitur & aqua, pp has insunt causas.

e Aer autem & ignis, quoniam contraria sunt terræ, & aquæ. Terra quidem aeri, igni vero aqua contraria est, vt cõtingit substantia substantiæ contrariam esse. Qñ igitur generationes ex cõtrariis sunt, insunt aũt altera extrema contrariorum: necesse & altera ineſſe. Quapropter in omni composito omnia simplicia erunt.

f Testificari autem videtur & nutrimentum vniuscuiusque. Omnia quidem enim nutriuntur eisdem ex quibus sunt, omnia enim multis nutriũtur. Etenim quæcumque videntur vno solo nutriri, vt aqua plantę multis nutriuntur. Mista est enim aquæ terra: ideo rustici tentant miscentes irrigare.

g Quoniam aũt est nutrimentum quidẽ materiæ, qđ nutritur aũt coniunctũ materiæ forma & species: rationabile iam solũ simpliciũ corporũ nutriri ignem omnium ex inuicẽ generatorũ, quemadmodũ & Priores dicunt. Solus enim & maxime spẽi particeps est ignis, qa innatus est ferri ad terminum. Vnumquodque autem innatũ est ferri in suũipsius regionem. forma enim & species in terminis omnium est. Quòd igitur oĩa corpora ex omnib⁹ constituta sunt simplicibus, dictũ est.

e ¶ Primo probat, quòd i quolibet elemẽto est aer & ignis, tali ratione. Terra & aqua alterantur in misto: cum autem vnumquodque miscibilium alteretur a suo contrario, oportet aerem & ignem esse in composito: nã aer contrariatur terræ, & ignis aquæ. Dico autem elementum esse contrariũ elemento, prout ratione qualitatum cõtingit substantiam esse contrariam substantiæ. Quoniam igitur generationes sunt ex contrariis, & in mistis sunt extrema contrariorum, scilicet frigidum siccum, quod est terra, & frigidum humidum, quod est aqua, necesse est reliqua ineſſe, scilicet calidum cum sicco, & calidum cum humido, quæ sunt ignis, & aer. Quapropter in omni composito sunt omnia simplicia corpora. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat idem per effectum: & diuiditur in partem principalem, & incidentalem, pars incidentalis incipit. ibi { Quoniam autem est nutrimento. } Dicit ergo primo, quòd hoc quod dictum est, scilicet, quòd omnia mista componantur ex quatuor elementis, testificari & approbare videtur nutrimẽtum vniuscuiusque. Nam vnumquodq; nutritur ex eis ex quibus est: sed omnia quidem nutriuntur ex multis elementis. ergo ex eisdem quatuor elementis omnia mista consistunt. Maioris propositionis ratio potest esse: quia nutrimentum transmutatur in naturam nutriti, non autem posset transmutari, nisi haberet eandem materiam. Minorem vero probat, sumendo argumentum a minori. Minus enim videtur quòd plantæ, quæ sunt magis terrestres, nutriantur ex plurib⁹, quam alia nutrita, sed istæ, licet videantur solum nutriri ex aqua, nutriuntur tamẽ ex omnibus: ergo multo magis alia. Quòd autem plantę nutriantur ex omnib⁹, ex hoc videtur, manifestum est enim qp nutriuntur ex terra, & aqua, & ex agricultura. Rustici enim colentes plãtas, miscent terram cũ aqua ad nutrimentum plantarum. Si autem ineſt terra, & aqua, necesse est esse alia duo extrema, scilicet aerẽ & ignẽ, eadem ratione qua supra. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit incidenter, quòd inter simplicia corpora solus ignis nutritur, nõ tñ ꝓprie: qa sola vegetabilia ꝓprie nutriũtur, dicens, qp qa nutrimentũ est sicut materiale respectu nutriti, qa i suam natura cõuertitur, vt dictũ est in capitulo de augmẽto: ipsũ aũt nutribile est sicut forma & species contenta materię, rõnabile est, vt solus ignis inter simplicia corpora nutriat, eo qp inter oĩa elemẽta, quę adinuicẽ generant, ignis est magis formalis, qđ patet ex hoc, qp ipse naturaliter fertur sursum ad terminũ. i. ad circumferentiã orbis, qui maxime formalis est inter omnia corpora: vnumquodque enim natum est ferri ad suiipsius generationem, quæ est connaturalis ei: forma autem & species omnium rerum inferiorum, præter hominem, est in terminis omnium, quia superiora ad inferiora se habent, sicut forma ad materiam. Cum ergo ignis tangat orbem Lunæ, constat qp ipse sit cõnaturalis orbi in formalitate. Vltimo recapitulat, & est planum.

LECTIO IX.

Tex.cõ.51.

Postquam Philosophus determinauit de generatione & corruptione, tam simpliciũ quam cõpositorum ex simpliciũs, hic determinat de causis, siue de principijs generationis & corruptionis elementorum & mistorum. Et circa hoc duo facit. Primo dat intentionem Secundo prosequitur inten tum. ibi { Sunt enim & numero. } Dicit ergo primo, cum sint quædam generabilia & corruptibilia, & gñatio & corruptio sit in eis quæ sunt circa medium locum: dicendum est simpliciter & vniuersaliter de generatione, quot, & quæ sunt eorum principia. Facilius enim in libris particularibus inspiciemus eas principiorum generationum, quando causas vniuersales generationis acceperimus. Cursus enim ab vniuersalibus ad particularia est maior, & vniuersalior via in natura. Deinde cum dicit.

b ¶ Prosequitur intentum: & circa hoc tria facit. Primo, ponit opinionẽ suã de principijs. Secundo, opiniones aliorum. ibi { Sed hi quidem sufficienter. } Tertio, inquirit specialiter & sufficienter de principio mouente. ibi { Nobis autem. Ad euidẽtiam eorum quæ hic dicuntur, notandũ est, quòd corporum generabilium & corruptibilium, quędã sunt principia extrinseca, & quædam intrinseca. Principia extrinseca, sunt agentia, siue mouentia. Et ista se habent in quodam ordine: quia quædam sunt proxima, & quædam remota, siue prima: & prima quidem principia sunt substantiæ separatæ, quarum suprema est Deus, & illa sunt eadem omnium corporalium, & propter hoc dixit Philosophus, quòd corruptibilium & sempiternorum sunt eadem principia numero remota, proxima vero non sunt eadem: quia principia corporum cælestium sunt substantiæ separatæ, vt dicitur in Secundo Metaphysicorum, sed proxima principia corruptibilium sunt ipsa corpora cœlestia, vt dicit Philosophus Primo Meteororũ, & Commentator. Intrinseca vero principia sunt materia & forma, & illa non sunt eadem numero corruptibilia & incorruptibilium, sed sunt eadem secundum analogiã: quia nec materia, nec forma corrumpitur per se, sed solum per accidẽs, vt Philosophus Primo Phy. Et ideo dicit Philosophus, quòd principia corruptibilium & incorruptibilium sunt eadẽ principia genere, idest, analogia, siue proportione. Hoc ergo præmisso, præcedit ꝓposito dicens, qp principia rerum generabilium & corruptibiliũ, aliud est materia, aliud est forma: oportet autẽ adesse tertium. Quia sicut in sempiternis non sufficiũt duo ad motũ, sed oportet adesse mouens, ita nec in generabilibus sufficiunt ad generationem duo, sed oportet adesse tertium: quod est efficiens. Materia vero, cũ sit ens in potentia est causa, quare ista inferiora possunt esse, & nõ esse. Forma vero est causa esse tantũ. Sed efficiens mouet materiã, vt transmutetur de potẽtia ad actum. Ad declarationem autem dictorum, ponit quandam diuisionem dicens, qp quędã sunt de necessitate in eẽ, sicut sunt æterna, vt corpora cælestia, qi in sua substantia, & in suis motibus sunt necessaria & similiter substãtiæ separatæ, & his opponũntur impossibilia adesse. Quædam vero sunt possibilia esse & nõ esse, & ista sunt generabilia & corruptibilia: quæ quandoque sunt, & quandoque non sunt. Et ideo necessariũ est, quòd generatio & corruptio sint circa corpora talia, quæ possint esse & non esse. Illud autem, ex quo talis potentia ad esse & non esse in eis est, materia dicitur. Sed causa finalis in Physicis, quæ est, cuius gratia mouens mouet, est forma & species: hic enim est finis motus & intentionis naturalis agentis. Et hæc est ratio definitiua vniuscuiusque substantiæ: sed sicut dictum est, cum his duobus oportet esse tertium principium, quod est efficiens: quod omne Antiqui somniauerunt, sed nullus de ipso aliquid veritatis dixit expresse. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit opiniones aliorum de principiis, & circa hoc duo facit. Primo ponit eas. Secundo improbat eas. ibi { Neutri autem. } Fuerunt autem duæ opiniones: quarum ponit primam dicens, quòd quidam somniauerunt naturam specierum, idest ipsas species separatas, quas Plato appellauit ideas, esse sufficientem causam ad hoc, quòd res generentur. Quemadmodum Plato in Phedone, vbi induxit Socratem ad confirmationem suæ opinionis. Vnde dicit, quòd ibi

LECTIO IX.

Via vero sunt quędam generabilia & corruptibilia, & generatio cõtingit eis quæ sunt circa mediũ locum dicendum de omni generatione simpliciter, quot, & quæ eorum principia: facilius enim sic singularia inspiciem⁹, quando de vniuersalibus acceperimus.

c Sunt.n. & numero æqualia & genere eadẽ principia, quæ in sempiternis, & in primis sunt. Hoc qdẽ.n. est vt materia, hoc aũt vt forma: oportet aũt & adhuc tertiũ existere: non.n. sufficientia ad generandũ sunt duo, quemadmodũ neq; in primis. Vt materia quidẽ in generabilibus, qđ possibile est esse & non esse cã est. Hæc quidẽ.n. ex necessitate sunt vt æterna, horum autem hęc quidem impossibile nõ esse, hoc autem impossibile esse quia non contingit circa necessarium aliter se habere. Quędã vero possibile esse & non esse, quod est generabile & corruptibile, quandoque quidem enim hoc est, quandoque autem non est hoc. Quapropter necessarium generationem & corruptionem circa possibile esse, & non esse. Ideoque vt materia quidem hæc causa est generabilibus, vt autem cuius gratia forma, & species: hæc autẽ est ratio vniuscuiusq; substãtię. Oportet aũt adesse & tertiũ, qđ oes q dẽ somniãt, dicit aũt nullus

Tex.cõ. 52.

Tex.cõ. 55.

Tex.cõ.24.

Tex. cõ. 1

LECTIO IX.

Vm autem nonnulla genera bilia corruptibilaque sint, & generatio in eo, qui circa medium est, loco, sit de omni generatione, & quot, & quæ sint eius principia dicendum est, sic enim faciliꝰ singularia contemplabimur, cum de vniuersalibus prius sumpserimus.

Sunt igitur tot numero, & genere eadem, quæ in æternis primisque. Nam alterum ut materia, alterum ut forma existit: oportet autem & tertium insuper adesse. Nam duo haud quaquam satis sunt ad generandum, sicuti nec in ipsis primis. Igitur quod esse & non esse potest, generabilibus causa, ut materies existit. Nam quædam necessario sunt, ceu æterna, quædam necessario non sunt: quorum, illa quidem non esse, hæc uero esse, est impossibile, eo quòd fieri non possit, ut necessarium aliter sese habeat. Nonnulla, & esse possunt & non esse: de quorum numero, generabile existit, atque corruptibile: hoc enim interdum est, interdum non est. Quare necesse est, ut generatio atque corruptio circa id sit, quod esse & non esse potest. Quocirca & hoc, causa ut materies generabilibus existit. At forma species que, ut cuius gratia, hæc autem est substantiæ cuiusque ratio. Oportet autem & tertium quoque adesse, quod omnes quidem somniant, nemo tamen dicit.

Sed alii specierum naturam causam esse sufficientem ad generandum arbitrati sunt, quemadmodum in Phædone Socrates. Nam ubi ille cæteros increpauit, tamquam nihil locutos, eorum quæ sunt quædam species esse,

Socrates increpat alios tanquam dicentes nihil. Et supponit, q̃ entium, quædam sunt substantiæ, separatæ, quædam vero participantia specierum, sicut mediate: & quòd vnumquodque cõpositum dicitur esse actu secundum speciem, generari autem secundum vltimam speciei susceptionem, & dicitur corrumpi secundũ illius speciei abiectionem, dixit enim species rerũ esse æternas, quæ sunt quasi quædam sigilla impressa rebus generabilibus. Ex cu sigillatur materia, quæ fit per illarum participationem, tunc res generantur: & cum ejicitur forma sigillata, manet quidem perpetua, sed destruitur individuum per ejectionem talis formę. Quapropter, si ita est idearum natura, vt ipse Socrates, & Plato existimant, ne cesse est ipsas species esse causas generationis & corruptionis, per præsentiam quidem generationis, per absentiam vero corruptionis. Secundam opinionem ponit. ibi ¶ Hi autẽ. ¶ Dicens, quòd alij nõ dixerunt primũ mouens esse extrinsecũ, sicut Plato, sed dixerũt principium trãsmutationis materiæ esse ipsam materiã, & ipsum motum rerum esse ab hac, idest ab ipsa materia dispohta & informata qualitatibus primis. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.53. d ¶ Reprobat prædictas opiniones, & primo primam, secũdo secundam. ibi ¶ Si autem materiam ¶ primã reprobat duabus rationibus, quarum primam ponit dicens, quòd neutra opinio bona est: quia species separatæ non sunt causæ sufficientes generationis cum materia: quia si sunt sufficientes, quare non semp continue generantur res, & non quandoque sic, & quandoq; non? non enim est maior ratio, quare in vno tempore species generentur, quàm in alio, cum ipsę species & participantia, idest materiæ, quæ innatæ sunt suscipere illas species, semper & eodem modo se habeãt. Potest autem sic ratio formari, idest, Idem manẽs idem semper natum est facere idem: sed species vel ideę semper manent eædem, & eodem modo. ergo semper deberent generare: sed hoc est falsum, quòd semper generent: quædam quandoque sunt, & quandoque non. ergo illæ non sũt causæ generationis & corruptionis. Secundam rationem ponit ibi. ¶ Amplius autem in quibusdam. ¶ Dicens, quòd nos videmus ad sensum in quibusdam, sicut in artificialibus, quòd necessarium est esse aliquod primum mouens præter species, vt patet in artificialibus. Medicus enim facit sanitatem, & similiter doctor facit doctrinam, cum tamen præter illos, ipsa sanitas & doctrina sint species, & anima discentis & complexio corporis sint participantia ipsarum specierum, & similiter est in alijs secundum potentiam, idest secundum artem operantis. Dicuntur enim artes & scientiæ potentiæ, vt dicitur nono Metaphysicorum: quia per artem homo operatur, & per scientiam considerat. cum ergo ars imitetur naturam, & in arte inueniamus hanc tertiam causam. ergo in natura est tertia causa, scilicet, mouens præter materiam & formam. Deinde cum dicit.

e ¶ Reprobat secundam opinionem & circa hoc duo facit. Primo comparat eam primæ opinioni, secundo destruit eam ibi. ¶ Sed tum nec hi. ¶ Dicit ergo primo, quòd si aliquis dicat quòd materia prædicto modo disposita generet propter motum, quàm ipsa mouetur, magis dicit secundum naturam quàm illi, qui dicũt speciem separatam generare. Quia id, quod alterat & transformat, magis est cã generationis in Phy sicis: materia autem, secundum quòd dicunt, sic informata, vt dictum est, alterat & trasformat. & non etiam consueti sumus dicere in artibus, & in natura, hoc est efficiens, qđ est transmutans, & alterans. Deinde cum dicit.

f ¶ Reprobat istam opinionem per tres rationes. Quarũ prima talis est, causa materialis cum efficiẽte nunquam incidunt in idem numero: sed materiæ est pati & moueri, facere autem & mouere est alterius potentiæ: quia potentiæ actiuæ, quæ est in agente, sequitur, ergo, quòd materia non possit esse mouens vel efficiens: alias enim potentia actiua & passiua essent idem. Et hoc manifestat in naturalibus & artificialibus. Et primo in naturalibus. Aqua enim, quę secundũ quòd dicit Thales, est materia omniũ, vt habetur primo Metaphysicorum in Prologo cap. 2. non facit ex seipsa animal, nec aliquid aliud. Similiter nec lignum, quod est materia lecti, aut scamni: sed artifex per artem quam habet in mente: ex his ergo patet quòd isti non recte dixerunt. Secundam rationem ponit, ibi ¶ Et quoniam. ¶ Dicens, quòd tales non recte dicunt: quod patet & alia ratione, quia scilicet, derelinquunt principalem causam, auferunt enim formam & quod quidest vnicuiusque rei. Et hoc patet per supra dicta: quia dictum est, quòd ipsi auferunt causam mouentem: qua sublata (cum materia, quæ est in potentia, non possit se mouere ad actum) necessario sequitur etiam forma. Sed adhuc manifestat hoc idem per aliud, quod ipsi dicunt. ibi ¶ Amplius autem. ¶ Dicens, quòd isti attribuunt corporali materiæ potentias passiuarum qualitatum: & per illas potentias valde organice, & tanquam per organa & instrumenta dicunt, quòd materia generat, aliam auferentes causam, quæ est secundum speciem, idest secundum causam formalem: per quam vnumquodq; collocatur in specie, vt dicitur. Secundo I'hy. Dicunt enim quòd calidum, quod est in materia, innatum est segregare: frigidum autem natum est congregare, segregat enim calidum & dissoluit, frigidum autẽ cõgregat, & insp issat, miscet, & confundit. Et quia res omnes constituunt

quædam quæ species participent, & eorum quoque per speciem esse dici, sucepuone uero oriri & abiectione intelligere supponit. Quare, si hæc uera sunt, species, causas esse generationis & corruptionis necessario putat. Alij, ipsam materiam, nimirum a qua sit motus.

At neutri recte dicunt: nam si species causæ sunt, cur non semper gignunt continenter, sed quandoque & quandoque non, cum semper tum species, tum quæ eas participant in rationę rerum sint? Præterea, in nonnullis, aliam quamdam esse causam spectamus. Nam medicus in corpore sanitatem efficit, & scientiam scite existente, & ipsa sanitate & scientia & hisce quæ eas participant. Eodẽ modo, & in cæteris quæ facultate quadam fiunt.

Quòd si qui materiam ipsam ob motum generare dicant, naturalius profecto dixerint, quàm qui ita dicunt. Etenim quod alterat, quodque transfiguratione facit, causæ ut quippiam oriatur rationem sibi uendicat magis. Et in omnibus ex æquo tam hisce quæ natura cõstant, quàm quæ ab arte proficiscuntur, hoc agens dicere consueuimus, quod mouendi uim obtinet.

Verum enimuero, & hi quoque nõ recte dicunt. Pati namque & moueri materiæ est, agere uero & mouere, alterius potẽtiæ: palam autem est cum in iis quæ a te, tum iis quæ natura fiunt, nam neque aqua ex se animal

Ex te.c. 56. infra.

Tex.cõ.53.

Tex.cõ.53.

T.c.4.&.5. meta.c.17.

missura quadam & distinctione, ideo dicebant, q̃ ex his duobus omnia alia agunt & patiuntur, & omnia ex eis generãtur & corrumpuntur: intantũ etiam, q̃ ignis, qui est formalissimus & maxime actiuus, aliquando motus a frigido, hoc modo instrumentaliter patitur, & non dixerunt aliquam causam efficientẽ vel formalem. Tertiam rationem ponit. ibi ¶ Amplius vero simile. ¶ Quæ talis est. Dictũ est, q̃ materia generatur per potẽtias passiuarũ qualitatum tanquam per organa siue instrumenta, sed hoc dicere idem est, ac si diceretur q̃ serra & vnũquodq; instrumẽtorũ sit causa corũ, q̃ generãtur. Cũ ergo hoc sit falsum, quia semp oportet lignũ diuidi aliquo mouẽte, ferrã, aut secare, & lignũ coæquari alio quo homine incidẽte & mouente dolabram, & similiter est in aliis instrumẽtis, falsũ est q̃ materia mediantibus principijs talium qualitatum se moueat ad generationẽ: & ideo oportet q̃ aliquid moueat & dirigat qualitates elementares ad species elementorum producẽdas. Et hoc est motus cœli, vt infra patebit. Quo circa, & si ignis maxime aliquid faciat & moueat, tamẽ isti nõ vident quo moueat, quia multo deterius mouet quàm organum: quia sicut dictum est, organũ dirigitur ab artifice ad actum talem vel taliter, qui inducit formã operis artis: sed ignis corrumpit cõplexiones, & hoc est multo prius quàm actio organi ordinata ab eo, quod mouet organum.

Tex.cõ.54.

Tex.cõ.55.

LECTIO X.

POstquam Philosophus determinauit de principijs generationis vt̃ sm opinionẽ suã, & reprobauit etiam opiniones aliorum de principio mouente, hic ipse inquirit de ipso, & circa hoc duo facit. Primo determinat de ipso. Secũdo circa determinata mouet quasdam quæstiones. ibi ¶ Qm autem in cõtinue. ¶ Circa primũ duo facit. Primo dicit qđ est principiũ mouẽs ad generationẽ. Secũdo probat quoddã quod supposuerat. ibi ¶ Qm aũt necesse. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd mouens ad generationem est motus circuli cælestis, ex quo etiam probat continuitatẽ generationis & corruptionis. Secundo, ostendit idem ex parte finis. ibi ¶ Semper vero vt dictum est. ¶ Circa primum duo facit. Primo dicit, q̃ mouens ad generationẽ est motus circuli cælestis. Secundo ostendit qđ hic ille motus. ibi ¶ Qm autẽ supposuimus. ¶ Circa primũ duo facit. Primo ponit. Secũdo probat. ibi ¶ Similiter autẽ manifestum. ¶ Dicit ergo primo, q̃ nobis volentibus vniuersalẽ causam efficiẽte perpetuæ generationis manifestare, supponẽda sunt ea quæ dicta sunt vniuersaliter de causis in secũdo Phy. & ea quæ dicta sunt de alliatione, qui est motus circuli cælestis. Demõstratũ est enim in. 8. Phy. q̃ ipsa allatio, idest loci muratio, est motus perpetuus: his autẽ sic se habentibus, necesse est generationẽ cõtinue esse, materiam eñ cõtinue passibilẽ esse, qualitates elementorũ continue agunt & patiuntur adinuicem: hæc autẽ ideo facit mutatio, quia adducit & abducit generans. ſ. Solem, qui est causa omnis generationis & corruptionis. Deinde cũ dicit.

Tex.cõ.56.

Tex.cõ. 57.

Tex.cõ.55. & 56.

b ¶ Probat qđ dixit per duas rationes: quarũ primam ponit, dicens, quòd sicut bene dictum est i prioribus, idest in octauo Physicorum, allatio, idest loci mutatio, est prima omnium mutationum: sed illud quod est prius, est causa posterioris, & non econuerso. ergo. Secundam rationem ponit. ibi ¶ Multum enim rationabilius. ¶ Quę talis est: multum rationabilius est quod id, quod est semper & perpetuum & perfectum in esse, sit causa non entis quàm econuerso: cũ igitur illud quod fertur localiter sit ens, quod autem generatur non sit: quia si esset, non generaretur. ergo allatio est prius generatione, & non econuerso, & per consequens est causa generationis: hoc autem est intelligendum, quia in vno semper dẽ generabili prius est gñatio, q̃ loci muratio. Deinde est [illegible]

Tex.cõ.61.

Tex.cõ.63.

Tex.cõ.11.

LECTIO X.

SEd & prius a nobis vniuersaliter de causis dictum est, & nunc de materia & forma pertractatum, atque determinatum. Præterea cum demonstratum sit motum eum esse perpetuum, qui lationi accommodatur, his existentibus, & generationem quoque continenter esse necesse est, latio nanque continue generationem ideo facit, quia admouet & abmouet, id quod gignendi vim obtinet.

Insuper & priora esse dicta recte lationem, inquam, mutationum primam esse, & non generationem, dilucidum est. Nam multo magis consonum est rationi, id quod est ex quod non est ut nascatur causam esse, quàm id quod non est ni quod est ut sit. Sed quod lationem subit est, quod uero oritur, non est. Idcirco & latio generatione prior est.

Cum autem supponatur & demonstratum sit, continuam rebus ipsis

c ¶ Ostẽdit quòd allatio circuli cœlestis est causa generationis

& corruptionis motus circuli obliqui, qui dicitur zodiacus, & non motus primi mobilis. Et circa hoc duo facit. Primo probat hoc per rationem. Secundo, per ea quæ sunt sensui manifesta ibi {Apparent autem.} Prima in duas. Primo ponit rationem. Secundo infert quoddam corollarium, ibi {Ideoque & tempus.}

Tex.cō.58.

Dicit ergo primo, q̄ quia hoc possibile est, & determinatum supra in primo libro, quòd generatio est continua & semper: nos etiam dicimus, quòd motus corporis cælestis est causa continuæ generationis: cum autem generatio & corruptio sint contraria, non cōtingit fieri ambo, scilicet, g̃nationē, & corruptionē, si sit tantum vna allatio, siue vnus motus localis: quia idem manens idem, & semper similiter se habens, semper natum est facere idem, & non contraria, si enim esset tantum vna loci mutatio esset tantum generatio, vel tantum corruptio. Cum ergo non sit tantum alterū, vt patet ad sensum, oportet eē multos contrarios motus, altero duorum modorum, aut allatione, scilicet quòd vnus sit contrarius alteri, quod non potest esse in motu circuli, vt probatum est in primo de Cælo, vel inæqualitate. i. quòd sit vnus & idē motus, sed inæqualiter se habeat ad ipsa generabilia, secundum diuersitas circuli partes, qui ex vna circuli parte causat vnum, & ex alia parte causat aliud. Contrariorū n. effectuū, cuiusmodi sūt gnatio, & corruptio, oportet esse contrarias causas. Cum autem motus primi orbis, qui dicitur motus diurnus, semper vniformiter se habeat super circulos æque distātes a circulo æquinoctiali, non potest esse causa generationis & corruptionis. Sed motus circuli obliqui, qui dicitur Zodiacus est causa sufficiens vtriusque, propter motum accessionis & recessionis Solis in eo. In hac ioci mutatione est continuitas generationis & corruptionis. ergo necesse est, quòd si generatio & corruptio debeant esse perpetuæ, quòd aliquid semper & continue moueat, vt non deficiant mutationes istæ. Deficiente enim causa, necesse est & effectum deficere. Secundum autem duo, duos oportet motus esse, scilicet secundum accessum & recessum, vt non contingat solum generatio, & solum corruptio. Causa ergo continuitatis est motus totius orbis: causa vero præsentiæ & absentiæ est inclinatio & eleuatio ipsius zodiaci, quando enim inclinatur a circulo æquinoctiali ex vna parte eleuatur ex alia: & contingit quod ipsum generans, quandoque est prope locum generationis, & quandoque longe, quando vero distantia generationis non inest æqualis, necesse est motum esse inæqualem. Et ideo sicut in adueniendo & in prope esse, generat rem, ita in recedēdo & in lōge esse, corrumpit idipsum. Et si multotiens in adueniendo secundum vnam medietatem circuli generat, multotiens recedendo, secundum aliam medietatē corrumpit, contrariorum enim contrarię sunt causę. Conside randum est autem, quòd motus vnius medietatis circuli, si est contrarius motui alterius medietatis per se, sed secundum resp. ctum radii ad locum generationis: quia cum recedit, relinquit obliquiori modo, & tunc comminatur frigus mortiferū. Ratione ergo modi, dicitur esse in obliquo circulo contrarietas motus, vel ratione accessus & recessus. Ex hoc autem concludit, quòd tempus generationis est æquale tempori corruptionis, & econuerso. Quia Sol accedendo per sex signa generat, & per sex signa discendēdo corrumpit. Deinde cum dicit.

Tex.cō.17.

Tex.cō.24.

Tex.cō.58.

Tex.cō.40.

d ¶ Cōcludit quoddam corollarium dicens, quòd quia generatio & corruptio inferiorum causatur a superiori motu circuli obliqui, ideo omne tempus, quod est in re temporali, & omnis vita vniuscuiusque viui habet numerum determinatum ex circulo cælesti. Ex ipso enim consideratur quantum se extendit virtus generantis, sicut patet ex scientia Astronomica. Omnium enim inferiorum rerum ordo dependet ex ordine superiorum, & omne tempus, & omnis vita periodo mensuratur. Est autem periodus, modulatio circuli: dicta a pari, quod est circum, & odos modulatio: sed tamen non omnia mensurantur eadem periodo, sed quædam habent maiorem, & quædam minorem. Quorundam enim periodus est vnus annus, sunt enim quædam animalia, quæ non viuunt, nisi per annum. Quorundam vero minor, & quorundam maior, secundum quòd magis vel minus sunt susceptibilia & receptibilia virtutis sibi infusæ a cælesti corpore. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit idem ad sensum, dicens, q̄ ea quæ dicta sunt, vera apparent etiam ad sensum. Videmus enim ad oculum, q̄ Sole adueniente ad punctum Arietis, quādo directe locum nostrum tangit, incipit esse generatio terræ nascentibus, recedente autē Sole a principio Libræ, incipit rerum diminutio & corruptio. Et vtrumque fit in æquali tempore, quia tantum est tempus generationis secundum naturam, quantum est tempus corruptionis: quia tantus est ascēsus Solis, quantus est descensus, vt dictum est. Si autem contingat aliquādo corrumpi aliquam rem in minori tempore, hoc est, antequam vis generationis cælestis secundum rationem periodi recedat, hoc est p accidens: quia propter cōfusionem aduniuersi, idest, propter cōfusionem quatuor elementorū, quæ sūt materia cuiuslibet generati, vt supra ostensum est. Vel propter cōfusionem Solis, cum aliis planetis contrarium effectum habētibus. Prima tamen expositio magis est secundū literam: quia enim materia inæquaditer se habet, & nō receptibilis virtutis cælestis & non eodem modo se habet in periodo, necesse est generationes & corruptiones inæquales esse: & iō eruot quedam celeriores, & quædam tardiores: & idcirco accidit propter generationem aliis generari corruptionem, & econuerso: quia corruptio vnius est generatio alterius, & econuerso. Ad euidentiam autem eorū, quæ hic dicuntur, duo sunt considerandā: primum est, quid appellat Philosophus generans: secundum est, quid faciat periodus. Circa primum notandum est, quod cum superiora agant in ista inferiora per motum & lucem, vt habetur in Primo Meteo. illi maxime attribuenda est virtus generandi, quod maxime lucet, & quòd lucem suam omnibus tribuens, ipsam a nullo participat: huiusmodi autem est Sol. Vnde ibidem dicitur, quòd licet per motum stellarum causetur calor, maxime tamen per motū illius sphæræ, cui Sol existit infixus: quia sicut dicitur in Primo Meteororum, ad causandum calorem in istis inferioribus duo requiruntur, scilicet, propinquitas & velocitas mobilis, quę duo sufficienter sunt in Sole. In cæteris vero stellis deficit alterum: quia in his, quę sunt supra Solem, licet sit sufficiens velocitas, deficit tamen propinquitas: in his vero quæ sunt infra Solem, licet sit propinquitas, deficit sufficiens velocitas. Verumtamen non solum Sol est causa, sed etiam alii planetę generationis: nisi forte pro tanto dicatur, quia solus Sol lucens lumine proprio, omnes alios planetas illuminat, sicut maxime apparet in Luna. Recipitur tamen lux eius diuersimode in diuersis: & non omnino secundum eandem virtutem, quæ est in Sole: quia vnumquodque quod est in alio, est in eo per modum recipientis, & non omnino per modum recepti. Circa vero secundū, sciendum est, quòd non solum accessus vel recessus periodum facit: quia aliter in hieme nullū animal nasceretur, sed potius quodlibet moreretur, & nullius vita deberet extendi vltra annum: quod est manifeste falsum. Sed periodū facit relatio ascēdentis signi super orizontem ad omnia signa circuli cū suis stellis & planetis in hora generationis rei inferioris, quæ causatur a circulo cælesti. Hoc enim modo mensura quorundam est annus, & quorundam plus vel minus, secundum effectus signorū, & fortitudines stellarum, quæ sitæ sunt in signis: & hoc modo verum est, quòd æquale est tempus generationis & corruptionis. Quia a primo signo ascendente in hora rei, computatur profectus rei vsque ad septimum signum eiusdem circuli, & a signo sexto, vsque in primum, computatur defectus. Et ideo in Astrologia, septimum signum vocatur domus mortis, & ascendens, vocatur domus vitæ. Et ideo generatio rei vocatur profectus vsque ad statum, post statum vsque ad declinationem, & a declinatione vsq; ad mortē vocatur periodus corruptionis: quæ æqualia sunt secundum naturam: quia a primo vsque ad septimum tantum est, quantum est a septimo vsque ad primū, per aliam & aliā partem circuli mensurādo: & ideo, si periodus profectus hominis sunt 35. vel 40. anni, vt dictum est a Medicis, periodus defectus tantundē erit: ita quòd ætas hominis erit. 70. aut 80. annorum. Potest tamen hoc impediri p accidens, vt per cibum malum, vel per morbum violentum, vel alio quocunque modo. Et hoc vult Aristo. materiæ inæqualitatem: quia scilicet, per accidentia multa aliter disposita q̄ moueatur a circulo. Et ideo diuersimode moritur hominis, citius & tardius, q̄ per naturam mortales sunt: similiter & alia animalia, & hoc modo ætates sūt omnium rerum: quia planetæ in circulo p.rio dali positi, quando sunt forciores, dant plures annos vitæ, & quando sunt debiliores, dant pauciores. Hoc etiam modo innocescit, quòd qui scirent virtutes signorum & stellarum in eis positarum, dum nascitur res aliqua, cognoscerent quantum est de influentia cælesti: & posset pronosticari de tota vita rei generatæ, licet hoc necessitatem non ponerent, vt dictum est, quia potest impediri per accidens. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit continuitatem generationis ex parte finis, & hoc primo: secundo ex determinatis, soluit quandam quæstionem antiquorum ibi {Simul autem manifestum.} Dicit ergo primo, quòd generatio & corruptio semper erunt, vt dictum est, solū per continuum motum, qui est causa efficiens cōtinuitatis eius, vt diximus, sed hæc rationabiliter contingit, ex ratione finis. Natura enim semper desiderat quod melius est: melius autē est esse quam non esse: cum ergo naturale desiderium non possit esse frustra, oportet quòd res naturales habeant semper esse, hoc autem est esse diuinum. Et quia impossibile est existere in omnibus: quia quædam sunt, quæ longe distant a primo principio, sicut sunt res materiales generabiles & corruptibiles, & ista sunt quę modicum participant de esse diuino: & ideo alio modo complent Deum materiæ desiderium, perpetuando scilicet, eius esse per continuam generationem. Hoc enim modo cōtinuatur esse, quia scilicet, continuè semper fiat generationem proxime subiantiæ, scilicet, semper contingit generari substantiam eiusdem speciei cum generante. Non enim generans generat sibi idem numero, sed idem specie, vt inf. a dicetur. Sic igitur continua est generatio ratione finis. Quæ autem sit causa efficiens, dictum est in octauo: scilicet motus circularis cælestis corporis. Iste enim est solus continuus & perpetuus, vt probatum est in Octauo Physi. Ideo autem alia quæ adminiculantur per passiones & potentias suas, cuiusmodi sunt simplicia corpora quatuor elementorum, sequuntur quodammodo circularem motum, dum ad inuicem circulariter transmutantur. Quando enim ex aqua generatur aer, & ex aere ignis, & iterum

Tex.cō.70.

Tex.cō.73.

iterum ex igne aqua: tunc dicimus q̄ sit generatio circularis: & ideo recta allatio, i. motus rectus, qui est in elemẽtis, consequẽs eam, quæ est in circuitu, est continua: quia Sole recedente, conuertuntur elementa superiora in inferiora: accedente vero, conuertuntur inferiora in superiora, & sic faciunt circuitum per totum secundũ naturã. Deinde cõ dicit.

g ¶ Hx determinatis soluit quãdã quæstionem, dicẽs quòd his determinatis simul manifestũ est qđ quidã quærunt, scilicet quare elementa ia infinito tẽpore transacto non distant abinuicẽ separata & ordinata in propriis locis: cum vnoquodq; moueatur ad suã regionem: causa. n. huius est mutua transmutatio eorũ quia vnumquodq; mutatur in quodlibet, vt supra ostensum est: sic enim vnumquodq; maneret in sua propria regione, & non transmutaret ab alio elemẽto, quod ẽ extra ipsum, iam diu desistisset transmutationes abinuicẽ, vel etiã defecissent actiones & passiones, sed sicut dictum est, transmutantur adinuicem secundũ generationẽ & corruptionem pp motum continuum obliqui circuli, q̄ diuersificatur nobis p accessum & recessũ, quia aũt sic adinuicẽ transmutantur, nollum eorũ manet ordinate i suo loco: sed quatum vnũ accipit de natura ppinqui, tantũ etiã accipit de loco eius, & permiscetur ei. Vnde terra & aqua vaporantia condunt ad locũ aeris, & permiscentur cũ eo. Et similiter, quando ignis & aër frigore ẽpissantur, vadunt ad locũ terræ & aquæ, & permiscentur cũ eis. Et ideo elementa nõ sunt vbiq; pura, sed in partibus in quib' se contingunt, sunt permixta. Quod aũt dictũ est de transmutatione elementorũ, intelligendũ est secũdum partem, & non totũ: al ter. n. destrueretur mundus. Vltimo epilogat quæ dicta sunt, & est planũ in litera. Deinde cum dicit.

h ¶ Probat quoddã quod supposuerat dixerat. n. supra, q̄ continuus generatis ex cõtinuitate motus: sed quia in isto libro non probauerat motũ esse continuũ & sempiternũ, ideo primo ostendit motus continuitatem, secundo dicit, vnde talis motus continuitatem habeat. ibi ¦ Continuus aũt motus. ¦ Dicit ergo primo, q̄ sicut dictũ est in Octauo Phy. & in Duodecimo Meta. q̄ si est motus, oportet q̄ sit mouens: & si semper est motus, oportet semper esse mouens: & si semper & continue mouens, oportet q̄ sit vnũ, tamen immobile secundum locũ, & inalterabile, & ingenerabile. Dictum est autẽ, q̄ si sint multi circulares motus, oportet esse multos motores: ita tamẽ q̄ omnes sint aequales ordinati sub vno vniuersali motore, q̄ mouet primo omnibus denominatum est in 12 primi Philosophiæ. Quod aũt motus sit continuus, probatur ex tẽpore, quod est continuũ naturã continuũ, & non deficiens. Impossibile ẽ. est, q̄ tps sit sine motu, sicut impossibile est q̄ possibile sit sine proprio subiecto. Est. n. tps numerus alterius motus, scilicet primi mobilis, qui est continuus. Quia aũt motus est continuus, & tps continuum, ideo motus est continuus & perpetuus, non solus circularis. Deinde cum dicit.

i ¶ In quinto ende monstrauit habere continuitatem. Hic circa hoc duo facit. Primo ostendit quæstionem de motu esse dubiam. ibi ¦ Manifestũ itaq;. ¦ Quia cũ motus localis habeat continuitatem q̄ non habet alteratio vel q̄ mouetur in loco, vel q̄ mouetur in subiecto, quia aliquis motus est in loco, ut localis, aliquis in subiecto, ut alteratio, non est eodem modo continuus. Nam motus localis per accidens habet continuitatem ab eo in quo mouetur, scilicet a loco, quia mobile non est coaptatum nisi per accidens loco, cui accidit esse continuum.

ri sp p generationẽ. Huius autem causa, vt dictum est, multotiens in circuitu allatio, sola. n. cõtinua: ideo & alia quæcũque trãsmutantur adinuicẽ secundũ passiones, & potẽtias. v. g. simplicia corpora, imitãtur in circuitu allationem. Qm̃. n. ex aqua aer gñrat, & ex aere ignis, & rursus ex igne aqua in circuitu dicim' circuire generationẽ: qa rursus reuertit. Quocirca & recta allatio assequẽs eam quæ in circuitu, continua est.

g Simul aũt manifestũ ex his, qđ qdã quærũt quare vnoquoque corporũ, in propriã allato regionẽ in infinito tpe non distãt corpora. Cã. n. huius est, q̄ adinuicẽ trãsitio. si. n. vnumqđ quę maneret in sua ipsius regione, & non trãsmutaretur ab eo qđ prope, iã vtiq; destitissent. Transmutãtur quidẽ igitur pp allationẽ duplicẽ. Quia vero transmutãtur nõ cõtingit manere vllũ eorũ in aliqua regione definita. Quod quidẽ igitur ẽ generatio & corruptio & pp quam causã, & quid generabile & corruptibile, manifestum ex his quæ dicta sunt.

h Qm̃ aũt necesse est esse aliqd moues, si motus erit, vt dictum ẽ pri' in aliis: & si semp, q̄ oportet aliqd esse semp & si cõtinuum, & idẽ, & immobile, & inalterabile, & ingenerabile: & si multi qui in circuitu mot' multa quidẽ, oĩa aũt æqualiter esse, hæc necesse est sub vno principio esse. Cõtinuo aũt existente tẽpore, necesse est motũ esse cõtinuum, cũ impossibile sit tempus sine motu esse. Cõtinui igit alicui' tẽpus est numerus, eius quidem, qui in circuitu, ergo, quẽadmodum in his q̄ a principio determinatum est.

i Cõtinuus autem motus, vtrũ quia quod mouetur continuũ est, aut in quo mouetur? velut locum dico, aut passionem.

K Manifestũ itaq;, qa in quod mouetur. Quo. n. passio continua est, nisi quia res cui accidit cõtinua est? Si aũt & quia id in quo mouetur continuũ est, hoc soli loco inest, magnitudinẽ. n. *ximæ accedit. Cuius rei, ut sæpe dixi mus, causa, circularis latio est; solaenim continens est. Quocirca & cætera alia quæ in sese secundum affectus atque vires transmutari solent, ceu corpora simplicia, circularem imitantur lationem, nam cum ex aqua gignitur aer, & ex aere ignis, & rursum ex igne aer, & ex aere aqua, in orbem ire generationẽ ideo dicimus, quia sursum eodem redit, reciprocaturque. Quare & recta horum latio, circularem imitata lationem, continens existit.

*Ad hæc ex hisce colliquet id quod nonnulli addubitant, cur cum corporum quodque ad suam feratur locum in tempore infinito corpora diducta separataque non fuerunt. Nam mutatur in sese migratio, huius rei causa existit. Si enim in suo quodque loco mansisset, nec a vicino fuisset trãsmutatum: iam iam separata forent atque discreta. Transmutatur igitur ob lationem quæ duplex est, & quia trãsmutationem subeunt, fieri non potest, ut ex ipsius vllum aliquo in loco statuto maneat. Quod igitur generatio sit atque corruptio, & quam ob causam, & quid generabile & corruptibile, ex hisce q̄ diximus manifestũ est.

*Cum autem sit necesse quippiam esse moueri, si futurũ est ut sit motus, quemadmodum antea dictum est in aliis, & si motus semper sit semper esse quippiam mouens, et si continuus unum idemque & immobile, & ab alteratione generationeque immune, & si plures sint motus circulares, plura quidem, sed omnia hæc quodammodo sub uno esse principio necesse sit, & cum tempus sit continuum, motum esse continuum, siquidem fieri nequit, ut sit tempus sine motu, tempus profecto continui cuiuspiam numerus erit. Eius igitur qui in gyrum sit, sicuti in hisce quæ initio diximus, præsimilum est.

*Sed utrum motus ideo sit cõtinuus quia id quod motum subit continuum sit, an quia id, in quo sit motus, locus inquam, aut affectus?

*Palam sane est, motum ideo continuum esse, quia id quod mouetur continuum est. Nam quo pacto cõtinuus est affectus, nisi quia res ea cui accidit, continua est? Si uero & quia id in quo, hoc soli loco competit, quippe qui

nuum. Si aũt aliquis motus sit continuus ab eo, in quo mouet, hoc habebit solus motus localis: quia locus habet quandã magnitudinẽ & continuitatem. Sed nec omnis motus localis, sed solus circularis: quia quod mouetur circulariter, est idem & semper, & seipso continuũ: & ideo facit motum sempiternum & cõtinuum: motus sempiternus facit tẽpus sempiternum.

LECTIO XI.

Ostquàm Philosophus determinauit de pricipijs generationis & corruptionis, & continuitatis eius, In parte ista mouet quæstionẽ quandam, quę potest oriri ex prædictis. Cũ. n. dictũ sit, q̄ motus circularis sit causa generationis & corruptionis & perpetuitatis, siue continuitatis earum: & ostensum sit q̄ iste mot' sit ex necessitate cõtinuus & sempiternus, non est ostensum q̄ effectus eius debeat esse necessarius. Et ideo hic q̄rit. Philosoph', vtrũ omnia quæ generantur, ex necessitate generãtur. Et circa hoc duo facit. Primo mouet quæstionẽ secundo ostẽdit qũo sit generatio infinita. ibi ¦ Siquidẽ. n. in infinitũ. ¦ Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionẽ, & breuiter soluit: secundo repetit, vt eã melius declaret. ibi ¦ Vtrum igitur omnia talia. ¦ Circa primũ duo facit. Primo mouet qõnem, secundo soluit. ibi ¦ Quoniam. n. quidem. ¦ Dicit ergo primo, q̄ quia nos videmus in omnibus continue motis, siue ſm generationẽ, siue ſm alterationẽ, siue vniuersaliter ſm omnẽ trãsmutationẽ moueantur, q̄ post trãsmurationem est ens: & videmus, q̄ vnum generatur post aliud & nõ deficit: videndum est, vtrũ aliquid ex necessitate generetur, vel inciderãliter, sed omnia contingit esse generata & non generata. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit solutionem: & primo ponit eã, secundo probat. ibi ¦ Vniuersaliter autem qm̃ contingit. ¦ Dicit ergo primo, q̄ manifestum est in quibusdã, q̄ mox, vt erunt quædã alia, generanẽ ex necessitate, & pp illa sint. Vt si terra madefecit, necesse est terram vaporare, & ex vapore nubẽ generari, & ex nube pluuiã, & ex pluuia terra madefieri, & ex illa necesse est iterũ exire in vaporẽ, & sic in infinitũ: cum n. de aliqua re in sua causa efficiente, & materiali determinata, verum est dicere nunc quoniã erit, aliquã habet, huius aũt q̄ circulo solũ continuũ: quocirca idẽ sibiipsi semp cõtinuũ. Hoc igit est, quod facit continuũ motũ, quod i circuitu corpus fertur, motus autem tempus.

LECTIO XI.

Voniã aũt in continue motis secundũ generationẽ, aut alterationẽ, aut vniuersaliter trãsmutationẽ, hmõi videmus ordine quodam esse, ac generari hoc post hoc, ita vt nõ deficiat, videndũ est, vtrũ est aliqd qđ erit ex necessitate, aut nihil, sed omnia contingit non fieri.

b Qm̃. n. quędam manifestũ, & qa mox erũt & futurũ aliud propter hoc. Quod quidẽ. n. verũ est dicere qa erit, oportet hoc esse quandoq; verũ qa est: qđ aũt nũc verum dicere, quia futurũ est, nihil prohibet nõ fieri: futurus enim incedere quis non incedet.

c Vniuersaliter aũt quoniã cõtingit quædam entium esse, & non esse, manifestum quoniam & quæ generantur ita habebũt & nõ ex necessitate hæc erunt.

d Vtrũ igitur omnia talia aut nõ, sed quædã necesse simpliciter fieri? Et est, quẽadmodũ cõtingit in esse, hæc quidẽ impossibile nõ esse, hæc aũt possibile, ita & circa gñationẽ. v. g. cõuersiones necesse est fieri, & nõ possibile est nõ cõtingere. Si igitur qđ prius necesse est fieri, si qđ posterius erit. v. g. si dom' & fũdamẽtũ, si vero hoc, lutũ prius, ergo, si fundamentum factum est, necesse & domum fieri.

e Aut non adhuc si nõ & illud necesse generari, aut nõ necesse est esse adhuc. si aũt & id necesse generari simpliciter si eẽt hoc, & fundamẽto generato, necesse generari domũ. sic. n. prius se

*magnitudinem quandam habeat, e magnitudinibus autem sola circularis cõtinua est, adeo ut ipsa sibi semper continua sit. Corpus igitur circulare, qđ ferri assolet, motum facit continuum, motus uero, tempus.

LECTIO XI.

*Vm autem in hisce quæ per ortum alterationemue, aut omnino transmutationem, commenter mouentur: hoc post deinceps esse ac oriri tantum ut non deficiant, videamus, utrum quippiam sit quod erit necessario an nihil, sed omnia non fore contingat, considerandum est.

*Palam. n. est, q̄ nonnulla, atque cõtinuo fore & esse futurum, hæc de causa, diuersa sunt. Nã de quo uerũ est dicere ipsum fore, de eo tandẽ hoc ipsum, in quã, esse uerũ sit oportet, de quo uero nunc uerũ est dicere, ipsum eẽ futurũ, hoc nõ fore nihil uetat. Nã tamet si futurũ est ut quispiã ambulet tamen fieri potest ut non ambulet.

*Omnino autẽ eũ ex entibus nonnulla q̄ esse & non esse contingat, quòd & ea quæ gigni solent, ita sese habebunt, & non necessario erunt apertum est.

*Vtrum igitur uniuersa sint eiusmodi, an non, sed aliqua simpliciter fore necessarium sit? Et sicut in ipso esse fit, ut quædã nõ possint non esse, quædam possint non esse, sic & in ipsa quoque generatione. uerbi gratia solstitia fore necesse est, nec fieri potest ut non contingant. Si igitur prius fore necesse est, si posterius erit, ut si domus fundamentum, si uero fundamentum lutum: nonne ergo si fundamentum, factum est, domum quoque fore necesse est?

*An non adhuc, nisi & eam fore simpliciter necesse sit? quod si hoc sit facto fundamento, fore domum necesse est. Nam sic prius sese habet ad posterius. Qua de causa, si hoc erit, ante fore illud est necesse. Si itaque est

c ¶ Probat prædicta solutionem: & est ratio ista talis, sicut ẽ in entis diuisione, ita vniuersaliter ẽ in generatione: sed in entibus ita est, q̄ quædã sunt contingentia esse & non esse, & quædam non contingũt non esse, sed sunt ex necessitate: ergo ita ẽ in generatione, quia quædam ex necessitate generabuntur, & quædã cõtingit ęnra 11. Deinde cõ dicit.

d ¶ Repetit prædictã quæstionẽ, vt melius eam declaret: & circa hoc duo facit: & primo ponit eam, secundo soluit eam. ibi ¦ Aut non adhuc. ¦ Quærit ergo primo, vtrũ omnia quæ generantur sint talia, q̄ ex necessitate generentur, aut nõ sũt talia omnia, sed aliqua contingenter, vt quædã necessario, ita scilicet q̄ sic sicut in rebus, q̄ quædã sunt contingentia & possibilia non esse, & quędam necesse est simpliciter esse, q̄ impossibile est nõ esse. An ita ẽ circa generationem, q̄ quædã necessario generentur qui busdam generatis, & quædã non possibile generari non generatis illis, v. g. si est necesse fieri conuersiones, i. cum videamus q̄ vniuersaliter generato posteriori, necesse fit generatũ prius esse: an necesse sit ecõuerso, s. gñrato priore, necesse sit generari posterius. v. g. nos videmus, q̄ si domus est generata, necesse est fundamentũ esse generatum, & si fundamentũ est, necesse ẽ priusquã ita fuerit generatum, fuisse lutum. Quæramus ergo vtrum conueniat q̄ si fundamentum ẽ generatum, q̄ etiam domus sit generata, vel non conuertitur. Deinde cum dicit.

e ¶ Soluit propositam quæstionẽ dicens, q̄ non est necesse cõuertionẽ fieri, ita q̄ vno generato generetur aliud, & eo conuerso ex necessitate: nisi generato priori simpliciter necesse sit generari posterius. Si aũt ita fuerit in domo & fundamento, q̄ sciliçet, generata domo necesso sit necessitate absoluta generari fundamentum, tunc ẽtiã necesse est fundamento generato, generari domum. Sic. n. ostensum est supra, q̄ prius hoc modo se habet ad posterius, s. q̄ vno generato, generatur aliud, & e conuerso: quia

Tex.c. 143.

Tex.cõ. 24. Tex.cõ. 60.

Tex.cõ. 61.

Tex.cõ. 62.

Tex.cõ. 63.

Tex.cõ. 64.

Tex.cõ. 65. Tex.cõ. 68.

Tex.cõ. 65 Tex.cõ. 66.

Tex.cõ. 67.

Supra tex. cõ. 51. post medium.

Tex.cõ. 43.

Tex.cõ. 71.

quia, si posterius est generatum, necesse est generari prius, & econuerso: & si posterius necessario generat, necesse est generari prius & conuertitur: quia si illud, quod est prius generatū, puta fundamentum, necesse est generari quod est posterius, puta domū. Sed si vere loquamur, non propter illud, quod domus sit causa generationis fundamenti: sed quoniam subiectū sit ex necessitate futurum, fuit necessitas suppositionis ex hypothesi: quia posito toto, necesse fuit supponi & partē, & ideo non conuertitur. Cōuertitur autē in omnibus in quibus posterius generatur a priori, sicut ex tota causa materiali tota manente, quodā continue accedente, & recedente: quia in talibus, priori semp generato, necessario generatur posterius, & econuerso. Est ergo summa solutionis in hoc, q̄ quando termini generationis ita se habent, q̄ vterque sit tota materia alterius, & econuerso: sicut est in exēplis terræ cōpluræ, vaporis, nubis, & pluuiæ: & similiter in generatione elemētorum sub circulo declini, tunc necesse est q̄ vno generato, generetur aliud & econuerso: & hoc iō, quia vtrumq; ē prius & posterius respectu alterius. Quando vero vnum non est tota materia alterius, sicut fundamentū nō est tota materia domus, tunc non est necesse q̄ priori generato, generetur posterius, sicut fundamentum generato, non est necesse generari domum: domo tamen generata, necesse ē generari fundamētum: non quidem necessitate absoluta, sed ex suppositione, dato, si q̄ fundamentum sit pars domus: quia posito toto, necesse est poni partem.

habet ad posterius. Quare si illud erit, necesse illud prius generari. Si igit̄ necesse generari, & qđ postea. & qđ pri⁹ necesse, & si qđ prius & quod posteri⁹, igit̄ ē necesse. Sed hoc nō est pp illud, sed qm̄ subiectū est ex necessitate futurū. In quib⁹ igit̄ qđ postea necesse est esse, in his cōuertit̄, & semp priori generato, necesse generari qđ postea.

LECTIO XII.

Tex.cō.68. Siquidem enim in infinitum tendit, & ad inferius, nō erit necesse eorū, q̄ postea, hæc generari simpliciter, sed neq; ex suppōne.

b Semper enim alterum anterius necesse esse, ideo & necesse illud generari. Quocirca, si non est principiū infiniti, neque primum aliquid erit, propter qđ nil necesse erit gn̄rari.

c At vero neq; in finem habentibus hoc est dicere vere, q̄ necesse est simpliciter gn̄rari. v.g. domum, quando fundamentum generatur. Quando enim generatur, nisi necesse est generari semp, hoc accidet semper esse, cōtingēs semper non esse.

d Sed oportet semper generationē esse, si ex necessitate ē ei⁹ generatio: ex necessitate. n. & semp simul, quod. n. est necesse, nō possibile nō esse. Quocirca si ex necessitate ē, sempiternū est: & si sempiternū, ex necessitate. Et si gn̄ratio igit ex necessitate, ppetua ē generatio hui⁹, & si sempiterna ex necessitate.

LECTIO XII.

Tex.cō.70. EN isto loco Philosophus ostendit ex dictis quō generatio sit infinita: quia, si in circuitu, & non sm̄ rectum: & primo hoc facit, secundo mouet quasda quæstiones. ibi {Quare ergo hæc quidē.} Circa primum duo facit. Primo probat q̄ generatio sit infinita non secūdum rectum, sed in circuitu. Primo per diuisionē, secundo per causā ibi. {Fit aliter apparuit.} Circa primū duo facit. Primo probat
Tex.cō.69. q̄ generatio non potest esse infinita sm̄ rectū: secundo recolligit rationē & ordinat eam. ibi {Necesse aūt.} Circa primum intēdit Philosophus talem rationē, si generatio est sm̄ rectum, non erit ex necessitate & semp: sed generatio est ex necessitate, vt ostensum est: ergo non est sm̄ rectum. In ista ratione sic procedit. Primo ponit maiorem, secundo minorē. ibi {Sed oportet semp generationem.} Tertio conclusionē. ibi {Si igitur alicuius.} Circa primum duo facit. Primo probat q̄ generatio non est necessaria in infinitis sm̄ rectum, secundo in habentibus finem. ibi {At vero neque in finē habentibus.} Circa primū duo facit. Primo proponit, secundo probat. ibi {Semper. n. alterum anterius.} Ad euidentiam primæ partis sciendū est, q̄ sicut supradictum est, in his quę generantur adinuicē, semper vnum est prius, & alterū posterius, & necesse est generato priori, generari posterius, & econuerso in his, in q̄ bus est necessitas absoluta. In his vero, in quibus est necessitas ex suppositione, oportet aliquid esse prius, & aliquid posterius. Dicit ergo primo, q̄ si generatio tēdit i infinitum, siue superius ad generata, siue inferius ad generanda, nō est necesse nec necessitate absoluta, nec necessitate ex suppositione generari eorum quæ postea. n. aliquid, qđ ut de numero eorū, quæ sunt post. Qđ est cōtra id, quod in pra. est probatū: vbi dictum est, q̄ generato priori, necesse est generari posterius. Deinde cum dicit.

necesse fore posterius, prius quoque necesse est, & si prius & posterius. Verum non ob illud, sed quia necessario futurum supponebatur. In quibus ergo posterius esse necesse est, in hisce recurrit, semperque, si prius est factum, posterius fore necesse est.

Quod si deorsum uersus, i infinitum abeant, haud quaquam ex posterioribus hoc ce fore simpliciter, sed nec ex suppositione quidem erit necesse.

Nam semper aliud ante necessario erit: quo circa & illud fore necessarium erit. Quare, si infiniti non sit principium, nec primum quicquā erit ob quod fore erit necessarium.

At uero nec in hisce quidem, quæ finem habent atque terminum: hoc uere dici continget, simpliciter, inquā fore quippiam, ceu domum, cum factum fuerit fundamentum. Nam cum fuerit factum, nisi semper eam fieri sit necesse, semper id esse, quod potest non esse, eueniet.

At generatione semper sit est necesse, si ipsius generatio necessario sit, nam necessario & semper, simul sunt, quod enim esse est necesse, non potest non esse. Quare, si quid necessario est, sempiternum est, & si sempiternum est, necessario est. Si itaque huiusce generatio necessario est, sempiterna est, & si sēpiterna, necessario.

K Et est intelligendum, quòd si non fiat reiteratio: quia si in talibus generatio reiteretur, tunc erit circularis, & non solum recta, verbi gratia non est necesse generari domum, fundamento generato: si enim quando fundamentum est generatum, necesse est semper generari hoc, ideſt domum, sequeretur quod illud quod contingit non semper esse, semper esset. Cum autem videamus ad sensum, quòd non semper generatur domus generato fundamento, sequitur, quòd non sit necesse generato fundamento generari domum. Deinde cū dicit.

d ¶ Ponit Minorem, & probat eā, quia manifesta est per dicta. Vnde dicit, q̄ generatio est semper, quia generato eius, scilicet posterioris, ex necessitate absoluta est generatio prioris: quod autem est ex necessitate, & quod est semper simul sunt: quia si vnum est, & reliquum: & hoc sic probat, quia illud qđ necesse est esse, impossibile est non esse: & quod impossibile est non esse, necesse est semper esse. Quocirca, si aliquid est ex necessitate, est sempiternum, & econuerso, si est sempiternum, est ex necessitate. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit

e ¶ Concludit q̄ alicuius gn̄atio est ex necessitate simplr, & nō ex suppositione, cū nō possit esse sm̄ rectū, vt ostensum est, necesse est q̄ sit circularis & per reiterationē. Deinde cum dicit.

f ¶ Recolligit rōnem & ordinat dicens, q̄ necesse est q̄ generatio aut habeat finē, aut non. Sed q̄ non habeat finē, supra probatum est, tā ex parte motus in Pri. Lib.
Tex.cō.17. Tex.cō.56. vsq; ad 59. q̄ ex parte motus & ex parte finis in Secūdo. Si ergo non habet finē, aut est infinita sm̄ rectum, aut in circuitu: sed sicut supra ostensum est, nō est possibile q̄ sit infinita sm̄ rectum: qa in infinitis nō est principium: neq; ad inferius, i. ad futura generanda, neq; ad superius, i. ad præterita generata. Cum autem generatio nec habeat principium, nec sit finita, necesse est q̄ sit sempiterna, & per cōsequens sit in circuitu: & si est i circuitu, necesse est eam conuerti ab vltimo i primū. v. g. si hoc est ex necessitate generatū ab hoc, sicut terra cōpluta a pluuia, necesse est q̄ generatū illud, quod fit ē prius, scilicet pluuia, generatum, & si pluuia est
Tex.cō.69. generata, necesse est q̄ pri⁹ fuerit aliquid generatum, s. nubes: & si nubes, oportet pri⁹ q̄ fuerit vapor, & si vapor, oportet prius q̄ fuerit terra madefacta, & sic aliquando reuertitur i primum, & sic sic cōtinua: quia nihil differt dicere, q̄ conuersio fiat per medium vnum, vel per duo, vl per plura, dummodo ab vltimo redeat in primum. Necessariū ergo simplici er est, q̄ vnum generet ab altero in motu & generatione, quę est in circuitu: & si aliqua necesse est i circuitu gn̄rari, necesse ē ista simpliciter generari, & conuersio, si necesse est ista simpliciter generata esse, ista necesse est in circuitu generari: hoc ergo, scilicet, q̄ gn̄atio sit perpetua, non in rectū, sed circulariter, rōnabiliter apparuit. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit hoc idem per causam dicens. Qđ aliter potest etiam hoc idē demonstrari, s. per motum cæli: quia enim ipse est in circuitu, ideo ex necessitate elementa adinuicem generantur. Si enim motus cæli est in circuitu, oportet q̄ quęcunque sunt passiones huius motus, & quæcunque sunt per hunc motū solū, sicut per causam efficientē, q̄ etiā illa sint. Si. n. q̄ in circuitu mouetur mouet elementa, necesse est etiā q̄ motus horū, quæ sunt passiones eius, & q̄ motus eorū quæ sufficienter generantur ab hoc, sint ē ex necessitate. v. g. cū aliatio superioris, hoc est circuli declinis, sit in circuitu, necesse est q̄ moueanē etiam alii planetæ. Quia vero hoc. i. Sol mouet in circuitu, necesse est etiā horas i circuitu generari & iterari: horis autē in circuitu gn̄atis, necesse est q̄ omnia q̄ sunt a causa efficiente, sicut a motu Solis & motu horarū, sint etiā generata ex necessitate & in circuitu: & hæ sunt generationes elemētorū, quia ex istorum generatione omnia alia generantur, maxime omnia temporalia. Deinde cum dicit.

h ¶ Mouet duas qōnes: secundā. ibi {Principiū autē intentionis.} Circa primum duo facit. Primo mouet qōnem, secundo soluit. ibi {In rectum itaq;.} Quærit ergo primo, quare in quibusdā esse vī, q̄ in circuitu generātur. v. g. aer & aqua & cætera elementa: quia, si nubes erit, oportet pluere, & si pluet, oportet nubes esse, & iterat: in quibusdā vero nō est ita: nam homines & animalia nō reiterantur: non. n. est necesse te gn̄ari, si pater tu⁹ est generatus, sed si tu es generatus, necesse ē patrem tuū generatum fuisse. Deinde cum dicit.

i ¶ Soluit dictā qōnē dicēs. quòd quare animalia nō reiterant est, qa eorū gn̄atio est sm̄ rectū, & nō sm̄ circulū. Nā, sicut Tex.cō.67. supra dictum est, vbi vterq; terminorum non est tota materia ad alterū, vt vno motore diuersimode se habēte educat vtrūq; de vtroq; in his non est generatio circularis, sicut i te & patre tuo: qa pater tuus nō est tota materia tua: in elemētis vero vnū est tota materia ad aliud, & vno motu d cuius circulo potest educi vnūquodq; ab altero: & ideo in eis ē generatio circularis. Deinde enim dicit.

k ¶ Ponit aliā qōnem: & primo ponit, secundo soluit ibi.

Si igitur generatio cuiuspiam necessario simpliciter sit, in orbem eat eodemq; reuertatur necesse est.

Nam generationem, aut terminū habere, aut nō habere, necesse est. Et si non habeat, aut in rectū, aut in circulum. Horum autē, si sempuerna sit in rectū minime possibile est, quia nequaquā sit principium, neq; deorsum, ut in futuris accipimus, neque sursum, ut in hisce quæ iam facta sunt. At esse principium, si finita non sit atque eam sempiternam esse, necesse est. Quocirca circularis sit, est necesse. Igitur regressum fieri necesse erit, ut si hoc necessario sit, ergo & prius, at vero si hoc, & posterius fore erit necesse. Atque hoc semper continue, nihil enim refert, per duo an plura hoc dicamus. Igitur necessario simpliciter, circulari motui atq; generationi competit. Et si in orbem siat generatio, fore quodque, & esse factum necesse est, & si necesse sit, horum generatio circularis erit. Hæc itaque non sine ratione accidunt, posteaquā motus ille circularis atq; cælestis ppetuus ē.

* *Nam hæc necessario fiunt & erūt quæcumque huiusce motiones sunt, & quæcumque propter hunc fiunt motum. Nam si id, quod in orbem mouetur, aliqua semper moueat, eorum quoque motum circularem esse necesse est, vt si supera latio orbita sit, Sol orbito mouetur. Quoniam autem hoc pacto mouetur, hac sane de causa, anni tempora in circulum fiunt redeuntque. Quæ cum ita fiant, omnia profecto, quæ sub ipsis sunt, haud secus fient.*

*Deficit forte textus esse.

Cur nam igitur quædam ita fieri videntur, nempe circulatim oriri ut pluuia & aer, nam si nubes erit, pluat etiam oportet, si pluet, nubem quoque fore cōuenit, homines uero et animalia in ipsis non redeunt remeantque, ita ut idem rursum oriatur, non enim si pater sit, te fore, sed illum, si tu sis, necesse est.

Hæc autem generatio in rectum proficisci uidetur.

Rursum autem hoc considerationis initium sumatur, similne modo uniuersa redeant, an non, sed quædam numero, quædam specie solum.

{Quorū quidē igitur.} Quia. n. probatū est, q̄ generatio sit perpetua per reiterationē, posset aliquis credere, q̄ omnia eadē reiterantur: & ideo dicit, q̄ principium intentionis in hac vltima parte,

parte, est quærere, verũ omnia similiter reiterantur aut non, sed hæc quidẽ reiterantur eadẽ numero, alia vero solũ eadẽ specie. Ex quo.n. omnium est generatio sũ materiã, videtur q̃ omnia eadem secundum numerũ debeant iterari. Deinde cum dicit.

1 ¶ Soluit hanc quæstionẽ, dicens. Quòd ea, quorũ subſtantia non corrumpitur in

1 Quorum quidem igitur incorruptibilis subſtantia mota, manifestum, quoniam & numero eadem erunt: motus enim sequitur quod mouetur, quorũ autem non, sed corruptibilis necesse specie, numero autem non reiterari. Ideo aqua ex aere, & aer ex aqua, specie idem, non autem numero. Si autem & hæc numero, sed non quorũ subſtantia generatur, ens tale quale contingit non esse.

Quorum igitur subſtantia motum subiens incorruptibilis est, ea omnia, ut patet, etiam numero eadem redire solent. nam motus, id comitari solet quod motu cietur: quorum uero non, sed corruptibilis, specie non idem numero, reuerti necesse est. Quocirca, cum ex aere aqua sit, & ex aqua aer, aer specie idem, non numero, redit. Quod si & eadẽ nũero aliqua redeãt, no tamẽ ea, quorũ subſtantia ortũ subit, eiusce modi existẽs, quæ nõ esse possit.

F bos, non est tota materia generati alterius bouis: & ideo minus accedunt ad identitatem numeralem: q̃ elementa circulari generatione elementorum: vnde & si propter hoc concedatur, q̃ elementa aliquo modo reiterentur eadem numero, nõ tamen cõceditur, q̃ propter hoc simpliciter reiterentur eadẽ numero: quia eorum subſtantia est talis corruptibilis, qualem non cõtingit eẽ eadẽ igenerato, & in eo, ex quo generatur. Sed videtur i solutionib⁹ istarum duarũ quæstionũ esse cõtradictio: nam in prima dicit Philosophus, q̃ animalia non reiterant, in secũda vero dicit, q̃ reiterantur eadem specie. Sed dicendũ, q̃ prima dicit, q̃ animalia non reiterantẽ eadem numero, & sic

G concordat cũ secunda. Vel q̃ non ex necessitate est in eis reiteratio in generatione, siue sm̃ nũerum, siue sm̃ speciem. Et ideo patre tuo generato, nõ est necesse te generari. sed te gẽrato, necesse est patrẽ tuũ generatũ fuisse. Et i hoc nõ cõtradicit secũdæ solutioni: q̃ dicit, q̃ si iterãt, iterãt eadẽ specie, nõ eadẽ numero.

Commentariorum Diui Thomæ Aquinatis super duos Libros Aristotelis de Generatione & Corruptione, finis.

REGISTRVM.

A B C D E Omnes sunt Quaterniones, præter E, qui est Ternio.



ROMAE
Apud hæredes Antonij Bladi, & Ioannem Osmarinum Liliotum socios
M D L X X

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca